Diui Aurelij Augustini Hipponen. epi: Liber Epistolarꝫ fœliciter incipit.

Sancti Augustini ad Volusianũ eũdẽ salutantis: & ut ipsũ non pigeat sanctarꝫ litterarũ studio curã impẽdere: & præcipue ad linguas aplorꝫ legẽdas exhortãtis. Epla. I.

A Omino illustri: & merito præstantissimo filio Volusiano: Augustinus episcopus. De salute tua: quã & in hoc sæculo & in christo esse cupio: sanctæ matris tuæ uotis sũ fortasse etiã ipse nõ impar. Vnde meritis tuis reddẽs salutationis obsequiũ: hortor ut ualeo: ut litterarum uere certe ꝙ sanctarũ studio te curã non pigeat impendere. Sincera em̃ & solida res ẽ: nec fucatis eloquijs ambit ad animũ: nec ullo linguæ tectorio inane aliquid ac pẽdulum crepitat. Multum mouet: nõ uerborum sed rerum auidum: & multum terret factura securum: Præcipue aplorꝫ linguas exhortor ut legas. Ex bis em̃ ad cognoscendos ꝓphetas excitaberis: quorꝫ testimonijs utuntur aplī. Si quid autem uel cum legis uel cum cogitas tibi oriẽ quæstionis: in quo dissoluendo uidear necessarijꝰ: scribe ut rescribã. Magis em̃ boc forte: dño adiuuãte: potero q̃ præsentialiter loquí tecũ: non solum ꝓpter occupatiões uarias & meas & tuas: quoniam non cũ mibi uacat: occurrit ut & tibi uacet: Verũetiã ꝓpter eorũ irruentẽ præsentiã: qui plærũq; non sunt apti tali negocio: magisq; linguæ certaminibꝰ: q̃ scientiæ luminibꝰ delectantur. Qđ autẽ scriptũ habeẽ: semp uacat ad legendũ: cũ uacat legẽti: nec oneroſũ fit præsens: quod cum uoles sumitur: cum uoles ponitur.

Volusiani ad beatũ Augustinũ: petitionẽ eius exponẽtis babitãq; ꝓximæ cõfabulationẽ replicãtis: Et unum e multis quærẽtẽ quis sibi ambigua & dubios suos sensus possit aperire atq; dissoluere: Vtꝫ uidelicet mundi dominꝰ & rector intemeratæ uirginis corpus impleuerit: eadẽq; mater decẽ mensium longa ꝓtulerit fastidia: ac uirgo pepererit & intacta ꝑmanserit. An etiã intra corpusculũ uagiẽtis infantiæ ille latuerit: cui parua rerũ putaẽ uniuersitas: cæteraſq; humanæ conditionis passiones & infirmitates ꝓtulerit: Introducẽtis. Epla. II.

B Domino uere sancto ac merito uenerabili patri Augustino epo: Volusianus. Petis a me uir ꝓbitatis iusticiæq; documentũ: ut aliqua ex ambiguis lectionis peritæ discenda percõter. Amplector gratiam muneris imperati: meq; libens in disciplinas tuas offero: ueteris sentẽtiæ auctoritatem secutus: quæ nullã ad perdiscendã abundare credit ætatẽ. Neq; imerito sapiens prudentiæ studia nullis terminis neq; fine cõclusit: quãdo primordijs suis remota uirtus nunq̃ adeo reserat adeuntibꝰ: ut ois ꝓtinus ad agnitionẽ patescat. Dñe uere sancte ac merito uenerabilis pater: est operẽpcium cognoscere babitã inter nos ꝓxime cõfabulationẽ. Quibusdam amicorũ conuentibus aderamus frequẽtes: proferebantur illic ꝓ ingenijs studijsq; sentẽtiæ: Erat tñ ꝼmonis rbetorica partitio (apud agnoscẽtẽ loquor) nã etiã ista pauloante docuisti. Astruebaẽ qđ eẽt iuẽtio: quæ iuentiõis acrimonia: quãtꝰ disponendi labor: quæ trãslationis gratia: quæ iconismatũ pulcbritudo: & ꝓ ingenio naturaq; materiæ: apposita etiã dicendi facultas. Alij rursus poeticã eleuabãt fauentes. Nec banc quidẽ eloquẽtiæ partẽ tacitã aut inbonorã reliquis: ut cõueniẽter poeta dixerit: Inter uictrices bederas tibi serpere lauros. Dicebatur ergo quantus iconiæ esset ornatus: quæ metapboraꝫ uenustas: quãta in cõparatione sublimitas: iam leues enodesq; uersus: atq; ut ita dixerim: cæsurarum modulata uariatio. Tunc ad familiarem tuam pbilosopbiã sermo deflectiẽ: quã ipse aristotelico more tanq̃ esocraticã fouere cõsueueras. Quærebamꝰ & qđ egerit præceptor ex lycio: quid academiæ multiplex & continuata cũctatio: quid ille disputator ex porticu: quid pbysicoꝫ peritia: quid epicureorum uoluptas: quid inter omnes infinita disputãdi libido. Tuncq; magis ignorata ueritas: postq̃ præsumptum est ꝙ possit agnosci. Dum in bis cõfabulatio

Vir. in buco.

nostra remoratur: unus e multis: & quis iuquit est sapiētia ad perfectum christianita- L
tis imbutus: qui ambigua in quibus hæreo possit aperire: dubiosq; sensus meos uera
uel uerisimili firmare credulitate? Stupemus tacētes. Tunc in hæc sponte prorupit:
Miror utq; mundi dominus & rector: intemeratæ fœminæ corp⁹ impleuerit: pertule
rit decem mēsium longa illa fastidia mater: & tamen uirgo enixa sit solennitate pari-
endi: & post hæc uirginitas putetur intacta. His & alia subnectit. Intra corpusculū ua-
giētis infantiæ latet: cui parua putatur uniuersitas: patiē puerilitatis annos: adolescit:
iuuentute solidatur: Tamdiu a sedibus suis abest ille regnator: atq; ad unū corpuscu-
lum totius mundi cura transferē. Deinde in somnos resoluitur: cibo alitur: oēs mor-
taliū sentit affectus: nec ullis cōpetentibus signis tantæ maiestatis indicia clarescunt:
quoniam larualis illa purgatio: debiliū curæ: reddita uita defunctis. Hæc & alia si cogi-
tes: deo parua sunt: Interuenimus ulteri⁹ inquirenti: solutoq; cōuentu: ad potioris pe
ritiæ merita distulim⁹: ne dum incautius secreta temerārē: in culpam deflecteret error
innocuus. Accepisti uir totius gloriæ capax: imperitiæ cōfessionē: quid a partibus no-
stris desiderē agnoscis. Interest famæ tuæ: ut quæsita nouerim⁹. Vtcūq; absq; detri-
mēto cult⁹ diuini in alijs sacerdotib⁹ tolerāt iusticia: at cum ad antistitē Augustinum
ueniē: legi deest quicqd cōtigerit ignorari. Incolumē uenerationem tuā diuinitas sū-
ma tueat dñe uere sancte ac merito uenerabilis pater.

¶ Sancti Augustini ad Volusianū: Quæstiones in supiori epistola introductas repetē-
tis: eisdemq; diserta ac subtili responsione satisfaciētis: & illum ad firmā credulitatē di-
ligenter admonentis. Epl'a. III.

DOmino illustri & merito insigni: & præstātissimo filio Volusiano: Augustinus D
in dño salutē. Legi litteras tuas: in qbus uidi magni cuiusdā dialogi specimen:
laudabili breuitate cōprehēsum. Respōdere igiē debui: nec ꝓ dilatiōe aliqd
excusationis opponere. Accidit em̄ oportune: ut ab alienis negocijs mihi aliquātulū
uacaret. Quibus aūt dictādis hoc ociū statuerā impendere: paululum distuli: nequaq̄
iustum esse arbitratus: ut quē ad quærendū exhortatus ipse fuerā: differrē quærentē.
Quis aūt nostrum: qui christi (ut possumus) gratiā ministramus: cum tua uerba lege-
rit: ita te uelit doctrina instrui christiana: ut tibi tm̄ sufficiat ad salutem: non huius uitæ
quā uaporis esse simillimā: tantillū apparētis & ilico uanescētis atq; pereuntis: sermo
diuinus admonere curauit: sed illam salutē ꝓpter quā adipiscendā & in æternū obti-
nendā christiani sumus? Paꝛ est ergo nobis sic te instrui: ut tibi sit liberādo satis. Inge-
nium quippe & eloquiū tuum tam excellēs tāq; luculentū: ꝓdesse debet etiā cæteris:
cōtra quoꝛ tarditatē seu puersitatem: cōuenientissime defendenda est tantæ gratiæ
dispēsatio: quā supbæ animulæ nihilipendūt: quæ nimis affectant plurimū posse: & ad
sua uitia sananda uel etiam refrenanda: nihil possunt. Quæris igitur utq; mundi do- E
minus & rector intemeratæ fœminæ corp⁹ impleuerit: ptulerit decem mensiū longa
illa fastidia mater: & tamē uirgo enixa sit: solennitate pariendi: & post hæc uirginitas
inuiolata pmāserit: Vtq; intra corpusculū uagientis infantiæ: latuerit: cui parua puta-
tur uniuersitas: passus fuerit puerilitatis annos: adoleuerit: iuuētute solidat⁹ sit: tam-
diu a sedib⁹ suis abfuerit regnator ille: atq; in unū corpusculū: totius mundi cura trās-
lata sit: deinde in somnos resolutus sit: cibo alitus: omnes mortalium senserit affectus:
necq; ullis cōpetentib⁹ signis claruerint tātæ maiestatis indicia: quoniā laruaris illa pur- larualis
gatio: debiliū curæ: reddita uita defunctis: hæc & alia si cogites: deo parua sunt. Hanc
scribis in quodā conuentu amicoꝛ ab uno ex multis qui aderāt illatā esse quæstionē:
uos aūt interuenisse ulterius inquirenti: solutūq; cōuentū: ad potioris peritiæ merita
distulisse: nedū incautius secreta temerantē: in culpā deflecteret error innocu⁹. Dein-
de ad me litteraꝛ tuaꝛ dirigis intentionē: & post hanc imperitiæ confessionē: admo-
nes ut a partibus nostris quid desideret agnoscam. Adiungis etiā famæ meæ itereſſe
ut quæsita noueritis: qd utcūq; absq; detrimento diuini cult⁹ in alijs sacerdotibus tole
ratur insscitia: at cum ad me antistitem ueniē: legi deesse quicquid cōtigerit ignorari.

¶ Primū igiē hāc de me opinionē facile præsumptā: quæso deponas: eūq; animū quis F

erga me beniuolētissimū soluas atq; exuas: ac de me mihi magis q̄ ulli alteri credas: si mihi dilectionis uicem rependis. Tanta est em̄ christianar̄ pfunditas litterar̄: ut i eis quotidie ꝓficerem: si eas solas ab ineunte puericia usq; ad decrepitā senectutē maximo ocio: sūmo studio: meliore ingenio conarer addiscere: Nō quo ad ea quæ necessaria sunt saluti: tanta in eis pueniatur difficultate: sed cum quisq; ibi fidem tenuerit: sine qua pie rectēq; non uiuit̄: tā multa: tamq; multiplicib⁹ mysteriorū umbraculis opaca intelligenda ꝓficientibus restant: tantaq; nō solū in uerbis quibus ista dicta sunt: uerū etiam in rebus quæ intelligēdæ sūt latet altitudo sapiētiæ: ut annosissimis: acutissimis: flagrātissimis cupiditate discēdi hoc cōtingat. Qd̄ eadē scriptura quodā loco habet:
6 Cū consummauerit homo: tūc incipit. Sed quid hinc plura? Veniendū potius est ad rem quā requiris: Vbi primū te scire uolo: non hoc habere christianā doctrinam q̄ ita sit deus infusus carni qua ex uirgine nasceret̄: ut curam gubernādæ uniuersitatis: uel deseruerit uel amiserit: uel ad illud corpusculū quasi contractam materiā collectamq; transtulerit. Hominū iste sensus est: nihil nisi corpora ualētiū cogitare: siue ista crassiora sicut sunt humor atq; humus: siue subtiliora: sicut aeris & lucis: sed tamen corpora quor̄ nullum potest esse ubiq; totū: q̄m per inumerabiles partes aliud alibi abeat: necesse est: Et quātumcunq; sit corpus seu quātulūcūq; corpusculū loci occupet spacium: eūdemq; locum sic impleat: ut in nulla eius parte sit totū: ac p̄ hoc densari acrescere: contrahi & dilatari: i minutias deteri: & grādescere in molē: non nisi corpor̄ est. Lōge aliud ē animæ natura q̄ corporis: quāto magis dei: qui creator est & animæ & corporis. Non sic deus dicit̄ implere mūdū: uelut aqua: uelut aer: uelut ipsa lux: ut minore sui parte: minorē mundi impleat partē: & maiore maiorem. Nouit ubiq; tot⁹ esse: & nullo contineri loco. Nouit uenire nō recedēdo ubi erat. Nouit abire nō desere
b rendo quo uenerat. Mirat̄ hoc mens humana: & quia nō capit fortasse nec credit: Se ipsam primit⁹ migrata miretur: seipsam paululū si pōt attollat a corpore: & ab eis reb⁹ quas solet sentire p̄ corp⁹: & uideat ipsa qd̄ sit quæ utitur corpore. Sed forte non pōt: Magni quippe est ingenij: ut ait quidam: seuocare mētē a sensibus: & cogitationem a cōsuetudine abducere. Ipsos ergo corporis sensus: aliquāto insuetius & uigilāti⁹ ꝓscrutetur. Sūt certe quinq; partiti corporis sensus: q nec sine corpore: nec sine anima esse possunt: quia neq; sentire est nisi uiuētis: qd̄ ab anima est corpori: neq; sine corporeis instrumētis: & quasi uasis atq; organis uidem⁹: audim⁹: cæteriq; trib⁹ utimur sensib⁹. Intendat hæc anima rationalis: & sensus corpis: non sensibus corporis: sed ipsa mente atq; rōne cōsideret. Certe sentire homo nō potest nisi uiuat: uiuit autē in carne: anteq̄ morte utrūq; dirimat̄. Quō igit̄ aia quæ sūt extra carnē suā sentit: quæ nō nisi i carne sua uiuit? An nō ab ei⁹ carne lōgissime absunt sidera i cælo? An nō in cælo uidet solē? An sentire non est uidere: cū sit in quinq; sensibus cæteris excellentior uisus? An & in cælo uiuit: quia & in cælo sentit: & sensus non potest esse ubi uita nō est? An sentit: & ubi non uiuit: quia cum in sua tm̄ carne uiuat: sentit etiam in his locis quæ præter eius carnem continent ea quæ tangit aspectus? Vides neq̄ sit hoc latebrosum in sensu tam conspicuo q uisus dicit̄? Attende & auditū: Nā & ipse se foras quodāmodo diffundit a carne. Vnde em̄ dicimus: Foris sonat: nisi ibi sentiamus ubi sonat? Ergo & illic extra carnē nostram uiuim⁹. An sentire possum⁹: & ubi nō uiuim⁹: cum sensus sine uita esse non possit? Cæteri tres sensus: apud seipsos sentiunt: q̄uis de olfactu utrūq; possit dubitari. De gustu autem atq; tactu: nulla cōtrouersia est: q̄ ea quæ gustamus & tāgim⁹: non alibi q̄ in carne nostra sentimus. Proinde isti tres sensus: ab hac consideratione se moueant̄. Visus auditusq; afferunt mirabilē quæstionē. Aut quomodo anima sentiat ubi nō uiuit: aut quomodo uiuat ubi nō est. Neq; enim nisi in carne sua est. Sentit aūt etiā præter carnem suā. Ibi quippe sentit ubi uidet: quia & uidere sentire est. Ibi sentit ubi audit: quia & audire sentire est. Aut ergo & ibi uiuit: ac p̄ hoc etiam & ibi est: aut sentit & ubi non uiuit: aut uiuit & ubi nō est. Hæc oīa mira sunt: nihil borū affirmari sine quadā uelut absurditate potest. Et de sensu loquimur morticino. Quid igitur
3 est ipsa aia: præter corpis sensū: id est in mente qua ista cōsiderat? Neq; em̄ sensu cor-

a 7

Respondet ad superiora q̄stiones.

Quinq; sensus, eorūdemq; diuersitas.

Visus.

Auditus.

Olfactus.

Gustus.

Tactus.

Apphiat quę de sensibus dixerat.

poris: de ipsis sensib⁹ corpis iudicat: Et putam⁹ nobis de omnipotētia dei incredibile dici aliqd: cū dicit uerbū dei per qđ oia facta sunt: sic assūpsisse corp⁹ ex uirgine: & sensib⁹ apparuisse mortalib⁹: ut imortalitatē suā non corruperit: ut ætnitatē suā non mutauerit: ut potestatē suā nō minuerit: ut administrationē mūdi nō deseruerit: ut a sinu patris: id est a secreto quo cū illo & in illo est: non recesserit? Verbū dei sic intellige p qđ facta sunt oia: nō ut eius trāsire aliquid cogites: & ex futuro præteritū fieri. Manet sicuti ē: & ubiq; totū ē. Venit aūt cū manifestat: & cum occultatur abscedit. Adest tñ siue occultū siue manifestū: sicut lux adest oculis & uidentis & cæci: sed uidenti adest præsenti: cæco uero absenti. Adest & uox audientibus auribus: adest etiā surdis: sed illis patet: istis latet. Quid autē mirabilius q̄ id quod accidit in uocibus nostris: uerbis q; sonātib⁹: in re scilicet raptim trāsitoria? Cum em̄ loquimur: nec secūdæ qdē syllabæ loc⁹ est nisi prima sonare destiterit: & tñ si unus assit auditor: totum audit qđ dicimus: & si duo assint: tātūdem ambo audiunt: qđ & singulis totū est. Etsi audiat multitudo silens: nō inter se particulatim cōminuunt sonos tanq̄ cibos: sed omne qđ sonat & omnibus totū est: & singulis totū. Ita ne iam non illud est potius incredibile: si uerbū bois transiens qđ exhibet aurib⁹: uerbū dei pmanēs nō exhibeat rebus: ut quēadmodum hoc simul audit a singulis etiā totū: ita illud simul ubiq; sit totū? Nō itaq; metuēdū est k
corpusculū infantiæ: ne in illo tātas deus angustias passus esse uideat. Neq; em̄ mole sed uirtute: magnus est deus: qui prouidētia sua meliorē sensum magis formiculis & apiculis dedit: q̄ asinis & camelis: Qui ex grano minutissimo seminis tātā ficulneæ arboris magnitudinem creat: cum ex multo maiorib⁹ seminib⁹ longe minora multa nascātur: Qui pupillam tam paruā ditauit acie: qua per oculos emicāte: in ictu temporis cælum ꝓpe dimidium lustraret: Qui ex puncto & quasi cētro cerebri: sensus omnes quinaria distributione diffudit: Qui corde membro tam exiguo uitalē motum p corporis cuncta dispēsat. His itaq; huiusmodi rebus: insinuās magna de minimis: q non est paruus in paruis. Ipsa em̄ magnitudo uirtutis eius: quæ nullas in angusto sentit angustias: uterū uirginalē: non aduenticio sed indigena puerperio fœcundauit: Ipsa sibi animā rationalē: & p eandē etiā corp⁹ humanū: totūq; omnino hominē in meli⁹ mutandum: nullo modo in deterius mutata coaptauit: nomē humanitatis ab eo dignanter assumens: diuinitatis ei largiter tribuens. Ipsa uirtus per inuiolatæ matris uirginea uiscera: mēbra infantis eduxit: quæ postea per clausa ostia: mēbra iuuenis itroduxit. Hic si ratio quæritur: non erit mirabile: si exemplū poscitur: nō erit singulare: Demus
Humanitas Christi ꝓbat. deum aliqd posse: qđ nos fateamur inuestigare nō posse. In talibus rebus: tota ratio facti est potentia facientis. l
Iam illud qđ in somnos soluit: & cibo alitur: & omnes humanos sentit affect⁹: hominē persuadet hominib⁹: quē nō cōsumpsit utiq; sed assumpsit. Ecce sic factū est: & tñ qdā hæretici: peruerse mirando laudādoq; eius uirtutē: naturā humanā in eo prorsus agnoscere noluerūt: ubi est ois gratiæ cōmendatio: qua saluos facit credētes in se: ꝓfundos thesauros sapientiæ & scientiæ cōtinēs: & fide mētes imbuens: quas ad æternam cōtēplationē ueritatis incōmutabilis ꝓuehat. Quid si omnipotens: hominē ubicunq; formatū: non ex materno utero crearet: sed repentinū inferret aspectibus? Quid si nullas ex paruulo in iuuentā mutaret ætates: nullos cibos: nullos capet somnos? Nōne opinionē confirmaret erroris: nec hominē uerum susceptisse ullo modo crederetur: & dum oīa mirabiliter facit: auferet qđ misericorditer fecit? Nunc uero ita inter deū & homines mediator apparuit: ut in unitate personæ copulans utrāq; naturā: & solita sublimaret insolitis: & insolita solitis tēperaret. Quid autem non mirum facit deus in omnibus creaturæ motibus: nisi consuetudine quotidiana uiluissent? Deniq; q̄ multa usitata calcantur: quæ cōsiderata stupentur: sicut ipsa uis seminum: quos numeros habet: & q̄ uiuaces: q̄ efficaces: q̄ latenter potentes: q̄ in paruo magna molientes: quis adeat animo: quis promat eloquio? Ille igit sibi hominem sine semine operatus est: qui in rerum natura sine seminibus operatur & semina. Ille in suo corpore numeros temporū mēsuraq; seruauit ætatum: qui sine ulla sui mutabilitate mutando contexuit ordinem sæculorum. Hoc enim creuit in tempore: qđ

cœpit ex tempore. Verbum autem in principio: per quod facta sunt tempora: tēpus elegit quo susciꝑet carnem: non tēpori cessit ut uerteretur in carnem. Homo quippe M deo accessit: nō deus a se recessit. Sic autem quidam reddi sibi rationē flagitant: quomodo deꝰ homini permixtus sit: ut una fieret persona christi: cū hoc semel fieri oportuerit: quasi rationem ipsi reddāt de re quæ quotidie fit: quomodo misceatur anima corpori: ut una persona fiat hominis? Nam sicut in unitate personæ anima utit corpore ut homo sit: ita in unitate personæ deus utitur homine: ut christus sit. In illa ergo ꝓsona mixtura est animæ & corporis: in hac persona mixtura ē dei & hominis: si tamē recedat auditor a cōsuetudine corporum: qua solent duo liquores ita commisceri: ut neuter seruet integritatem suam: q̄q̄ & i ipsis corporibus aeri lux incorrupta misceat. Ergo persona hominis: mixtura est animæ & corporis: ꝓsona autē christi: mixtura est dei & hois. Cum enī uerbum dei ꝓmixtū ē aīæ habēti corpꝰ: simul & aiam suscepit & corpꝰ. Illud quotidie fit ad ꝓcreādos hoies: hoc semel factū ē ad liberādos hoies. Verūtn duaꝝ reꝝ incorporearū cōmixtio faciliꝰ credi debuit: q̄ uniꝰ incorporeæ & alteriꝰ corporeæ. Nam si aīa in sua natura nō fallit: incorpoream se esse cōprebēdit: multomagis incorporeū ē uerbum dei: ac per hoc uerbi dei & animæ credibilior debuit esse ꝓmixtio: q̄ animæ & corpis. Sed hoc in nobis ipsis experimur: illud in christo credere iubemur. Si autem utrūq; nobis pariter inexpertum credendū præciperet: qd horum citius crederemus? Quomodo non fateremur duo incorporea q̄ unum corporeum: alterūq; incorporeū facilius potuisse misceri: si tamen nō indigne ad ista mixtionis uel mixturæ nomen admittit ꝓpter consuetudinem corporalium rerū: lōge aliter se habentium aliterq; notaꝝ? N Verbum igitur dei: idemq; dei filius: patri coæternus: eademq; uirtus: & sapientia dei: a superno fine creaturæ rationalis usq; ad infimū finem creaturæ corporalis attingens fortiter: & disponēs omnia suauiter: præsens & latens: nusq̄ conclusa: nusq̄ discissa: nusq̄ tumida: sed sine mole ubiq; tota: lōge alio modo quodam: q̄ eo quo creaturis cæteris adest: suscepit hominē: secq; & illum fecit unū Iesum christum: mediatorem dei & hominū: æqualem patri ſm diuinitatē: minorem patre ſm carnem: hoc est ſm hoiem: incōmutabiliter imortalem ſm æqualem patri diuinitatē: eūdēq; mutabilē atq; mortalē ſm cognitā nobis infirmitatē: in quo christo eo tempore: qd oportunissimum ipse nouerat: & ante sæcula disposuerat: uenit hominibus magisteriū & adiutoriū: ad capessendam sempiternā salutē. Magisteriū quidē: ut ea quæ hic ante dicta sunt utiliter uera: nō solum a ꝓphetis sāctis: qui oīa uera dixerunt: uerūetiam a philosophis atq; ipsis poetis: & huiuscemodi auctoribus litterarum: quos multa uera falsis miscuisse quis ambigat: illius etiam in carne præsentata confirmaret auctoritas: ꝓpter eos qui nō possent in ipsa intima ueritate cernere atq; discernere: Quæ ueritas & anteq̄ hominē assumeret: ipsa aderat omnibus qui eiꝰ participes esse potuerūt: Maxime uero suæ incarnatiōis exemplo id salubriter ꝓsuasit: ut qm̄ homines plærīq; diuinitatis auidi: ꝓ potestates cælestes quas deos putarent: rituſq; uarios illicitoꝝ non sacroꝝ sed sacrilegioꝝ: ambiendum sibi arbitrarētur ad deum: magis superbæ q̄ piæ: qua in re ꝓ angelis sanctis: eis se dæmones superbæ cogitatiōis supponunt: scirent homines tam ꝓximum esse deum pietati hominū: ad quem uelut longe positum ꝓ interpositas potestates ambiebant: ut hominē susciꝑere dignaret: & cū illo uniri quodāmodo ut ei sic coaptaret homo totꝰ: quēadmodum animæ corpus: excepta cōcretione mutabili: in quā non conuertit deus: & quā uidemꝰ ꝙ habeat & corpꝰ & animus. Adiutoriū autē qd sine gratia fidei quæ ab illo est: nemo potest uincere cōcupiscētias uitiosas: & si qua earum residua nō uicerit: ueniali remissione purgari. Qd ergo ad magisterium eius attinet: quis nunc extremus idiota: ul' quæ abiecta muliercula: non credit animæ imortalitatem: uitamq; post mortem futuram? Qd apud græcos olim primus ꝓherecydes assyrius cū disputasset: pythagorā samium illius disputationis nouitate ꝓmotū: ex atbleta in philosophū uertit. Nūc ergo qd Maro ait: & om O nes uidemꝰ: amomū assyriū uulgo nascit. Qd autē ad adiutorium gratiæ ꝓtinet quæ in christo est: ipse est omnino: quo duce si qua manent sceleris uestigia nostri irrita: ꝓ

Joh. 1.

Sap. 8.

Pie & recte debere intelligi Mixturæ uocabulum, aliq̄ usurpari Unionis aut Coniunctionis uerbo.

Christus uenit hominibꝫ Magistrum, &

Adiutorium.

Pherecydes Pythagoras Vir. in buco.

Dysthon.

petua ſoluent formidine terras. Sed nulla inquiunt: competentibus ſignis claruerunt tantæ maieſtatis indicia: quia laruatis illa purgatio: debilium curæ: reddita uita defunctis: ſi & alia cõſiderentur: deo parua ſunt. Fatemur quidem & nos talia quædã feciſſe
5. Regſ. 17. ꝓphetas. Nam in his ſignis quid excellentius q̃ mortuos reſurrexiſſe? Fecit hoc He-
4. Regſ. 4. lias: fecit hoc Heliſæus. Nam de magoꝝ miraculis: utrum etiã mortuos ſuſcitauerint:
Apuleiꝰ illi uiderunt qui & Apuleium ſe cõtra magicarum artium crimina copioſiſſime defen
dentẽ: conanté nõ accuſando ſed laudãdo conuincere. Nos legimꝰ magos ægyptioꝝ
Exo. 7. et ſequenti. artium iſtarũ peritiſſimos: a moyſe famulo dei fuiſſe ſuperatos: cum illi quædã mira
nefandis artibus agerent: ille deo ſuppliciter inuocato: machinamẽta eorum cuncta
ſubuerteret. Sed & ipſe moyſes & cæteri ꝓphetæ ueraciſſimi dñm chriſtũ ꝓphetaAdorãt.
uerunt: & gloriam magnam ei dedeũt: hunc nõ tanq̃ parem ſibi: nec in eadem mira
culorum potentia ſuperiorem: ſed plane dominũ deum omniũ: & hominem propter
homines factum uenturũ prænunciauerũt. Qui ꝓpterea & ipſe talia facere uoluit: ne P
eſſet abſurdum quæ per illos fecerat: ſi ipſe non faceret. Sed tamen & aliquid ꝓpriũ
Propria que ſoli Chriſtus & nullus præter eum. facere debuit: Naſci de uirgine: a mortuis reſurgere: in cælũ aſcẽdere. Hoc deo q̃ parũ
putat: quid plus expectet ignoro. Arbitror em̃ talia flagitari: qualia gerens hominem
Ioh. 1. facere non debuit. Nã in principio erat uerbum: & uerbũ erat apud deũ: & deus erat
uerbum: & omnia per ipſum facta ſunt. Num homine aſſumpto: alium mundũ facere
debuit: ut eum eſſe crederemus: per quẽ factus eſt mũdus? Sed nec maior mundus:
nec iſti æqualis in hoc mundo fieri poſſet. Si autem minorem faceret infra iſtum: ſimi
liter hoc quoq; parum putaretur. Quia ergo non oportebat ut nouum faceret mun
dum: noua fecit in mundo. Homo em̃ de uirgine ꝓcreatus: & a mortuis in æternã ui
tam reſuſcitatus: & ſup cælos exaltatus: potentius fortaſſe opus eſt q̃ mũdus. Hic for
te reſpondent: ſe factum hoc eſſe non credere. Quid ergo fiet hominibꝰ: qui minima
contemnũt: maiora non credunt? Reddita uita defũctis: ideo creditꝫ: quia & alij fe
cerunt: & parũ eſt deo. Caro ꝓpria de uirgine creata: & a morte in æterna uita ſuper
cælos leuata: ideo non credtur quia nemo fecit: & competit deo: ac per hoc quæ ſibi
Saluſtiꝰ quiſq; facilia non factu ſed captu putat: æquo animo accipit: ſupra ea ueluti ficta ꝓ fal
ſis ducit. Noli eis eſſe ſimilis obſecro te. Diſputanꝫ hæc latius: & omnis quæſtionũ ne
ceſſariarũ ſinus ꝑſcrutati diſcuſſiq; panduntꝫ: ſed intellectui fides aditũ aperit: infideli
tas claudit. Quẽ non moueat ad credendũ tantus ab initio ipſe rerũ geſtarũ ordo: & Q
ipſa cõnexio temporũ: præteritis fidem de præſentibus faciens: priora poſterioribuſ:
Abraham. Geñ. 12. & recẽtioribus antiqua confirmãs? Eligitur unus ex gente chaldæoꝝ: pietate fideliſ
ſima prædituſ: cui ꝓmiſſa diuina poſt tãtam ſæculorũ ſeriem nouiſſimis temporibus
cõplenda ꝓdantur: atq; in eius ſemine omnes gentes habituræ benedictionẽ prænũ
ciantur. Sic unum deum uerum colẽs uniuerſitatis creatorem: gignit filium ſenex: de
coniuge quã ſpe pariẽdi penitꝰ deſtitutã ſterilitas ætaſq; iam fecerat. Propagatur ex
ex illo numeroſiſſimus populus: multiplicatus in ægypto: quo illam ſtirpem exorien
talibus partibus promiſſis effectiſq; crebreſcens: diſpoſitio diuina trãſmiſerat. Educitꝫ
ex ægypti ſeruitute gens ualida: horrendis ſignis atq; miraculis: pulſiſq; impijs genti
bus: in terram ꝓmiſſionis perducta & cõſtituta: regno etiam ſublimatur. Deinde præ
ualeſcente peccato: ſacrilegis auſibus deum uerum qui eis tãta beneficia contulerat
ſæpiſſime offendens: uariiſq; flagellata cladibus: & proſperitatibus conſolata: uſq; ad
chriſti incarnationem declarationẽq; ꝓducitur. Quem chriſtum: dei uerbũ: dei filium
deũ in carne uenturũ: moriturũ: reſurrecturũ: in cælum aſcenſurum: præpollentiſſimo
ſuo nomine: in omnibꝰ gentibꝰ dicatos ſibi populos habituꝝ: Inq; illo remiſſionẽ pec
catorum: ſalutemq; æternam futurã eſſe credentibꝰ: omnia gentis illius promiſſa: om
nes ꝓphetiæ: ſacerdotia: ſacrificia: templũ: & cũcta omnino ſacramẽta ſonuerũt. Ve
nit chriſtus: cõpletꝫ in eiꝰ ortu: uita: dictis: factis: paſſionibꝰ: morte: reſurrectiõe: aſcen
ſione: omia præconia ꝓphetarum. Mittit ſpiritũſanctum: implet fideles una in domo
congregatos: & hocipſũ ꝓmiſſum orando atq; deſiderando expectãtes. Impleti autẽ
ſpirituſancto: loquũtꝫ repente linguis omniũ gentium: arguunt fidenter errores: præ

dicant saluberrimā ueritatem: exhortanť ad pœnitentiam præteritæ culpabilis uitæ: indulgentiam de diuina gra pollicenť: prædicationem pietatis ueræq; religiōis signa congruētia & miracula consequūtur. Excitatur aduersus eos sæua infidelitas: tolerāt prædicta: sperant promissa: docēt præcepta: numero exigui per mundū dissēminantur: populos facilitate mirabili conuertunt: inter inimicos augentur: persecutionibus crescunt: per afflictionum angustias usq; in terrarum extrema dilatātur. Ex imperitissimis: ex abiectissimis: ex paucissimis illuminanť: nobilitantur: multiplicantur præclarissima ingenia: cultissima eloquia: mirabilesq; peritias acutoꝝ: facūdorū atq; doctorū subiugant christo: & ad prædicandū uiā pietatis salutisq; conuertunt: Alternis aduersitatibus & prosperitatibus rerum: patientiā & temperātiā uigilanter exercēt: Mundo declinante in extrema fessisq; rebus ætatem ultimā protestante: multo fidentius quia & hoc prædictum est: æternā ciuitatis cælestis fœlicitatē expectāt: Atq; inť hæc omnia contra ecclesiam christi impiaꝝ gentiū infidelitas fremit: euincit illa patiendo: & inconcussam fidem inter obsistētium sæuitiam ꝓfitēdo: reuelatæ ueritatis quæ diu ꝓmissis mysticis uelabatur: sacrificio succedente: illa sacrificia quibus hoc figurabať: templi ipsius euersione tollūť: reproba per infidelitatem gens ipsa iudæorum a sedibus extirpata: per mūdū usq; quaq; dispergitur: ut ubiq; portet codices sanctos: ac sic ꝓphetiæ testimonium: qua christus & ecclesia prænunciata est: ne ad tempus a nobis fictum existimareť: ab ipsis aduersarijs proferatur: ubi etiam ipsos prædictum est non fuisse credituros. Templa & simulacra dæmonū: ritusq; sacrilegi paulatim atq; alternatim ſm prædicta ꝓphetica subuertūtur: hæreses aduersus nomen christi sub uelamēto tñ nominis christi: ad exercendam doctrinā sanctæ religionis: sicut prænūciatæ sunt pullulant. Hæc omnia sicut leguntť prædicta: ita cernuntur impleta: atq; ex bis iā
R tot & tantis quæ restant expectanť implenda. Quæ tandem mens auida æternitatis: uitæq; præsentis breuitate permota: cōtra huius diuinæ auctoritatis culmen lumē q; cōtendat? Quæ disputationes: quæ litteræ quorūlibet philosophorum: quæ leges quarūlibet ciuitatum: duobus præceptis: ex quib⁹ christus dicit totam legem ꝓphetasq; pendere: ullo modo sint comparādæ: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mēte tua: & ꝓximū tuum tāq; teipsum? Hic physica: quoniā omnes omniū naturarū causæ in deo creatore sunt. Hic ethica: quoniā uita bona & honesta: non aliunde formatur: q̄ cum ea quæ diligenda sunt quēadmodū diligenda sunt: diliguntť: hoc est deus & ꝓximus. Hic logica: quoniā ueritas lumēq; animæ rationalis nō nisi de⁹ est. Hic etiam laudabilis reipublicæ salus. Neq; em̄ conditť & custoditť optima ciuitas: nisi fundamento & uinculo fidei: firmæq; cōcordiæ: cum bonum cōmune diligitur: qđ summū ac uerissimū: deus est: atq; in illo inuicem sincerissime se diligant homines: cum ꝓpter illum se diligant: cui: quo animo diligāt occultare
S non possunt. Modus autē ipse dicēdi: quo sancta scriptura contextť: q̄ omnib⁹ accessibilis q̄is paucissimis penetrabilis: ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctoꝝ atq; doctorum. Ea uero quæ in mysterijs occultat: nec ipso eloquio supbo erigit: quo non audeat accedere mens tardiuscula & inerudita: quasi paup ad diuitē: sed inuitat oēs humili sermone: quos non solū manifesta pascat sed etiā secreta exerceat ueritate: hoc i ꝓmptis qđ i recōditis habēs. Sed ne apta fastidireť: eadē rursus opta desiderāť: desiderata quodāmodo renouāť: renouata suauitē intimāť. His salubriter & praua corrigūť: & parua nutriūť: & magna oblectāť igenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus: qui uel errando eā nescit esse saluberrimā: uel
T odit ægrotādo medicinam. Vides q̄ prolixam epistolā fecerim? Si quid ergo te mouet: atq; inter nos ptractari tāti habes: non tibi faciat angustias usitatarum epistolarū: uelut custodiendus modus: quia & optime nosti q̄ grandes eas ueteres habuerūt: cū aliquid agerent qđ explicare breuiter non ualerent. Etsi auctorum ad alias litteras pertinentium: mos esset alius: nostroꝝ nobis in hac re dignius imitanda præbereť auctoritas. Inspice itaq; modum epistolarū apostolicaꝝ: uł eorum etiam qui illa diuina eloquia tractauerunt: & non pigeat te uel multa quærēda ꝓponere: si multa te mouent:

Persequutionem rectius Christiani.

nota.

Deut. 6. Matth. 22.

nō

De Epistolæ prolixitate.

uel aliquãdo diutius uersari qđ quæris: ut quãtum fieri per tales quales sumus potest: non remaneat dubitationis nubilum: qđ obstet lumini ueritatis. Scio em̃ excellẽtiam tuam: quorundam perpeti obstinatissimas contradictiones: qui propterea putant: uel putari uolunt: christianam doctrinam utilitati non conuenire reipublicæ: quia nolunt stare rempublicam firmitate uirtutum: sed impunitate uitiorũ. Non autem sicut regi homini uel cuilibet principi ciuitatis: ita etiam deo quicquid a multis peccatur inultũ est. Misericordia uero eius & gratia prædicata hominib⁹ per hominem christum: impartita autem per deum: deiq; filium eundem ipsum christum: nõ deserit eos qui ex fide uiuunt: eumq; pie colunt: siue mala huius uitæ patienter fortiterq; experiãt: siue bonis eius misericorditer ac temperanter utantur: æternum pro utroq; præmium recepturi in ciuitate superna atq; diuina: ubi iam non sit molestę toleranda calamitas: nec laborioſe frenãda cupiditas: sed sola sine ulla difficultate: & perfecta libertate retinẽda dei & proximi charitas. Incolumẽ fœlicioremq; te misericordissima dei omnipotentia tueatur domine illustris & merito insignis: ac præstantissime fili. Sanctam & in christo dignissime honorandam matrẽ: cuius pro te deus preces exaudiat: p meritis uestris officiosissime saluto. Sãctus frater & coepiscopus meus Possidius: præstantiam uestram multum salutat.

¶ Marcellini ad beatũ Augustinũ: dicta ipsius excellenter cõmendãtis: & uice cuiusdam precantis ut ad ea uigilanti⁹ respõdere digneť: in quibus dispensationẽ dominicæ incarnationis infamãtes: nihil amplius dñm q̃ alij homines facere potuerũt: fecisse uel gessisse mentianť: Quæstionẽq; adiungens: Cur etiã deus: qui & ueteris testamẽti deus esse firmať: spretis ueteri⁹ sacrificijs: delectatus sit & nouis. Q; præterea christi prædicatio & doctrina reipublicæ morib⁹ nulla ex pte cõueniat. Q;q; p christianos principes multa mala reipublicæ euenerint obijciẽtis: & ad hæc omnia respõsionem postulantis. Epla. IIII.

V Domino nimiumq; uenerabili: & omnibus mihi officijs unice percolẽdo: patri Augustino: Marcellin⁹. Vir illustris Volusian⁹ beatitudinis tuæ mihi litteras legit: immo me quidem cogente pluribus legit: quæ scilicet omnia quæ a te dicunť qa uere mirãda sunt: usq; quaq; miratus sũ. Sermonis em̃ diuini gratia humiliter tumẽs: facile ut placeret emeruit. Hinc em̃ plurimũ placuit q⁹ hois gressus aliquãto tubãtes boni ,ppositi exhortatiõe statuere & firmare cõtendis. Est em̃ nobis cũ eodẽ quotidiana ,p uiribus nõstris: & ,p ingenij pauptate disputatio. Sanctæ qdẽ matris ei⁹ precatione compulsus: cura mihi est eum frequentius salutandi gratia cõuenire: licet uicem in hac parte reddere etiã ipse digneť. Accepta autem uenerabilitatis tuæ epistola: homo qui a ueri dei stabilitate: multo; (quo; i hac urbe copia ẽ) psuasiõe reuocatur: ita mot⁹ est ut si quãtũ ipse cõfirmat: litterar; ,plixitatẽ minime formidasset: omne beatitudini tuæ qđ habere põt: insinuasset ambiguũ. Sed tñ satis: sicut etiã ipse ,p bare dignaberis: culto accuratoq; ſmone: & romanæ eloquẽtiæ nitore pspicuo: aliqua sibi exolui impẽdio postulauit. Quæ qdẽ quælibio usq; quaq; detrita est: & eo; sup hac parte satis nota calliditas: q dispensationẽ dominicæ incarnatiõis infamãt: Sed tñ etiã ego in hac pte: quia plurimis quicqd rescripseris ,pfuturũ esse cõfido: precator accesserim: ut ad ea uigilanti⁹ respõdere digneris: in quibus nihil amplius dñm q̃ alij hoies facere potuerũt fecisse uel gessisse mẽtiunť. Apollonũ siquidẽ suũ nobis: & Apuleiũ aliosq; magicæ artis homines in medium ,pferunt: quorum maiora contendunt extitisse miracula. Ipse autẽ uir illustris superius memoratus: multa esse dixit præsentibus aliquãtis: quæ huic possent iungi nõ imerito quæstioni: si ut ante dixit: non ab ei⁹ partib⁹: epl'aris cõsiderata breuitas fuisset: Quæ tñ licet scribere noluerit: tacere nõ ẽ passus. Dicebat em̃ q⁹ & si sibi hodie incarnatiõis dominicæ ratio redderet: reddi uix ad liquidũ possit: cur hic de⁹ q & ueteris testamenti deus esse firmatur: spretis ueteribus sacrificijs delectat⁹ est nouis. Nihil enim corrigi posse asserebat: nisi quod ante factum nõ recte ,pbareť: uel qđ semel recte factũ sit: imutari ullaten⁹ non debuisse. Recte em̃ facta dicebat mutari nisi iniuste nõ posse: maxime quia ista uanitas inconstantiæ dñm

Abamb. ad Ro. 1

premiũm

Vide Epistolã Fridanwbg.

Apollonio Apuleius

X

posſit arguere. Tū deinde q̄ ei⁹ prædicatio atq; doctrina reipublicæ moꝛib⁹ nulla ex parte conueniat: utpote ſicut a multis dicit̄ cuius hoc conſtet præceptū: ut nulli malū p malo reddere debeamus: & percutienti aliam præbere maxillam: & palliū dare pſi ſtēti tunicā tollere: & cum eo qui nos angariare uoluerit ire debere ſpacio itineris duplicato: quæ omnia reipublicæ moꝛibus aſſerit eſſe cōtraria. Nam quis tolli ſibi ab hoſte aliq̄d patiat̄: uel romanæ ꝓuinciæ deprædatori nō mala uelit belli iure reponere? Et cætera quæ dici ad rem poſſe intelligit uenerabilitas tua. Hæc ergo omnia: ipſi poſſe adiungi æſtimo quæſtioni: intātū ut ꝓ chriſtianos principes: chriſtianā religionem maxima ex parte ſeruātes: tanta (etiā ſi ipſe de hac parte taceat) reipublicæ mala euenire manifeſtū ſit. Vnde beatitudo tua mecū digneť agnoſcere. Ad hæc oīa quoniā multoꝝ manib⁹ ſine dubio tradetur ſanctitatis tuæ deſiderata reſpōſio: plenus debet & elucubratus ſolutionis ſplēdor oſtendi: maxime quia cū iſta gereret̄: eximius hipponenſis regionis poſſeſſor & dñs præſens aderat: q & ſanctitatem tuam ſub ironiæ adulatiōe laudaret: & ſibi cū de his quæreret: minime ſatiſfactū eſſe cōtenderet. Ego uero ad hæc oīa ꝓmiſſionis non imemor ſed exactor: libros confici deprecor eccleſiæ: hoc maxime tempore increditer ꝓfuturos.

¶ Sancti Auguſtini ad Marcellinū: ſupiores quæſtiones & obiectiōes clara ac diſerta reſpoſione diſſoluentis. Epl'a. V.

Domino eximio: & merito inſigni: chariſſimo ac deſiderātiſſimo filio Marcellino: Auguſtinus in dño ſalutem. Illuſtri uiro & eloquētiſſimo nobiſq; dilectiſſimo filio Voluſiano: nō amplius q̄ ad illud q̄d inquirendū putauit reſpondēdū fuit. Ad ea uero quæ mihi ꝓtractanda atq; ſoluēda epiſtola tua ipſe miſiſti: ſiue ab illo: ſiue etiam ab alijs: uel ſuggeranť: uel ingeranť: ad te potius ꝓ uiribus noſtris ꝓtracta & ſoluta mitti debuerāt: nō ſic quēadmodum agendum eſt de his librorum negocio: ſed quemadmodū potis es epiſtolari adeſſe colloquio: ut ſi tibi uiſum fuerit: qui eorum motus quotidianis diſputationibus experiris: & illis legantur hæ litteræ. At ſi auriculis eorum minus pietate fidei præcultis: ſermo iſte non ſufficit: prius inter nos q̄d eis putas ſufficere peragatur: tum demū ad illos q̄d peractum fuerit perferatur. Multa em̄ ſūt a quibus ſenſus eorum ſi adhuc abhorret & reſilit: uel uberiore uel ſubtiliore ratione uel certe auctoritate: cui reſiſtere indignum putent: perſuaderi aliquādo forſitan poſſit. Ergo in epiſtola tua poſuiſti: moueri quoſdam: cur hic deus qui & ueteris teſtamenti deus eſſe firmatur: ſpretis ueterib⁹ ſacrificijs: delectatus ſit nouis. Nihil enim corrigi poſſe aſſerunt: niſi q̄d ante non recte factum probaretur: uel q̄d ſemel recte factum ſit nullaten⁹ immutari debuiſſe: Recte enim facta dicunt: mutari niſi iniuſte non poſſe. Hæc uerba ex litteris tuis in bas meas tranſtuli. Quibus ſi reſpondere copioſe uelim: tempus me citius q̄ exempla defecerint: quibus rerum ipſa natura: & opera humana certa ratione ꝓ temporum oportunitate mutentur: nec tamen eadem ratio ſit mutabilis qua iſta mutanť. Vnde pauca cōmemorē ut ex his excitata quodāmodo iam ꝓ plura ſimilia uigil currat intentio. Nonne hyemi æſtas addito ſenſim calore ſuccedit? Nōne diurnis: tēpora nocturna uertunť? Quotiēs nr̄æ uariantur ætates? Adoleſcentiæ puericia non reditura cedit: iuuent⁹ adoleſcentiæ nō manſura ſuccedit: finiēs iuuētutē ſenect⁹: ſenect⁹ aūt morte finiť. Hæc oīa mutanť: nec mutať diuinæ ꝓuidentiæ ratio: qua fit ut iſta mutentur. Non autē opinor cū agricola æſtate aliud iuſſerit q̄ iuſſerat hyeme: ratio mutať agriculturæ. Et cū mane ſurgit qui nocte q̄eſcebat: uitæ conſiliū non mutauit. Aliud magiſter adoleſcēti q̄ puero ſolebat: impoſuit. Doctrina igiť cōſtans: mutato præcepto non mutat inſtructionē. Nam magnus ille noſtrorum tēporum medicus Vindicianus conſultus a quodā: dolori eius adhiberi iuſſit q̄d in tpe cōgruere uidebať: adhibitū ſanitas conſecuta eſt. Deinde poſt annos aliquot eadē rurſus corporis cauſa cōmota: hoc idem ille putauit adhibēdū uertit in peius. Miratus currit ad medicum: indicat factum. At ille ut erat acerrimus: ita reſpondit: Ideo male acceptus es: quia non ego iuſſi: ut omnes qui audiſſent: parūq; boiem noſſent: non eum arte medicinali fidere: ſed neſcio qua illicita potētia putaret. Vnde

Matth. 5.

Respondet de sanctis.

Vindician⁹

cum esset a qb⁹ poterat stupētibus interrogatus: aperuit qđ nō intellexerāt: uidelicet illi ætati iam non hoc se fuisse iussurum. Tantū igit̄ ualet ratione atq; artibus nō mu- & tatis: quid ſm eas sit pro temporum uarietate mutandum. Non itaq; uerum est qđ di- citur: Semel recte factum nullatenus esse mutādum. Mutata quippe temporis causa: qđ recte ante factū fuerat ita mutari uera ratio plærūq; flagitat: ut cum ipsi dicāt recte non fieri si mutetur: Contra ueritas clamet: Recte non fieri nisi mutetur: quia utrun- q; tūc erit rectum: si erit ꝓ tempoꝝ uarietate diuersum. Qđ em̄ in diuersitate psonaꝝ uno tempore accidere potest: ut huic liceat aliquid impune facere: qđ nō liceat illi: nō ꝙ dissimilis sit res: sed is qui facit: ita ab una eadēq; persona diuersis temporibus tunc oportet aliquid fieri: tunc non oportet: non ꝙ sui dissimilis sit qui facit: sed quando fa- cit. Hæc quæstio q̄ late pateat: profecto uidet quisquis pulchri aptiq; distantiam spar- sam quodāmodo in uniuersitate rerum ualet neq; negligit intueri. Pulchrum enim ꝑ seipsum consideratur atq; laudatur: cui turpe ac deforme contrariū est. Aptum uero: cui ex aduerso est ineptū: quasi religatum pendet aliūde: nec ex semetipso: sed ex eo cui connectit̄ iudicat̄. Nimirū etiam decēs atq; indecens: uel hoc idem est uel ꝑinde habetur. Age nunc ea quæ diximus: refer ad illud unde agit̄. Aptum fuit primis tē- poribus sacrificiū: qđ præceperat deus: nunc uero non ita est. Aliud em̄ præcepit qđ huic tempori aptum eēt: qui multomagis q̄ homo nouit: qd cuiq; tēpori accōmodate 12. de ciuitate adhibeatur: quid qn̄ impertiat: addat: auferat: detrahat: augeat: minuat ue: immuta- dei. ca. 4. et. 5. bilis mutabilitū: sicut creator ita moderator: donec uniuersi sæculi pulchritudo: cuius particulæ sūt quæ suis quibusq; temporibus apta sūt: uelut magnum carmē cuiusdam ineffabilis modulatoris excurrat: atq; inde transeant in æternā cōtemplationem spe- ciei qui deū rite colunt: etiam cum tēpus ē fidei. Fallunt̄ aūt qui existimant hæc deū iubere causa suæ utilitatis uel uoluptatis: Et merito mouent̄: cur deus ista mutauerit: 10. de ciuitate q̄si delectatione mutabili aliud sibi iubēs offerri illo prius tēpore: aliud isto: Non autē dei. ca. 5. ita est. Nihil em̄ deus iubet qđ sibi ꝑsit: sed illi cui iubet. Ideo uerus est dn̄s: qui seruo non indiget: & quo seruus indiget. In ea quippe scriptura quæ uetus dicitur testamē- tum: & eo tempore quo adhuc illa offerebantur sacrificia: quæ hoc tempore nō offe- Ps. 15. runtur: dictum est: Dixi domino: deus meus es tu: quoniā bonorū meorum nō eges. Nec illoꝝ ergo sacrificiorū egebat deus: nec cuiusq̄ eget unq̄: sed rerum diuinitus im- partitarum: uel imbuendo uirtutibus animo: uel æternæ saluti adipiscendæ quædam signa sunt: quoꝝ celebratione atq; functione: non deo sed nobis utilia pietatis officia Signa - Sacramenta - exercent̄. Nimis autem longum est cōueniēter disputare de uarietate signoꝝ: quæ cum ad res diuinas ptinēt sacramēta appellant̄. Sicut aūt nō ideo mutabilis de⁹: quia mane aliud: aliud uespere: illud hoc mense: illud alio: non hoc isto anno qđ illo: ita nō ideo mutabilis de⁹ qa uniuersi sæculi priore uolumie aliud: aliud posteriore sibi iussit offerri: quo cōueniēter significationes ad doctrinā religionis saluberrimā ptinentes: ꝑ mutabilia tēpora sine ulla sui mutatione disponeret. Nā ut nouerint boies quos hæc A mouēt: iam hoc fuisse in rōne diuina: ne cū ista noua cōstituerēt: subito priora displi- cuisse uelut mutabili uolūtate: sed hoc iam fixū & statutū fuisse i ipsa sapiētia dei. Cui Ps. 101. de maiorib⁹ etiā reꝝ mutatiōib⁹: eadē scriptura dicit: Mutabis ea & mutabunt̄: tu aūt idē ipse es: insinuandū ē eis mutationē istā sacramētoꝝ testamēti ueteris & noui etiā prædictā fuisse ꝓphēticis uocib⁹. Ita em̄ uidebūt: si poterūt id qđ in tpe nouū est: non esse nouū apud eū q cōdidit tēpora: & sine tpe habet omnia quæ suis qbusq; tēporib⁹ ꝑ eoꝝ uarietate distribuit. Nā & in illo psalmo unde cōmemoraui aliquid quo demō strare nō egere deū sacrilegijs nr̄is cui dicit̄: Dixi dn̄o: de⁹ me⁹ es tu qm̄ bonoꝝ meo- Ps. 15. rū nō eges: Paulopost legit̄ ex ꝑsona christi: Nō cōgregabo cōuēticula eoꝝ de sāgui- nibus: boc ē pecoꝝ uictimis: qb⁹ pri⁹ cōgregabant̄ cōuēticula iudæoꝝ. Et alibi dicit: Ps. 49. Nō accipiam de manu tua uitulos: neq; de gregib⁹ tuis bircos. Et alius ꝓpheta: Ecce Hiere. 31. inquit dies uenient dicit domin⁹: & confirmabo sup domū iacob testamentum nouū: non sicut testamentum quod disposui patribus eorum: cum eduxi eos de terra ægy- pti. Et alia multa sūt de hac re testimonia: quibus boc deum facturum esse prædictum

Semel recte factum posse mutari.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

est:quæ cõmemorare nunc longum est. Hic iam si satis constitit qđ recte alio tempo/
re constitutũ est: itidẽ recte alio tpe posse mutari:mutantis opere non dispositiõe mu
tata: quã dispositionẽ intelligibilis ratio cõtinet ubi sine tempore simul sunt quæ in tẽ/
B poribus simul fieri non possunt:quia tempora nõ simul currunt. Quispiã fortassis ex
pectet causas:a nobis ipsius mutatiõis accipere:qđ ipse nosti q̃ prolixi sit negocij: Ve/
rũtamen breuiter dici potest ꝙ homini acuto fortasse suffecerit: alijs sacramẽtis præ/
nunciari christũ cum uenturus esset:alijs cum uenisset annũciari oportuisse:sicut mo/
do nos idipsũ loquentes diuersitas rerũ compulit etiam uerba mutare. Siquidẽ aliud
C est prænunciari:aliud annũciari:aliud cum uenturus esset:aliud cum uenisset. Nunc
deinde uideamus quale sit qđ in epistola tua sequitur. Adiecisti em̃ eos dicere ꝙ chri/
sti prædicatio atq; doctrina reipublicæ moribus nulla ex parte cõueniat:cuius hoc cõ/
stet esse præceptũ:ut nulli malũ pro malo reddere debeamus: & ꝓcutiẽti aliam præ/ Matth.5.
bere maxillam:& pallium dare ei qui tunicam auferre ꝓstiterit: & cum eo qui nos an/
gariare uoluerit:ire debere spacio itineris duplicato. Quæ omnia reipublicæ morib9
asserunt esse contraria. Nam quis inquiunt tolli sibi ab hoste aliquid patiat:uel roma/
næ ꝓuinciæ de prædatoribus non mala uelit belli iure reponere? Hæc atq; huiusmo/
di uerba obtrectantium:siue non obtrectando: sed quærendo talia loquentiũ opero/
sius fortasse refellerẽ: nisi hæ disceptatiões haberẽtur cum uiris liberaliter institutis.
D Vnde quid opus est ut diutius laboremus:ac nõ ipsos potius percontemur: quomo/
do poterant gubernare:atq; augere rempublicam quã ex parua & inopi:magnã opu Salustꝰ
lentamq; fecerunt:qui accepta iniuria ignoscere q̃ persequi malebãt? Quomodo cæ/
sari utiq; administratori reipublicæ mores eius extollens Cicero dicebat: ꝙ nihil ob/ Tullꝰ
liuisci soleret nisi iniurias? Dicebat enim hoc tam magnus laudator: aut tam magnus
adulator. Sed si laudator:talem cæsarem nouerat. Si autem adulator:talem eẽ debe/
re ostendebat principem ciuitatis:qualem illum fallaciter prædicabat. Quid est autẽ
non reddere malum pro malo:nisi abhorrere ab ulciscẽdi libidine? Quid est accepta
iniuria ignoscere malle q̃ persequi:& nihil nisi iniurias obliuisci? Hæc cum i eoꝝ legũ/
tur auctoribus: exclamatur & plaudit:describi atq; prædicari mores uidentur: quib9 nota
dignum esset exurgere ciuitatẽ:quæ tot gentibus imperaret:qđ accepta iniuria igno
scere q̃ persequi malebant. Cum uero legitur præcipiente auctoritate diuina:nõ red/
dendum malum pro malo:cum hæc tam salubris admonitio cõgregationibus popu/
lorum:tanq̃ publicis utriusq; sexus:atq; omnium ætatum & dignitatum scholis de su/
periore loco ꝓsonat:accusat religio tanq̃ inimica reipublicæ. Quæ si ut dignũ est audi Romulus
ret:longo melius Romulo:Numa: Bruto: cæterisq; illis Romanæ gẽtis præclaris uiris Numa
E cõstitueret:consecraret:firmaret:augeretq; rempublicam. Quid enim est respublica Bruto
nisi res populi? Res ergo cõmunis:res utiq; ciuitatis. Quid est autem ciuitas:nisi mul/
titudo hominum:in quoddam uinculum redacta cõcordiæ? Apud eos enim ita legi/
tur:Breuis multitudo diuersa atq; uaga:concordia ciuitas facta erat. Quæ porro præ/
cepta concordiæ in suis templis unq̃ illi legenda censuerunt:quãdoquidẽ miseri quæ/
rere cogebantur:quo nam modo sine offensione cuiusq̃ eorum:discordes inter se de/
os suos colere possent? Qđ si imitari discordantes uellent: rupto concordiæ uinculo:
ciuitas laberetur:qđ postea paulatim decoloratis corruptisq; moribus: agi cœpit per
ciuilia bella. Quãta uero præcepta concordiæ non humanis disputationibus exquisi/
ta:sed diuina auctoritate conscripta in christi ecclesijs lectitẽt:quis ul'ab illa religione
alienus:ita surdus est ut ignoret? Ad hoc enim & illa pertinent quæ malũt exagitare Matth.5
q̃ discere:alteram percutienti præbendam esse maxillam:uolenti auferre tunicã dan/
dum etiam pallium:cum angariante duplicandam uiam. Hoc quippe fit ut uincat bo
no malus:immo in homine malo: uincatur bono malũ:& homo liberetur a malo:non
exteriore & alieno:sed intimo ac suo: quo grauius & pernitiosi9: q̃ cuiusuis hostis ex/
trinsecus immanitate uastatur. Qui ergo uincit bono malũ: patienter amittit tẽpora/
lia commoda:ut doceat q̃ pro fide atq; iusticia contemnenda sint: quæ ille nimis amã/
do fit malus: ac sic iniuriosus ab eoipso cui fecit iniuriam:discat qualia sint ꝓpter quæ

fecit iniuriam:atq; in cõcordiã qua nihil est utili⁹ ciuitati:pœnitẽs acquirat:uictus non
sæuientis uiribus:sed beniuolentia patientis. Tunc enim recte fit:cum uidetur ei pro-
futurum esse propter quem fit: ad operandum in eo correctionem atq; cõcordiam.
Hoc certe animo faciẽdũ est:etiã si alius exitus consequat:nec corrigi uelit atq; paca-
ri:ꝓpter quem corrigendum atq; pacandum:uelut curandum & sanandum adhibita
Li.1.de ser. dñi in mõte. ca.20.et.21. est ista medicina. Alioquin si uerba attenderimus: eorumq; ꝓprietati seruiẽdum pu- F
tauerimus: non est præbenda maxilla dextera: si sinistra fuerit percussa: Quoniam
Matth.5. si quis te inquit percusserit in maxillam dexterã:præbe illi & sinistrã. Magis autẽ sini-
stra pcutitur:ꝙ in eam potius partem:q̃ ad dexterã facilior feriẽtis ictus est. Sed sic in-
telligi solet:ac si dictum esset:Si quis in te meliora fuerit persecut⁹:& inferiora ei præ-
be:ne uindictæ potius q̃ patientiæ studens contemnas æterna ꝓ temporalibus:cũ po
tius temporalia ꝓ æternis contemnẽda sint:tãq̃ sinistra ꝓ dextris. Hæc semp fuit san-
ctor; martyr; intentio. Vindicta em̃ ultima: iuste poscit: quãdo nullus iam restat cor-
cioſabis qui ea uellent ſicut a parentibus per legem acceperant cuſtodire: etiam cum chriſto credidiſſent: non tamen in eis iam conſtituerēt ſpem ſalutis: quoniam per dominum ieſum ſalus ipſa quæ illis ſacramentis ſignificabatur aduenerat. Ideoq; gentibus q̄ inſuetos a fidei reuocarent onerē graui & non neceſſario: nullo modo imponēda eſſe cenſebat. Quapropter non ideo Petrum emendauit: q̄ paternas traditiones obſeruaret: quod ſi facere uellet: nec mendaciter nec incongrue faceret: q̄uis em̄ iam ſuperflua tamen ſolita non nocerent. Sed quoniam gentes cogebat iudaiçare: qđ nullo modo poſſet niſi ea ſic ageret tamq; adhuc etiam poſt domini aduentum neceſſaria ſaluti forent: quod uehementer per apoſtolatum Pauli ueritas diſſuaſit. Nec apoſtolus Petrus hoc ignorabat: ſed id faciebat: timens eos qui ex circumciſione erāt. Ita q̄ & ipſe uere correctus eſt: Et Paulus uera narrauit: ne ſancta ſcriptura quæ ad fidem poſteris edita eſt: admiſſa auctoritate mendacij: tota dubia nutet & fluctuet. Non em̄ poteſt aut oportet litteris explicari: quāta & q̄ inexplicabilia mala cōſequantur: ſi hoc conceſſerimus. Poſſet autem oportune minuſq; periculoſe demonſtrari: ſi corā inter nos colloqueremur. Hoc ergo iudæorū Paulus dimiſerat qđ malum habebant: & in primis illud quod ignorantes dei iuſticiam: & ſuam iuſticiam uolentes conſtituere: iuſticiæ dei nō ſunt ſubiecti. Deinde q̄ poſt paſſionem & reſurrectionem chriſti dato ac manifeſtato ſacramento gratiæ: ſm ordinem melchiſedech: adhuc putabant ſacramēta uetera: non ex conſuetudine ſolennitatis: ſed ex neceſſitate ſalutis eſſe celebrāda. Quæ tamen ſi nunq̄ fuiſſent neceſſaria: infructuoſe atq; inaniter ꝑ eis machabæi martyres fierēt. Poſtremo illud qđ prædicatores gratiæ chriſtianos: iudæi tanq̄ hoſtes legis perſequebāt. Hos itaq; atq; huiuſmodi errores & uitia dicit ſe damnare: & ut ſtercora arbitratum: ut chriſtum lucrifaceret: non obſeruationes legis ſi more patrio celebrarētur: ſicut & ab ipſo celebratæ ſunt: ſine ulla ſalutis neceſſitate ſicut iudæi celebrādas putabant: aut fallaci ſimulatione: quod in Petro rep̄henderat. Nam ſi propterea illa ſacramenta celebrauit: quia ſimulauit ſe iudæum ut illos lucrifaceret: cur nō etiam ſacrificauit cum gentibus: quia & his qui ſine lege erāt tanq̄ ſine lege factus eſt: ut eos quoq; lucrifaceret: niſi quia & illud fecit: ut natura iudæus: & hoc totum dixit: non ut fallaciter ſe fingeret eſſe quod non erat: ſed ut miſericorditer eis ita ſubueniendū eſſe ſentiret: ac ſi ipſe in eodem errore laboraret: non ſcilicet mentientis aſtu: ſed cum patiētis affectu. Sicut eoipſo loco generaliter intulit: Factus ſum infirmis infirmus: ut infirmos lucrifacerē: ut ſequēs concluſio: Omnibus omnia factus ſum ut omnes lucrifacerem: ad hæc referenda intelligatur: ut cuiuſq; infirmitatem tanq̄ in ſeipſo miſeratus G appareat. Non enim & cum diceret: Quis infirmatur & ego non infirmor: infirmitatē alterius ſimulaſſe potius q̄ condoluiſſe uolebat intelligi. Quare arripe obſecro te ingenuam & uere chriſtianam cum charitate ſæueritatem: ad illud opus corrigendū atq; emēdandū: & παλιῳδίαν: ut dicitur: cane. Incomparabiliter em̄ pulchrior eſt ueritas chriſtianorum: q̄ Helena græcoꝝ. Pro iſta enim forti⁹ noſtri martyres aduerſus hanc ſodomā: q̄ pro illa illi heroes aduerſus troiam dimicauerūt. Neq; hoc ideo dico: ut oc̄los cordis recipias: quos abſit ut amiſeris: ſed ut aduertas quos cū habeas ſanos & uigiles: neſcio q̄ diſſimulatiōe auertiſti: ut nō intēderes: quæ conſequant aduerſa: ſi ſemel creditū fuerit: poſſe honeſte atq; pie accipi: ſcriptorē diuinoꝝ librorꝝ in aliq̄ ſui operis parte mētiri. Scripſerā hinc iam aliq̄n ad epl'am: quæ nō plata eſt: quia nec prexit cui p ferendā tradiderā: Ex qua illud mihi ſuggeſtū ē: cū iſtam dictarē: q̄ in hac quoq; prætermittere non debui: ut ſi alia eſt ſentētia tua: eademq; eſt melior: timori meo libenter ignoſcas. Si enim aliter ſentis: uerūq; tu ſentis. Nam niſi uerum ſit: melius eſſe non poteſt: ut nō dicam nulla certe non magna culpa: meus error ueritati fauet: ſi re H cte in quoquā ueritas pōt fauere mendacio. De Origene autē quod reſcribere dignatus es: iam ſciebā: nō tm̄ in eccleſiaſticis litteris: ſed in oibus recta & uera quæ inuenerimus approbare atq; laudare: falſa uero & praua improbare atq; rep̄hendere. Sed illud de prudētia doctrinaq; tua deſiderabā: & adhuc deſidero: ut nota nobis facias ea ipſa eius errata: qbus a fide ueritatis ille uir tantus receſſiſſe cōuincit. In libro etiā quo

Ro. 10.

1. Cor. 9.

cūctos quoꝙ meminisse potuisti scriptores eccl'iasticos: & eoꝙ scripta cōmemorasti: cōmodius ut arbitror fieret: si nominatis eis quos hæresiotas esse nosti (quādo ne ipsos quidem prætermittere uolueris) subiungeres etiam in quibus cauendi essent: q̄q̄ nonnullos etiam præterieris: quod scire cuperem quo consilio factum sit: Aut si illud uolumen forte onerare noluisti: ut commemoratis hæreticis: non adderes in quibus eos catholica damnarit auctoritas. Peto ne graue sit litterario labori tuo: quo nō mediocriter per domini dei nostri gratiam in latina lingua sanctorum studia & accēdisti & adiuuisti: id quod tibi per humilitatem meam fraterna charitas indicit: ut si occupationes tuæ sinūt omniū hæreticorum peruersa dogmata: qui rectitudinem fidei christianæ: usq; ad hoc tempus: uel imprudentia: ul' peruicacia deprauare conati sūt: uno libello breuiter digesta edas in noticiam eorum: quibus aut nō uacat propter alia negocia: aut non ualent propter alienam linguā: tam multa legere atq; cognoscere. Diu te rogarem: nisi hoc soleret esse indicium minus præsumentis de charitate. Hūc interea fratrem nostrum Paulum: in christo multum cōmendo benignitati tuæ: cui⁹ in nostris regionibus existimationi bonū corā deo testimoniū pbibemus.

Sancti Augustini ad beatum Hieronymū: ad rescribendum ꝓuocantis: & ad interpretationem scripturarum ex græco ſm septuaginta interp̄tes exhortantis. Epl'a. X. I

DOmino uenerabili & desiderabili sācto fratri: & compresbytero Hieronymo: Augustinus in domino salutem. Ex quo cœpi ad te scribere aut tua scripta desiderare: nunq̄ mihi melior occurrit occasio: q̄ ut per dei seruum ac ministrum fidelissimum mihiq; charissimum mea tibi afferret' epistola: qualis ē fili⁹ noster Cyprianus diaconus. Per hunc certe ita spero litteras tuas: ut certius in hoc rerum genere quicq̄ sperare nō possim. Nam nec studium in petendis rescriptis memorato filio nostro deerit: nec gratia in promerendis: nec diligentia in custodiendis: nec alacritas in perferendis: nec fides in reddendis: tantū si aliquo modo merear: adiuuet dominus: & assit cordi tuo: & desiderio meo: ut fraternam uoluntatem nulla maior uoluntas impediat. Quia ergo duas iam epistolas misi: nullam autem tuam postea recepi: easdē ipsas rursus mittere uolui: credens eas non peruenisse. Quæ & si peruenerunt: ac fortasse tuæ potius ad me peruenire minime potuerūt: eaipsa scripta quæ iam misisti iterum mitte si forte reseruata sunt. Sin minus: rursus dicta quod legam: dum tamen bis respōdere ne graueris: quod iam diu est: ut expecto. Primas etiam quas ad te adhuc presbyter litteras preparaueram: mittendas per quēdam fratrem nostrum Profuturum: qui postea collega nobis factus iam ex hac uita migrauit: Nec eas tunc ipse perferre potuit: quia continuo dum proficisci disponit: episcopatus sarcina detentus: ac deinde in breui defunctus est: etiam nūc mittere uolui: ut scias in tua colloquia q̄ olim inardescam: & quam uim patiar: ꝙ a me tam longe absunt sensus corporis tui: p̄ quos adire possit ad animum tuum animus meus: mi frater dulcissime & in domini membris bonorāde. In hac autem epistola: hoc addo: quod postea didicimus: Iob ex hebræo a te interpretatum: cum iam quandam haberem⁹ interpretationem tuam eiusdem prophetæ ex græco eloquio uersam in latinum: ubi tamē asteriscis notasti quæ in hebræo sunt: & in græco desūt. Obeliscis autem quæ in græco inueniūtur: & in hebræo non sunt tam mirabili diligentia: ut quibusdam in locis ad uerba singula: stellas significantes: uideamus eadem uerba esse in hebræo: in græco autem non esse. Porro in hac posteriore interpretatione quæ uersa est ex hebræo: nō eadem uerborum fides occurrit: nec parum turbat cogitantem: uel cur in illa prima tāta diligentia figātur asteriſci: ut minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus græcis quæ sunt in hebræis: ul' cur in hac altera quæ ex hebræis est negligentius hoc curatū sit: ut non eædem particulæ locis suis inuenirentur. Aliquid inde: exempli gratia: uolui ponere. Sed mihi ad horam codex defuit qui ex hebræo est. Verūtamē quia prævolas ingenio: non solū qd dixerim: uerūetiā qd dicere uoluerim: satis ut opinor intelligis: ut causa reddita: qd' mouet edisseras. Ego sane te mallē græcas pot⁹ canonicas nobis interp̄tari scripturas: quæ lxx. interp̄tū auctoritate pbibent'. Perdurū erit em̄ si tua L

interp̃tatio: p multas eccl'ias frequenti⁹ cœperit lectitari: q̃ a græcis eccleſijs latinæ ec̃/
cleſiæ diſſonabũt: maxime quia facile cõtradictor conuincit̃: græco ꝓlato libro: id eſt
linguæ notiſſimæ. Quiſqs aũt in eo qđ ex hebræo trãſlatũ eſt: aliquo inſolito ꝓmotus
fuerit: & falſi crimẽ intenderit: uix aut nunq̃ ad hebræa teſtimonia ꝓuenitur: quibus
defendat̃ obiectũ. Qđ ſi etiã ꝓuentum fuerit: tot latinas & græcas auctoritates dãnari
quis ferat? Huc accedit: quia etiã cõſulti hebræi: poſſunt aliud reſpondere: ut tu ſolus
neceſſarius uideaꝛis: qui etiã ipſos poſſis cõuincere: ſed tamen qui iudicet: mirũ ſi po/
tueris inuenire. Nam qdam frater noſter epiſcopus: cũ lectitare inſtituiſſet in eccleſia
cui præeſt: interp̃tationem tuã: mouit quiddam lõge aliter abs te poſitum apud lonã
ꝓphetam: q̃ erat omniũ ſenſib⁹ ibi memoriæq; inueteratum: & tot ætatũ ſucceſſioni/
bus decãtatũ: Factus eſt tantus tumultus in plebe: maxime græcis arguentibus & in/
flãmãtibus calumniã falſitatis: ut cogeret̃ epiſcopus (ea quippe ciuitas erat) iudæorũ
teſtimoniũ flagitare. Vtrum autem illi imperitia: an malicia hoc eſſe in hebræis codi/
cib⁹ reſponderunt: qđ & græci & latini habebant atq; dicebant. Quid plura? Coactus
eſt homo uelut mendoſitatẽ corrigere: uolens poſt magnum periculũ non remanere
ſine plebe. Vnde etiam nobis uidetur: aliquando te quoq; in nõnullis falli potuiſſe. Et
uide hoc quale ſit in eis litteris: quæ non poſſunt collatis uſitatarum linguarũ teſtimo/
M niis emendari. Proinde non paruas deo gratias agimus de opere tuo: qđ euangelium
ex græco interpretatus es: quia pene in omnibus nulla offenſio eſt: cum ſcripturã græ
cam contulerimus. Vnde ſi quiſpiã ueteri falſitati cõtentioſus fauerit: ꝓlatis collatiſq;
codicibus: uel docetur facillime: uel refellitur. Etſi quædam rariſſima merito mouent:
quis tam durus eſt: qui labori tam utili non facile ignoſcat: cui uicẽ laudis referre non
ſufficit? Quid tibi autem uideꝛ̃: cur i multis aliter ſe habeat hebræorũ codicum aucto/
ritas: aliter græcoꝝ quæ dicit̃. lxx. uellẽ dignareris apire. Neq; em̃ paruũ pondus ha/
bet illa: quæ ſic meruit diffamari: & q̃ uſos apl'os nõ ſolũ res ipſa indicat: ſed etiã te at/
teſtatum eẽ memini. Ac ꝓ hoc plurimũ ꝓfueris: ſi eã græcã ſcripturã quã. lxx. operati
ſunt: latinæ ueritati reddideris: quæ in diuerſis codicib⁹ ita uaria eſt: ut tolerari uix poſ
ſit: & ita ſuſpecta ne in græco aliud inueniatur: ut inde aliqđ ꝓferri aut ꝓbari dubite/
tur. Breuem putabam futuram hãc epiſtolam: ſed neſcio quomodo ita mihi dulce fa/
ctum eſt in ea ꝓgredi: ac ſi tecũ loquerer. Sed obſecro te per dominũ: ne te pigeat ad
omnia reſpõdere: & præſtare mihi quantũ potueris præſentiã tuam.

¶ Sancti Hieronymi ad beatum Auguſtinũ: tribus ſuperioribus epliſ: de libro uide/
licet uirorum illuſtriũ: de expoſitiõe epl'æ ad Galatas: & de ſua ex hebræo ſcripturaꝝ
traductione reſpondentis. Epl'a. XI.

N Domino uere ſancto & beatiſſimo papæ Auguſtino: Hieronym⁹ in domino ſa/
lutem. Tres ſimul epl'as: imo libellos breues: ꝓ diaconũ Cyprianũ tuæ digna/
tionis accepi: diuerſas ut tu noias quæſtiones: ut ego ſentio reꝓbẽſiones opu/
ſculoꝝ meoꝝ cõtinẽtes. Ad q̃s ſi reſpõdere uoluero: libri magnitudine opus erit. Tñ
conabor quantũ facere poſſum: modũ nõ egredi longioris epiſtolæ: & feſtinãti fratri
moram non facere: qui ante triduũ q̃ profecturus erat a me epiſtolas flagitauit: ut pe/
ne in ꝓcinctu: hæc qualiacunq; ſunt effutire cõpellar: & tumultuario reſpõdere ſmo/
ne: non maturitate ſcribentis: ſed dictãtis temeritate: quæ plærũq; nõ in doctrinã ſed
in caſũ uertit̃: ut fortiſſimos quoq; milites ſubita bella cõturbant: & ante cogũt̃ fuge/
re: q̃ poſſint arma corripere. Cæteꝝ noſtra armatura chriſt⁹ eſt: & apl'i Pauli inſtitutio
qui ſcribit ad Epheſios: Aſſumite arma dei ut poſſitis reſiſtere in die malo. Et rurſum: Epł. 6.
State ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate: & induti loricam iuſticiæ: & calciati pedes
in præparationẽ euãgelij pacis: ſup omnia accipiẽtes ſcutũ fidei in quo poſſitis uniuer
ſa tela maligni ignita extinguere: & galeam ſalutis accipite: & gladium ſpiritus: qđ eſt
uerbum dei. His quondam telis rex dauid armat⁹ procedebat ad prœliũ: & quinq; la/ 1. Reg. 17
pides de torrente accipiẽs leuigatos: nihil aſperitatis & ſordiũ inter hui⁹ ſæculi turbi/
nes in ſenſibus ſuis eſſe mõſtrabat: bibẽs de torrẽte in uia: & idcirco exaltat⁹ caput ſu/
perbiſſimũ Goliã ſuo potiſſimum mucrone truncauit: ꝓcutiens in fronte blaſphemũ:

& in ea parte corporis uulnerans: in qua & præsūptor sacerdotij Oçias lepra p̃cutit̃:
Ps̃.4. & sanctus gloriat̃ in dño dicēs: Signatū est sup nos lumē uult⁹ tui dñe. Dicam⁹ igit̃ &
Ps̃.107. nos: Paratū cor meū de⁹: paratū cor meū: cātabo & psallā i gloria mea. Exurge psalte/
Ps̃.80. riū & citbara: exurgā diluculo: ut i nobis possit ipleri: Aperi os tuū: & ego adimplebo
Ps̃.67. illud. Et dominus dabit uerbum euāgeliçantibus uirtute multa. Te quoq; ipsum ora/
re non dubito: ut inter nos cōtendētes ueritas superet. Non enim tuam quæris glori/
am: sed cbristi. Cunq; tu uiceris: & ego uincam: si meū errorē intellexero: & ecōtrario
2. Cor.12. me uincente tu superas: quia non filij parentibus: sed parētes filijs thesauriçant. Et in
Paralipomenon libro legimus: q̃ filij israel ad pugnandum p̃cesserint mente pacifi/
ca: inter ipsos quoq; gladios & effusiones sanguinis & cadauera p̃stratorum: nō suam
sed pacis uictoriam cogitantes. Respōdeamus igitur ad omnia: ac multiplices quæ/
stiones si cbristus iusserit: breui sermone soluamus. Prætermitto salutationis officia: O
q̃bus meum demulces caput: taceo de blanditijs: quibus reprehensionem mei nite/
ris consolari. Ad ipsas causas ueniam. Dicis accepisse te librum meum a quodam fra/
tre qui titulum non haberet: in quo scriptores ecclesiasticos tam græcos q̃ latinos enu
merauerim. Cunq; ab eo quæreres: ut tuis uerbis utar: cur liminaris pagina non esset
inscripta: uel quo censeretur nomine: respondisse: appellari epitaphium: Et argumen
taris q̃ recte sic uocaretur: si eorum tm̃ uel uitas uel scripta ibi legisses qui iam defuncti
essent. Cum uero multorum & eo tempore quo scribebatur: & nunc usq; uiuentium
cōmemorarentur opuscula: mirari te: cur ei hūc titulum imposuerim. Puto intellige/
re prudentiam tuam: q̃ ex opere ipso titulum potueris itelligere. Legisti enim & græ
cos & latinos: qui uitas uirorum illustrium descripserunt: qđ nūq̃ epitaphiū huic ope/
ri scripserint: sed de illustribus uiris. Verbi gratia: ducibus: pbilosopbis: oratoribus: bi/
storicis: poetis: epicis: tragicis: comicis: Epitaphium autem proprie scribit̃ mortuor̃.
Qđ quidem in dormitione (sanctæ memoriæ) nepotiani presbyteri olim fecisse me
noui. Ergo bic liber ul' de illustribus uiris: uel proprie de scriptoribus ecclesiasticis ap/
pellandus est: licet a plæriscq; emendatoribus imperitis: de auctorib⁹ dicatur inscript⁹.
Secundo loco quæris: cur dixerim in cōmentarijs epistolæ ad Galatas: Paulum id in p
Petro non potuisse reprehendere qđ ipse fecerat: nec in alio arguere simulationem
cuius ipse tenebatur reus: Et asseris reprehensionem apostolicam nō fuisse dispensa/
toriam sed ueram: & me non debere docere mēdacium: sed uniuersa quæ scripta sūt
ita sonare ut scripta sint. Ad quæ primū respōdeo: debuisse prudētiā tuā præfaciun/
culæ cōmentariorū meorū meminisse dicentis ex p̃sona mea: Quid igitur ego stultus
aut temerarius: qui id polliceor: quod ille nō potuit? Minime. Quinpotius in eo mihi
uideor cautior atq; timidior: q̃ imbecillitatem uirium mearum sentiens: Origenis cō/
mentarios secutus sum. Scripsit enim ille uir in epistola Pauli ad Galatas quinq; p̃prie
uolumina: & decimum stromatum suor̃ librum: comatico super explanationem eius
sermone compleuit. Tractatus quoq; uarios & excerpta: quæ ul' sola possent sufficere
cōposuit. Prætermitto Didymū uidentem meū: & Apollinarē laodicenū: de ecclesia
nuper egressū: & Alexandrū ueterē hæreticum: Eusebiū quoq; emisenū: & Theodo/
rū heracleotem: q̃ & ipsi nōnullos super hac re cōmentarios reliquerūt. E quibus uel si
pauca decerperem: fieret aliquid qđ nō penit⁹ cōtemneret̃. Itaq; ut simpliciter fatear:
legi hæc omnia: & in mente mea plurima coaceruans: accito notario: uel mea uel alie/
na dictaui: nec ordinis: nec uerborum interdum: nec sensuum memor. Iam domini mi
sericordiæ est: ne per imperitiam nostram ab alijs bene dicta dispereant: & non place/
ant inter extraneos: quæ placent inter suos. Si quid igitur reprehensione dignum pu
taueras in explanatione nostra: eruditionis tuæ fuerat quærere: utrum ea quæ scripsi/
mus baberentur in græcis: ut si illi non dixissent: tunc meam proprie sententiam con/
demnares: præsertim cum libere in præfatione confessus sim: Origenis cōmentarios
me esse secutum: & uel mea uel aliena dictasse: & in fine eiusdem capituli qđ reprehē/
dis: scripserim: Si cui iste nō placet sensus: quo nec Petr⁹ peccasse: nec Paul⁹ p̃caciter
ostēdit̃ arguisse maiorē: debet exponere qua cōsequētia Paul⁹ in altero rep̃hēdat qđ

ipse cōmisit. Ex quo ostēdi me nō ex definito id defendere: qđ i græcis legerā: sed ea expressisse quæ legerā: ut lectoris arbitrio derelinquerē: utrū ꝓbāda essent an impro
Q bāda. Tu igit̄ ne qđ ego petierā nō faceres: nouū argumētū reperisti: ut assereres gē tiles qui in christū credidissent: legis onere liberos: eos aūt q ex iudæis crederent legi esse subiectos: ut ꝑ utrorūq; ꝑsonā: & Paulus recte reꝓbenderet eos q legē seruarent: q̄si doctor gentium: & Petrus iure reꝓbenderet̄: qui princeps circūcisionis id impera uerit gentibus: qđ soli qui ex iudæis erāt debuerunt obseruare. Hoc si placet: immo quia placet: ut quicūq; credūt ex iudæis debitores sint legis faciēdæ: tu ut episcop⁹ in toto orbe notissimus: debes hāc ꝓmulgare sententiā: & in assensum tuū omnes coepi scopos trahere. Ego in paruo tuguriunculo: cum monachis: id est cū cōpeccatoribus meis: de magnis statuere nō audeo: nisi hoc ingenue cōfiteri: me maiorū scripta lege/re: & in cōmentarijs ſm omniū consuetudinē uarias ponere explanationes: ut e mul/tis sequatur unusquisq; qđ uelit. Qđ quidem te puto & i sæculari litteratura: & in diui/nis libris legisse & ꝓbasse. Hanc autē explanationē: quā primus Origenes in decimo stromatum libro: ubi epistolam Pauli ad Galatas interpretat̄: & cæteri deinceps iter/pretes sunt secuti: illa uel maxime causa subintroducunt: ut Porphyrio respondeant blaspbemanti: qui Pauli arguit ꝓcacitatē: q principē apostolorum Petrū ausus est re/prehendere: & arguere in faciē: ac ratione cōstringere q male fecerit: id ē in eo erro/re fuerit: in quo fuit ipse qui alium arguit derelinquētem. Quid dicam de Iobāne: qui dudum in pontificali gradu constantinopolitanam rexit eccleſiam: & ꝓprie sup hoc capitulo latissimū exarauit librū: in quo Origenis & ueterum sententiā est secut⁹? Si igitur me reꝓbendis errantem: patere me quæso errare cum talibus: & cū me erroris mei multos socios habere ꝑspexeris: tu ueritatis tuæ saltem unum astipulatorē ꝓfer
R re debebis. Hæc de explanatione unius capituli epistolæ ad Galatas. Sed ne uideat aduersus rationē tuā niti testiū numero: & occasione uirorū illustriū subterfugere ue/ritatem: nec manū audere conserere: breuiter de scripturis exempla ꝓponā. In actib⁹ apostolorū: uox facta est ad Petrū dicens: Surge Petre: occide & māduca: id est oīa animalia quadrupedū & serpētiū terræ: & uolatiliū cæli. Quo dicto: ostendit̄ nullum hominem ſm naturam esse pollutum: sed æqualiter omnes ad christi euangelium ꝓ/uocari. Ad qđ respondit Petrus: Absit: quia nunq̄ māducaui cōmune & immundum. Et uox ad eum de cælo secundo facta est dicens: Quæ deus mundauit: tu ne cōmune dixeris. Iuit itaq; cæsareā: & ingressus ad Cornelium aperiens os suum dixit: In ueritā/te comperi: quia non est ꝑsonarum acceptor deus: sed in omni gente qui timet eum & operatur iusticiā: acceptus est illi. Deniq; cecidit spiritussanctus super eos: & obstu/puerunt ex circūcisione fideles qui uenerant cum Petro: q & in nationes gratia spiri/tussancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere pōt: ut non baptiçentur hi qui spiritūsanctum acceperūt sicut & nos? Et iussit eos in nomi/ne Iesu christi baptiçari. Audierunt autem apostoli & fratres qui erant in iudæa: quia & gentes receperunt uerbum dei. Cum autem ascēdisset Petrus hierosolymam: dis/ceptabant aduersus illum qui erant ex circūcisione dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes: & manducasti cum illis? Quibus omni ratione exposita: nouis/sime orationem suam hoc sermone conclusit: Si ergo eandem gratiam dedit illis de⁹ sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum christum: ego quis eram qui possem ꝓhibere deum? His auditis tacuerunt: & glorificauerūt deum: dicentes: Ergo & gen/
S tibus: deus pœnitentiam ad uitam dedit. Rursum cum multo post tempore: Paul⁹ & Barnabas uenissent antiochiā: & congregata eccl̄ia: retulissent quāta fecisset deus cū illis: & quia aperuisset deus gentibus ostium fidei: quidam descendētes de iudæa do/cebant fratres atq; dicebant: Nisi circumcidamini ſm morem Moysi: non potestis sal/ui fieri. Commota igitur seditione non minima aduersus Paulum & Barnabam: statu/erunt ascendere & ipsi qui accusabantur: & hi qui accusabāt: ad apostolos & p̄sbyteros hierosolymā sup hac quæstiōe. Cūq; hierosolymā prexissent: exurrexerūt qdā de hæ/resi pharisæorū: q crediderāt in christū dicētes: Oportet circūcidi eos & præcipe illis:

Origenes

Porphyri⁹

Iohannes chrysostom⁹

Act̄.10.

Act̄.11.

Act̄.14.et.15.

ut seruent legem moysi. Et cum magna sup hoc uerbo oriret quæstio: petrus solita libertate: Viri inquit fratres: uos scitis qm ab antiquis diebus in nobis elegit deus p os meum audire gentes uerbum euãgelij & credere: & q nouit corda: deus: testimoniũ phibuit: dans illis spiritũ sanctum sicut & nobis: & nihil discreuit inter nos & illos: fide purificans corda illorum. Nunc autem quid temptatis deũ: imponere iugum sup ceruicem discipulorum: qd neq; patres nostri neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu christi credimus saluari quemadmodũ & illi. Tacuit aũt omnis multitudo: & in sententiã eius iacobus apostolus & omnes simul presbyteri trãsierunt. Hæc non debent molesta esse lectori: sed & illi & mihi utilia: ut probemus ante apostolũ paulũ nõ ignorasse petrũ: immo principẽ hui⁹ esse decreti: legẽ post euãgelium nõ esse seruandam. Deniq; tantæ petri⁹ auctoritatis fuit: ut paulus in epistola sua
Gal.1. scripserit. Deinde post annos tres ueni hierosolymã uidere Petrũ: & mãsi apud eum
Gal.2. diebus. xv. Rursumq; in cõsequẽtibus: Post annos. xiiij. ascendi iteꝝ hierosolymam cũ Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem ſm reuelationem: & exposui eis euangelium qd prædico inter gentes: ostendens se nõ habuisse securitatẽ euãgelij prædi-
Vbi ſ candi: nisi petri & q cum eo erant fuisset sententia roboratũ. Statimq; sequit: Seperatim aũt his qui uidebant aliquid esse: ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem. Quare seperatim: & nõ publice? Ne forte fidelib⁹ ex numero iudæoꝝ: qui legem putabant esse seruandã: & sic credendum in domino saluatore: fidei scandalũ nasceret. Ergo & eo tpe cum petr⁹ uenisset antiochiã: licet hoc apostoloꝝ acta non scribãt: sed affirmanti paulo credendum sit: in faciẽ illi paulus restitisse se scribit: quia reꝑbensibilis erat. Prius em̃ q̃ uenirent quidam a iacobo: cum gentibus edebat: cum autẽ uenissent: subtrahebat se & segregabat: timens eos qui ex circũcisione erant. Et cõsenserũt cum illo cæteri iudæi: ita ut & Barnabas adduceret ab his in illam simulationem. Sed cũ uidissem inquit q̃ non recte ingrediuntur ad ueritatem euãgelij: dixi petro coram omnibus: Si tu cum sis iudæus: gentiliter & nõ iudaice uiuis: quomodo cogis gentes iudaizare? Et cætera. Nulli ergo dubium est: q̃ petrus apostolus sentẽtiæ huius cuius nũc prævaricator arguitur: primus auctor extiterit. Causa autem prævaricationis: timor est iudæorum. Dicit em̃ scriptura: q̃ primum edebat cum gẽtib⁹: cum autem uenissent quidam a iacobo: subtrahebat se & segregabat: timens eos qui ex circũcisione erant. Timebat autem iudæos quoꝝ erat apostol⁹: ne p occasionẽ gentiliũ a fide christi recederẽt: & imitator pastoris boni: pderet gregem sibi creditũ. Sicut ergo ostẽdimus Petꝝ bene qdẽ sensisse de abolitione legis mosaicæ: sed ad simulationẽ obseruãdæ eius timore cõpulsum: uideam⁹ an ipse Paul⁹ q aliũ arguit: tale qd fecerit. Legim⁹ T
Act.15.et 16 in eodem libro: Perambulabat autẽ Paulus syriã & cilicĩã: confirmãs ecclesias: peruenitq; in derben: & listrã: & ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timothæus: filius mulieris uiduæ fidelis: patre autem gentili. Huic testimoniũ reddebãt qui listris erãt & iconio fratres. Hunc uoluit Paulus secum ꝓficisci: & assumens circũcidit eũ propter iudæos: qui erant in illis locis. Sciebãt enim omnes q̃ pater eius gentilis esset. O beate apostole Paule: qui in Petro reꝑbenderas simulationem quare subtraxisset se a gentibus ꝓpter metum iudæoꝝ qui a iacobo uenerant: cur Timotbæũ filiũ bomis gentilis utiq; & ipsũ gentilẽ (neq; em̃ iudæus erat qui nõ fuerat circũcisus) contra sententiam tuam circũcidi coegisti. Respondebis mihi: Propter iudæos qui erãt in illis locis. Qui igit̃ tibi ignoscis in circũcisione discipuli uenientis ex gentibus: ignosce & Petro præcessori tuo: q̃ aliqua fecerit metu fideliũ iudæorũ. Rursum scriptum est: Paulus uero
Act.18. cum adhuc sustinuisset dies multos: fratribus ualedicens nauigauit syriã: & cũ eo Priscilla & Aqla: & totondit sibi in cencris caput: uotũ em̃ habuerat. Esto ut ibi timore iudæoꝝ compulsus sit facere qd nolebat: quare comam nutriuit ex uoto: & postea eã in cencris totõdit ex lege: qd naçaræi qui se deo uouerint iuxta præceptũ moysi facere consueuerunt. Verum hæc ad comparationem eius rei quæ sequitur: parua sunt. Re-
Act.21. fert Lucas sacræ historiæ scriptor: Cum uenissemus hierosolymã: libenter susceperunt nos fratres: & sequenti die iacobus & omnes seniores qui cum eo erãt: euangelio illius

comprobato: dixerunt ei: Vides frater quot milia sunt in iudæa qui crediderunt i chri
sto: & hi omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te ꝙ discessionem doce/
as a moyse: eorum qui per gentes sunt iudæorum: dicens non debere eos circūcide/
re filios suos: neq; ꝑm consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet cōueni/
re multitudinē: Audierūt enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicim⁹. Sunt
nobis uiri quattuor uotum habētes super se: bis assumptis: sanctifica te cū ipsis: & im/
pende in eos ut radant capita: & scient omnes quia quæ de te audierunt falsa sūt: sed
ambulas & ipse custodiens legem. Tunc Paulus assumptis uiris: postera die purifica/
tus cum illis intrauit in templum: annūcians expletionem dierum purificationis: do/
nec offerretur pro unoquoq; eorū oblatio. O Paule: & in hoc te rursus iterrogo: Cur
caput raseris: cur nudipedalia exercueris de cerimonijs iudæorū: cur obtuleris sacrifi
cia: & ꝑm legem hostiæ pro te fuerint immolatæ? Vtiq; respondebis: Ne scādaliçarē/
tur qui ex iudæis crediderant. Simulasti ergo iudæum: ut iudæos lucrifaceres: & hāc
ipsam simulationem iacobus & cæteri te docuere presbyteri: sed tamen euadere nō
potuisti. Orta em̄ seditione cum occidēdus esses: raptus es a tribuno: & ab eo missus
cæsareā: sub custodia militū diligēti: ne te iudæi quasi simulatorē ac destructorē legis
occiderent: atq; inde romā ꝓueniens: in hospitio qđ tibi cōduxeras: christū & iudæis
& gentib⁹ prædicasti: & sententia tua Neronis gladio cōfirmata est. Didicimus ꝙ ꝓ/
pter metū iudæorꝝ: & Petrus & Paul⁹ æqualiter finxerint se legis præcepta seruare.
Qua igiē fronte: qua audacia Paulus in altero reꝓbendat qđ ipse cōmisit? Ego immo
alij ante me exposuerunt causam quā putauerāt: non officiosum mendaciū defendē/
tes sicut tu scribis: sed docentes honestam dispensationem: ut & apostolorū pruden/
tiam demonstrarent: & blasphemātis Porphyrij imprudentiā coercerent: qui Petrū
& Paulū puerili dicit inē se pugnasse certamine: imo exarsisse Paulū i inuidiā uirtutū
Petri: & ea scripsisse iactanter: ul'quæ nō fecerit: uel si fecerit: ꝓpaciter fecerit: id i alio
reꝓbendens qđ ipse cōmiserit. Interpretati sunt illi ut potuerunt: tu quomodo istū lo
V cum edisseras: utiq; meliora dicturus qui ueterum sententiam reprobasti. Scribis ad
me in epl'a tua (Neq; em̄ a me docendus es) quomodo itelligatur qđ idem apostolus
dicit: Factus sum iudæis tanq̄ iudæus: ut iudæos lucrifacerem: & cætera quæ ibi dicū/ 1.Cor.9.
tur cōpassione misericordiæ: non simulatione fallaciæ. Fit em̄ tanq̄ æger qui ministrat
ægroto: non cum se febres habere mentiē: sed cum animo condolētis: cogitat quem/
admodum sibi seruiri uellet: si ipse ægrotaret. Nam utiq; iudæus erat: christianus aūt
factus: non iudæorꝝ sacramenta reliquerat: quæ cōuenienter ille populus & legitimo
tēpore quo oportebat acceperat. Ideoq; suscepit ea celebranda cū iam christi eēt apo
stolus: ut doceret non esse ꝓnitiosa his qui ea uellent sicut a parentibus per legem ac/
ceperant custodire: etiam cū in christo credidissent: non tamen in eis iam cōstituerēt
spem salutis: quoniā ꝑ dominū Iesum salus ipsa quæ illis sacramētis significabatur ad/
uenerat. Totius sermonis tui: quem disputatione longissima ꝓtraxisti hic sensus est:
ut Petrus non errauerit in eo ꝙ his qui ex iudæis crediderant: putauerit legem eē ser
uandam: sed in eo a recta linea deuiarit: quo gentes coegerit iudaiçare. Coegerit aūt
nō docentis imperio: sed conuersationis exemplo. Et Paul⁹ non cōtraria sit locut⁹ his
quæ ipse gesserat: sed quare Petrus eos q ex gentib⁹ erāt iudaiçare compelleret. Hæc
ergo summa est quæstionis: imo sententiæ tuæ: ut post euangeliū christi bene faciant
iudæi credentes si legis mādata custodiāt: hoc ē si sacrificia offerāt: quæ obtulit Paul⁹:
si filios circūcidāt: si sabbatū seruēt: ut Paul⁹ in Timothæo: & oēs obseruare iudæi.
Si hoc uerū ē: in Cherinthi & Hebionis hæresim dilabimur: qui credentes in christo:
propter hoc solum a parētibus anathematiçati sunt ꝙ legis cerimonias christi euāge/
lio miscuerunt: & sic noua cōfessi sunt: ut uetera nō amitterēt. Quid dicam de hebio/
nitis qui christianos esse se simulant? Vsq; hodie ꝑ totas oriētis synagogas iter iudæos
hæresis est quæ dicit mineorꝝ: & a pharisæis nunc usq; damnat: quos uulgo naçaræos
nūcupant: qui credunt in christū filiū dei natū de uirgine maria: & eum dicūt esse qui
sub pontio Pilato passus est & resurrexit: in quē & nos credimus. Sed dum uolunt &

iudæi esse & christiani: nec iudæi sūt nec christiani. Oro ergo te: ut qui nr̄o uulnusculo medendū putas: qd̄ acu foratum: imo punctū dicit̄: huius sententiæ medearis uulneri: qd̄ lancea: & (ut ita dicam) phalarice mole p̄cussum est. Neq; em̄ eiusdē est criminis in explanatione scripturar̄ diuersas maior̄ sentētias ponere: & hæresim scelerātissimā rursū in ecclesiā introducere. Sinautē hæc nobis incūbit necessitas: ut iudæos X
cū legitimis suis suscipiamus: & licebit eis obseruare in ecclesijs christi qd̄ exercuerūt in synagogis satbanæ: dicam qd̄ sentio: nō illi christiani fient: sed nos iudæos facient. Quis em̄ hoc christianor̄ patienter audiat: qd̄ in tua epl̄a cōtinet̄. Iudæus erat Paul⁹: christianus aūt fact⁹: nō iudæor̄ sacramenta reliquerat: quæ cōuenienter ille popul⁹ & legitimo tempore quo oportebat acceperat. Ideoq; suscepit celebrāda ea cum iam christi esset apl̄s: ut doceret nō esse p̄nicioſa bis qui ea uellent sicut a parentib⁹ p̄ legē acceperāt custodire. Rursū obsecro te: ut pace tua meū dolorem audias. Iudæorum Paulus cerimonias obseruabat: cum iam christi esset apl̄s: & dicis eas non esse p̄niciosas bis qui eas uelint sicut a parentibus acceperant custodire? Ego econtrario loquar: & reclamante mundo: libera uoce p̄nunciem: cerimonias iudæor̄ & p̄nicioſas esse & mortiferas christianis. Et quicunq; eas obseruauerit: siue ex iudæis: siue ex gentibus:
Ro.10. eum in baratrū diaboli deuolutum: Finis em̄ legis christus ad iustitiā omni credenti: iudæo scilicet & gentili. Neq; em̄ omni credenti erit finis ad iustitiam: si iudæus excipitur.
Luc.16. In euangelio legim⁹: Lex & p̄phetæ usq; ad iohānem baptistam. Et in alio loco:
Joh.5. Propterea ergo magis quærebant eū iudæi interficere: qa nō solū soluebat sabbatū:
Joh.1. sed & patrem suū dicebat esse deū: æqualem se faciēs deo. Et iter̄: De plenitudine ei⁹ nos omnes accepimus: & gratiā p̄ gratia: quia lex p̄ Moysen data est: gratia autem & ueritas p̄ Iesum christū facta est. Pro legis gratia quæ præterijt gratiam euangelij accepimus p̄manentem: & p̄ umbris & imaginibus ueteris instrumenti: ueritas per Iesum
Hiere.31. christum facta est. Hieremias quoq; ex p̄sona dei uaticinatur: Ecce dies ueniunt dicit dominus: & cōsummabo domui israel & domui iuda testamentum nouū: non sm̄ testamentum qd̄ disposui patribus eorum: in die quando apprehēdi manū eor̄: ut educerem eos de terra ægypti. Obserua quid dicat: q̄ non populo gentiliū: ei qui ante nō receperat testamentum: sed populo iudæor̄ cui legem dederat p̄ moysen: testamentum nouū euangelij repromittat: ut nequaq̄ uiuant in uetustate litteræ: sed in nouitate spiritus. Paulus autē super cuius nomine nūc quæstio uentilat̄: crebras huiuscemo
Gal.5. di ponit sententias: e quibus breuitatis studio pauca subnectam: Ecce ego Paulus dico uobis: quoniā si circūcidamini: christus uobis nihil p̄dest. Et iter̄: Euacuati estis a christo: qui in lege iustificamini: a gratia excidistis. Et infra: Si spiritu ducimini: iā non estis sub lege. Ex quo apparet: qui sub lege est: non dispēsatiue ut nostri uoluere maiores: sed uere ut tu intelligis: eum spiritū sanctum non habere. Qualia sint autē præcepta le
Ezech.20. galia: deo docente discamus. Ego inquit dedi eis præcepta nō bona: & iustificationes in q̄bus non uiuant in eis. Hæc dicimus: nō quo legem iuxta Manichæū & Marcionē destruamus: quā & sanctā & spiritalē iuxta apostolū nouimus: sed quia postq̄ fides ue-
Gal.4. nit: & temporū plenitudo: misit deus filium suū natum ex muliere factum sub lege: ut eos qui sub lege erant redimeret: ut adoptionem filior̄ reciperemus: & nequaq̄ sub pædagogo: sed sub adulto & domino & hærede uiuamus. Sequit̄ in epl̄a tua: Non Y
ideo Petrū emendauit q̄ paternas traditiones obseruaret: qd̄ si facere uellet: uec mēdaciter nec incōgrue faceret. Iterum dico: episcopus es ecclesiar̄ christi magister: ut p̄bes uerum esse qd̄ asseris: suscipe aliquem iudæorum qui factus christianus: natum sibi filium circūcidat: qui obseruet sabbatum: qui abstineat a cibis quos de⁹ creauit ad utendū cū gratiarūactione: qui quartodecimo die mensis primi agnum mactet ad uesperam: & cum hoc feceris: imo non feceris (scio em̄ te christianū: & rem sacrilegā non esse facturum) uelis nolis tuam sentētiā reprobabis: & tunc scies ope difficilius esse cōfirmare sua: q̄ aliena rep̄hendere. Ac ne forsitan tibi non crederemus: imo non intelligeremus quid diceres (Frequenter em̄ in longū sermo p̄tractus: caret intelligētia: & dum non sentit̄: ab imperitis minus rep̄hēdit̄) inculcas & replicas: hoc ergo iudæor̄

Paulus dimiserat qđ malum babebāt. Qđ est malū iudæoꝝ: qđ Paulꝰ dimiserat: Vti- Ro.10.
q illud qđ sequit: q ignorātes inquit dei iusticiā: & suam uolentes cōstituere: iusticiæ
dei non sunt subiecti. Deinde q post passionē & resurrectionem christi: dato ac mani-
festato sacramento gratiæ: ſm ordinem melchisedech: adhuc putabant uetera sacra-
menta nō ex cōsuetudine solēnitatis: sed ex necessitate salutis esse celebranda: Quæ
tñ si nūq fuissēt necessaria: infructuose atq inaniter p eis Machabæi martyres fierēt.
Postremo illud qđ prædicatores grāe christianos: iudæi tanq̄ hostes legis psequerēt.
Hos atq huiusmodi errores & uitia: dicit se damnare: & ut stercora arbitratur: ut chri Phil.3.
S stum lucrifaceret. Didicimus p te: quæ apl's Paulus mala reliquerit iudæoꝝ: Rursum
te docente discamus: quæ bona eoꝝ tenuerit. Obseruatiōes inquies legis quas more
patrio celebrāt: sicut ab ipso Paulo celebratæ sunt: sine ulla salutis necessitate. Id quid
uelis dicere: sine ulla salutis necessitate: nō satis intelligo. Si em̄ salutē nō afferunt: cur
obseruant? Si aūt obseruanda sunt: utiq salutē afferunt: maxime quæ obseruata mar
tyres faciunt. Nō em̄ obseruarent: nisi salutē afferrent. Neq em̄ indifferētia sūt inter
bonū & malū: sicut philosophi disputant. Bonū est continentia: malū est luxuria. Inter
utrūq indifferēs ambulare: digerere alui stercora: capitis narib⁹ purgamēta p nīscere:
sputis rheumata iacere. Hoc nec bonū nec malū ē. Siue em̄ feceris siue ñ feceris: nec
iusticiā habebis nec iniusticiā. Obseruare aūt legis cerimonias: non potest esse indiffe
rens: sed aut malū est: aut bonū est. Tu dicis bonū: ego asserо malum: & malū nō solū
bis qui ex gentibus: sed ex bis qui ex iudaico populo crediderunt. In boc nisi fallor lo-
co: dum aliud uitas: in aliud deuolueris. Dum em̄ metuis Porphyriū blasphemātem:
in Hebionis incurris laqueos: bis qui credūt ex iudæis: obseruandam legem esse de-
cernens. Et quia periculosū intelligis esse qđ dicis: rursum illud supfluis uerbis tempe-
rare conaris: sine ulla salutis necessitate: sicut iudæi celebranda putabant: aut fallaci si-
mulatione: qđ in Petro repbenderat Paulus. Petrus igitur simulauit legis custodiam:
& iste aut̄ repbensor Petri: audacter obseruauit legitima. Sequit em̄ in epla tua. Nam
si propterea illa sacramēta celebrauit: quia simulauit se iudæum: ut illos lucrifaceret:
cur non etiam sacrificauit cum gentibus: quia & bis qui sine lege erant tanq̄ sine lege
factus ē: ut eos quoq lucrifaceret: nisi quia & illud fecit ut natura iudæus: & boc totū
dixit: nō ut Paulꝰ se fingeret esse qđ non erat: sed ut misericorditer ita subueniēdū eē
sentiret: ac si ipse i eo errore laboraret: nō scilicet mētiētis astu: sed cōpatiētis affectu:
Bñ defēdis Paulū: q nō simulauerit errorē iudæoꝝ: sed uere fueriṫ errore: Neq imi-
tari uoluerit petꝝ mētiētē: ut qđ erat metu iudæoꝝ dissimularet: sed tota libertate iu
dæū se eē diceret. Noua clemētia apl'i: dū iudæos christianos uult facere: ipse iudæus
factus est. Nō em̄ poterat luxuriosos ad frugalitatem reducere: nisi se luxuriosum p-
basset: & misericorditer ut ipse dicis subuenire miseris: nisi se miserū ipse sentiret. Ve-
re em̄ miselli: & misericorditer deplorandi: qui contentione sua & amore legis aboli-
tæ: apostolū christi fecere iudæū. Nec multū interest inter meam & tuam sentētiam:
quia ego dico & Petꝝ & Paulum timore fideliū iudæorū: legis exercuisse: imo simu-
lasse mandata. Tu autem asseris boc eos fecisse clementer: non mētientis astu: sed cō
patientis affectu: dūmodo illud cōstet uel metu uel misericordia: eos simulasse se esse
qđ non erant. Illud aut̄ argumentū quo aduersus nos uteris: q & gentilibus debue-
rit gentilis fieri: si iudæis iudæus factus est: magis p nobis facit. Sicut em̄ non fuit uere
iudæus: sic nec uere gentilis erat: & sicut non fuit uere gētilis: sic nec uere iudæ⁹ erat.
In eo autem imitator gentiliū est: quia præputiū recipit in fide christi: & indifferenter
pmittit uesci cibis quos dānant iudæi: non cultū ut tu putas idoloꝝ. In christo em̄ Iesu Gal.5.et.6.
nec circūcisio est aliquid: nec præputiū: sed obseruatio mandatoꝝ dei. Quæso igitur
te & iterum atq iterū deprecor: ut ignoscas disputaciunculæ meæ: & q modum me-
um egressus sum: tibi imputes qui coegisti ut rescribere: & mibi cum stesichoro ocu-
los abstulisti. Nec me putes magistrum esse mendacij: qui sequor christū dicētē: Ego Joh.14
sum uia: ueritas & uita. Nec potest fieri ut ueritatis cultor: mendacio colla submittā.
Neq mibi in: peritoꝝ plebeculā cōcites qui te uenerant̄ ut episcopum: & in ecclesia

declamãtem: ſacerdotij honore ſuſcipiunt: me aũt ætatis ultimæ: & pene decrepitũ: ac monaſterij & ruris ſecreta ſectantem paruipendũt: & quæras tibi quos doceas ſiue reꝑhendas. Ad nos em̃ tantis maris atq; terrarũ a te diuiſos ſpatijs: uix uocis tuæ ſonꝰ peruenit. Etſi forſitan litteras ſcripſeris: ante eas italia ac roma ſuſcipient: q̃ ad me cui mittendæ ſunt deferant. Qđ autẽ in alijs quæris epiſtolis: cur mea prior in libris ca- 2
nonicis interꝓtatio aſteriſcos habeat: & uirgulas prænotatas: & poſtea aliam trãſlati- onẽ abſq; his ſignis ediderim: Pace tua dixerim: uideris mihi non intelligere qđ quæ- ſiſti. Illa em̃ interꝓtatio. lxx. interpretatum eſt: & ubicunq; uirgulæ: id eſt obeli ſũt: ſig- nificatur ꝙ. lxx. plus dixerint q̃ habetur in hebræo: ubi aũt aſteriſci: id eſt ſtellæ prælu cẽtes: ex Theodotionis editiõe ab Origene additũ eſt. Et ibi græca tranſtulimus: hic de ipſo hebraico qđ intelligebamus expreſſimus ſenſuũ potius ueritatẽ q̃ uerboꝝ in- terdum ordinem cõſeruantes. Et miror quomodo. lxx. interpretum libros legas: nõ puros ut ab eis editi ſũt: ſed ab Origene emẽdatos: ſiue corruptos ꝓ obelos & aſteriſ- cos: & chriſtiani bois interꝓtaciunculã nõ ſequaris: præſertim cum ea quæ addita ſũt ex hominis iudæi atq; blaſphemi poſt paſſionem chriſti editione trãſtulerit. Vis ama- tor eſſe ueriꝰ. lxx. interpretum: non legas ea quæ ſub aſteriſcis ſunt: immo rade de uo luminibus ut ueterũ te fautorẽ ꝓbes. Qđ ſi feceris: omnes eccleſiarum bibliothecas condemnare cogeris. Vix em̃ unꝰ aut alter inuenietur liber: qui iſta nõ habeat. Por- A
ro ꝙ dicis non debuiſſe me interpretari poſt ueteres: & nouo uteris ſyllogiſmo: Aut obſcura fuerunt quæ interꝓtati ſunt. lxx. aut manifeſta. Si obſcura: te quoq; in eis falli potuiſſe credendum eſt. Si manifeſta: illos in eis falli nõ potuiſſe perſpicuũ eſt. Tuo ti bi ſermone reſpondeo. Omnes ueteres tractatores qui nos in domino præceſſerunt: & qui ſcripturas ſanctas interꝓtati ſunt: aut obſcura interpretati ſũt: aut manifeſta. Si obſcura: quomodo tu poſt eos auſus es diſſerere: qđ illi explanare non potuerunt? Si manifeſta: ſuperfluũ eſt tẽ uoluiſſe diſſerere: qđ illos latere non potuit: maxime in ex- planatione pſalmorum: quos apud græcos interpretati ſunt multis uoluminibus. Pri- mus Origenes: Secũdus Euſebius cæſariẽſis: Tertiꝰ Theodorꝰ heracleotes: Quartus Aſteriꝰ ſcythopolitanꝰ: Quintus Apollinaris laodicenꝰ: Sextus Didymꝰ alexandrinꝰ: Ferunt & diuerſoꝝ in paucos pſalmos opuſcula: Sed nũc de integro pſalmoꝝ corpo- re dicimus. Apud latinos aũt Hilariꝰ pictauẽſis: & Euſebius uercellenſis epiſcopi: Ori genem & Euſebium trãſtulerunt: Quoꝝ priorem & noſter Ambroſiꝰ in qbuſdam ſe- cutus eſt. Reſpondeat mihi prudentia tua: quare tu poſt tãtos & tales interpretes in explanatione pſalmorũ diuerſa ſenſeris? Si em̃ obſcuri ſunt pſalmi: te quoq; in eis falli potuiſſe credendum eſt. Si manifeſti: illos in eis falli potuiſſe non creditur: ac per hoc utroq; modo ſupflua erit interꝓtatio tua: & hac lege poſt priores nullꝰ loqui audebit: & qđcunq; alius occupauerit: alius de eo ſcribẽdi non habebit licentiã: quinpotiꝰ hu- manitatis tuæ eſt: in quo ueniã tibi tribuis: indulgere & cæteris. Ego em̃ non tam uete ra abolere conatus ſum: quæ linguæ meæ hominibꝰ emẽdata de græco in latinũ tranſ- tuli: q̃ ea teſtimonia quæ a iudæis prætermiſſa ſunt: ul' corrupta ꝓferre in medium: ut ſcirent noſtri qd hebræa ueritas contineret. Si cui legere non placet: nemo compellit inuitũ. Bibat uinũ uetus cũ ſuauitate: & noſtra muſta contẽnat: quæ in explanatione prioꝝ edita ſunt: ut ſic ubi illa nõ intelligunt: ex noſtris manifeſtiora fiant. Qđ autẽ genus interꝓtationis in ſcripturis ſanctis ſequendũ ſit: liber quem ſcripſi de optimo ge- nere interꝓtandi: & omnes præfaciunculæ diuinorũ uoluminũ quas editioni noſtræ præpoſuimus explicãt: ad illaſq; prudentẽ lectorẽ remittẽdũ puto. Etſi me ut dicis in B
noui teſtamenti emẽdatione ſuſcipis: exponiſq; cauſã cur ſuſcipias: qa plurimi linguæ græcæ babẽtes ſcientiã: de meo poſſent opere iudicare: eandẽ integritatẽ debueras etiã i ueteri credere teſtamẽto: ꝙ nõ nra cõfinximꝰ: ſed ut apud hebræos inuenimus diuina tranſtulimus. Sicubi dubitas: hebræos interroga. Sed forte dices: Quid ſi he- bræi aut reſpõdere noluerint: aut mẽtiri uoluerint? Tota frequentia iudæoꝝ in mea interpretatione reticebit: nulluſq; iueniri poterit: qui hebrææ linguæ habeat notionẽ aut omnes imitabunt illos iudæos quos dicis in africæ repertos opidulo: in meam cõ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

spirasse calumniam. Huiuscemodi em̄ in epistola tua texis fabulam. Quidā frater noster coepiscopus: cū lectitare instituisset in ecclesia cui præest iterpretationem tuā: mouit quiddam longe aliter a te positum apud Ionam ꝓphetam: q̄ erat omnium sensibus memoriæq; inueteratum: & tot ætatum successionibus decantatum: Factus est tantus tumultus in plebe: maxime græcis arguentibus & inflāmātibus calumniam falsitatis: ut cogeretur episcopus (ea quippe ciuitas erat) iudæorum testimoniū flagitare. Vtr̄z autem illi imperitia: an malicia: hoc esse in hebræis codicibus responderunt: quod & græci & latini habebant atq; dicebant. Quid plura? Coactus est homo uelut mendositatem corrigere: uolēs post magnū periculū nō remanere sine plebe. Vnde etiā nobis uidetur aliquādo te quoq; in nōnullis falli potuisse. Dicis me in Iona ꝓphetā male quiddā interp̄tatū: & seditione populi cōclamante: ꝓpter unius uerbi dissonantiam: episcopū pene sacerdotiū p̄didisse. Et quid sit illud qđ male iterp̄tatus sim subtrabis: auferens mihi occasionem defensionis meæ: ne quicqd dixeris me respōdēte soluaē: nisi forte ut ante annos plurimos cucurbita uenit in mediū: asserēte illo tpis Cornelio & Asinnio Pollione: me hederam ꝓ cucurbita trāstulisse. Sup qua re in cōmentario Ionæ ꝓphetæ plenius respondimus: Hoc tm̄ nunc dixisse contenti: qđ in eo loco ubi lxx. interp̄tes cucurbitā: & Aquila cum reliquis hederā trāstulerunt: id est Kariacon: in hebræo uolumine ciceion scriptū habeē: quā uulgo syri ciceiam uocant. Est autem genus uirgulti: lata habens folia in modū pampini. Cunq; plantatū fuerit: cito consurgit in arbusculā: absq; ullis calamorū & bastiliū adminiculis: quibus & cucurbitæ & hederæ indigēt: suo trūco se sustinēs. Hoc ergo uerbum de uerbo edisserens: si ciceion trāsferre uoluissem: nullo intelligeret: si cucurbitā id dicerē qđ in hebraico nō habeē: hederā posui: ut cæteris interpretibo cōsentirem. Sinautē iudæi uestri: ut ipse asseris: malicia uel imperitia hoc dixerūt esse in uoluminibo hebræoz: qđ in græcis & latinis codicibus cōtinetur: manifestum est eos aut hebræas ignorare litteras: aut ad irridendos cucurbitarios uoluisse mentiri. Peto in fine epl'æ: ut quiescentē senē: olimq; ueteranū: militare nō cogas: & rursū de uita periclitari: Tu qui iuuenis es: & ī pōtificali culmine cōstituto: doceto populos: & nouis africæ frugibo: romana tecta locupleta. Mihi sufficit cū auditore & lectore paupculo in angulo monasterij susurrare.

Sancti Augustini ad beatū Hieronymū se de libro quē asserebaē cōtra eum romā misisse expurgantis. Epl'a. XII.

DOmino charissimo & desiderātissimo & honorando in christo fratri & cōpresbytero Hieronymo: Augustinus in domino salutem. Audiui peruenisse i manus tuas litteras meas: sed ꝓ adhuc rescripta nō merui: nequaq̄ imputauerim dilectioni tuæ. Aliquid proculdubio impedimenti fuit. Vnde agnosco a me dominū potius deprecandum: ut tuæ uoluntati det facultatem mittendi qđ rescripseris. Nā rescribendi iam dedit: quia cum uolueris facillime poteris. Etiam hoc ad me sane perlatum: utrumquidem crederem dubitaui: sed hinc quoq; tibi aliquid utrum scriberē dubitare non debui. Hoc autē breue est: suggestū esse charitati tuæ: a nescio qbus fratribus mihi dictum ē: ꝙ librum aduersus te scripserim: romamq; miserim: Hoc falsum esse noueris: deum nostrum testor hoc me non fecisse. Sed si forte aliqua in aliquibus scriptis meis reperiunē: in qbus aliter aliquid q̄ tu sensisse reperiar: nō contra te dictū sed qđ mihi uidebaē a me scriptū esse: puto te debere coguoscere: aut si cognosci non potest: credere debere. Ita sane hoc dixerim: ut ego nō tm̄ paratissimus sim si qd te in meis scriptis mouerit fraterne accipere: qd cōtra sentias: aut de correctione mea: aut de ipsa tua beniuolētia gauisurus: uerūetiam hoc a te postulē ac flagitē. O si licuisset: & si nō cohabitāte saltem uicino te in domino pfrui ad crebrum & dulce colloquium. Sed quia id nō est datum: peto ut hocipsum: qđ in christo qua possumus simul sumo: conseruari studeas & augeri ac pfici: & rescripta q̄uis rara non spernere. Saluta obsequio meo sanctum fratrem Paulinianū: & omes fratres qui tecum ac de te in domino gaudent. Memor nostri exaudiaris a dño in omi sancto desiderio tuo: dñe charissime & desiderantissime & honorande in christo frater.

Sancti Hieronymi ad beatum Augustinū: rationē reddentis cur epistolæ suæ non re/sponderit: & ut uel aperte scribat: uel ueriora mittat exemplaria postulantis: simulq; suadentis ne iuuenis ipse scribēdo senē ꝓuocet. Libelli præterea Calpburnij exem/plaria sibi misisse significātis. Epla. XIII.

Domino uere sācto: ac beatissimo papæ Augustino. Hieronymꝰ in christo salu E
dē. In ipso ꝓfectiōis articulo: sancti filij nri Asterij hypodiaconi necessarij mei: beatitudinis tuæ litteræ supuenerunt: quibus satisfacis: te cōtra paruitatē meā librum romam non misisse. Hoc nec ego factū audieram: sed epistolæ cuiusdam quasi ad me scriptæ: per fratrem nostrum Sysinniū diaconum huc exemplaria puenerunt: In qbus bortaris me ut πάλιν ῳδὴν super quodā apostoli capitulo canā: & imiter Ste sichorū inter uituperationes & laudes Helenæ fluctuantē: ut qui detrabendo oculos pdiderat: laudando receperit. Ego simpliciter fateor dignationi tuæ: licet stilus & ἐπιχείρημάτα tua mihi uiderent: tamen non temere exemplaribus litteraꝝ credendū putaui: ne forte me respondente læsus: iuste expostulares: qd ꝓbare ante debuissem tuum esse sermonem: & sic rescribere. Accessit ad moram sāctæ & uenerabilis Paulæ longa infirmitas. Dum eā languenti multo tēpore assedimus: pene epistolæ tuæ: uel eius qui sub tuo nomine scripserat: obliti sumus: memores illius uersiculi: Musica in lu
Eccl. 22. ctu importuna narratio. Itaq; si tua est epistola: aperte scribe: uel mitte exemplaria ue/riora: ut absq; ullo rancore stomachi: in scripturarū disputatione uersemur: & uel no/strum emendemus errorem: uel alium frustra reꝓhendisse doceamus. Absit autem a me: ut quicq̄ de libris beatitudinis tuæ attingere audeā. Sufficit enim mihi probare
70. dis. vtinam mea: & aliena nō carpere. Cæterū optime nouit prudentia tua: unūquēq; in suo sensu abundare: & puerilis esse iactantiæ (qd olim adolescentuli facere consueuerant) accu/sando illustres uiros: suo nomini famā quærere. Nec tam stultꝰ sum: ut diuersitate ex/planationū tuaꝝ me lædi putē: quia nec tu læderis si nos contraria sensérimus. Sed il/
Persius la est uera inter amicos reꝓhensio: si nostrā perā non uidentes: alioꝝ iuxta Persiū mā/ticam cōsideremus. Supest ut diligas diligētem: & in scripturaꝝ campo iuuenis: senē non ꝓuoces. Nos nostra babuimus tēpora: & cucurrimus quantū potuimus. Nūc te currente: & longa spacia transmeāte: nobis debet ocium: simulq; ut cum uenia & bo/
Vir. 5. Ene. nore tuo dixerim: ne solus mihi de poetis aliquid ꝓposuisse uidearis: memento Dare/tis & Entelli: & uulgaris ꝓuerbij: ꝙ bos lassus fortius figat pedem. Tristes hæc dicta/uimꝰ. Vtinam mereremur complexus tuos: & collatione mutua uel doceremꝰ aliqua uel discereмus. Misit mihi temeritate solita: maledicta sua Calpburniꝰ cognomēto la/narius: quæ ad africam quoq; studio eiꝰ didici peruenisse. Ad quæ breuiter exꝑte re/spōdi: & libelli eius uobis misi exemplaria: latiꝰ opus cum oportunū fuerit primo mis/surus tempore: In quo illud cauebā ne in quoq̄ existimationē lædere christianam: sed tm̄ ut delyrantis imperiti mendaciū ac uæcordiā cōfutarē. Memēto mei sancte ac ue/nerabilis papa. Vide quantū te diligā: ut ne ꝓuocatus quidē uoluerim respōdere: nec credā tuū esse qd in altero forte reꝓhendere. Frater Cōmunis supplicit te salutat.

Sancti Hieronymi ad beatū Augustinū: admirantis ꝙ ꝑ crebras epl'as se compellat ad respondendū cuidā epl'æ: cum illa eadē & romæ & in italia a plærisq; baberi dicat: causasq; cur respōdere noluerit exponētis: atq; ut iuuenibꝰ congrediat & senē ac ue/teranū nō uocet ad certamē cōmonentis. Epla. XIIII.

Domino uere sancto & beatissimo papæ Augustino: Hieronymꝰ in dño salutē. F
Crebras ad me epl'as dirigis: & sæpe compellis ut respondeā cuidam epistolæ tuæ: cuiꝰ ad me ut ante iam scripsi: per fratrē Sysinniū diaconū exemplaria ꝑ/uenerūt: absq; subscriptiōe tua: & quæ primū ꝑ fratrē Profuturū: secūdo ꝑ quēdā aliū te misisse significas: & interim Profuturū retractū de itinere: & episcopū constitutum: ueloci morte subtractū: illum cuiꝰ nomen retices: maris timuisse discrimina: & nauiga/tionis mutasse consiliū. Quæ cū ita sint: satis mirari nequeo: quomodo ipsa epistola: & romæ & in italia baberi a plærisq; dicat: & ad me solū nō puenerit: cui soli missa ē: præ/sertim cū idem frater Sysinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit: eā se nō i africa:

nō apud te: sed in insula Adriæ ante hoc ferme quinquennīū repperisse. De amicitia
ois tollenda suspitio est: & sic cū amico q̄si cū altero se ē loquendū. Nōnulli familiares
mei & uasa christi: quoꝝ hierosolymis & in sanctis locis ꝓmagna copia ē: suggerebāt
nō simplicia te animo factū: sed laudem atq; rumusculos & gloriolam populi requirē
tem: ut de nobis crescerēs: ut multi cognoscerēt: te ꝓuocare: me timere: te scribere ut
doctū: me tacere ut imperitū: & tandem repperisse qui garrulitati meæ modū impo
neret. Ego aūt ut simpliciter fatear: dignationi tuæ: Primū idcirco respōdere nolui: qa
tuā liquido epl'am nō credebā: nec ut uulgi de quibusdam ꝓuerbium est: litum melle
gladiū. Deinde illud cauebā: ne episcopo cōmunionis meæ: uiderer ꝓcaciter respon
dere: & aliq̄ in reprehendentis epl'a reprehendere: præsertim cū quædā in illa hæretica iu
dicarē. Ad extremū ne tu iure expostulares & diceres: Quid em̄ Epl'am meā uide
ras: & notæ tibi manus in subscriptione signa deprehenderas: ut tam facile amicū læde
G res: & alterius maliciā in meā uerteres contumeliā? Igit̄ ut ante iam scripsi: aut mitte
eandē epl'am tua subscripta manu: aut senem latitantē in cellula lacessere desine. Sin
autē tuam uis uel exercere uel ostendere doctrinā: quære iuuenes & disertos & nobi
les: quoꝝ romæ dicunt̄ esse q̄plurimi: qui possint & audeant tecū congredi: & in dispu
tatione sanctaꝝ scripturaꝝ iugū cum episcopo ducere. Ego quōdā miles: nunc uete
ranus: & tuas & aliorꝝ debeo laudare uictorias: nō ipse rursus effœto corpore dimica
re: ne si me frequenter ad rescribēdū impuleris: illius recorder historiæ: q̄ Hannibalē Titus liuius
iuueniliter exultantem. Q. Maximus patiētia sua fregerit. Omnia fert ætas: animum Vir. in buco.
quoq; sæpe ego longos Cantando puerū memini me cōdere soles. Nunc oblita mihi
tot carmina: uox quoq; moerim: Iam fugit ipsa. Et ut magis de scripturis sāctis loquar:
Berçellai ille galaa dites: regis Dauid beneficia: oīesq; delitias iuueni delegans filio: 2. Regū. 19.
ostendit senectutem hæc appetere nō debere nec oblata suscipe. Q̄ autem iuras te
aduersum me librū nō scripsisse: neq; romam misisse quē non scripseris: sed si forte aliq̄
in tuis scriptis reperiant̄: quæ a meo sensu discrepent: nō me a te læsū: sed a te scriptū
q̄d tibi rectum uidebat̄: Quæso: ut me patiēter audias. Non scripsisti librū: & quomo
do mihi reprehensionis a te meæ: ꝑ alios scripta delata sunt? Cur habet italia: q̄d tu non
scripsisti? Qua rōne poscis ut rescribam ad ea quæ scripsisse te denegas? Nec tam be
bes sum: ut si diuersa senseris: me a te læsū putē. Sed si mea comin⁹ dicta reprehēdas:
& rationē scriptoꝝ expetas: & quæ scripserim emendare cōpellas: & ad παλιῳδίαν
ꝓuoces: & oculos mihi reddas: i hoc lædit̄ amicitia: i hoc necessitudinis iura uiolant̄.
H Ne uideamur certare puerīliter: & fautoribus inuicem uel detractorib⁹ nostris tribu
ere materiā cōtendendi: hæc scribo: qa te pure & christiane diligere cupio: nec quicq̄
in mea mente retinere: q̄d distet a labijs. Non enim conuenit: ut ab adolescentia: usq;
ad hanc ætatē: in monasteriolo cū sanctis fratribus labore desudans: aliquid cōtra epi
scopum communionis meæ scribere audeā: & eum episcopū: quē ante cœpi amare q̄
nosse: qui me prim⁹ ad amicitias ꝓuocauit: quem post me oriētē in scripturarum eru
ditione lætatus sum. Igit̄ aut tuū negato librum: si forte nō tuus est: & desine flagitare
rescriptū ad ea quæ nō scripsisti: aut si tu⁹ est: ingenue cōfitere: ut si in defensione mei
aliqua scripsero: in te culpa sit qui ꝓuocasti: non in me qui respōdere cōpulsus sū. Ad
dis præterea te paratum esse: ut si quid me in tuis scriptis mouerit: aut corrigere uo
luero: fraterne accipias: & nō solū mea in te beniuolentia gauisurū: sed ut hoc ipsum fa
ciam deprecaris. Rursum dico q̄d sentio. Prouocas senem: tacētē stimulas: uideris ia
ctare ꝓdoctrinam. Nō est autem ætatis meæ: putari maliuolum erga eum: cui magis fa
uorem debeo. Etsi in euangelijs ac ꝓphetis puersi homines inueniunt: q̄d nitantur re
prehendere: miraris si in tuis libris & maxime in scripturarū expositione: quæ uel ob
scurissimæ sunt: quædam a recta linea discrepare uideant̄. Et hoc dico: nō q̄ in operi
bus tuis quædam reprehendenda tam censeam. Neq; em̄ lectioni eorum unq̄ operā de
di: nec horum exemplariorꝝ apud nos copia est: præter soliloquiorum tuoꝝ libros: &
quosdam cōmentarios in psalmos: quos si uellem discutere: nō dicā a me (qui nihil sū)
sed a ueterū græcorꝝ docerem interꝓtationibus discrepare. Vale mihi amice chariss⁹

me:ætate fili:dignitate parens:& hoc a me rogatus obserua:ut quicquid mihi scripse/ris:ad me primum facias puenire.

¶ Sancti Augustini ad beatũ Hieronymũ:de cõmemoratis in supiori epl'a accurate se purgãtis:ueniãq; si læserit deprecãtis.In qua etiã deplorat inter Hieronymũ & Ruffi/num quõdã amicissimos tantã exortã eẽ discordiã: quos ad pristinã charitatẽ nititur reuocare.Epl'a.XV.

DOmino uenerãdo & desiderãtissimo fratri & cõpresbytero Hieronymo: Au/ I
gustinus in dño salutẽ.Quis existimem anteq̃ istas sumeres:uenisse in manus tuas lras meas:q̃s p dei seruũ filiũ nostrũ Cyprianũ diaconum misi: qb⁹ certis/sime agnosceres meã esse epl'am.Cui⁹ exemplaria illuc pueniſſe cõmemoraſti: unde iam me arbitror rescriptis tuis uelut entellinis grãdibus atq; acribus œstibus:tanq̃ au/dacem daretem cœpisse pulsari atq; uersari.Nũc tñ eis ipsis respondeo litteris tuis:q̃s mihi p sanctũ filiũ nostrũ Asterĩũ mittere dignat⁹es.In qb⁹ multa in me cõperi tuæ be niuolẽtissimæ charitatis:& rursus quædã nõ nullius a me tuæ offensionis indicia.Itaq; ubi mulcebar legens:ibi continuo feriebar:hoc sane uel maxime admirans: q̃ cum di cas te exemplaribus litteraꝝ meaꝝ ideo temere nõ putasse credendũ:ne forte te re/spondẽte læsus iuste expostularem: q̃ ꝓbare ante debuisses:meum esse sermonem: & sic rescribere:postea iubeas si mea ẽ epl'a:apte me scribere:aut mittere exemplaria ueriora:ut absq; ullo rancore stomachi in scripturaꝝ disputatiõe uersemur. Quo pa/cto em̃ possum⁹ in hac disputatiõe sine rancore uersari:si me lædere paras? Aut si non paras:quõ ego te nõ lædẽte:abs te læsus iuste expostularẽ:qđ ꝓbare ante debuisses: meũ esse sermonẽ:& sic rescribere? Hoc est & sic lædere. Nisi em̃ rescribẽdo læsisses: ego iuste expostulare nõ possem.Proinde cũ ita rescribis ut lædas:q̃s locus nobis re/linquit in disputatiõe scripturaꝝ:sine ullo rancore uersandi? Ego quidem absit ut læ/dar:si mihi certa rõne uolueris & potueris demonstrare illud ex epistola apostoli:uel quid aliud scripturaꝝ sanctarum te uerius intellexisse q̃ me.Immo uero absit:ut nõ cũ gratiarũactione lucris meis deputem:si fuero te docẽte instruct⁹:aut emendante cor/rectus. Verũtamẽ tu mihi frater charissime:nisi te putares læsũ scriptis meis: non me putares lædi posse rescriptis tuis.Nullo em̃ modo id de te opinatus fuero:q̃ nõ te ar/bitraris læsum:si sic tñ rescribis ut lædas.Aut si te nõ sic rescribente: ego ꝓpter nimiã stulticiã meam lædi posse putatus sum:hoc ipso læsisti plane:q̃ de me ita sensisti. Sed nullo modo tu me:quem nunq̃ talem expertus es:temere talẽ crederes: qui litterarũ meaꝝ exemplarib⁹etiã cũ stilũ meũ nosses:temere credere noluisti.Si em̃ non imeri/to uidisti me:iusta expostulaturũ fuisse:si temere crederes esse litteras meas:quæ nõ essent meæ:quãto iustius expostularẽ meipsũ temere putatũ talem:qualẽ me exper/tus nõ esset qui putauisset? Nequaq̃ ergo ita ꝓlabereris:ut te non rescribente quo læ/derer:me tamen existimares nimis insipiẽtem:etiam tali tuo rescripto lædi potuisse. Restat igitur ut lædere me rescribendo disponeres:si certo documento meas esse il/las litteras nosceres.Atq; ita quia non credo q̃ iniuste me lædẽdum putares:supereſt ut agnoscam peccatum meum:q̃ prior te illis litteris læserim: quas meas esse negare non possum.Cur itaq; conor contra fluminis tractum:ac non potius ueniã peto? Ob/ K
secro te ergo per mãsuetudinẽ christi:ut si læsi te:dimittas mihi:nec me uicissim lædẽ/do:malum ꝓ malo reddas.Lædes autem me si mihi tacueris errorem meum:quẽ for/te inueneris in factis uel dictis meis.Nam si ea in me reprehenderis quæ reprehendẽ/da non sunt:te lædis magis q̃ me:quod absit a morib⁹:& sancto ꝓposito tuo:ut hoc fa/cias uolũtate lædendi:culpãs in me aliqd dẽte maledico:qđ mẽte ueridica esse scis nõ culpãdũ.Ac p hoc:aut beniuolo corde arguas:etiã si caret delicto: qđ arguẽdũ putas. Aut pat'no affectu mulceas quẽ abijcere neq̃as. Põt em̃ fieri ut tibi aliud uideat q̃ ue/ritas habet:dũ tñ abs te aliud nõ fiat q̃ charitas habet.Et ego amicissimã repbensionẽ gratissime accipiam:etiam si reprehendi non meruit qđ recte defendi potest.Aut ag/noscã simul & beniuolentiam tuam:& culpã meam:& quantũ dominus donat in alio gratus:in alio emẽdatus inueniar. Quid ergo? Fortasse dura sed certe salubria uerba

tua:tanq̃ ceſtus Entelli pertimeſcam. Cædebatur ille:non curabatur:& ideo uinceba
tur:non ſanabatur. Ego autem ſi medicinalem correptionem tuam trãquillus accepe
ro:non dolebo. Si uero infirmitas uelut humana mea (etiam cum ueraciter arguor)
non poteſt niſi aliquãtulum contriſtari:melius tumor capitis dolet dum curatur:q̃ dũ
ei parcitur & non ſanatur. Hoc ẽ enim quod acute uidit:qui dixit: Vtiliores eſſe plæ
runq; inimicos iurgantes: q̃ amicos obiurgare metuentes. Illi enim dum rixantur di
cunt aliquando uera quæ corrigamus: iſti autem minorem q̃ oportet exhibent iuſti
ciæ libertatem:dum amicitiæ timent exaſperare dulcedinem. Quapropter & ſi bos
ut tibi uideris:laſſus ſenectute forte corporis:non uigore animi: tamen in area domi
nica fructuoſo labore deſudans:ecce ſum: ſi quid perperam dixi: fortius fige pedem.
Non mihi eſſe debet moleſtum pondus ætatis tuæ:dummodo conteratur palea cul
L pæ meæ. Proinde illud quod in extremo epiſtolæ tuæ poſuiſti: cum magni deſideriĳ
ſuſpirio uel lego uel recolo. Vtinam inquis mereremur complexus tuos:& collatiõe
mutua:uel doceremus aliqua:uel diſcerem⁹. Ego autem dico:utinam ſaltem propin
quis terrarũ locis habitaremus:ut ſi non poſſent miſceri noſtra colloquia: litteræ poſ
ſent eſſe crebriores. Nunc uero tanto locoꝝ interuallo abſumus a ſenſibus nr̃is:ut de
illis uerbis apli ad Galatas:iuuenẽ me ad tuã ſãctitatẽ ſcripſiſſe meminerim: & ecce iã
ſenex:necdum reſcripta meruerim:facilĳuſq; ad te exemplaria epl'æ meæ puenerint:
neſcio q̃ occaſione ꝓueniẽte:q̃ ipſa epl'a me curãte. Homo em̃ q eã tunc accepat:nec
ad te pertulerit: nec ad me retulerit. Tantæ autẽ mihi in litteris tuis:quæ i manus no
ſtras uenire potuerũt: apparent res:ut nihil ſtudiorum meorum mallem ſi poſſem:q̃
inhærere lateri tuo. Quod ego quia non poſſum:aliquem noſtrorum in domino fili
orum:erudiendum nobis ad te mittere cogito:ſi etiam de hac re tua reſcripta merue
ro. Nam neq; in me tantum ſcientiæ ſcripturarum diuinarum eſt: aut eſſe iam poterit:
quantum ineſſe tibi uideo. Etſi quid in hac re habeo facultatis: utcunq; impendo po
pulo dei. Vacare aũt ſtudioſis diligentius q̃ quæ populi audiunt inſtruendis: propter
M eccleſiaſticas occupationes omnino non poſſum. Neſcio quæ ſcripta maledica:ſuper
tuo nomine ad africam peruenisſe audiuimus: Accepimus tamen ꝙ dignatus es mit
tere:illis reſpondens maledictis. Quo perlecto: fateor multum dolui: inter tam cha
ras familiareſq; perſonaſ:cunctis pene eccleſĳs notiſſimo amicitiæ uinculo copulatas:
tantum malum extitiſſe diſcordiæ. Et tu quidem quantum tibi modereris: quantũq;
teneas aculeos indignationis tuæ: ne reddas maledictum pro maledicto: ſatis in tuis
litteris eminet. Verũtamen eas ipſas cum legiſſem: contabui dolore & obrigui timo
re: Quid de me illa facerent:quæ in te ille ſcripſit: ſi in manus meas forte ueniſſent?
Væ mundo ab ſcandalis. Ecce fit:ecce prorſus impletur quod ueritas ait: Quoniam Matth.18.
abundabit iniquitas:refrigeſcet charitas multorum. Quæ ſibi enim iam fida pectora Matth.24.
tuto refundantur? In cuius ſenſu tota ſe proĳciat ſecura dilectio? Quis denĳq; amicus
non formidetur:quaſi futurus inimicus:ſi potuit inꝛ Hieronymum & Ruffinum hoc
quod plangimus exoriri? O miſera & miſeranda conditio. O infida in uoluntatibus
amicorum ſcientia præſentium:ubi nulla eſt præſcientia futurorum. Sed quid hoc al
teri de altero gemendum putem:quando nec ipſe quidem ſibi homo eſt notus impo
ſterum? Nouit enim utcunq; uix forte nunc qualis ſit: qualis autem poſtea futurus ſit
ignorat. Hæc porro non tantũ ſciẽtia q̃lis quiſq; ſit: uerũetiã præſcientia qualis futur⁹
ſit:ſi eſt in ſanctis & beatis angelis: quomodo fuerit diabolus beatus aliquando cum
adhuc angelus bonus eſſet:ſciens futuram iniquitatem ſuam & ſempiternum ſuppli
cium:omnino non uideo. De qua re ſi tamen eam noſſe opus eſt: uellem audire quid
ſentias. Vide quid faciant terræ ac maria:quæ nos corporaliter dirimunt. Si hæc epi
ſtola mea quam legis ego eſſem:iam mihi diceres quod quæſiui: Nunc uero quando
reſcribes? Quãdo mittes? Quãdo pueniet? Quando accipiam? Et tamen utinã q̃nq;
fiat:qđ tam cito fieri non poſſe q̃ uolumus:quãta poſſumus tolerantia ſuſtinem⁹. Vn
de recurro ad illa uerba epiſtolæ tuæ dulciſſima:ſanctiq; deſideriĳ tui pleniſſima: & ea
facio uiciſſim mea: Vtinã mereremur cõplexus tuos: & collatione mutua:uł docere

mus aliqua uel diſceremus: Si tamen eſſe ullo modo poſſet: ꝙ ego te docerem. In bis N
autem uerbis non iam tuis tm̃: ſed etiam meis ubi delector & reficior: & ipſo q̃uis pen-
dente & non attingente: utriuſq; noſtrum deſiderio: non parua ex parte cõſolor. Vbi
rurſus acerrimis dolorum ſtimulis fodior: dum cogito inter uos: quib⁹ deus bocipſũ
quod uterq; noſtrum optauit: largum prolixumq; cõceſſerat: ut cõiunctiſſimi & fami-
liariſſimi mella ſcripturaꝝ ſanctarum pariter lamberetis: tantæ amaritudinis irrepſiſſe
perniciem: quãdo non: ubi nõ: cui nõ homini formidãdã: cũ eo tẽpore quo abiectis iã
ſarcinis ſæcularibus: iam expediti dn̄m ſequebamini: & in ea terra uiuebatis ſimul: in
Job.14. q̃ dn̄s humanis pedib⁹ ambulãs: Pacẽ meã inquit do uobis: pacẽ meã relinquo uobis:
Job.7. uiris ætate maturis: & in eloquio dn̄i habitantib⁹ uobis accidere potuit: Vere tẽpta-
tio ẽ uita humana ſup terrã. Heu mihi qui uos alicubi ſimul inuenire nõ poſſum: forte
ut moueor: ut doleo: ut timeo: ꝓciderem ad pedes ueſtros: flerem quantũ ualerẽ: ro-
garẽ quantũ amarẽ. Nunc unũquẽq; ueſtrũ ꝓ ſeipſo: nuc utrũq; ꝓ alterutro: & ꝓ alijs
& maxime infirmis: ꝓ quib⁹ chriſtus mortuus eſt: qui uos tanq̃ in theatro uitæ huius
cũ magno ſui periculo ſpectãt: ne de uobis ea cõſcribendo ſpargatis: quæ quãdoq; cõ-
cordãtes delere non poteritis: qui nũc concordare nolitis: aut quæ cõcordes legere ti O
meatis: ne iteꝝ litigetis. Veꝝ dico charitati tuæ: nihil me magis q̃ hoc exemplũ tre-
muiſſe: cũ quædã ad me in epl'a tua legerẽ tuæ indignatiõis indicia: nõ tam illa de En-
tello & boue laſſo: ubi mihi potius hilariter iocari: q̃ iracũde minari uiſus es: q̃ illud qđ
ſerio te ſcripſiſſe ſatis apparet: Vnde ſupra elocutus ſum: plus fortaſſe q̃ debui: ſed nõ
plus q̃ timui: ubi aiſti: ne forte læſus iuſte expoſtulares. Rogo te ſi fieri poteſt: ut inter
nos quæramus & diſſeram⁹ aliquid: quo ſine amaritudine diſcordiæ corda noſtra pa-
ſcantur: fiat. Si autem non poſſum dicere quid mihi emẽdandum uideatur in ſcriptis
tuis: nec tu in meis: niſi cũ ſuſpitione inuidiæ aut læſione amicitiæ: quieſcam⁹ ab bis: &
noſtræ uitæ ſalutiq; parcam⁹. Minus certe aſſequat' illa quæ inflat: dum nõ offendat' il
Jacobi.3. la quæ ædificat. Ego me lõge eſſe ſentio ab illa pfectiõe: de qua ſcriptum eſt: Si quis in
uerbo nõ offendit: hic pfectus eſt uir. Sed plane in dei miſericordia puto me poſſe fa-
cile abs te petere ueniã: ſi quid offendi: qđ mihi aperire debes: ut cũ te audiero lucre-
ris fratrem tuũ. Neq; em̃ quia hoc ꝓpter longinquitatẽ terraꝝ nõ potes facere inter
me & te: ꝓpterea debes ſinere errare me. Prorſus qđ ad ipſas res quas noſſe uolum⁹
attinet: ſi quid ueri me tenere uel ſcio uel credo uel puto: in quo tu aliter ſentis: quãtũ
dat dn̄s ſine tua iniuria conabor aſſerere. Qđ autem ptinet ad offenſionem tuam: cũ
te indignatum ſenſero: nihil aliud q̃ ueniam depcabor. Nec omnino arbitror te ſuccẽ-
ſere potuiſſe: niſi aut hoc dicerem quod non debui: aut non ſic dicerem ut debui: quia
nec miror minus nos ſcire inuicem q̃ ſcimur a cõiunctiſſimis & familiariſſimis noſtris.
In quorum ego charitatem fateor: facile me totũ proijcio: præſertim fatigatũ ſcãdalis
ſæculi: & in ea ſine ulla ſollicitudine requieſco. Deum quippe illic eſſe ſentio: in quem
me ſecurus ꝓijcio: & in quo ſecurus requieſco. Nec in hac mea ſecuritate craſtinum il
lud humanæ fragilitatis incertũ: de quo ſuperi⁹ gemui: omnino formido. Cum enim P
hominẽ chriſtiana charitate flagrantẽ: eaq; mihi fidelem amicum factum eſſe ſentio:
quicqd ei cõſilioꝝ meoꝝ cogitationũq; cõmitto: nõ homini cõmitto: ſed illi i quo ma-
1.Joh.4. net ut talis ſit. Deus em̃ charitas ẽ: & qui manet in charitate in deo manet: quã ſi deſe-
ruerit: tantũ faciat neceſſe eſt dolorem: quãtũ manens fecerat gaudiũ. Verũtamẽ ex
amico intimo factus inimicus: quærat ſibi potius qđ fingat aſtutus: non inueniat quod
prodat iratus. Hoc autem unuſquiſq; facile aſſequit': non occultãdo qđ fecerit: ſed nõ
faciendo quod occultare uelit. Qđ miſericordia dei bonis ꝓijſq; cõcedit: ut inter ini-
micos quoſlibet futuros liberi ſecuriq; uerſentur: aliena peccata ſibi cõmiſſa non pro-
dant: quæ prodi timeant ipſi nulla cõmittãt. Cum enim falſum quid a maledico fingi-
tur: aut omnino non creditur: aut certe integra ſalute ſola fama uexat'. Cũ autem ma-
lum perpetrat': boſtis eſt intimus: etiam ſi nullius intimi loquacitate aut lite uulgetur.
Quapropter quis prudentiũ non uideat: etiã tu q̃ tolerabiliter feras amiciſſimi quon-
dam & familiariſſimi incredibiles nũc inimicitias: cõſolante cõſcientia: & quemadmo-

dū uel qđ iactitat: uel qđ a quibusdam forsitan creditʒ: in sinistris armis deputes: qbus nō minus q̄ dextris contra diabolū dimicatʒ? Verūtn illū maluerim aliquo modo mitiorē q̄ te isto modo armatiorē. Hoc magnū & triste miraculū ē: ex amicitijs talibus ad has inimicitias peruenisse: lætum erit & multomaius ex inimicitijs talibꝰ ad pristinam concordiam reuertisse.

¶ Sancti Augustini ad Præsidium: ut suprapositā epl'am beato Hieronymo aduersū se cōmoto transmittat rogantis. Epl'a. XVI.

QDOmino beatissimo & merito uenerando fratri & cōsacerdoti Præsidio: Augustinus in dño salutem. Sicut præsens rogaui sinceritatē tuā: nunc quoq; cōmoneo: ut litteras meas sancto fratri & cōpresbytero nostro Hieronymo mittere nō graueris. Vt autē nouerit charitas tua: quēadmodū etiā tu illi ꝑ mea causa scribere debeas: misi exemplaria litterarū & mearum ad ipsū: & ad me ipsius. Quibus lectis ꝑ tua sancta prudentia facile uideas & modū meū quē seruandū putaui: & motum eius quē non frustra timui. Aut si ego (qđ non debui: uel quomodo nō debui) aliqd scripsi: nō ad illum de me: sed ad meipsum potius fraterna dilectiōe mitte sermonē: quo correctus petam ut ignoscat: si meam culpam ipse cognouero.

¶ Sancti Hieronymi ab beatū Augustinū: ut sui meminerit obsecrātis: & ut baiulum lr̄aꝝ sanctū Præsidiū sibi germanissimū: singulariter cōmendātis. Epl'a. XVII.

RDOmino uere sancto & beatissimo papæ Augustino: Hieronymꝰ in christo salutē. Anno præterito ꝑ fratrē nostrū Asteriū hypodiaconū dignationi tuæ epistolā miserā: ꝑmptū reddēs salutationis officiū: quā tibi arbitror redditā. Nūc quoq; ꝑ sanctū fratrē meum Præsidium diaconū: obsecro primum ut memineris mei. Deinde ut baiulū lr̄aꝝ habeas cōmēdatum & mihi scias germanissimū: & in qbuscūq; necessitas postulauerit foueas atq; sustētes: nō quo aliq̄ re (christo tribuēte) indigeat: sed quo bonoꝝ amicitias auidissime expetat: & se in his cōiūgēdis maximū putet beneficium cōsecutū. Cur aūt ad occidentē nauigauerit: ipso poteris narrāte cognoscere. Nos in monasterio constituti uarijs bincinde fluctibus quatimur: & ꝑegrinationis molestias sustinemus. Sed credimꝰ in eo qui dixit: Cōfidite: ego uici mundum: q ipso tribuēte & præsule: cōtra hostem diabolum uictoriā cōsequamur. Sanctum & uenerabilem fratrē nostrum papā Alipium: ut meo obsequio salutes obsecro. Sāncti fratres q nobiscū in monasterio dño seruire festināt: oppido te salutāt. Incolumē te & memorē mei: christus dns noster tueatur omnipotēs dñe uere sancte & suscipiēde papa. Ioh. 16.

¶ Sancti Hieronymi ad beatū Augustinum: ut pudori suo ignoscat obsecrātis: & deinceps ad mutuā charitatē exhortantis. Epl'a. XVIII.

SDOmino uere sancto & beatissimo papæ Augustino: Hieronymꝰ in dño salutē. Cū a sāncto fratre nr̄o Firmo sollicite quærerē qđ ageres: sospitē te lætꝰ audiui. Rursū cū tuas lr̄as nō dico sperarē sed exigerē: nesciēte te: de africa se ꝑfectū esse dixit. Itaq; reddo tibi ꝑ eū salutatiōis officia: qui te unico amore cōplectitʒ: simulq; obsecro ut ignoscas pudori meo: q diu præcipiēti ut rescriberē negare nō potui. Nec ego tibi: sed causæ causa respōdit. Etsi culpa est respōdisse: quæso ut patienter audias: multo maior ē ꝑuocasse. Sed facessant istiusmodi querimoniæ. Sit iter nos pura germanitas: & deinceps nō quæstionū: sed charitatis ad nos scripta mittamꝰ. Sāncti fratres q nobiscū dño seruiunt affatim te salutāt. Sanctos q tecum christi leue trabūt iugum: præcipue sanctū & suscipiēdū papā Alipiū: ut meo obsequio salutes precor. Incolumē te & memorē mei christus deus noster tueatur omnipotens. Dñe uere sancte & beatissime papa: Si legisti librū explanationū i lonā: puto q ridiculā cucurbitæ nō recipias quæstionē. Si autē amicꝰ q me primꝰ gladio petijt stilo repulsus ē: sit būanitatis tuæ atq; iusticiæ accusantē reꝑbēdere nō respōdentē. In scripturarum campo si placet: sine nostro inuicē dolore ludamus.

¶ Sancti Augustini ad beatū Hieronymū: ad oia sibi respōdētis sententiāq; suā tuētis: & ostēdentis non dispensatoriā aut simulatam: sed uerā & dignā fuisse a Paulo Petri reprehensionē. Epl'a. XIX.

DOmino dilectissimo: & in christi uiscerib⁹ bonorando: sancto fratri & cōpre- T
sbytero Hieronymo: Augustin⁹ in domino salutem. Iam pridem tuæ charita-
ti ꝓlixam epistolam misi: respondēs illi tuæ quā per sanctum filium tuū Aste-
rium: nunc iam non solum fratrem: uerūetiam collegā meum misisse te recolis. Quæ
utrum in manus tuas puenire meruerit: adhuc nescio: nisi ꝙ per fratrem sincerissimū
Firmum scribis. Si ille qui me primum gladio petijt: stilo repulsus ē: ut sit humanitatis
meæ atq; iusticiæ accusantē reꝓhendere non respondentem. Hoc solo tenuissimo iu
dicio utcūq; cōijcio: legisse te illam epistolā meam. In ea quippe deploraui tantā inter
uos extitisse discordiā: de quorum tāta amicitia quaquauersū eā fama diffuderat: cha-
ritas fraterna gaudebat. Qđ non feci reꝓhēdēdo i aliquo germanitatē tuā: cui⁹ i ea re
aliquā culpam me cognouisse non ausus sum dicere: sed dolendo humanā miseriam:
cuius in amicitijs mutua charitate retinendis: quātalibet illa sit incerta permansio est.
Verū illud maluerā tuis nosse rescriptis: utrū mihi ueniam quā popposceram dederis.
Quod apertius mihi intimari cupio: q̄uis hilarior quidam uultus litterarū tuarum etiā
hoc me impetrasse significare uideatur: si tamē post lectā illam missæ sunt: qđ in eis mi
nime apparet: Petis uel pot⁹ fiducia charitatis iubes: ut in scripturaꝝ campo: sine no
stro inuicem dolore ludamus. Et quidem quātum ad me attinet: serio nos ista q̄ ludo V
agere mallem. Qđ si hoc uerbum tibi ꝓpter facilitatē ponere placuit: ego fateor ma⁹
aliquid expeto a benignitate uirium tuarum prudētiaq; tam docta & ociosa: annosa:
studiosa: ingeniosa: diligentia: hæc tibi non tantū donāte: uerūetiā dictāte spiritusan-
cto: ut in magnis & laborios quæstionibus: non tanq̄ ludentem in campo scripturaꝝ
sed in montibus anhelantem adiuues. Si autem ꝓpter hilaritatem quā esse inter cha-
rissimos disserētes decet: putasti dicēdū ē: ludam⁹: siue illud apertū & planū sit unde
colloquimur: siue arduū atq; difficile: hoc ipsū edoce obsecro te: quo nā modo assequi
ualeam⁹: ut cū forte aliqđ nos mouet: qđ nobis & si nō cauti⁹ attendētib⁹: certe tardi⁹
intelligentib⁹ nō ꝓbatū est: & quid nobis uideat cōtra conamur asserere: si hoc aliqñ
securiore libertate dicamus: nō incidamus in suspitionē puerilis iactātiæ: quasi nostro
nomini famā: uiros illustres accusando quæramus. Si autē aliquid aspeꝝ qđ refellēdi
necessitate depromptū fuerit: quo tolerabile fiat: leniore circūfūdam⁹ eloquio: ne litū
melle gladiū stringere iudicemur. Nisi forte ille modus ē quo utrūq; hoc uitiū ul' uitij
suspitionē caueam⁹: si cū doctiore amico sic disputem⁹: ut qcqđ dixerit: necesse sit ap-
probare: nec querendi saltē causa liceat aliquātulū reluctari. Tū uero sine ullo timore
Dis. 9. ca. ego sor. offensionis tāq̄ in cāpo ludiē: sed mirū si nobis nō illudiē. Ego em̄ fateor charitati tuæ
solis eis scripturaꝝ libris: q iam canonici appellanē: didici būc timorē honorēq; defer-
re: ut nullū eoꝝ auctorē scribēdo aliqđ errasse firmissime credā. Ac si aliqđ in eis offen
dero litteris: qđ uideat contrariū ueritati: nihil aliud q̄ uel mendosum esse codicē: uel
interptem nō assecutū esse qđ dictū ē: uel me minime intellexisse nō ambigam. Alios
aūt ita lego: ut quātalibet sanctitate doctrinaq; præpolleāt: nō ideo uerū putem: quia
ipi ita senserūt: sed qa mihi ul'p illos auctores canonicos: ul' ꝓbabili rōne: qđ a uero nō
abhorreat: psuadere potuerunt. Nec te mi frater sentire aliqđ aliē existimo: Prorsus
inquā nō te arbitror: sic legi tuos libros uelle: tāq̄ ꝓpbetaꝝ ul' apl'oꝝ: de quorum scri-
ptis qđ oī errore careāt: dubitare nefariū ē. Absit hoc a pia humilitate: & ueraci de te
metipso cogitatiōe: q̄ nisi esses prædit⁹: nō utiq; diceres: Vtinā mereremur cōplexus
tuos: & collatiōe mutua: uel docerem⁹ aliq̄ uel discerem⁹. Qđ si teipsū: cōsideratione X
uitæ: ac moꝝ tuoꝝ: nō simulate: nō fallaciter dixisse credo: quātomagis æquū est me
Gal. 2. credere apl'm Paulū non aliud sensisse q̄ scripserit: ubi ait de Petro & Barnaba: Cū ui-
derē qa nō recte igrediūt ad ueritatē euāgelij: dixi Petro corā oib⁹: Si tu cū sis iudæ⁹
gentiliter & non iudaice uiuis: quō gētes cogis iudaiçare: De quo em̄ certus sim ꝙ me
Gal. 4. scribēdo uel loquēdo nō fallat: si fallebat apl's filios suos quos iterū parturiebat donec
in eis christus: id est ueritas formaret. Quib⁹ cū præmisisset dicēs: Quæ aūt scribo uo
Gal. 1. bis: ecce corā deo qa nō mētior: nō tn ueraciter scribebat: sed nescio q̄ dispēsatoria si-
mulatione fallebat: uidisse se Petrū & Barnabā nō recte ad euāgelij ueritatē ingrediē-

tes:ac Petro in faciem restitisse:nō ob aliud nisi ꝙ gentes cogeret iudaiçare. At enim
satius est credere apostolum Paulum aliquid non uere scripsisse: q̄ apostolum Petrū
recte non aliquid egisse. Hoc si ita est: dicamus (quod absit) satius esse credere men/
tiri euangelium: q̄ negatum esse a Petro christum: & mētiri regnorum librum: q̄ tan/
tum prophetam a domino deo tam excellenter electum & in concupiscenda atq; ab/
ducenda uxore aliena commisisse adulterium: & in marito eius necando tam borren/
dum homicidium: Immo uero sanctam scripturam: in sūmo & cælesti auctoritatis cul/
mine collocatam: de ueritate eius certus ac securus legam: & in ea homies uel appro/
batos: uel emendatos: uel damnatos ueraciter discam: potius q̄ facta humana: dum in
quibusdam laudabilis excellentiæ personis aliquando credere timeo: reprehendēda
ipsa diuina eloquia mihi sint ubiq; suspecta. Manichæi plurima diuinarum scripturaꝝ:
quibus eorum nefarius error clarissima sententiarū perspicuitate conuincitur: quia in
alium sensum detorquere non possunt: falsa esse contendunt: ita tamen ut eādem fal/
sitatem non scribentibus apostolis tribuāt: sed nescio quibus codicum corruptorib⁹.
Qđ tamē quia nec pluribus siue antiquioribus exemplaribus: nec præcedētis linguæ
auctoritate (unde latini libri interpretati sunt) probare aliquando potuerunt: notissi/
ma omnibus ueritate superati confusiq; discedunt. Ita ne non intelligit prudentia san/
cta tua quāta maliciæ illorū pateſcat occasio: si non ab alijs apostolicas litteras esse fal/
satas: sed ipsos apostolos falsa scripsisse dicamus? Nō ē inquis credibile: hoc in Petro
γ Paulū qđ ipse Paul⁹ fecerat arguisse. Nō nūc inquiro q̄d fecerit: sed qd scripserit quæ/
ro: hoc ad quæstionem quam suscepi maxime pertinet: ut ueritas diuinarum scriptu/
rarum: ad nostram fidem ædificandam memoriæ cōmendata: non a quibuslibet: sed
ab ipsis aplis: ac p hoc in canonicū auctoritatis culmē recepta: ex omni pte uerax atq;
indubitāda perstitat. Nā si hoc fecit Petrus qđ facere debuit: mētitus est Paulus ꝙ eū
uiderit nō recte ingredientē ad ueritatē euāgelij. Quisqs em̄ hoc facit: qđ facere de/
bet: recte utiq; facit: Et ideo falsum de illo dicit: qui dicit eum nō recte fecisse: qđ eum
nouit facere debuisse. Si autem uerum scripsit Paulus: uerum est ꝙ Petrus non recte
tunc ingrediebatur ad ueritatem euangelij. Id uero faciebat qđ facere non debebat:
& si tale aliquid Paul⁹ ipse iam fecerat: correctum pot⁹ etiā ipsum credam: coapostoli
sui correctionē nō potuisse negligere: q̄ mendaciter aliquid in sua epla posuisse. Et epi
stola qualibet: quātomagis i illa in qua prælocutus ait: Quæ autem scribo uobis: ecce Gal.1.
coram deo: quia non mentior. Ego quidem illud Petrum sic egisse credo: ut gētes co/
geret iudaiçare. Hoc enim lego scripsisse Paulum: quem mentitum esse non credo: &
ideo nō recte agebat hoc Petr⁹. Erat enim cōtra euangelij ueritatē: ut putarent q cre/
debant in christum: sine illis ueteribus sacramentis saluos se esse nō posse: Hoc enim
contendebant antiochiæ: qui ex circumcisione crediderant. Cōtra quos Paul⁹ perse/
ueranter acriterq; confligit. Ipsum uero Paulum non ad hoc id gessisse: qđ uel Timo/
thæum circūcidit: uel cenchris uotum psoluit: uel hierosolymis a Iacobo admonit⁹ cū
eis qui uouerant legitima illa celebranda suscepit: ut putari uideretur per ea sacramē/
ta etiā christianam salutē dari. Sed ne illa quæ priorib⁹ ut cōgruebāt tēporib⁹: in um/
bris reꝝ futuraꝝ deus fieri iusserat: tanq̄ idolatriam gentiliū damnare crederet. Hoc
est em̄ qđ illi Iacob⁹ ait: auditū de illo ē qđ discissionē doceat a Moyse. Qđ utiq; ne/
fas ē: ut credentes in christū discindāt a ꝓphetis christh: tāq̄ ei⁹ doctrinam detestātes
atq; dānantes: de quo ipse christ⁹ dicit: Si crederetis Moysi: crederetis & mihi: de me Ioh.5.
ℸ em̄ ille scripsit. Attēde em̄ obsecro ipsa uerba Iacobi. Vides inqt frater quot milia sunt Actj.21.
in iudæa q crediderūt in christū: & hi oēs æmulatores sunt legis. Audierūt autē de te
quia discissionem doces a Moyse: eoꝝ q p gētes sunt iudæoꝝ: dicēs nō debere circū/
cidere eos filios suos: neq; ſm cōsuetudinem ingredi: Quid ergo ē? Vtiq; oportet cō/
uenire multitudinē: audierunt em̄ te superuenisse: hoc ergo fac qđ tibi dicimus: Sunt
nobis uiri quattuor uotum habentes sup se: his assumptis sanctifica te cum ipsis: & im/
pende in eos ut radant capita: & sciēt omnes: qa quæ de te audierūt fasa sūt: sed seq̄ris
& ipse custodiens legē: de gentibus autē q crediderūt nos mādauim⁹: iudicātes nihil

eiusmodi seruare illos: nisi ut se obseruent ab idolis imolato: & a sanguine: & a fornicatione: non ut opinor obscurum est: & Iacobum hoc ideo monuisse: ut scirent falsa esse quæ de illo audierant: hi qui cũ christum ex iudæis credidissent: tñ æmulatores erant legis: ne per doctrinã christi uelut sacrilega: nec deo mandante cõscripta damnari putarentur: quæ p Moysen patribus fuerãt ministrata? hoc em̃ de Paulo iactauerãt: nõ illi qui intelligebãt quo animo a iudæis fidelibus obseruari tũc ista deberent: ꝓpter cõmendandã scilicet auctoritatẽ diuinam: & sacramentoꝝ illoꝝ ꝓphetica sanctitatẽ: non ꝓpter adipiscendã salutem quæ iam in christo reuelabat̃: & p baptismi sacramẽtum ministrabat̃. Sed illi hoc de Paulo sparserant: qui sic ea uolebant obseruari: tanq̃ sine his in euãgelio sal⁹ credentib⁹ eẽ non posset. Ipsum em̃ senserant uehemẽtissimũ gratiæ prædicatorem: & intẽtioni eoꝝ maxime aduersum: docentem non per illam hominem iustificari: sed per gratiam Iesu christi: cuius prænunciandæ causa: illæ umbræ in lege mandatæ sunt. Et ideo illi inuidiã & ꝓsecutionẽ molientes concitare: tanq̃ inimicum legis mandatorũq; diuinorũ criminabant̃: cuius falsæ criminationis inuidia congruentius deuitare nõ posset: q̃ ut ea ipse celebraret quæ damnare tanq̃ sacrilega putabat̃: atq; ita ostenderet nec iudæos tũc ab eis tanq̃ a nefarijs prohibẽdos: nec gẽtiles ad ea tanq̃ ad necessaria compellendos. Nam si reuera sic ea reprobaret: quẽadmodum de illo auditum erat: & ideo celebranda susciperet: ut actiõe simulata suã posset occultare sentẽtiã: nõ ei diceret Iacob⁹: Et sciẽt oẽs: sed diceret: & putabũt oẽs: qm̃ q̃ de te audierũt falsa sũt: præsertim qa in ipsis hierosolymis apli ia decreuerãt: ne qsq̃ gẽtes cogeret iudaiçare: n aũt decreuerãt ne qsq̃ tũc iudæos iudaiçare ꝓhiberet: q̃is etiã ipsos iã doctrina christiana nõ cogeret. Proinde si post hoc apl'oꝝ decretũ: Petr⁹ habuit illã i antiochia simulationẽ: q̃ gẽtes cogeret iudaiçare: quo iã nec ipe cogebat̃: q̃is ꝓpter cõmendanda eloquia dei: quæ iudæis sunt credita nõ ꝓhibebatur. Quid & mirũ si cõstringebat eũ Paul⁹ libere asserere: qd̃ cum cæteris aplis se hierosolymis decreuisse meminerat? Si aũt hoc (qd̃ magis arbitror) ante illud hierosolymitanũ concilĩ Petr⁹ fecit: nec sic mirũ est: qd̃ eũ uolebat Paulus nõ timide obtegere: sed fidenter asserere: qd̃ eũ pariter sentire iã nouerat: siue qd̃ cũ eo cõtulerat euangeliũ: siue qd̃ in Cornelij cẽturionis uocatione: etiã diuinitus eũ de hac re admonitũ accepat: siue qd̃ anteq̃ illi quos timuerat uenissent antiochiã: cũ gentib⁹ eũ conuesci uiderat. Neq; em̃ negam⁹ in hac sententia fuisse iam Petrũ: in qua & paulus fuit. Nõ itaq; tũc eũ quid in ea re uerũ esset docebat: sed eius simulationẽ: qua gentes iudaiçare cogebant̃: arguebat: non ob aliud: nisi qa sic illa omnia simulatoria gerebãt̃: tanq̃ uerum esset qd̃ illi dicebãt qui sine circũcisiõe præputij atq; alijs obseruationib⁹ umbræ futuroꝝ: putabãt: credẽtes saluos esse nõ posse. Ergo & Timothæũ circũcidit ꝓpterea ne iudæis & maxime cognationi eius maternæ: sic uiderent̃ qui ex gentib⁹ in christũ crediderãt: detestari circũcisionẽ: sicut idolatria detestãda est: cum illã deus fieri præceperit: hãc sathanas psuaserit. Et Titũ ꝓpterea nõ circũcidit: ne occasionẽ daret eis qui sine ulla circũcisione dicebãt credẽtes saluos eẽ nõ posse: & ad deceptionẽ gẽtiũ hoc etiã Paulũ sentire iactarẽt. Qd̃ ipse satis significat: ubi ait: Sed neq; Tit⁹ q mecũ erat: cũ eẽt græcus cõpulsus est circũcidi: ꝓpter subintroductos aũt falsos fratres q subintroierãt perscrutari libertatẽ nr̃am: ut nos in seruitutẽ redigerent: qb⁹ nec ad horã cessimus subiectioni: ut ueritas euãgelij ꝑmaneat apud uos. Hic apparet qd eos captare itellexerit: ut nõ faceret qd̃ in Timothæo fecerat: & ꝙ ea libertate facere poterat: q̃ ostenderat: illa sacramẽta nec tãq̃ necessaria debere appeti: nec tãq̃ sacrilega debere dãnari. Sed cauendum est uidelicet in hac disputatione: ne sicut philosophi quædã facta hominũ media dicamus: iter recte factũ & peccatũ: quæ neq; in recte factis: neq; in peccatis numerẽt̃: & urgeamur eo: ꝙ obseruare legis cerimonias nõ potest eẽ indifferẽs: sed aut bonum aut malum: Vt si bonũ dixerim⁹: eas nos quoq; obseruare cogamur. Si autem malũ: nõ uere sed simulate ab aplis obseruatas esse credamus. Ego uero aplis nõ tam exemplũ philosophoꝝ timeo: qñ & illi in sua disputatione ueri aliqd dicunt: q̃ forensium aduocatoꝝ: quãdo in alienaꝝ causaꝝ actione mentiunt̃. Quoꝝ similitudo: si i ipsa

expositione epistolæ ad Galatas ad confirmandā simulationem Petri & Pauli putata,
est deceter induci: qd ergo apud te timeam nomen philosophoꝝ: q nō ꝓpterea uani
sunt: quia oia falsa dicūt: sed quia & falsis plærisq; cōfidūt: & ubi uera iueniūt dicere a
christi gra: qui ē ipsa ueritas: alieni sūt. Cur aūt nō dicā præcepta illa ueterū sacramē-
toꝝ: nec bona esse: quia nō eis boies iustificāt: Vmbræ em̄ sunt prænūciātes gram q̄
iustificamur: nec tn̄ mala: quia diuinit⁹ præcepta sunt: tpib⁹ ꝑsonisq; cōgruētia: cū me
adiuuet etiā ꝓphetica sentētia: qua dicit de⁹ se illi populo dedisse præcepta nō bona.
Forte em̄ ꝓpterea non dixit mala: sed tm̄ non bona: id est nō talia ut illis boies boni fi-
A ant: aut sine illis boni nō fiant. Vellem me doceret benigna sinceritas tua: utrū simula-
te quisq; sanctus oriētalis: cū romam uenerit ieiunet sabbato: excepto illo die paschalis
uigiliæ: Qd si malū esse dixerimus: non solū romanā ecclesiā: sed etiā multa ei uicina: Dist. 12. Illa
& aliquāto remotiora damnabimus: ubi mos idē teneť & manet. Si aūt non ieiunare
sabbato malū putauerim⁹: tot ecclesias orientis & multo maiorē orbis christiani ptē:
qua temeritate criminabimur? Placet ne tibi ut mediū quiddā eē dicam⁹: qd tn̄ acce
ptabile sit ei: q hoc non simulate: sed cōgruenti societate atq; obseruātia fecerit? Et tn̄
nihil inde legim⁹ in canonicis libris præceptū esse christianis: quātomagis illud malū
dicere nō audeo: q deū præcipisse ipsa christiana fide negare nō possū: qua didici: nō
eo me iustificari: sed gra dei ꝑ Iesū christū dn̄m nr̄m? Dico ergo circūcisionē præpu-
cij: & cætera hmōi: priori populo ꝑ testamentū qd uetus dicit: diuinit⁹ data: ad signi-
ficationē futuroꝝ: quæ ꝑ christū oportebat impleri: quibus aduenientib⁹: remansisse il-
la christianis legēda tantū ad intelligētiā præmissæ ꝓphetiæ: nō aūt necessario facie-
da q̄si adhuc expectandū esset ut ueniret fidei reuelatio: quæ bis significabať esse uē-
tura. Sed q̄is gētib⁹ imponēda nō essent: nō tn̄ sic debuisse auferri a cōsuetudine iu-
dæorum: tanq̄ detestanda atq; dānanda. Sensim proinde atq; paulatim ferūte sane
prædicatione gr̄æ christi: qua sola nossent credentes se iustificari saluosq; fieri: nō illis
umbris reꝝ antea futuraꝝ: tūc iā uenientiū atq; præsentiū: ut in illoꝝ iudæoꝝ uocati-
one: quos præsentia carnis dn̄i: & apl'ica tēpora sic inuenerāt: omnis illa actio cōsume-
reť umbraꝝ: hoc eis suffecisse ad cōmendationē: ut nō tanq̄ detestāda: & similis ido-
latriæ uitareť: ultra uero nō haberet ꝓgressum: ne putareť necessaria tanq̄ uel ab illa
salus esset: uel sine illa esse nō posset. Qd putauerūt hæretici: q dū uolūt & iudæi esse
& christiani: nec iudæi nec christiani esse potuerūt. Quoꝝ sentētiā mihi cauēdā: quis
in ea nunq̄ fuerim: tn̄ beniuolentissime admonere dignat⁹ es: In cuius sententiæ non
consensionē sed simulationē timoris Petrus inciderat: ut de illo Paul⁹ uerissime scribe
ret: q cum eum uidisset nō recte ingredientē ad ueritatē euangelij: eiq; uerissime di-
ceret q gētes iudaiçare cogebat: qd Paulus utiq; nō cogebat. Ob hoc illa uetera uera-
citer ubi opus esset obseruās: ut dānanda nō esse mōstraret: prædicans tn̄ instanter:
non eis: sed reuelata gra fidei: fideles saluos fieri: ne ad ea quēq̄ uelut necessaria susci-
piēda compelleret. Sic aūt credo apostolum Paulū ueraciter cūcta illa gessisse: nec tn̄
nunc quēq̄ factū ex iudæo christianū: uel cogo uel sino talia ueraciter celebrare: sicut
nec tu cui uideť Paul⁹ ea simulasse: cogis istū uel sinis talia simulare. An uis ut etiā ego
dicā banc esse summā quæstionis: immo sentētiæ tuæ: ut post euāgeliū christi: bene-
faciāt credētes iudæi: si sacrificia offerant quæ obtulit Paulus: si filios circūcidāt: si sab-
batū obseruēt ut Paul⁹ i Timothæo: & oēs obseruauere iudæi: dū hæc simulate ac fal
laciter agāt? Hoc si ita est: nō iā i hæresim Hebionis: ul' eoꝝ quos uulgo naçaræos nū-
cupāt: uel quālibet aliā ueterē: sed nescio in quam nouā delabimur: quæ sit eo ꝓnicio-
B sior: quo non errore sed ꝓposito est ac uoluntate fallaci. Q si respondeas: ut te ab hac
purges sententia: tūc apl'os ista laudabiliter simulasse: ne scandaliçarēť infirmi qui ex
iudæis multi crediderant: & ea respuenda nondū intelligebāt: Nunc uero cōfirmata
ꝑ tot gentes doctrina gratiæ christianæ cōfirmata etiam ꝑ oēs christi ecclesias lectiōe
legis & ꝓphetaꝝ: quomodo hæc intelligenda nō obseruāda recitenť: quisqs ea simu-
lando agere uoluerit: uideať insanire: cur mihi non licet dicere apostolū Paulū: & alu-
os rectæ fidei christianos: tunc illa uetera sacramenta paululum obseruādo ueraciter

commendare debuisse: ne putarẽtur illæ prophẽticæ significationis obseruationes a
pijssimis patrib⁹ custoditæ: tanq̃ sacrilegia diabolica a posteris detestatæ: lã em̃ cũ ue-
nisset fides quæ prius illis obseruationib⁹ prænũciata: post mortẽ & resurrectionem
dñi reuelata ẽ: amiserant tanq̃ uitã officij sui. Verũtn sicut defũcta corpora necessario-
rũ officijs deducẽda erãt quodãmodo ad sepulturã: nec simulate sed religiose: nõ aũt
deserẽda cõtinuo: uel inimicoꝝ obtrectationib⁹ tanq̃ canũ morsib⁹ ꝓijcieda. Proinde
nũc quisq̃s christianoꝝ: q̃uis sit ex iudæis siliter ea celebrare uoluerit: tanq̃ sopitos ci-
neres suans: non erit pius deductor uel baiul⁹ corporis: sed impius sepulturæ uiola-
tor. Fateor sane in eo: qđ epistola continet mea: ꝙ ideo sacramenta iudæoꝝ Paul⁹ ce- C
lebranda suscepерat: cũ iã christi esset apostolus: ut doceret non esse ꝓnicioſa bis q ea
uellent: sicut a parentib⁹ p legẽ acceperãt: custodire: min⁹ me posuisse: illo dũtaxat tẽ-
pore: quo primũ fidei grã reuelata ẽ. Tũc em̃ hoc nõ erat ꝓnicioſum: progressu uero
tpis erat ꝓnicioſũ: nisi ille obseruatiões ab oib⁹ xp̃ianis desererent: ne si tũc fierẽt: nõ
discerneret qđ deus pp̃lo suo p Moysen præcepit: ab eo qđ in tẽplis dæmonioꝝ spũs
immũdus instituit. Proinde potius culpãda est negligẽtia mea: quia hoc non addidi:
2. Retrac. 7. quã obiurgatio tua: Verũtamẽ lõge anteq̃ litteras tuas accepissem scribẽs cõtra Fau-
stum manichæum: quomodo eundem locum q̃uis breuiter explicauerim: & hoc illic
non prætermiserim: & legere poterit si non dedigneť benignitas tua: & a charissimis
nostris p quos nũc hæc scripta misi: quõ uolueris tibi fides fiat: illud me ante dictasse:
mihiq̃ de animo meo crede: quod coram deo loquẽs iure charitatis exposco: nũq̃ mi-
hi uisum fuisse: etiã nũc christianos ex iudæis factos sacramẽta illa uetera quolibet affe
ctu celebrare: & quouis animo debere ab eis ullo modo coli: cũ illud de Paulo semper
ita senserim: ex quo illi⁹ mihi litteræ innotuerũt: sicut nec tibi uideť hoc tpe: cuiq̃ esse
simulãda ista: cũ hoc fecisse ap̃los credas. Proinde sicut tu ecõtrario loq̃ris: & licet re- D
clamãte (sicut scribis) mũdo: libera uoce ꝓnũcias cerimonias iudæoꝝ: & ꝓnicioſas eẽ
& mortiferas christianis: & quicũq̃ eas obseruauerit: siue ex iudæis siue ex gentib⁹ eũ
in baratrũ diaboli deuolutũ. Ita ego hanc uocẽ tuã omnino cõfirmo: & addo: Quicũq̃
eas obseruauerit: siue ex iudæis siue ex gentibus: non solũ ueraciter: uerũetiam simu-
late: eũ in baratrũ diaboli deuolutũ. Quid quæris amplius? Sed sicut tu simulationẽ
apostoloꝝ: ab huius temporis ratione secernis: ita ego Pauli apostoli ueracem tũc in
bis omnibus conuersationẽ: ab huius temporis: q̃uis minime simulata cerimoniaꝝ iu-
daicaꝝ obseruatiõe secerno: qm̃ tũc fuit approbãda: nũc detestãda. Ita q̃uis legerim⁹:
Luc. 16. Lex & ꝓp̃hæ usq̃ ad iohãnẽ baptistã: & qa ꝓpť ea quærebãt iudæi christũ iterficere:
Joh. 5. quia nõ solũ soluebat sabbatũ: sed & patrẽ suũ dicebat deũ: æqualẽ se faciẽs deo: & qa
Joh. 1. grãm ꝓ grã accepimus: & quoniam lex per Moysen data est: gratia aũt & ueritas per
Hiere. 31. Iesum christum facta est. Et per Hieremiã ꝓmissum est: daturũ dẽũ testamentũ nouũ
domui Iuda: non ſm testamentum qđ disposuit patribus eoꝝ: non tn̄ arbitror ipsum
dñm fallaciter a parẽtibus circũcisum. Aut si hoc ꝓpter ætatẽ minime ꝓhibebat: nec
illud arbitror eum dixisse fallaciter leproso: quem certe non illa p Moysen præcepta
obseruatio: sed ipse mũdauerat: Vade & offer ꝓ te sacrificiũ qđ præcepit Moyses in
testimoniũ illis. Nec fallaciter ascendit ad diẽ festũ: usq̃adeo non causa ostentationis
coram hominib⁹: ut non euidenter ascenderit sed latẽter. At em̃ dixit idẽ apostolus:
Gal. 5. Ecce ego Paulus dico uobis: quia si circũcidamini: christ⁹ uobis nihil ꝓderit. Decepit
ergo Timothæũ: & fecit ei nihil ꝓdesse christũ? An quia hoc fallaciť factũ ẽ: ideo nõ
obfuit? At ipse hoc non posuit nec ait: si circumcidamini ueraciter sicut nec fallaciter:
sed sine ulla exceptiõe dixit: Si circũcidamini christ⁹ uobis nihil ꝓderit. Sicut ergo tu
uis hic clocũ dare sentẽtiæ tuæ: ut uelis subintelligi nisi fallaciter: ita nõ impudẽter fla
gito: ut etiam nos illic intelligere sinas eis dictũ: Si circũcidamini: qui ꝓpterea uolebãt
circũcidi: qđ aliter se putabãt in christo saluos esse nõ posse. Hoc ergo aio: hac uolũta-
te: ista intentione: quisquis tunc circũcidebať: christus ei nihil oino ꝓderat. Sicut alibi
Gal. 2. apte dicit: Nã si per legẽ iusticia: ergo christus gratis mortu⁹ ẽ? Hoc ergo declarat: &
Gal. 5. qđ ipse cõmemorasti: Euacuati estis a christo: qui i lege iustificamini: a grã excidistis.

Illos itaq; arguit qui se iustificari in lege credebant: nō qui legitima illa in eius bonore
a quo mandata sunt obseruabant intelligentes: & qua prænunciandæ ueritatis ratiōe
mandata sint & quousq; debeant perdurare. Vnde est illud quod ait: Si spiritu duci- Gal. 5.
mini: nō adhuc estis sub lege. Vnde uelut colligis apparere qui sub lege est: nō dispē
satiue: ut nostros putas uoluisse maiores: sed uere ut ego intelligo: eum spiritūsanctū
E non habere. Magna mihi uidetur quæstio: quid sit esse sub lege sic: quēadmodū apo-
stolus culpat. Neq; em̄ hoc eum propter circūcisionem arbitror dicere: aut illa sacrifi-
cia quæ tūc facta a patrib⁹: nūc a christianis nō fiūt: & cætera huiusmodi: sed hocipsū
etiam quod lex iubet: Non concupisces: quod fatemur certe christianos debere ob- Exo. 20.
seruare: atq; euangelica maxime illustratione prædicari. Legem dicit esse sanctam: & Ro. 7.
mandatū sanctum: & iustum: & bonum. Deinde subiungit: Quod ergo bonū est: mi-
hi factum est mors? Absit: Sed peccatū ut appareat peccatum: per bonū mihi opera-
tum est mortem: ut fiat supra modū peccator: aut peccatū per mādatum. Quod aūt
hic dicit: peccatum per mandatū fieri supra modum: hoc alibi ait: Lex subintrauit ut Ro. 5.
abundaret delictum. Vbi aūt abundauit delictum: superabundauit & gratia. Et alibi:
cum superius de dispensatione gratiæ loqueretur: q̄ ipsa iustificet: uelut interrogans
ait: Quid ergo lex? Atq; huic interrogationi continuo respondit: Præuaricatiōis gra Gal. 3.
tia posita est: donec ueniret semen cui ꝓmissum est. Hos ergo damnabiliter dicit esse
sub lege: quos reos facit lex: non implentes legem: dum nō intelligēdo gratiæ bene-
ficium ad facienda dei præcepta: quasi de suis uiribus superba elatione præsumunt.
Plenitudo em̄ legis charitas. Charitas uero dei diffusa est in cordibus nostris: nō per Ro. 13.
nosipsos: sed p spirtūsanctum qui datus est nobis. Sed huic rei quantū satis est expli- Ro. 5.
candæ: prolixior fortasse & sui proprij uoluminis sermo debetur. Si ergo illud quod
lex ait: Non concupisces: si humana infirmitas gratia dei adiuta nō fuerit: sub se reum
tenet: & præuaricatorē potius damnat: q̄ liberat peccatorem: quantomagis illa quæ
significatiōis causa præcepta sunt: circūcisio & cætera: quæ reuelatiōe gratiæ latius in
notescente necesse fuerat aboleri: iustificare neminem poterāt? Non tamē ideo fue-
rant tanq̄ diabolica gentiū sacrilegia fugienda: etiam cum ipsa gratia iam cœperat re-
uelari: quæ umbris talibus fuerat prænunciata: sed permittenda paululū eis maxime
F qui ex illo populo cui data sunt uenerāt. Postea uero tanq̄ cum honore sepulta sunt:
a christianis omnibus irreparabiliter deferenda. Hoc autē quod dicis: non dispensati
ue ut nostri uoluere maiores: quid sibi uult oro te? Aut em̄ hoc est quod ego appello
officiosum mendaciū: ut hæc dispensatio sit officium uelut honeste mentiēdi: aut qd
aliud sit oīno non uideo: nisi forte addito nomine dispensationis fiat: ut mendacium
non sit mendaciū. Quod si absurdum est: cur ergo nō aperte dicis officiosum menda-
cium defendendum: nisi forte nomen te mouet: quia nō tam usitatum est in eccleśia-
sticis libris uocabulum officij: quod Ambrosius noster non timuit: qui suos quosdam Ambrosius
libros utilium præceptionū plenos: de officijs uoluit appellare? An si officiose men-
tiatur quisq; culpandus est: si dispensatiue approbandus? Rogo te mentiatur ubi le-
gerit qui hoc putat: quia & in hoc magna quæstio est: sit ne aliquando mentiri uiri bo
ni: imo uiri christiani quālibet dictum est: Sit in ore uestro est est: non non: ut non sub Matth. 5.
iudicio decidatis. Et qui cum fide audiunt: Perdes oēs qui loquunt mendaciū. Sed Ps. 5.
ut dixi & alia & magna quæstio est: eligat quod uoluerit qui hoc existimat ubi menti
tur: dum tamē a scribentibus auctoribus sanctaꝝ scripturarum & maxime canonica-
rum: inconcusse credatur & defendat oīno abesse mendaciū: ne dispensatores chri-
sti: de quibus dictum est: Hic iam quærit inter dispensatores: ut fidelis quis inuenia- 1. Cor. 5.
tur: tanq̄ magnū aliquid sibi fideliter didicisse uideantur: pro ueritatis dispensatione
mentiri: cum ipsa fides: in latino sermone ab eo dicatur appellata: quia fit quod dicit.
Vbi autē fit quod dicitur: mentiēdi utiq; nō est locus. Fidelis igit dispensator aposto
lus Paulus: proculdubio nobis exhibet in scribēdo fidem: quia ueritatis dispensator
erat: non falsitatis: Ac per hoc ueꝝ scripsit uidisse se petrum nō recte ingredientem
ad ueritatem euangelij: eiq; in faciem restitisse: q̄ gentes cogeret iudaiçare. Ipse uero

petrus: quod a Paulo fiebat utiliter libertate charitatis: sancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atq; ita rarius & sanctius exemplum posteris præbuit: quo non dedignarentur: si cubi forte recti tramitem reliquissent: etiam a posterioribus corrigi: q̃ Paulus: quo confidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda euangelica ueritate salua fraterna charitate resistere. Nam cum satius multo sit a tenendo itinere in nullo q̃ i aliquo declinare: multo ẽ tamen mirabilius & laudabili⁹ libenter accipere corrigentem: q̃ audacter corrigere deuiantem. Est laus itaq; iustæ libertatis in Paulo: & sanctæ humilitatis in Petro: quæ quantum mihi pro modulo meo uidetur: magis fuerat aduersus calumniantem Porphyriũ defendenda: q̃ ut ei daretur obtrectandi maior occasio: qua multo mordacius criminarẽt christianos fallaciter: uel suas litteras scribere: uel dei sui sacramẽta tractare. Flagitas a me ut aliquẽ saltẽ unũ ostendam: cuius in hac re sententiam sim secutus: cum tu tam plures nominatim cõmemoraueris: qui te in eo quod astruis præcesserũt: petens ut in eo si te reprehendo errantem: patiar te errare cum talibus: quorũ ego fateor: neminẽ legi: sed cum sint ferme sex uel septem: borũ quattuor auctoritatem tu quoq; infringis. Nam Laodicenũ cuius nomen taces: de ecclesia dicis nuper egressum. Alexandrum autem ueterem hæreticum: Origenem uero ac Didymũ: reprehensos abs te lego in recentioribus opusculis tuis: & nõ mediocriter: nec de mediocribus quæstionibus: q̃uis Origenem mirabiliter ante laudaueris. Cum bis ergo errare puto: qa nec teipse patieris: q̃uis hoc perinde dicatur: ac si in hac sententia nõ errauerint. Nam quis est qui se uelit cum quolibet errare? Tres igit̃ restant: Eusebius emisen⁹: Theodorus Heracleotes: & quẽ paulo post commemoras Iohannes: q dudũ in pontificali gradu constantinopolitanã rexit ecclesiã. Porro si quæras uel recolas: qd hinc senserit noster Ambrosius: qd nr̃i itidem Cyprianus: inuenies fortasse nec nobis defuisse quos in eo qd̃ asserim⁹ sequeremur: quanq̃ sicut pauloante dixi: tm̃modo scripturis canonicis banc ingenuã debeã seruitutem: qua eas solas ita sequar: ut cõscriptores eaꝝ nihil in eis oino errasse: nihil fallaciter posuisse nõ dubitem. Proinde cum quæro tertium: ut tres etiam ego tribus opponam. Possem quidem (ut arbitror) facile reperire si multa legissem. Verũtamen ipe mihi pro bis omnibus: imo supra bos oẽs apostolus Paulus occurrit. Ad ipsum confugio: ad ipsum oẽs qui aliud sentiunt: litteralibus suis tractatibus, puoco: ipsum interrogans interpello & requiro: in eo quod scriptum est ad Galatas: uidisse se petrum nõ recte ingredientem ad ueritatem euangelij: eiq; in faciẽ propterea restitisse: q̃ illa simulatione gentes iudaiçare cogebat. Vtrum uerum scripserit: an forte nescio qua dispensatiua falsitate mentitus sit: Et audio eũ paulo superius in eiusdẽ narratiõis exordio: religiosa uoce mihi clamantem: Quæ aũt scribo uobis: ecce coram deo quia
Gal. 1. non mentior. Dent ueniam quilibet aliud opinantes: ego magis credo tanto apostolo in suis & pro suis litteris iuranti: q̃ cuiq; doctissimo de alienis litteris disputanti. Nec dici timeo: sic paulum defendere q̃ non simularit errorem iudæoꝝ: sed uere fuerit in errore: Quoniã neq; simulabat errorem: qui libertate apostolica: sicut illi tempori cõgruebat: uetera illa sacramenta ubi opus erat agendo: cõmendabat ea: non solum sathane uersutia decipiendis hominibus: sed dei prouidentia prænunciandis rebus futuris prophetice constituta. Nec uere fuerat in errore iudæoꝝ: qui non solũ nouerat sed etiam instanter & acriter prædicabat eos errare qui putabant gentibus imponẽda: uel iustificationi quorũcunq; fidelium necessaria. Quod aũt dixi eũ factum iudæis H tanq̃ iudæũ: & tanq̃ gentilem gentilibus: nõ mentiẽtis astu: sed compatientis affectu: quemadmodũ dixerim parum mihi uisus es attendisse: imo ego fortasse nõ satis hoc explanare potuerim. Neq; em̃ hoc ideo dixi: q̃ misericordit̃ illa simulauerit: sed qa sic ea nõ simulauit: quæ faciebat similia iudæis: quẽadmodũ nec illa quæ faciebat similia gẽtib⁹: quæ tu quoq; cõmemorasti: atq; in eo me qd̃ nõ ingrate fateor adiuuisti. Cum em̃ abs te quæsissem in epistola mea: quomodo putet̃ ideo factus iudæis tanq̃ iudæus quia fallaciter suscepit sacramenta iudæorum: cum & gentibus tanq̃ gentilis factus sit nec tamẽ suscepit fallaciter sacrificia gentium? Tu respondisti in eo factum gentibus

tanq̃ gentilem: q̃ preputiũ receperit: q̃ indifferenter permiserit uesci cibis quos damnant iudæi: Vbi ego quæro: utrum & hoc simulate fecerit? Quod si absurdissimũ atq; falsissimũ est: Sic ergo & illa in quibus iudæor̃ consuetudini cõgruebat libertate prudenti: non necessitate seruili: aut quod est indignius dispensatiõe fallaci potius q̃ fideli. Fidelib⁹ em̃ & his qui cognouerunt ueritatem: sicut ipse testatur: nisi forte & hic fallit: omis creatura dei bona est: & nihil abijciendum: quod cum gratiarumactione accipitur. Ergo & ipsi paulo non solum uiro: uerũetiam dispensatori maxime fideli: nõ solum cognitori: uerũetiam doctori ueritatis: omnis utiq; in cibis creatura dei non simulate: sed uere bona erat. Cur igit̃ nihil simulate suscipiẽdo sacror̃ cerimoniar̃q; gentilium: sed de cibis & præputio uera sentiendo atq; docendo: tamẽ tanq̃ gentilis factus est gentibus: & nõ potuit fieri tanq̃ iudæus iudæis: nisi fallaciter suscipiendo sacramẽta iudæorum? Cur oleastro inserto seruauit dispensationis ueracem fidem: & naturalibus ramis: non extra sed in arbore cõstitutis: nescio q̃d dispensatoriæ simulatiõis uelamen obtendit? Cur factus tanq̃ gentilis gentibus: quod sentit docet: quod ait sentit: Factus autẽ tanq̃ iudæus iudæis: aliud in pectore claudit: aliud promit in uerbis: in factis: in scriptis? Sed absit hoc sapere. Vtriq; em̃ debebat charitatem de corde puro & conscientia bona: & fide non ficta. Ac per hoc omĩbus omĩa factus est: ut omẽs lucri faceret: non mentientis astu: sed compatientis affectu: id est non omnia mala hominũ fallaciter agendo: sed aliorum omniũ malis omnibus: tanq̃ si sua esset misericordis medicinæ diligentiam procurando. Cum itaq; illa testamenti ueteris sacramenta etiam sibi agenda minime recusabat: non misericorditer fallebat: sed oino non fallens: atq; hoc modo a domio deo illa usq; ad certi temporis dispẽsationẽ iussa esse cõmendãs: a sacrilegis sacris gẽtiũ distinguebat. Tũc aũt nõ mẽtiẽtis astu: sed cõpatiẽtis affectu: iudæis tanq̃ iudæ⁹ fiebat: qñ eos ab illo errore quo uel in xp̃m credere nolebãt: uel p̃ uetera sacerdotia sua cerimoniarũq; obseruatiões: se a pẽtis posse mũdari: fieriq; saluos existimabãt: sic liberare cupiebat: tãq̃ ipse illo errore teneret. Diligẽs utiq; pximũ tanquã seipsum: & hæc alijs faciẽs: quæ sibi ab alijs fieri uellet: si hoc illi opus esset. Q̃d cũ dñs monuisset adiunxit: Hæc est enim lex & prophetæ. Hunc compatientis affectum: Matth. 22. in eadem epistola ad Galatas præcipit dicens: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo Gal. 6. delicto: uos q̃ spirituales estis: instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: intendens teipsum ne & tu tempteris. Vide si nõ dixit: fiere tanq̃ ille: ut illũ lucrifacias. Non utiq; ut ipsum delictum fallaciter ageret: aut se id habere simularet: sed ut in alterius delicto: quid etiã sibi accidere posset: attenderet: atq; ita alteri tanq̃ sibi ab altero uellet: misericorditer subueniret: hoc est non mentientis astu: sed compatientis affectu: sic iudæo: sic gentili: sic cuilibet homini paulus in errore: uel peccato aliquo constituto: non simulando quod non erat: sed compatiendo quia esse potuisset: tanq̃ q̃ se hoiem cogitaret omĩbus omĩa factus est: ut oẽs lucrifaceret. ¶ Teipsum si placet obsecro te pauli sper intuere: teipsum inquã erga memetipsum & recole: uel si habes conscripta relege uerba tua in illa epistola: quã mihi per fratrẽ nostrũ: iã collegã meũ Cyprianũ breuiorẽ misisti: q̃ ueraci: q̃ germano: q̃ pleno charitatis affectu: cũ quædã me in te cõmisisse expostulasses grauiter subiunxisti: In hoc læditur amicitia: In hoc necessitudinis iura uiolantur: ne uideamur certa re pueriliter: & fautoribus inuicem: uel detractoribus nostris tribuere materiã cõtendendi. Hæc abs te uerba: non solũ ex animo dicta sentio: uerũetiam benigno aio ad cosulẽdum mihi. Deniq; addis quod etiam si non adderes appareret & dicis: Hæc scribo quia pure & christiane diligere te cupio: nec quicq̃ in mea mente retinere quod distet ab labijs. O uir sancte: mihiq; (ut deus uidet animã meã) ueraci corde dilecte: hoc ipsũ q̃d posuisti in litteris tuis: q̃d te mihi exhibuisse nõ dubito: hoc ipsũ oino ap̃li Paulũ credo exhibuisse in litteris suis: nõ uni cuilibet homini: sed iudæis: & græcis: & omĩbus gentibus filijs suis quos in euangelio genuerat: & quos pariendos parturiebat. Et deinde posterorũ tot milibus fidelium christianorum: propter quos illa memoriæ mandabat epistola: ut nihil in sua mente retineret: quod distaret ab labijs. Certe factus es etiam tu tanq̃ ego: non mentientis astu: sed compatientis affectu: cum cogitares tam me non

1. Cor. 9.

relinquendum in ea culpa in quã me prolapsum existimasti: q̃ nec te uelles: si eo modo prolapsus esses. Vnde agens gratias beniuolæ menti erga me tuæ: simul posco ut etiã mihi nõ succenseas: ꝙ cum in opusculis tuis aliqua me mouerẽt: motũ meũ intimaui tibi. Hoc erga me ab omnibus seruari uolẽs: quod erga te ipse seruaui: ut quicquid improbandum putant in scriptis meis: nec laudent subdolo pectore: nec ita reprehendãt apud alios ut taceant apud me. Hinc potius existimans lædi amicitiã & necessitudinis iura uiolari. Nescio em̃ utrũ christianæ amicitiæ putandæ sint: in quib⁹ma
Terenti⁹. gis ualet uulgare ,puerbiũ: Obsequiũ amicos ueritas odiũ parit: q̃ ecclesiasticũ: Fide
Prouer. 27. liora sunt uulnera amici: q̃ uoluntaria oscula inimici. Proinde charissimos nostros qui nostris laboribus sincerissime fauent: hoc potius quãta possumus instantia doceam⁹: quo sciant fieri posse: ut inter charissimos aliquid alterutro sermone contradicat̃: nec tamẽ charitas ipsa minuatur: nec ueritas odiũ parturiat quæ debeat̃ amicitiæ: siue illud uerum sit quod contradicitur: siue corde ueraci qualecũq; sit dicitur: non retinẽdo in mente quod distet a labijs. Credant itaq; fratres nostri familiares tui: quibus testimo- K
nium perhibes ꝙ sint uasa christi: me inuito factum: nec mediocrem de hac re dolorẽ inesse cordi meo: qd̃ litteræ meæ prius in multorũ manus uenerunt: q̃ ad te ad quem scriptæ sunt peruenire potuerunt. Quo aũt modo id acciderit: & longum est enarrare: & nisi fallor superfluum: cum sufficiat si quid mihi in hoc creditur: non eo factum aio quo putat̃: nec oino meæ fuisse uolũtatis aut dispositiõis aut cõsensionis aut saltẽ cognitionis ut fieret. Hoc si nõ credũt: qd̃ teste deo loquor qd ampli⁹ faciã nõ habeo. Ego tamen: absit ut eos credam hæc tuæ sanctitati: maliuola mente suggerere: ad excitandas inter nos inimicitias: quas misericordia domini dei nr̃i auertat a nobis: sed sine ullo nocendi aio: facile de boie humana uitia suspicari. Hoc em̃ me de illis æquũ est credere: si uasa sunt christi: non in contumeliã: sed in bonorem facta & dispositа in domo magna a deo in opus bonũ. Quod si post hanc attestationem meã si in noticiã eorum uenerit facere uoluerint: q̃ nõ recte faciant: & tu uides qd̃ sane scripserã: nullum me librum aduersus te romam misisse: ideo scripseram: quia & libri nomen: ab illa epistola discernebam. Vnde oĩno nescio quid aliud te audisse existimaueram: & ro L
mam nec ipsam epistolã: sed tibi miseram: & aduersus te nõ esse arbitrabar: quod sinceritate amicitiæ: siue ad admonẽdum: siue ad te: uel me abs te corrigendum fecisse me noueram. Exceptis autẽ familiaribus tuis: teipsum obsecro per gratiã qua redempti sumus: ut quæcũq; tua bona quæ tibi pietate domini concessa sunt: in litteris meis posui: non me existimes insidioso blandiloquio posuisse. Si quid aũt in te peccaui: dimittas mihi. Nec illud quod de te nescio cuius poetæ factum: ineptius fortasse q̃ litteratius a me cõmemoratum est: amplius q̃ dixi: ad te trabas: cum continuo subiecerim non hoc ideo me dixisse: ut oculos cordis reciperes: quos absit unquam ut amiseris: sed ut aduerteres quos sanos ac uigiles haberes: propter solã ergo παλιῳδίαν si aliquid scripserimus: qd̃ scripto posteriore destruere debeamus: imitandã non propter stesichori cæcitatẽ: quã cordi tuo nec tribui nec timui attingẽdũ illud existimaui: atq; identidẽ rogo: ut me fidẽter corrigas: ubi mihi hoc op⁹ esse ,pspexeris: Quãq̃ em̃ ꝑm bonorum uocabula: quæ iam ecclesiæ usus obtinuit: episcopatus presbyterio maior sit: tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est: licet etiã a minore quolibet non sit refugienda uel dedignanda correctio. ¶ De interpretatiõe tua iam mi- M
hi persuasisti: qua utilitate scripturas uoluerís transferre de hebræis: ut scilicet ea quæ a iudæis prætermissa uel corrupta sunt: proferres in medium. Sed insinuare digneris peto a quibus iudæis: utrum ab eisipsis qui ante aduentũ domini interpretati sunt: & si ita est: quibus uel quo nam eorum: an ab istis posterius: qui propterea putari possunt: aliq̃ de codicib⁹ græcis ul̃ subtraxisse uel in eis corrupisse: ne illis testimonijs de christiana fide conuincerentur. Illi aũt anteriores: cur hoc facere uoluerint: non inuenio. Deinde nobis mittas obsecro interpretationem tuam de septuaginta: quã te ædidisse nesciebam. Librum quoq; tuum cuius mentionem fecisti: de optimo genere interpretandi cupio legere: & adhuc nosse quomodo coæquanda sit ni interprete

pertia linguaꝝ: coniecturis eorum qui scripturas edisserẽdo pertractãt: quos necesse est etiam si recte atq; unius fidei fuerint: uarias parere in multorum locorum obscuritate sentẽtias: quãuis nequaq̃ ipa uarietas ab eiusdẽ fidei unitate discordet: Sicut etiã unus tractator ſm eandem fidem: aliter atq; aliter eũdem locum potest exponere qa hoc eius obscuritas patitur. Ideo autem desidero interpretationem tuam de septuaginta: ut & tanta latinorum interpretum: qui qualescũq; hoc ausi sunt: quantum possumus imperitia careamus: & hi qui me inuidere putãt utilibus laboribus tuis: tandem aliquando: si fieri potest: intelligant: propterea me nolle tuã ex hebræo interpretationem in ecclesijs legi: ne contra septuaginta auctoritatem: tanquã nouum aliquid proferentes: magno scandalo perturbemus plebes christi: quarum aures & corda illam interpretationem audire consueuerũt: quæ etiam ab apostolis approbata est. Vnde illud apud Ionam: Virgultum: si in hebræo nec hẽdera est nec cucurbita: sed nescio quid aliud quod trunco suo nixum: nullis sustentandum adminiculis erigat̃: mallem iam in oĩbus latinis cucurbitam legi. Non eĩ frustra hoc puto septuaginta posuisse nisi quia & huic simile sciebant. Satis me imo fortasse plus q̃ satis: tribus epistolis tuis respondisse arbitror: quarum duas per Cyprianum accepi: unam per Firmũ. Rescribe qd̃ usum fuerit ad nos uel alios instruendos. Dabo aut operam diligentiorem quantum me adiuuat dominus: ut litteræ quas ad te scribo prius ad te perueniant: q̃ ad quẽq̃ a quo latius dispergant̃. Fateor eĩ: nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me: qd̃ de meis ad te factum iustissime expostulas. Tamen placeat nobis inuicem non tantũ charitas: uerũetiam libertas amicitiæ: ne apud me taceas: uel ego apud te quod in nostris litteris uicissim nos mouet: eo scilicet animo: qui oculis dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis pernicioſa offensione non putas: non fiat. Illa eĩ charitas quam tecum habere uellem profecto maior est: sed melior hæc minor q̃ nulla est.

Sancti Augustini ad Longinianũ nouiter in fide christi imbutũ: qd agere debeat q̃ nihil se esse mauult q̃ uirũ bonũ: edocentis. Epla. XX.

NLonginiano Augustinus. Solere aiunt quendam ueterum dicere: quibus satis persuasum esset: ut nihil mallent se esse q̃ uiros bonos: his reliquã facilem esse doctrinam. Hæc sententia si rite recolo: socratica est: longe antiquior prophetica præcesserat: præcipiẽs hoibus breuiter & simul: nõ tantum ut se nihil malint esse q̃ bonos: uerũetiam unde fiant boni. Diliges inquit dominũ deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanq̃ teipsum. Hoc cui persuasum esset: non ei reliquam facilem: sed eam totam esse doctrinam dumtaxat utilem ac salubrem. Multæ eĩ doctrinæ sunt: si tamen doctrinæ dicẽdæ sunt: uel superflue uel noxie. Veterum libris christus attestans: In his inquit duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Proinde quia mihi uideor inspexisse tanquã in speculo sermocinationis tuæ: nihil te esse malle q̃ uirum bonum: deum quo nihil est melius: & unde humanus animus haurit ut bonus sit: quo nam modo colendũ credas: audeo percontari: nam q̃ eũ colẽdum credas: iam teneo. Quæro etiam quid de christo sentias. Quod eĩ eũ nõ paruipendas aduerti sed utrum ea & sola uia quæ ab illo demonstrata est: ad uitam beatam peruenirí posse existimes: & aliqua ex causa non eam negligas ire: sed differas: an & aliam uel alias ad tam optimã & præ omnibus appetendam possessionem uias esse arbitreris: & aliquam eaꝝ iam te ingredi credas: nosse cupio ut opinor non impudenter. Diligo eĩ te propter id quod supra dixi: meq; abs te diligi non temere existimo: nec ulla de re alia inter eos qui se beniuole nouerunt: sermo fructuosior: uel impenditur: uel reposcitur: uel accipit̃: uel recipitur: q̃ unde boni beatiq; simus. Matth. 22.

Longiniani ad beatũ Augustinum familiariter prætactæ epl'æ respondentis: Et ad quarũdam quæstiunculaꝝ eiusdẽ solutionẽ exhortantis. Epla. XXI.

OOmino uenerando & uere ac merito pcolendo sctõ pri Augustino: Longinianus. Beatus sum & refulgentis puro uirtutis tuæ lumine admodum illustratus:

qui dignum me diuini tui affaminis bonore cumulandum esse duxisti. Sed graue mi/
bi onus & difficilimam respondendi prouidentiam domine uenerande satis imponis:
& præcipue tuis percunctatiõibus:& sub boc tempore in talibus explicandis:per meæ
opinionis sententiam:id est a pagano bomine:quæstionibus siquidem abundet: quod
ex parte uel iamdudũ inter nos conuenerit:uel nunc identidẽ litteris magis magisq; cõ
ueniat præceptis:non dicam tantum socraticis: nec tuis romanorum uir uero optime
propheticis:aut paucis bierosolymiticis:sed etiam orpheicis atq; ageticis:& trimegisti
cis:longe ante illis antiquioribus & pene rudibus adbuc sæculis:dijs auctoribus enatis:
& toti orbi terræ certis limitibus partiti trifariam diuinitus ostensis: Priusq; nomen aut
europa caperet:aut asia acciperet:aut libya possideret:uirum bonũ ut tu mediusfidius
& eris & fuisti. Siquidem adbuc post bominũ memoriam:nisi xenophontis figmentis
compositæ fabulæ schema concedas:adbuc audierim:legerim:uiderim neminem:aut
certe post unum nullum: quod deo teste: bono periculo certo quæ dixerim: nisi te:
deum conniti semper agnoscere: & posse puritatem animi corporisq; proiecta graue/
dine sectari facilime: & spe perfectæ conscientiæ non dubia credulitate tenere. Verum P
qua usa effici possit magis est ut tu nõ nescias: & mibi non insinuato extrinsecus aliquo
disseras:q̃ ut a me domine percolendæ scias. Qua tunc fateor buius boni in sedẽ pro/
fecturus sufficiens: ut mea expetunt sacerdotia. Minime necdum & si tamen potue/
ro: uiaticum colligo. Verum quid traditum sancte atq; antiquitus teneam atq; custo/
diam ut potuero paucis edicam. Via est in deum melior qua uir bonus: pijs puris: iu/
stis:castis:ueris dictis factisq; suis: sine ulla temporum nominũ mutatorum captata ia/
ctatione probatus:& deorum comitatu uallatus: dei utiq; potestatibus emeritus:id est
eius unius & uniuersi & incomprehensibilis & ineffabilis infatigabilisq; creatoris imple
tus uirtutibus: Quod (ut uerũ est)angelos dicitis: uel quid alterum post deum uel cũ
deo:aut a deo:aut in deum intentione animi mẽtisq; ire festinat. Via est inquã qua pur/
gati antiquorum sacrorum pijs præceptis expiationibusq; purissimis & obscænis obser
uationibus decocti:anima & corpore constantes deproperant. De christo autem tuæ
iam credulitatis carnali & spiritu dei:per quem in illum summũ beatũ uirum &patrem
omnium ire securus es domine pater percolende: non audeo nec ualeo quid sentiam
exprimere:quia quod nescio difficilimum credo definire. Vt autem me cultorem tua/
rum uirtutum:dignatus es (iam olim scienti)insinuare:quod diligas satis ad bonæ uitæ
testimonium babeo: q̃ cum ne tibi displiceam:qui deo per te animãq; tuam quotidie
insinuas custodio. Intelligis proculdubio q̃ & ego te delectabiliter diligam:cum tui iu/
dicij de me babiti normam lineãq; accipiens teneam. Sed ante omnia quæso te:ut exi/
guæ opinioni meæ ueniam concedas:& sermoni meo ad te:quia coegisti:remisso forte
incongruo facile indulgeas:& me quid de bis existimes:uel tu quid sentias sanctis scri/
ptis tuis:ut ille ait:iam non melle sed nectare dulcioribus:si mereor informari digneris:
Dei pietate perfruaris dñe pater:ac perpetua sanctitate deo placeas qd̃ necesse est.

¶ Sancti Augustini ad Longinianum: An ad uiam qua itur ad deum per uirtutes:re/
quiratur ut quis antiquorum sacrorum præceptis & expiatiõibus expurgetur:inuesti/
gantis. Epistola. XXII.

LOnginiano Augustinus. Cœpi fructum scripti mei: rescriptũ scilicet beniuolen/ Q
tiæ tuæ. Vnde iam uideo exortum & exorsum inter nos magnæ bac de re ma/
gna disputationis quasi sementem:boc est quod uolebam prius:deinde quod
adbuc uolo: deus adiuuabit. Id autem est ut boc cœptum debito ac salubri fine clauda
tur. Proinde quod de christo nibil temere tibi ul' negandum uel affirmandum putasti:
boc in pagani animo temperamentum non inuitus acceperim. Quod uero etiam scri/
ptis meis doceri te cupis de bac re:nequaq̃ abnuam neq; desistam buic tam bonæ mi/
biq; charissimæ seruire uolũtati tuæ. Sed prius opus est eliquare: quomodo respiciam
sententiam tuam de antiquis sacris. Cum enim dixisses eam uiam in deum esse meliorẽ
qua uir bonus:pijs:iustis:puris: castis:ueris dictis factisq; sine ulla temporum mutato/
rum captata iactatione probatus: & deorum comitatu uallatus: dei utiq; potestatibus

emeritus:id est eius unius & uniuersi & incomprehensibilis & infatigabilis: ineffabilisq; creatoris adimpletus uirtutib⁹. Quod ut uerum est angelos dicitis:uel quid alterū post deum uel a deo uel cum deo aut in deum intentione animi mentisq; ire festinat. Quæ uerba ex epistola tua recognoscis:cum addidisti & aisti: Via est inquā qua purgati antiquorum sacrorum pijs præceptis:expiationibusq; purissimis:& obscænis obseruationibus decocti:anima & corpore constantes deproperant. In his uerbis sentio:ni fallor: uideri tibi nō sufficere ad uiam qua itur ad deum: uti uir bonus:pijs:iustis:puris: castis: ueris: dictis factisq; promereatur:deos quorum comitatu uallatus in illum summū deū omnium creatorem ire festinet:nisi etiam sacrorum antiquorum pijs præceptis expiationibusq; purgetur: Quobrem uelim scire quid arbitreris esse per sacra purgandum:in eo qui pie:iuste:pure:ueraciterq; uiuendo promeretur deos:& per eos unū illum deorum deum. Si enim adhuc sacris purgandus est:utiq; mundus nō est: & si mundus nō
R est:pie:iuste:pure:casteq; non uiuit. Si enim iam ita uiuit:iam mundus est. Porro iam mūdum atq; purum:quid opus est sacris expiando purgari? Itaq; hic nodus est disputationis nostræ:quo soluto consequētia uidebimus. Viuat ne homo bene ut sacris purgetur? An sacris purgetur ut bene uiuat? An ipse quantus bene uiuendi in homine modus nondum sit idoneus ad beatam uitam quæ ex deo capitur:nisi accedant adiumenta sacrorum? An bene uiuēdi quædam uelut portio sit etiam sacra percipere:scilicet ut nō aliud sit bn̄ uiuere:aliud sacrate uiuere:sed bn̄ uiuēdi termin⁹ etiā sacrata uita claudat. Horū quattuor quæ proposui:qd̄ potissimū ꝓbes:quæso te litteris aperire nō pigeat. Plurimum quippe interest ad id quod suscepimus:inter nos colloquendo peragere:ne cum multa non necessaria:tanquā ea sentias: quæ forte non sentis refellere melior: tempus necessarium in superfluis insinuatur. Onerare te itaq; epistola nolui:ut te cito rescribente cætera contexamus.

¶ Sancti Augustini ad Bonifacium: An parētes paruulis suis baptiçatis noceant:cum eos dæmoniorū sacrificijs sanare conant̄: Et quomodo eis prosit cū baptiçant̄ parentū fides:quorū eis nō potest obesse perfidia:determinantis. Epl'a. XXIII.

S. BOnifacio coepiscopo:Augustinus in domino salutem. Quæris a me utrum parentes baptiçatis paruulis suis noceant:cum eos dæmoniorum sacrificijs sanare conantur. Etsi non nocent: quomodo eis prosit cum baptiçantur parentum fides:quorū eis non potest obesse perfidia. Vbi respōdeo tantam illius sacramēti: hoc est baptismi salutaris esse uirtutem in sancta compage corporis christi: ut semel generatus per aliorū carnalem uoluptatem:cū semel regeneratus fuerit:per aliorum spiritalem uolūtatem: deinceps non possit uinculo alienæ iniquitatis obstringi: cui nulla sua uolūtate cōsentit. Et anima enim patris mea est inqt:& anima filij mea est: Anima quæ peccauerit ipsa morietur:non autem peccat ipsa:cū parentes ei omino nescienti:uel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorū. Sed ideo ex adam traxit: q; sacramenti illius gratia solueret̄: quia nondum erat anima separatim uiuens: id est altera anima de qua diceret̄: Et anima patris mea est:& anima filij mea ē. Iam itaq; cū homo in seipso est: ab eo qui genuit alter effectus:peccato alterius sine sua consensione non tenet̄ obnoxius. Traxit ergo reatū qa unus erat cū illo & in illo a quo traxit quando qd̄ traxit admissum
T est. Non autem trahit alter ab altero:quando sua unoquoq; propria uita uiuente iam ē unde dicatur: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Vt autem possit regenerari per officium uoluntatis alienæ:cum offertur consecrandus:facit hoc unus spiritus ex quo regeneratur oblatus. Non enim scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex parentum uoluntate:aut ex offerentium uel ministrantium fide: sed nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igit̄ exhibens forinsecus sacramentum grāe: & spūs operans intrinsecus beneficium gratiæ: soluens uinculum culpæ: reconcilians bonum naturæ:regenerat hominem in uno christo: ex uno adam generatum. Regenerans ergo spiritus in matoribus offerētibus: & paruulo oblato renatoq; communis est: Ideo per hanc societatem unius eiusdemq; spiritus prodest offerentium uoluntas paruulo oblato.

De cōse. dis. 4. quer. 6

Ezech. 18.

1. q. 4. iā itaq;

Joh. 3.

De cõse. dis. 4. ca. qris

Quando autem in paruulum maiores peccant: offerentes eum atq; obligare conantes dæmonũ sacrilegis uinculis: non est anima utrorũq; communis: ut etiam culpam possint babere cõmunem. Non enim sic communicatur culpa per alterius uoluntatem: quemadmodum cõmunicat' gratia per sanctiſpiritus unitatem. Potest enim & in hoc & in illo homie esse unus spũsanctus: etiam si inuicem nesciãt per quẽ fit utriusq; gratia cõmunis. Non aũt potest spiritus hominis esse & huius & illius: per quem peccante altero: & altero non peccante: sit tamen culpa cõmunis: Ac per hoc potest paruulus semel ex parentum carne generatus: dei spiritu regenerari: ut & illius obligatio contracta soluatur. Non potest aũt semel dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari: ut obligatio quæ soluta est iterum contrabat'. Et ideo semel perceptã paruulus christi gratiam: nõ amittit nisi propria impietate si ætatis accessu tam malus euaserit. Tunc em etiam propria incipiet babere peccata: quæ non regeneratiõe auferantur: sed alia curatione sanentur. Verũtamen recte dicuntur parentes: uel quicũq; maiores filios seu quoslibet paruulos baptiçatos dæmoniorum sacrilegijs obligare conantes: spiritaliter homicidæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt: sed quantum in ipsis est interfectores fiunt. Rectecq; illis dicitur: quando ab boc scelere

1. Thessal. 5.

probibentur: Nolite occidere paruulos uestros. Dicit em̃ & apostolus: Spiritũ nolite extinguere: non quia ille extingui potest: sed quantũ in ipsis est: extinctores eius merito dicũtur qui sic agunt ut extinctũ uelint. Isto sensu recte intelligi potest: quod scripsit beatus Cyprianus in epistola de lapsis: cum eos qui tempore persecutionis idolis immolauerant arguens: At ne quid deesset inquit ad criminis cumulũ: infantes quoq; parentum manibus impositi uel attracti amiserunt paruuli: quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consecuti. Amiserũt dixit: quantũ attinuit ad illorum scelus a quibus amittere coacti sunt: Amiserunt in eorum mente ac uoluntate: qui in illos tãtum facinus cõmiserunt. Nam si in seipsis amisissent: remansissent utiq; diuina sententia sine ulla defensione damnandi. Quod si sanctus Cyprianus arbitraretur: non eorũ defensionem continuo subijceret dicens: Nonne illi cum iudicij dies uenerit dicent: Nos nibil fecimus: nec derelicto cibo & poculo domini: ad propbana cõtagia sponte properauimus: perdidit nos aliena perfidia: parẽtes sensimus parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem: illi patrem deum negauerunt: ut dum parui & improuidi & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminis iungimur: aliena fraude caperemur. Hanc defensionem non subnecteret: nisi iustissimã crederet: & in dei iudicio paruulis profuturã. Si em̃ uere dicitur: Nos nibil fecimus: anima quæ non peccauerit: ipsa cur morietur? Nec illi peribunt sub dei iusto iudicio: quos parentes suo scelere quantum ad seipsos attinet perdiderunt. Illud uero quod in eadem cõmemorat' epistola: quandam paruulam turbatis in fugam parentibus: nutrici derelictam: atq; ab eadem nutrice dæmonum sacrilegijs impactam: postea in ecclesia illatam sibi eucharistiam miris motibus respuisse. Ideo mihi uidetur diuinitus factum: ne maiores putarent nibil se in paruulos in illa iniquitate peccare: sed potius intelligerent: per illum significantem quodãmodo gestum corporis eorum: qui loqui non poterant se mirabiliter admoneri quid ipsi facere deberent: qui post tantũ illud nefas sacramentis salutaribus irruebant: unde se utiq; pœnitendo abstinere deberent. Nec cum tale aliquid diuina prouidentia per infantulos agit: ipsos id agere scientia uel ratione credendum est. Neq; em̃ quia cuiusdam propbetæ dementiam deus uoluit: etiam asina loquẽte coercere: Ideo admiranda est asinorũ sapientia. Porro si p animal irrationale sonuit aliquid hominí similimũ: quod miraculo diuino non cordi asinino tribuendũ sit. Ita potuit omni potẽs per infantis animã: non ubi ratio nulla erat: sed ubi adbuc sopita erat: gestu corporis eius ostendere: quid illi qui & in se & in paruulos suos peccauerãt: curare deberent. Cæterũ cum infans non redeat in parentem: ut cum illo & in illo unus bomo sit:

Ezech. 18.

sed oĩno alt' sit: babẽs carnẽ suã & aiam suã: Aia quæ peccauerit ipa morietˀ. Nec illud te moueat q; quidã nõ ea fide ad baptismũ pcipiendũ puulos ferũt: ut gra spiritali ad uitã regenerẽtˀ æternã: sed q; eos putãt boc remedio tpalẽ retinere uˀ recipe sanitatẽ.

Non em̃ propterea illi non regenerantur: quia non ab istis hac intentiõe offeruntur. Celebrãtur em̃ per eos necessaria ministeria. Filios aũt seu quoslibet paruulos: dæmoniorum sacrilegijs obligare conantes: spiritaliter sunt homicidæ. Nam in illis quidẽ interfectionem non faciunt: sed quantũ in ipsis est: interfectores fiunt. Et recte illis dicit quãdo ab hoc scelere prohibentur: Nolite occidere paruulos uestros. Non autẽ recte bis dicitur: Nolite uerba sacramentorum: sine quibus consecrari paruulus nõ potest recitare. Spũs aũt ille sanctus qui habitat in sanctis: ex quibus una illa columba deargẽtata charitatis igne conflatur: agit quod agit etiam per seruitutem: aliquando non solũ simpliciter ignorantium: uerũ etiam damnabiliter indignorũ. Offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiritalem gratiam: non tam ab eis quorum gestantur manibus: q̃uis & ab ipsis si & ipsi boni fideles sunt: q̃ ab uniuersa societate sanctorũ atq; fidelium. Ab oĩbus nanq; offerri recte intelliguntur: quibus placet qđ offeruntur: & quorum sancta atq; individua charitate ad cõmunicationẽ sanctiſpiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater ecclesia quæ in sanctis est facit: quia tota oĩes: tota singulos parit. Nam si christiani baptismi sacramentum quod unum atq; idipsum est: etiam apud hæreticos ualet & sufficit ad consecrationem: q̃uis ad uitæ æternæ participationem nõ sufficiat: quæ consecratio reum quidem facit hæreticum extra domini gregem habentẽ dominicum characterem: corrigendum tamẽ admonet sana doctrina: non iterum similiter consecrandum: quãto potius in catholica ecclesia etiam per stipulæ ministerium frumenta purganda portantur: ut ad massæ societatem mediante area perducantur.

Y Illud aũt nolo te fallat: ut existimes reatus uinculum ex adam tractum: aliter nõ posse dirumpi nisi paruuli ad percipiendam christi gratiã a parentibus offerantur. Sic em̃ scribens dicis: ut sicut parentes fuerunt auctores ad eorum pœnam: per fidem parentum identidem iustificent: cum uideas multos non offerri a parentibus: sed etiam a quibuslibet extraneis: sicut a dominis seruuli aliquando offeruntur. Et nõnunq; mortuis parentibus suis: paruuli baptiçantur ab eis oblati qui illis huiusmodi misericordiã præbere potuerunt. Aliquando etiam quos crudeliter parentes exposuerũt: nutriẽdi a quibuslibet: nõnunq; a sacris uirginibus colligunt: & ab eis offerunt ad baptismũ. Quæ certe proprios filios non habuerunt ullos: nec habere disponũt: ac per hoc nihil aliud hic fieri uides: nisi qđ in euãgelio scriptum est: cum dñs interrogasset: quis illi a latronibus sauciato: & semiuiuo in uia derelicto ꝓximꝰ fuisset: Responsũ est em̃: Luc. 10. Qui in illum fecit misericordiam. Difficilimã sane quæstionẽ tibi proposuisse uisus es: in extremo inquisitionis tuæ: ea uidelicet intentione qua soles uehemẽter cauere mendacium. Si constituã inquis ante te paruulũ: & interrogem: utrum cum creuerit futurus sit castus: uel fur non sit futurus: sine dubio respondebis: nescio. Et utrũ in eadem paruula ætate constitutus: cogitet aliquid boni uel mali: dices: nescio. Si itaq; de moribus eius futuris nihil audes certi promittere: & de eius præsenti cogitatiõe: qd est illud qđ quando ad baptismũ offerunt: pro eis parentes tanq̃ fidei doctores respõdent: & dicunt illos facere: qđ illa ætas cogitare nõ potest: aut si potest occultũ est? Interrogamus em̃ eos a quibus offerunt: & dicimꝰ: credit in deũ: de illa ætate quæ utrũ sit deus ignorat: respondẽt: credit: & ad cætera sic respondent: singula quæ geruntur. Vnde miror parentes in istis rebus: tam fidenter pro paruulo respondere: ut dicant eum tãta bona facere quæ ad horã qua baptiçat: baptisator interrogat: tñ eadẽ hora si subijciã: erit castus q baptiçat aut nõ erit fur: nescio utq; audet dicere aliquis: aliqd horũ erit aut nõ erit: sicut mihi sine dubitatiõe rñdet: ꝙ credat in deũ & ꝙ se cõuertat

Z ad deũ. ¶ Deinde scripta tua cõcludẽs: adiungis & dicis: Ad istas ergo quæstiões peto breuiter rñdere digneris: ita ut non mihi de cõsuetudine præscribas: sed rationẽ reddas. His litteris tuis lectis & relectis: & quantum temporis angustiæ sinebant consideratis: recordatus sum Nebridiũ amicũ meũ: q cũ esset rerũ obscurarũ ad doctrinã pietatis maxime ptinentiũ diligẽtissimus & acerrimus inqsitor: ualde oderat de quæstione magna responsionem breuem. Et quisquis hoc popposcisset: egerrime ferebat: eumq; si eius persona pateretur: uultu indignabũdus & uoce cohibebat: indignũ de-

De cõse. dis. 4. queris.

putans qui talia quæreret: cum de re tanta: tã multa dici posſent deberentq; neſciret. Sed ego tibi nõ ſimiliter: ut ſolebat ille: ſuccenſeo. Es em̃ epus multis curis occupatus ut ego. Vnde nec tibi facile uacat prolixum aliquid legere: nec mihi ſcribere. Nam ille tunc adoleſcẽs qui talia breuiter uolebat audire: & multa in noſtra ſermocinatiõe quærebat: ab ocioſo quærebat ocioſus. Tu uero cogitans nunc: qs & a quo iſta flagites: breuiter de re tanta reſpondere me iubes. Ecce facio quantũ poſſum: dominus adiuuet: ut qd̃ poſtulas poſſim. Nempe ſæpe ita loquimur: ut paſcha ꝓpinquãte dicam⁹: craſtinã ul' perendinam domini paſſionẽ: cum ille ante tam multos annos paſſus ſit: nec oñino niſi ſemel illa paſſio facta ſit. Nempe ipſo die dominico dicimus: Hodie dominus reſur & rexit: cum exquo reſurrexit tot anni tranſierunt: Cur nemo tam ineptus eſt: ut nos ita loquentes arguat eſſe mentitos: niſi quia iſtos dies ſm illorum quibus hæc geſta ſunt ſimilitudinem nuncupamus: ut dicatur ipſe dies qui non eſt ipſe: ſed reuolutione temporis ſimilis eius: & dicatur illo die fieri: propter ſacramenti celebrationem: quod non illo die: ſed iam olim factum eſt? Nonne ſemel imolatus eſt chriſtus in ſeipſo: & tamen in ſacramento non ſolum per oñes paſchæ ſolẽnitates: ſed oñi die populis imolatur: nec utiq; mentitur, qui interrogatus eum reſponderit imolari? Si em̃ ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerũ quarum ſacramenta ſunt non haberent: oñino ſacramenta non eſſent. Ex hac aũt ſimilitudine plærũq; etiam ipſarũ rerũ nomina accipiũt. Sicut ergo ſm quendam modum ſacramentum corporis chriſti corpus chriſti eſt: ſacramentum ſanguinis chriſti ſanguis chriſti eſt: ita ſacramẽtum fidei fides eſt. Nihil eſt aũt aliud credere: q̃ fidem habere. Ac per hoc cum reſpondetur paruulus credere: qui ? fidei nondum habet affectum: reſpondetur fidem habere propter fidei ſacramentum: & conuertere ſe ad deum propter conuerſionis ſacramẽtum: quia & ipſa reſponſio ad celebrationem pertinet ſacramenti. Sicut de ipſo baptiſmo apoſtolus: Conſepulti inquit ſumus chriſto per baptiſmũ in mortem. Nõ ait: ſepulturã ſignificauimus: ſed prorſus ait: conſepulti ſumus. Sacramentum ergo tantæ rei non niſi eiuſdem rei uocabulo nuncupauit. Itaq; paruulum: & ſi nondum fides illa quæ in credentium uoluntate cõſiſtit: iam tamen ipſius fidei ſacramentum fidelem facit. Nam ſicut credere reſponde-tur: ita etiam fidelis uocatur: non rem ipſa mẽte annuendo: ſed ipſius rei ſacramentũ percipiendo. Cum autẽ homo ſapere cœperit: non illud ſacramentum repetit ſed intelligit: eiuſq; ueritati cõſona etiam uoluntate coaptabitur. Hoc quãdiu nõ poteſt ualebit ſacramentum ad eius tutelam aduerſus contrarias poteſtates: & tantũ ualebit ut ſi ante rationis uſum ex hac uita emigrauerit: per ipſum ſacramentũ cõmendãte eccleſiæ charitate: ab illa condemnatione quæ per unũ hominem intrauit in mundum: chriſtiano adiutorio liberetur. Hoc qui nõ credit & fieri non poſſe arbitratur: profecto infidelis eſt: & ſi habeat fidei ſacramentũ: longeq; melior eſt ille paruulus: qui etiã ſi fidem nõdũ habeat in cogitatione: non ei tamẽ obicem contrariæ cogitationis opponit: unde ſacramentũ eius ſalubriter percipit. Reſpondi ſicut exiſtimo quæſtionibus tuis quantum attinet ad minus capaces & ad contẽtioſos non ſatis: quantum aũt ad pacatos & intelligentes plus forte q̃ ſat eſt. Nec tibi ad excuſationẽ meã obieci firmiſſimã conſuetudinẽ: ſed ſaluberrimæ conſuetudinis reddidi quã potui rationẽ.

Sancti Hieronymi ad Alipiũ & Auguſtinũ epiſcopos: eoꝝ opera atq; auxilio bæreſim Celeſtinam extinctam gratulãtis: & quare cõtra libros Anniani pſeudo diaconi reſcribere diſtuliſſent: excuſantis: Epl'a. XXIIII.

DOminis uere ſanctis atq; oñi affectione ac iure uenerandis: Alipio & Auguſtino epiſcopis: Hieronymus in chriſto ſalutẽ. Sanctus Innocentius preſbyter q buius ſermonis eſt portitor: anno præterito quaſi nequaq̃ in Africam reuerſurus: mea ad dignationẽ ueſtrã ſcripta nõ ſumpſit. Tamẽ deo gr̃as agimus: q̃ ita euenit ut noſtrũ ſilentiũ ueſtris epl'is uinceretis. Mihi em̃ oĩs occaſio gratiſſima eſt p quã ſcribo uŕæ reuerẽtiæ: teſtẽ inuocãs deũ: q̃ ſi poſſet fieri: aſſumptis alis columbæ: uŕis amplexibus implicarer. Semp quidẽ pro merito uirtutũ ueſtraꝝ: ſed nũc maxime qa coopatorib⁹ & auctorib⁹ uobis hæreſis celeſtina iugulata ẽ: quæ ita infecit corda multoꝝ:

De cõſe. diſ. 4. queris

De cõſe. diſ. 4. queris

4. ſenten. diſ. 6. ca. ſi vero

4. ſenten. diſ. 4. ca. nec tñ

Ro. 6.

De cõſe. diſ. 4. nihil eſt

De cõſe. diſ. 4. queris

A

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ut cum superatos damnatosq; esse se sentiant: tamē uenena mentium non omittant: & quod solum possunt nos oderint: per quos putant se libertatē docendæ hæreseos
B ꝑdidisse. Quod aūt quæritis utrum rescripserim cōtra libros Anniani pseudo diaconi celedensis: qui copiosissime pascit uti alienæ blasphemiæ uerba friuola subministret: sciatis me ipōs libros in scedulis missos a sancto fratre Eusebio presbytero suscepisse: non ante multū temporis: & exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione sanctæ & uenerabilis filiæ uestræ Eustochij ita doluisse: ut propemodū contemnendos putarē. In eodem ēm luto hæsitat: & exceptis uerbis tinnulis atq; emēdicatis nihil aliud loquitur: Tamen multum egimus: ut dum epistolæ meæ respondere conatur: apertius se proderet: & blasphemias suas oīmbus patefaceret. Quicquid ēm in illa miserabili synodo diospolitana dixisse se denegat: in hoc opere ꝑfitetur: nec grande est in eptissimis nenijs respondere. Si autē dominus uitam tribuerit: & notarios habuerimus copiam: paucis lucubratiunculis respondebimus: nō ut conuincamus hæresim emortuam: sed ut imperitiam atq; blasphemiā eius nostris sermonibus confutemus. Meliusq; hoc faceret sanctitas uestra: ne compellamur contra hæreticum nostra laudare. Sancti filij cōmunes Albina Pinianus & Melania plurimū uos salutant. Has literulas de sancta Bethleem sancto presbytero Innocentio dedi perferendas. Neptis uestra Paula miserabiliter precatur: ut memores eius sitis: & multum uos salutat. Incolumes uos & memores mei domini nostri iesu christi tueatur clemētia domini uere sancti atq; oīm affectione uenerabiles patres.

¶ Sancti Hieronymi ad beatū Augustinū: de celo fidei contra hæreticos: & de odio & persecutione eorūdem gratulantis. Epla. XXV.

C DOmino sancto ac beatissimo papæ Augustino: Hieronymus. Oīm quidē tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore ueneratus sum: & habitantē in te dilexi dominū saluatorem: sed nūc si fieri potest cumulo aliquid addim⁹ & plena complemus: ut absq; tui nominis mentiōe ne unā quidem horam præterire patiamur: qui cōtra flantes uentos ardore fidei perstitisti: maluistiq; quantū in te fuit solus liberari de sodomis: q̄ cum pereuntibus cōmorari. Scit quid dicā prudentia tua. Macte uirtute in orbe celebraris: catholici te conditorem antiquæ rursum fidei uenerantur: atq; suspiciūt: & quod signum maioris gloriæ est: oēs hæretici detestant: & me pari persequuntur odio: ut quos gladijs nequeant: uoto interficiant. Incolumē & mei memorē te christi dñi clemētia tueat dñe uenerande & beatissime papa.

¶ Sancti Hieronymi ad Augustinū: salutationē fratrū illi cōmittētis: & sub silitudine de praua hæreticoꝝ doctrina in ciuitate hierosolyma pullulāte dolētis. Epla. XXVI

D MVlti utroq; claudicāt pede: & nec fractis quidem cerucibus inclinant: habentes affectum erroris pristini: cum prædicandi eandem non habeant libertatē. Sancti fratres qui cum nostra sunt paruitate: præcipue sanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ supplíciter te salutant. Fratres tuos dominū meum Alipium: & dominum meum Euodium: ut meo nomine salutes: precor coronam tuam. Capta hierusalem tenetur a Nabuchodonosor: nec Hieremiæ uult audire consilia: quin potius ægyptū desiderat ut moriat in taphnes: & ibi seruitute pereat sempiterna.

¶ Sancti Hieronymi ad Marcellinū & Anapsychiā: de origine aiæ catholicorū atq; hæreticoꝝ sententias referentis. Epistola. XXVII.

E DOminis uere sanctis atq; omni officioꝝ charitate uenerandis filijs Marcellino & Anapsychiæ: Hieronymus in christo salutē. Tandem ex Africa uestræ literas unanimitatis accepi: & nō me pœnitet impudentiæ: qua tacentibus uobis epistolas meas frequenter ingessi: ut rescriptum mererer: & uos esse sospites non alijs nunciantibus: sed uestro potissimū sermone cognoscerē. Super animæ statu memini uestræ quæstiunculæ: imo maxime ecclesiasticæ quæstionis: Vtꝝ lapsa de cælo sit: ut Pythagoras pbus: oēsq; Platonici: & Origenes putāt: anima: An a propria dei substantia: ut stoici: Manichæus & hispaniæ priscilliani hæreses suspicantur: An in thesauro habeant dei olim conditæ: ut quidam ecclesiastici stulta persuasione confi-

dunt. An quotidie a deo fiant: & mittanť in corpora: ſm illud quod in euangelio ſcri/
Joh. 5. ptum eſt: Pater meus uſq; modo operať: & ego operor. An certe ex traduce: ut Ter/
Tertulian⁹ Apollinaris tullianus Apollinaris: & maxima pars occidentaliũ autumant: ut quõ corpus ex cor/
pore: ſic anima naſcatur ex aĩa: & ſimili cum brutis animãtibus conditione ſubſiſtant.
Super quo quid mihi uideatur: in opuſculis contra Ruffinũ ſcripſiſſe me noui aduer/
ſus eum libellum: quẽ ſanctæ memoriæ Anaſtaſio epiſcopo romanæ eccleſiæ edidit:
In quo lubrica & ſubdola: imo ſtulta confeſſiõe: dum auditoꝝ ſimplicitati illudere eni
titur: ſuæ fidei: imo perfidiæ illuſit: quos libros reor ſanctum parentẽ ueſtrum habere
Oceanũ. Olim eñ editi ſunt multis Ruffini libris aduerſus calumnias reſpondentes.
Certe habes ibi uirũ ſanctum & eruditũ Auguſtinũ epiſcopũ: qui uiua (ut aiunt) uo- F
ce docere te poterit: & ſuam: imo per ſe noſtram explicare ſententiã. Et Eçechielis uo
lumen olim aggredi uolui: & ſponſionẽ creberrimã ſtudioſis lectoribus reddere: ſed
in ipſo dictandi exordio: ita animus meus occidentaliũ prouinciaꝝ: & maxime urbis
romanæ uaſtatiõe confuſus eſt: ut iuxta uulgare prouerbiũ: propriũ quoq; ignorarẽ
uocabulum: diuq; tacui: ſciens tempus eſſe lachrymaꝝ. Hoc aũt anno cum tres expli
Virgilius caſſem libros: ſubitus impetus barbaroꝝ: de quibus tuus dicit Virgilius: Lateq; uagã/
tes Barcæi. Et ſancta ſcriptura de Iſmahel contra faciem oĩm fratrum ſuoꝝ habitabit:
ſic egypti limitem: paleſtinæ: phœnicis: Syriæ percurrit inſtar torrentis cuncta ſecũ
trahens: ut uix manus eoꝝ miſericordia chriſti potuerimus euadere. Quod ſi iuxta
inclytum oratorẽ ſilẽt inter arma leges: quanto magis ſtudia ſcripturaꝝ: quæ & libro/
rum multitudine & ſilentio: ac librariorũ ſedulitate quodq; propriũ eſt ſecuritate &
ocio dictantiũ indigent? Duos itaq; libros miſi ſanctæ filiæ meæ Fabiolæ: quoꝝ exem
pla ſi uolueris: ab ipſa poteris mutuari. Pro anguſtia quippe temporis alios deſcribe/
re nõ potui: quos cum legeris & ueſtibula uideris: facilis cõiectura erit: qualis ipſa ſit
futura domus. Sed credo in dei miſericordia qui nos audiuit in difficilimo principio
ſupradicti operis: ꝙ ipſe adiuuet & in penultimis ꝓphetæ partibus: in quibus Gog &
Magog bella narrantur: & in extremis in quibus ſacratiſſimi & inexplicabilis templi
ædificatio: uarietas menſuraq; deſcribiť. Sanctus frater noſter Oceanus cui uos cupi/
tis cõmendari: tantus & talis eſt: & ſic eruditus in lege domini: ut abſq; noſtro rogatu
inſtruere uos poſſit: & noſtrã ſuper cunctis quæſtionibus ſcripturaꝝ pro modulo cõ/
munis ingenij explicare ſententiã. Incolumes uos & prolixa ætate florentes: chriſtus
deus noſter tueatur oñipotens domini uere ſancti.

¶ Beati Auguſtini ad ſanctum Hieronymũ: de imortalitate animæ: Etſi anima ſit pars
dei: aut incorporea: diſputantis. Deinde ubi contraxit anima reatum quo trabatur in
condemnationẽ: etiam infantis: & ſi p ſacramentum chriſtianæ gratiæ nõ liberetur:
inquirentis. Epiſtola. XXVIII.

DEum noſtrum qui nos uocauit in ſuum regnũ & gloriam: & rogaui & rogo: ut G
hoc quod a te ſcribo ſancte frater Hieronyme: cõſulens te de his quæ neſcio:
fructuoſum eſſe nobis uelit. Quanq; eñ te multo q̃ ego ſum ætate maiorem:
tamen etiã ipſe iam ſenex conſulo: ſed ad diſcendum quod opus eſt: nulla mihi ætas
ſera uideri poteſt: quia & ſi ſenes magis decet docere q̃ diſcere: magis tamen diſcere
q̃ quid doceant ignorare. Nihil equidem moleſtius fero in oñibus anguſtijs meis q̃s
patior in difficilimis quæſtionibus: q̃ in tam longinqua tuæ charitatis abſentia: ut uix
poſſim meas dare: uel recipere lĩras tuas: per interualla nõ dieꝝ/non mẽſium/ ſed ali/
quot annoꝝ: cum ſi fieri poſſet: quotidie præſentẽ te habere uellem: cum quo loque/
rer quicqd uellẽ. Nec ideo tamẽ non debui facere quod potui: ſi non potui totum qđ
uolui. Ecce uenit ad me religioſus iuuenis: catholica pace frater: ætate filiꝰ: bonore cõ
preſbyter nr̃ Oroſius: uigil ingenio: paratꝰ eloquio: flagrãs ſtudio: utile uas in domo
dñi eſſe deſiderans: ad refellendas falſas pernicioſaſq; doctrinas: quæ animas byſpa/
norum multo infœlicius q̃ corpora barbaricus gladius trucidarũt. Nam inde ad nos
uſq; ab oceani litore ꝓperauit: fama excitus: ꝙ a me poſſet de his quæ ſcire uellet qc/
quid uellet audire. Neq; ullum cœpit aduentus ſui fructum: Primo ne de me multum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

famæ crederet. Deinde docui hominē qđ potui: quod aūt nō potui: unde discere pos-
set admonui: atq; ut ad te iret hortatus sum. Qua in re consiliū uel præceptū meū cum
libēter & obedieter accipet: rogaui eū ut abs te ueniēs: p nos ad ꝓpria remearet. Quā
ei⁹ pollicitationē tenēs: occasionē mihi credidi a dño esse cōcessam: q̄ tibi scribere de
bis quæ per te scire cupio. Quærebam em̄ quem ad te mitterē: nec mihi facile occurre
bat idoneus & fide agendi: & alacritate obediendi: & exercitatione peregrinandi. Vbi
H ergo istū iuuenē expertus sum: eūipsum esse qualem a dño petebā: dubitare nō potui.
Accipe igit̄ quæ mihi peto aperiri ac disserere non graueris. Quæstio de aia multos
mouet: in qbus & me esse cōfiteor. Nā qđ de aia firmissime teneā nō tacebo. Deinde
subiūgam quid mihi adhuc expediri uelim. Anima hominis imortalis est: ſm quendā
modū suū. Non em̄ oīmodo sicut deus: de quo dictū est: qa solus habet imortalitatem 1. Tim. vi.
Nam de animæ mortibus sancta scriptura multa cōmemorat. Vnde illud ē: Sine mor- Luc. ix.
tuos sepelire mortuos suos. Sed q̄ ita morit̄ alienata a uita dei: ut tn̄ in natura sua uiue
re non oīno desistat: ita mortalis ex aliq̄ causa inuenit̄: ut etiam imortalis nō sine rōne
dicat̄. Nō ē pars dei aia. Si em̄ hoc esset: oīmō incōmutabil'atq; icorruptibil'eēt. Qđ si
esset: nec deficeret in deteri⁹: nec ꝓficeret i meli⁹: nec aliqd i semetipa ul'inciperet ha
bere qđ nō habebat: uel desineret habere qđ habebat q̄ntū ad ei⁹ ipsius affectiones p-
tinet. Quā uero aliter se habeat: nō opus est extrinsec⁹ testimonio: quisq; seipsum ad
uertit: agnoscit. Frustra aūt dicit̄ ab eis qui aiam dei partem esse uolunt: hanc eius la-
bem ac turpidinē quam uidemus in nequissimis hominibus: hāc deniq; infirmitatem
& ægritudinē quam sentimus in oīmbus hominibus: non ex ipsa illi esse sed ex corpo
re. Quid interest unde ægrotet: quæ si esset incommutabilis aliquo modo: undeli-
bet ægrotare non posset. Nam qđ uere incōmutabile & incorruptibile est: nullius rei
accessu cōmutari uel corrumpi potest. Alioquin nō achillea tantū: sicut fabulæ ferūt:
sed oīs caro esset inuulnerabilis: si nullus ei casus accidisset. Nō est itaq; natura incō-
mutabilis: quæ aliquo modo: aliqua causa: aliqua parte mutabilis est: Deum aūt nefas
I est: nisi uere summeq; incōmutabilem credere. Non est igit̄ anima pars dei. Incor-
poream quoq; esse animā: & si difficile tardioribus persuaderi potest: mihi tamen fa-
teor esse persuasum. Sed ne uerbi controuersiā uel superfluo faciā uel merito patiar:
quoniam cū de re constat: non est opus certare de nomine: si corpus est: oīs substan
tia uel essentia: uel siquid aptius nuncupat̄: id quod aliquo modo est in seipso corpus
est anima. Item si eam solam incorpoream placet appellare naturā: quæ summe incōmu
tabilis & ubiq; tota est: corpus est anima: quoniā tale aliquid ipsa non est. Porro si cor-
pus non est: nisi qđ per loci spaciū aliq̄ longitudine: latitudine: altitudine ita sistit̄ uel
mouetur: ut maiore sui parte maiorem locum occupet: & breuiore breuiorē: minusq;
sit in parte q̄ in toto: non est corpus anima. Per totum quippe corpus quod animat 1. sentē. dist.
non locali diffusione: sed quadam uitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius 37. cā. 1. c. 1
particulas tota simul adest: nec minor in minoribus: & in maioribus maior: sed alicubi
intentius: alicubi remissius: & in oīmbus tota: & in singulis tota est. Neq; em̄ aliter qđ
in corpore etiam non toto sentit: tamen tota sentit. Nam cū exiguo puncto in carne ui
ua aliquid tangit̄: q̄is locus ille non solum totius corporis non sit: sed uix in corpore
uideat̄: animā tamen totam non latet: neq; id quod sentit̄ per corporis cuncta discur-
rit: sed ibi tantum sentit̄ ubi sit. Vnde ergo ad totam mox perucnit: quod non in toto
sit: nisi qa & ibi tota est ubi sit: nec ut tota ibi sit cætera deserit. Viuūt em̄ & illa ea præ-
sente: ubi nihil tale factū est. Qđ si fieret & utrūq; simul fieret: simul utrūq; totam pari
ter non lateret. Proinde & in oīmbus simul & in singulis particulis corporis sui: tota si-
mul esse non posset: si per illas ita diffunderet̄: ut uidemus corpora diffusa per spacia
locorū: minoribus suis partibus minora occupare: & amplioribus ampliora. Quapro-
pter si anima corpus esse dicenda est: non est certe corpus quale terrenū est: nec qua
le humidum: aut aerium: aut æthereum. Omnia quippe talia maiora sunt in maiorib⁹
locis: & minora in minoribus: & nihil eorum in aliqua sui parte totū adest: sed ut sunt
partes locorum: ita occupantur partibus corporum. Vnde intelligitur anima siue cor-

pus siue incorprea dicenda sit: propriã quandam habere naturã: oĩbus his mũdanæ molis elementis excellentiore substantia creatam: quæ ueraciter non possit in aliqua phantasia corporaliũ imaginum quas per carnis sensus percipimus cogitari: sed mente intelligi: uitaq; sentiri. Nec hæc perinde loquor: ut te quæ tibi nota sunt doceã: sed k ut apertam quid firmissime de anima teneam: ne me quisq̃ cum ad ea uenero quæ requiro: nihil de anima uel scientia uel fide tenere arbitretur. Certus etiam sum animã nulla dei culpa: nulla dei necessitate uel sua: sed propria uoluntate in peccatũ esse collapsam: nec liberari posse de corpore mortis huius uel suæ uolũtatis uirtute tanq̃ sibi ad hoc sufficiente uel ipsius corporis morte: sed gratia dei per Iesum christum dominum nostrum: nec oĩno esse animã ullam in genere humano: cui non sit necessarius ad liberationem mediator dei & hominũ homo christus Iesus. Quæcũq; aũt sine gratia mediatoris & sacramento eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit: & in pœnã futuram & in ultimo iudicio recepturam corpus ad pœnam. Si aũt post generationem humanã quæ facta est ex Adam: regenereẽ in christo: ad eius pertinens societatem: & requiem post mortem corporis habituram: & corpus ad gloriã recepturam. Hæc sunt quæ de anima firmissime teneo. Nũc accipe quæso quid requiram: & L noli me spernere: ne te spernat qui pro nobis dignatus est sperni. Quæro ubi contraxerit anima reatum: quo trahaẽ in condemnationẽ: etiam infantis morte præuenti: si ei per sacramentũ quo etiam paruuli baptizanẽ christi gratia nõ subuenerit. Non eĩ es ex illis qui modo noua quædam garrire cœperũt: dicentes nullum reatum esse ex adam tractum: qui per baptismũ in infante soluaẽ. Quod te sapere si scirem: imo nisi te id non sapere scirem: nequaq̃ hoc abs te quærerẽ aut quærendũ putarem. Sed qa tenemus de hac re sententiam tuam continẽtem catholicæ fundatissimæ fidei: quia

Iob. 15. & Iouiniani uaniloquia redarguens: adhibuisti testimoniũ ex libro Iob. Nemo mundus in conspectu tuo: nec infans cuius est diei unius uita super terram. Deinde subiunxisti. Tenemurq; rei in similitudinẽ præuaricationis Adæ. Et liber tuus in Ionam prophetam satis hoc insigniter dilucideq; declarat: ubi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatũ: merito coactos esse dixisti: non inconueniẽter abs te quæro: hunc reatũ anima ubi cõtraxerit: unde oporteat eam etiã in illa ætate per sacramentũ chri-

Li. 3. de libero arbitrio stianæ gratiæ liberari. Ego quidẽ ante aliquot annos cum libros quosdam scribere de M libero arbitrio: q in multoꝝ manꝰ exierũt: & nũc habenẽ a plurimis: quattuor opiniones de animæ incarnatiõe: Vtrũ ex illa una quæ primo homini data est cæteræ propagenẽ: An singulis quibusq; nouæ etiã modo fiant: An alicubi iã existẽtes uel mittãtur diuinitus: uel sponte labanẽ in corpora: ita putaui esse tractandas: ut quælibet earum uera esset: nõ impediret intentionẽ meã qua tunc aduersus eos quãtis poterã uiribus agebam: qui naturã mali suo principio præditam: aduersus deum conanẽ inducere: id est contra manichæos. Nam de priscillianistis adhuc nihil audierã qui nõ multum ab istis dissimiles blasphemias fabulanẽ. Ideo quintam opinionẽ non addidi: quã in tua epistola inter cæteras cõmemorasti: ne aliquã præterires: ubi de hac quæstiõe interroganti: rescripsisti religiosæ memoriæ uiro nobisq; in christi charitate gratissimo Marcellino: ꝙ aĩa nõ sit pars dei. Primo: quia nõ de incarnatiõe eius sed de natura quæriẽ cũ hoc quæriẽ. Deinde quia hic hoc sentiunt illi contra quos agebam: & id maxime agebã: ut creatoris inculpabilẽ inuiolabilẽq; naturã a creaturæ uitijs & labe secernerem: cũ illi a substãtia mali cui propriũ principiũ principesq; tribuunt: ipsam boni dei substãtiam ex parte qua capta est corruptã & oppressam & ad peccandi necessitatem perductam esse contendunt. Hoc itaq; excepto hæreticæ opinionis errore: ex quattuor reliquis opinionibus: quæ nam sit eligenda scire desidero. Quæcunq; eĩ eligenda est: absit ut impugnet hanc fidem de qua certi sumus: oĩmi animæ etiam paruuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatiõe peccati: eãq; nullam esse nisi per Iesum christum & hunc crucifixum. Proinde ne longũ faciamꝰ: hoc certe sen- N tis ꝙ singulas animas singulis nascentibus etiam modo deus faciat. Cui sententiæ ne obijciatur ꝙ oĩes creaturas sexto die consũmauerit deus: & septimo die requeuerit

adhibes testimoniū ex euāgelio: Pater me⁹ usq; nūc opat' & ego opor. Sic em̄ ad Mar Joh.5.
cellinum scripsisti: In qua epistola etiam mei cōmemorationem beniuolentissime face/
re dignatus es: q̄ hic me haberet in Africa: qui ei ipsam facilius possem explicare sentē
tiam. Quod si potuissem: non ille hoc abs te tam longe posito inquireret: si tamen id ti
bi ex africa scripsit. Nam quādo scripserit nescio: tantum scio q̄ de hoc bene cognoue/
rit cunctationem meam. Vnde me inconsulto facere uoluit: quam q̄ etiam si consuleret
magis hortarer: & gratias agerem q̄ nobis conferre omnibus posset: nisi tu breuiter re
scribere q̄ respondere maluisses: Credo ne superfluo laborares ubi ego essem: quem
putabas id optime scire quod ille quæsiuerat. Ecce uolo ut illa sententia etiam mea sit:
sed nondū esse confirmo. Misisti ad me discipulos: ut ea doceam quæ nondū ipse didi
ci. Doce ergo quod doceā. Nam ut doceā multi a me flagitant: eisq; me sicut alia mul/
ta & hoc ignorare confiteor. Et fortasse q̄is in os meum uerecundentur: tamen apud
se dicunt: Tu es magister in israel & hæc ignoras? Quod quidem dominus ei dixit qui Joh.3.
erat unus illorū quos delectabat uocari rabbi. Vnde etiam ad uerū magistrum nocte
uenerat: qa fortassis erubescebat discere: q docere cōsueuerat: me aūt potiꝰ magistrꝝ au
dire: q̄ uelut magistrꝝ delectat audiri. Recolo em̄ qd dixerit eis quos præ cæteris elegit: Matth.23.
Vos aūt inqt nolite uocari ab hoīb⁹ rabbi: unꝰ em̄ est magr̄ ur̄ christus. Nec aliꝰ docuit
Moysen per letro: nec alius Cornelīū etiam per priorem Petrum: nec aliꝰ Petrū etiam
per posteriorem Paulum. A quocūq; em̄ uerū dicitur: illo donante dicit' qui est ipsa ue
ritas. Quid si ideo adhuc ista nescimus: & ea neq; orādo: neq; legēdo: neq; cogitādo: &
ratiocinando inuenire potuimus: ut probemus nō solum indoctos quāta charitate do/
O ceamus: uerū a doctis etiam quanta humilitate discamus. Doce ergo quæso quod do/
ceam: doce quod teneam: & dic mihi si animæ singilatim in singulis nascentibus fiunt:
ubi in paruulis peccent: ut indigeant in sacramento christi remissione peccati: peccan/
tes in Adam: ex quo caro est propagata peccati: Aut si nō peccant: qua iusticia creato/
ris ita peccato obligantur alieno: cum exinde propagatis membris mortalibus inferun
tur: ut eas nisi per ecclesiam subuentum fuerit: damnatio consequatur: cum in earū po/
testate nō sit: ut eis possit gratia baptismi subueniri. Tot igitur animarum milia quæ in
mortibus paruulorū sine indulgentia christiani sacramenti de corporibus exeunt: qua
æquitate damnantur: si nouæ creatæ nullo suo præcedente peccato: sed uoluntate crea
toris singulæ singulis nascentibus adhæserunt: quibus eas animandis ille creauit & de/
dit qui utiq; nouerat q̄ unaquæq; eaꝝ nulla sua culpa sine baptismo christi de corpore
fuerat exitura? Quoniam igitur neq; de deo possumus dicere: qd' uel cogat animas fie
ri peccatrices: uel puniat innocentes: neq; negare fas nobis est: eas quæ sine christi sa/
cramento de corpibus exierint: etiam paruulorum non nisi in damnationem trahi: Ob
secro te quomodo hæc opinio defenditur: qua creduntur animæ non ex illa una primi
P hominis fieri omnes: sed sicut illa una uni: ita singulis singulæ? Ea uero quæ dicunt' alia
contra hanc opinionem: facile puto me posse refellere: sicuti est illud: quo eam sibi qui/
dam uident' urgere: quō consūmauerit deus omnia opera sua sexto die: & septimo re/ Gen.2.
quieuit: si nouas adhuc animas creat? Quibus si dixerimus quod ex euāgelio in supra
dicta epistola posuisti: Pater meus usq; nunc operatur: Respōdet: operatur: dictum est Joh.5.
institutas administrando: non nouas instituendo naturas: ne scripturæ geneseos con/
tradicatur: ubi apertissime legitur consūmasse deum omnia opera sua. Nam & q̄ eum
scriptum est requieuisse: utiq; a creandis nouis creaturis intelligendum est: non a gu/
bernandis: quia tunc ea quæ non erant fecit: a qbus faciendis requieuit: quia consūma/
uerat omnia quæ anteq̄ essent uidit esse facienda: ut deinceps non ea quæ non erāt: sed
ex his quæ iam erant crearet & faceret quicquid faceret. Ita utrūq; uerum esse mōstra/
tur: & qd' dictum est: requieuit ab operibus suis: & qd' dictum est: usq; nūc operat': quo
Q niam Genesi non potest euangelium esse contrarium. Verum his qui hæc ideo dicūt:
ne credat' modo deus: sicut illā unā nouas animas quæ non erāt facere: sed ex illa una
quæ iam erat eas creare uel ex fonte aliquo siue thesauro quodam quem tūc fecit: eas
mittere: facile respōdetur: etiam illis sex diebus multa deū creasse ex his naturis quas

iam creauerat: sicut ex aquis alites & pisces: ex terra aũt arbores: fœnũ: animalia: sed
ꝙ ea quæ non erant tunc fecerit: manifestum est. Nulla em̃ erat auis: nullus piscis: nul
la arbor: nullum animal: & bene intelligitur ab his creatis requieuisse quæ non erant:
& creata sunt: id est cessasse: ne ultra quæ non erant crearentur. Sed nunc ꝙ dicit̃ ani
mas nõ in (nescio quo) fonte iam existẽtes mittere: nec de seipso tanq̃ suas particulas
irrorare: nec de illa una originaliter trahere: nec pro delictis ante carnem cõmissis car
neis uinculis compedire: sed nouas creare singulas singulis suam cuiq; nascenti: nõ ali
quid facere dicitur quod ante non fecerat. Iam enim sexto die fecerat hominẽ ad ima
ginẽ suam: qđ utiq; ꝑm aiam rationalẽ fecisse intelligit̃: Hoc & nũc facit: nõ instituẽdo
qđ non erat sed multiplicãdo qđ erat. Vnde & illud uerũ est ꝙ a reb⁹ quæ nõ erant in
stituendis requieuit. Et hoc uerum est ꝙ non solum gubernãdo quæ fecit: uerũetiam
aliquid non qđ nondum: sed quod iam creauerat numerosius creando usq; nũc ope
ratur. Vel sic ergo uel alio modo quolibet eximus ab eo quod nobis obijcitur de re
quie dei ab operibus suis: ne propterea non credamus nunc usq; fieri animas nouas:
non ex illa una: sed sicut illã unã. Nam ꝙ dicitur: quare facit animas eis quos nouit cito R
morituros? Possum⁹ respondere: parentum hinc peccata uel conuinci uel flagellari.
Possumus etiam recte illius moderationi ista relinquere: quem scim⁹ oĩbus tempo
raliter transeuntibus rebus: ubi sunt etiam animaliũ ortus & obitus: cursum ornatissi
mum atq; ordinatissimum dare: sed nos ista sentire non posse: quæ si sentiremus dele
ctatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per propbetam qui hæc diuinitus
inspirata didicerat: dictum est de deo: Qui profert numerose sæculũ. Vnde musica id
est scientia sensusue bene modulandi: ad admonitionem magnæ rei: etiam mortalib⁹
rationales habentibus animas dei largitate concessa est. Vnde si homo faciẽdi carmi
nis artifex: nouit quas quibus moras uocibus tribuat: ut illud quod canitur decedenti
bus ac succedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat: quantomagis deus cuius
sapientia per quã fecit oia longe omnibus artib⁹ præferenda est: nulla in naturis nasce
tibus & occidentibus temporum spacia: quæ tanq̃ syllabæ ac uerba ad particulas bu
ius sæculi pertinent: in hoc labentium rerũ tanq̃ mirabili cantico: uel breuius: uel pro
ductius q̃ modulatio præcognita & præfinita deposcit præterire permittit? Hoc cum
etiam de arboris folio dixerim: & de nostrorũ numero capillorũ: quantomagis de bo
minis ortu & occasu: cuius temporalis uita breuius productiusue non tenditur q̃ deus
dispositor temporum nouit uniuersitatis moderamini consonare? Id etiam quod aiũt: S
Omne quod in tempore cœpit esse: immortale esse non posse: qa oĩa orta occidũt:
& aucta senescũt ut eo modo credi cogant animũ humanũ ideo esse imortalẽ: qđ ante
omnia tempora sit creatus: non mouet fidem nostrã. Vt em̃ alia taceam: cœpit esse in
Ro.6. tpe imortalitas carnis christi: quæ tamẽ iã non moriẽ: & mors ei ultra non dominabit̃. T
Illud uero quod in libro aduersus Ruffinũ posuisti: quosdam huic sententiæ calum
niari: ꝙ deum dare animas adulterinis conceptibus uideatur indignum: unde conan
tur astruere meritis gestæ ante carnem uitæ: animas quasi ad ergastula huiusmodi iu
ste posse perduci: non me mouet multa cogitantem: quibus hæc possit calumnia re
futari. Et ꝙ ipse respõdisti: nõ esse uitiũ sementis in tritico quod furto dicitur esse sub
latum: sed in eo qui frumenta furatus est: nec idcirco terram non debuisse gremio suo
semina confouere: quia sator immunda ea proiecerit manu: elegantissima similitudo
est. Quã & anteq̃ legerẽ nullas mihi obiectio ista de adulterinis fœtib⁹ in hac quæstio
ne faciebat angustias: generaliter intuenti multa bona deum facere etiam de nostris
malis: nostrisq; peccatis. Animalis autem cuiuscunq; creatio: si habeat pium pruden
temq; consideratorem: ineffabilem laudem creatori excitat: quantomagis creatio nõ
cuiuslibet animalis: sed hominis? Si autem causa creandi quæritur: nulla citius & me
lius respondetur: nisi quia omnis creatura dei bona est. Et quid dignius: q̃ ut bona faci
at bonus deus: quæ nemo potest facere nisi deus? Hæc & alia quæ possum: sicut possũ
dico aduersus eos qui hanc opinionẽ qua creduntur animæ sicut illa una singulis fieri

labefactare conantur. Sed cum ad pœnas uentū est paruulorū: magnis mihi credè coartor angustijs: nec quid respondeam prorsus inuenio. Non solum eas pœnas di
V co quas habet post hanc uitam illa damnatio: quo necesse est trabantur si de corpo/re exierint sine christianæ gratiæ sacramento: sed eas ipsas quæ in hac uita dolen/tibus nobis uersantur ante oculos: quas enumerare si uelim: prius tempus q̄ exem/pla deficiunt. Languescunt ægritudinibus: torquentur doloribus: fame & siti cru/ciantur: debilitantur membris: priuantur sensibus: uexantur ab immūdis spiritibus. Demonstrādum est utiq; quomodo ista sine ulla sua mala causa iuste patiant̄. Non ēm dici fas est: aut ista ignorante deo fieri: aut eū non posse resistere facientibus: aut iniuste ista uel facere uel permittere. Nunqd nam sicut illa animalia irratiōabilia re/cte dicimus in usus dari naturis excellētioribus: & si uitiosis: sicut apertissime in euā/gelio uidem⁹: porcos ad usum desideratū cōcessos esse dæmonibus: hoc & de boie recte possum⁹ dicere? Aial est ēm sed rationale & si mortale: Anima est rationalis in illis mēbris: quæ tantis afflictionib⁹ pœnas luit. Deus bonus est: de⁹ iustus est: deus oīpotens est: hoc dubitare oīno dementis est. Tantorum ergo malorū quæ fi/unt in paruulis: causa iusta dicatur. Nempe cum maiores ista patiuntur: solemus di/cere: aut sicut in Iob merita examinari: aut sicut in herode peccata puniri. Et de qui/busdam exemplis quæ deus manifesta esse uoluit: alia quæ obscura sunt hominum
X coniectare conceditur: sed hoc in maioribus. De paruulis autem quid respondea/mus edissere: si pœnis tantis nulla in eis sunt punienda peccata. Nam utiq; nulla est in illis ætatibus examinanda iusticia. De ingeniorum uero diuersitate quid dicā: quæ quidem in paruulis latet: sed ab ipsis exordijs naturalibus ducta: apparet in grandi/bus: quorum nonnulli tam tardi & obliuiosi sunt: ut ne prima quidem discere littera rum elementa potuerint. Quidam uero tantæ sunt fatuitatis: ut non multū a peco/ribus differant: quos Moriones uulgo nocant. Respondeē fortasse: corpora hoc fa/ciunt. Sed nunquid ſm hanc sententiam quam defendi uoluimus: anima sibi corp⁹ elegit: & in eligendo cum falleret̄ errauit? Aut cum in corpus cogeret̄ intrare ne/cessitate nascendi: alia corpora præoccupantibus animarum turbis: ipsa aliud non inuenit? Et sicut in spectaculo aliquo locū: ita carnem non quā uoluit: sed quam ua/luit occupauit? Nunquid hæc & talia uel dicere possumus uel sentire debemus?
Y Doce igitur quid sentire: quid dicere debeamus: ut constet nobis ratio nouarū ani/marum singilatimq; factarum singulis corporibus. Ego quidem nō de ingenijs: sed saltem de pœnis paruulorum quas in hac uita patiuntur: dixi aliquid in libris illis de libero arbitrio. Quod quale sit: & cur mihi in ista quam habemus in manibus quæ/stione non sufficiat: intimabo: & eum ipsum de tertio libro locum secerptum his litteris inseram: Nam ita se habet. De cruciatibus autem corporis quibus affligun/tur paruuli: quorum per ætatem nulla peccata sunt: si animæ quibus animantur: nō priusquā ipsi homines esse cœperūt: maior querela & quasi misericors depromi so/let: cum dicitur: quid mali fecerunt ut ista paterent̄? Quasi possit esse meritum inno centiæ: antequā quisq; nocere aliquid possit. Cum autē boni aliquid operatur deus in emendatione maiorum: cum paruulorū suorum qui eis cari sunt doloribus ac mortibus flagellantur: cur ista non fiant: quando cum transierint: pro nō factis erūt in quibus facta sunt: Propter quos aūt facta sunt: aut meliores erūt si temporalibus incommodis emendati: rectius elegerint uiuere: aut excusationem in futuri iudicij supplicio nō habebūt: si uitæ hui⁹ angorib⁹: ad æternā uitā desiderīū conuertere no luerint? Quis aūt nouit: qd paruulis de quorū cruciatibus duritia maiorū cōtundit̄: aut exercetur fides: aut misericordia probat̄? Quis inquā ergo nouit quid ipsis par uulis in secreto iudiciorū suorum bonæ compensationis reseruet deus? Quoniam quanquā nihil recte fecerint: tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Non enim frustra etiam infantes illos: qui cum dominus noster iesus christus necādus ab herode quæreret̄: occisi sunt: in honore martyrum receptos commendat ecclesia.

Matth. 8.

Li. 3. de libero arbitrio

Hæc tunc dixi: cum hanc ipsam de qua nunc agitur uellem cõmunire sententiam. Z
Sicut enim pauloante commemorauí: quæcũq; illarũ de animæ incarnatione quat-
tuor opinionum uera esset: inculpatam substantiam creatoris & a nostrorum pecca-
torum societate remotissimam nitebar ostendere: Et ideo quæcũq; illarum ueritate
posset conuinci & repudiari: ad curam intentionis meæ quam tũc habebam nõ per-
tinebat: quandoquidem cunctis diligentiore disputatione discussis: quæcunq; illarũ
recte uinceret cæteras: me securissimo fieret: quando etiam ſm omnes id quod age-
bam inuictum persistere demonstrabam. Nunc uero unam uolo si possum ratione
recta eligere ex omnibus: & propterea huiusipsius de qua nũc agimus defensionem
in his quæ commemorauí de illo libro uerbis meis attẽtius intuens: ualidam firmãq;
non uideo. Nam uelut firmamẽtum eius illud est: quod ibi dixi: Quis aũt nouit quid
paruulis de quorum cruciatibus duricia maiorum contunditur: aut exercetur fides:
aut misericordia probat? Quis inq̃ ergo nouit qd ipsis paruulis in secreto iudiciorũ
suorũ bonæ compensationis reseruet deus? Quoniã quãq̃ nihil recte fecerint: tamẽ
nec peccantes aliquid ista perpessi sunt. Sed hoc non immerito dici uideo: de his qui
uel pro christi nomine ac uera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur: uel
sacramento christi iam imbuti sunt: qa sine societate unius mediatoris liberari a dam-
natiõe non possunt: ut possit eis etiam pro illis malis quæ hic in diuersis afflictiõibus
pertulerũt: compensatio ista præstari. Nunc autem cum ista quæstio non possit ab-
solui: nisi etiam de his paruulis respondeatur: qui post grauissimos cruciatus sine sa-
cramento christianæ societatis expirant: quæ circa eos compensatio cogitanda est:
quibus insuper & damnatio præparata est? Nam & de baptismo paruulorũ in eodẽ
libro: non quidem sufficienter: sed quantum illi operi satis esse uidebatur utcunq; re
spondi: qđ etiã nesciẽtib⁹: & fidem suã nondũ habentib⁹ prodest: non tamẽ de dam-
natione eorum paruulorum: qui sine illo ex hac uita emigrant tunc aliquid dicendũ
putaui: quia non quod nunc agitur agebatur. Sed ut omittamus & cõtemnamus ea &
quæ breui tempore patiuntur: nec transacta reuocantur: nũquid similiter cõtemnere
1.Cor.15. possumus: quod per unum hominem mors: & per unum hominem resurrectio mor
tuorũ? Sicut eñ in adam oẽs moriunt: sic & in christo oñes uiuificabuntur. Per hãc
enim apostolicam diuinam clarãq; sententiã: satis euidenter elucet: neminem ire in
mortem nisi per adam: neminem ire in uitam æternã: nisi per christũ. Hoc est quippe
omnes & omnes: quia sicut oñes homines per primam: hoc est per carnalẽ genera-
tionem pertinent ad adam: sic omnes homines ad secũdam: id est spiritalẽ regenera-
tionem ueniunt: quicunq; ad christum perueniunt. Ideo ergo dictum est: & hic om-
nes: & ibi omnes: quia sicut omnes qui moriuntur: non nisi in adam moriũtur: ita om
nes qui uiuificabuntur: non nisi in christo uiuificabuntur. Ac per hoc: quisquis nobis
dixerit: quenquam in resurrectione mortuorum uiuificari posse nisi in christo: tan-
quam pestis communis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit q̃ in christo uiui-
ficabuntur etiam paruuli: qui sine sacramenti eius participatione de uita exeũt: hic
profecto & contra apostolicam prædicationem uenit: & totam cõdemnat eccleſiã:
ubi propterea cum baptiçandis paruulis festinatur & curritur: quia sine dubio credi-
tur aliter eos in christo uiuificari omnino non posse. Qui autem non uiuificatur in
Ro.5. christo: restat ut in eadem damnatiõe maneat: de qua dicit apostolus: Per unius de-
lictum in omnes homines ad condemnationem. Cui delicto obnoxios paruulos na-
sci: & omnis credit ecclesia: & ipse iam contra louinianũ disputans: & exponens lo-
nam propbetam: sicut pauloante cõmemorauí: fide ueracissima definisti: credo &
in alijs locis opusculorum tuorum: quæ uel non legi: uel in præsentia non recordor.
Huius igitur damnationis in paruulos causam requiro: quia neq; animarum si nouæ
fiunt singulis singulæ: uideo esse ullum in illa ætate peccatum: nec a deo damnari ali-
quam credo: quam uidet nullum habere peccatum. An forte dicendũ est in paruulo ?
carnẽ solã causam esse peccati: nouã uero illi animã fieri: qua ſm dei præcepta uiuẽte

in adiutorio gratiæ christi: & ipsi carni edomitæ ac subiectæ possit incorruptiõis mẽ/
ritum comparare: Sed quia in paruulo anima nondum id agere potest: nisi christi ac
ceperit sacramentum: per hanc gratiam carni eius acquirẽ: quod illius morib⁹ non/
dum potuit: Si autem sine ullo sacramento anima paruuli exierit: ipsa qdem in æter
na uita erit: unde eam nullum peccatum potuit separare: caro uero eius non resur/
get in christo: non percepto ante mortem illius sacramento? Hanc opinionem nun
quã audiui: nunq̃ legi: Sed plane audiui & credidi: propter quod & locut⁹ sum: quia
ueniet hora quando omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius: & proce/ Iob.5.
dent qui bene fecerunt in resurrectionem uitæ: Ipsa est de qua dicitur: Et per unum 1.Cor.15.
hominem resurrectio mortuorum: Ipsa est qua in christo omnes uiuificabuntur:
Qui autem male egerũt in resurrectionem iudicij. Quid hic ergo de illis infantibus
intelligendum est: qui priusquã possent agere uel bene uel male: sine baptismo cor/
pore exuti sunt? Nihil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorũ ideo non resurget
quia nec boni aliquid fecerũt nec mali: nec illorum resurrectura est: qui percepta ba
ptismi gratia: in illa ætate defuncti sunt in qua nihil bene uel male agere potuerunt.
Si aũt illi inter sanctos resurgent: id est inter eos qui bene egerunt: inter quos & illi
resurrecturi sunt: nisi inter eos qui male egerunt: ne aliquas humanas animas creda/
mus corpora sua nõ recepturas: siue in resurrectionem uitæ: siue in resurrectionem
A iudicij? Quæ sententia priusquã refellatur: ipsa nouitate iam displicet. Deinde quis
ferat si credant se illi qui ad baptismũ cum suis paruulis currunt: propter carnes eo/
rum non propter animas currere? Beatus quidem Cyprianus non aliquod decre/ Cyprian⁹
tum condens nouum: sed ecclesiæ fidem firmissimam seruans ad corrigendum eos
qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptiçandum: non
carnem: sed animam dixit esse perdendam: & mox natum rite baptiçari posse:
cum suis quibusdam coepiscopis ceusuit. Sed contra Cypriani aliquam opinionem:
ubi quod uidendum fuit fortasse non uidit: sentiat quisq; quodlibet: tantum contra
apostolicam manifestissimã fidem nemo sentiat: qui ex unius delicto omnes in con/ Ro.5.
demnationem duci prædicat: ex qua condemnatiõe non liberat nisi gratia dei per
Iesum christum dominum nostrum: in quo uno omnes uiuificantur quicunq; uiuifi/
cant. Contra ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat: ubi ad baptismũ si pro/
B pter sola paruulor corpora currerẽt: baptiçãdi offerrẽt & mortui. Quæ cũ ita sint:
quærenda causa est atq; reddenda: quare damnentur animæ quæ nouæ creant sin/
gulis quibusq; nascentibus: si præter christi sacramẽtũ paruuli moriantur. Damnari
enim eas si sic de corpore exierint: & sancta scriptura: & sancta est testis ecclesia. Vn/
de illa de aiar nouarũ creatiõe sentẽtia: si hanc fidẽ fundatissimã nõ oppugnat: sit &
mea: si oppugnat: non sit & tua. Nolo mihi dicat pro hac sententia debere accipi qd
scriptũ est: Qui finxit spiritum hominis in ipso: & qui finxit singilatim corda eorum. Ps.32.
Aliquid fortissimum atq; inuictissimum requirendum est: quod nos non cogat deũ
credere ullarum animarũ sine culpa aliqua damnatorem: Nam uel tantundem ua/
let uel plus est forsitan creare q̃ fingere: & tamen scriptum est: Cor mũdum crea in Ps.50.
me deus: Nec ideo putari potest anima hoc loco optare se fieri priusquã aliquid es/
set. Sicut ergo iam existens creatur innouatione iusticiæ: sic iam existens fingit con
firmatiõe doctrinæ. Nec illud quod in ecclesiaste scriptũ est: Tunc conuertet in ter/ Eccs.12.
ram pulus sicut fuit: & spiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum: istam con/
firmat sententiam: quam uolumus esse nostram. Plus enim hoc suffragatur eis: qui
ex una putant omnes esse animas. Nam sicut conuertitur inquiunt pulus in terram
sicut fuit: & tamen caro de qua hoc dictum est: ad hominem non reuertitur ex quo
propagata est: sed ad terram unde primus homo factus est: sic & spirit⁹ ex illius uni⁹
spiritu propagatus: non tamẽ ad eum reuertitur: sed ad dominũ a quo illi datus est.
C Verum quia hoc testimoniũ ita pro istis sonat: ut non omimodo huic opinioni quã

defendi uolo:uideatur esse contrarium:admonendam tantum credidi prudentiam tuam: ne talibus testimonijs ex his angustijs me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optando ut uerum sit quod uerum non est: tamē si fieri posset optarem ut hæc sententia uera esset sicut opto:ut si uera est:abs te liquidissime atq; inuictissime defendatur. Hæc autem difficultas etiam illos sequit̄:qui iam existētes alibi animas & ab initio diuinorum operum præparatas:a deo mitti opinantur in corpora. Nam & ab his hoc idem quæritur si animæ inculpatæ obedienter ueniunt quo mittuntur: cur in paruulis si non baptiçati uitam istam finierint:puniuntur? Eadem prorsus in utraq; sententia difficultas est. Illi sibi uidentur de hac facilius exire quæstione: qui animas asseuerant pro meritis uitæ prioris singulas singulis corporibus implicari. Hoc enim putant esse in Adam mori: in carne scilicet quæ propagata est ex Adam supplicia pendere. A quo reatu inquiūt gratia christi liberat pusillos cum magnis. Hoc quidem recte:ueraciter: optimeq; q̄ gratia christi liberat a reatu peccatorum pu-
11. de Ciuitate Dei, ca. 23. sillos cum magnis. Sed in alia superiore uita peccare animas: & inde præcipitari in carceres carneos: non credo: non acquiesco: non consentio. Primo quoniam nescio p̄ quos fieri circūitus id aiunt isti:ut post nescio q̄nta uolumina sæculorū iteꝝ ad istam sarcinam corruptibilem carnis & supplicia pendenda redeundū sit: Qua opinione quid horribili⁹ cogitari possit ignoro: Deinde quis tandem iustus defunctus est: de quo non si isti uera dicunt:solliciti esse debeamus: ne in sinu abraæ peccans in flammas illius diuitis deijciatur? Cur enim non & post hoc corpus peccari possit si & ante potuit? Postremo:longe aliud est in adam peccasse. Vnde dicit apostolus:
Ro. 5. In quo omnes peccauerunt: & aliud est extra Adam nescio ubi peccasse: Et ideo in Adam:id est in carnem quæ ex Adam propagata est:tanquā in carcerem trudi. Illā D uero opinionem q̄ ex una fiant om̄es animæ:nec discutere uolo nisi necesse sit: Atq; utinam ista de qua nūc agim⁹ si uera est:sic abs te defendat̄: ut hic necesse iam nō sit. Quāuis autem desiderem:rogem:uotis ardentib⁹ exoptem & expectem:ut per te mihi domin⁹ huius rei auferat ignorantiam: Tamen si q̄d ablit minime meruero: patientiam mihi petam a domino deo nostro:in quem sic credimus ut aliqua nobis non aperiri etiam pulsantibus nullo modo aduersus eū murmurare debeam⁹: Me-
Iob. 16. mini prius ipsis apostolis dictū: Multa habeo uobis dicere: sed non potestis illa portare modo. In his quantū ad me attinet etiam hoc deputem. Neq; qui hoc sciam me indigner indignum:nec hocipso etiam conuincar indignior. Multa enim alia similiter nescio:quæ cōmemorare uel enumerare non possum. Et hoc tolerabiliter ignorarem:nisi metuerem ne aliqua istarum opinionum contra illud quod firmissima retinemus fide:incautis obreperet mentibus. Sed antequā sciam quæ nam earum potius eligenda sit:hoc me non temere sentire profiteor: eam quæ uera est non aduersari robustissimæ ac fundatissimæ fidei:qua christi ecclesia nec paruulos homines recentissime natos a damnatione credit: nisi per gratiam nominis christi quam in suis sacramentis cōmendauit posse liberari.

¶ Sancti Augustini ab beatum Hieronymum:expositionem de eo quod scribit̄ in canonica Iacobi:Si quis totam legem seruauerit: offendat autem in uno: factus est omniū reus:petentis. Plurima etiam de connexione uirtutum ac uitiorum sm̄ philosophorum catholicorūq; sententias tractantis. Epl'a. XXIX.

QVod ad te scripsi bonorande mihi in christo frater Hieronyme: quærēs de E anima humana:si nascentibus singulis nouæ singulæ nunc usq; fiunt:ubi peccati uinculum contrahunt:quod per sacramentum gratiæ christi etiam in infantibus recenter natis:soluendum esse non dubitamus: cum in non paruum uolumen procederet: nolui ulla alia onerare quæstione: sed quod urget acrius: multo minus est negligendum. Proinde quæro:& per deum obsecro:ut exponas mihi q̄d

multis existimo profuturū: aut si iam uel abs te uel ab alio aliquo expositū habes: dirigas nobis: quomodo accipiēdum sit: quod in epistola Iacobi apostoli scriptum est: Quicunq; enim totam legem seruauerit: offendat autem in uno: factus est omnium reus: quæ res talis ac tanta est: ut quod hinc tibi non iam olim scripsi: multū me pœniteat. De agenda nanq; præsenti uita: quomodo ad uitam perueniamus æternam: non de præterita perscrutanda: quam penitus demersit obliuio: sicut est illud qđ de anima quærendum putaui: hæc uertitur quæstio. Eleganter autem dictum esse narratur: quod huic rei satis apte conuenit. Cum quidam ruisset in puteū: ubi aqua tanta erat: ut eum magis exciperet ne moreretur: q̄ suffocaret ne loqueretur: accessit alius: & eo uiso admirans ait: Quomodo huc cecidisti? Ait ille. Obsecro inquit cogita quomodo hinc me liberes: non quomodo huc ceciderim quæras. Ita quoniam fatemur: & fide catholica tenem⁹: de reatu peccati: tanquam de puteo: etiam paruuli infantis animam christi gratia liberandam: satis est ei: q̄ modum quomodo salua fiat: nouimus: etiam si nunquam quomodo in malum illud deuenerit nouerimus. Sed ideo putaui esse quærendum: ne forte ex illis opinionib⁹ incarnationis animæ aliquam teneam⁹ incautius: quæ liberandam prorsus animam paruuli contradicat: negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmissime retento: q̄ anima paruuli de reatu peccati liberanda est: nec alio modo liberanda nisi gratia dei per iesum christum dominum nostrum: si possumus etiam ipsius mali causam & originem nosse uanilo-
quis non disputatoribus: sed litigatoribus paratius instructiusq; resistimus. Si autem non possumus: non quia latet miseriæ principium: ideo pigrescere misericordiæ debet officium. Aduersus eos autem qui sibi uidentur scire quod nesciunt: hoc tutiores sumus: quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim quod nescire malum est: aliud quod sciri uel non potest: uel non opus est: uel ad uitam quam quærimus indifferens est. Hoc uero quod de litteris apostoli Iacobi nūc requiro: in hac ipsa qua uiuimus & ut semper uiuamus deo placere studemus: F actione uersatur. Quomodo igitur intelligendum est obsecro te: Quicunq; totam legem seruauerit: offendat autem in uno: factus est omniū reus? Ita ne qui furtum fecerit: immo uero qui dixerit diuiti: sede hic: pauperi autem: tu sta illic: & homicidij & adulterij & sacrilegij reus est? Quod si non est: quomodo q̄ in uno offendat: factus est omniū reus? An illud quod dixit de diuite & paupere ad ista nō pertinet: quorum si quis in uno offenderit: fiet omniū reus? Sed recolendū est unde uenerit illa sententia: & quæ illā superiora pepererint: qbusq; cōnexa dependeat. Fratres mei nolite inquit in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentu uestro uir anulum aureum habens in ueste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus est ueste præclara: & dicatis ei: Tu sede hic bene: pauperi aūt dicatis: tu sta illic: aut sede sub scabello pedum meorum: Nonne iudicatis apud uosmetipsos: & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi: nōne deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide: & hæredes regni: quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exbonorastis pauperem propter illum scilicet cui dictum est: sta illic: cum habenti anulum aureum dictum esset: tu sede hic bene. Ac deinde sequitur eandem ipsam sententiam latius uersans & explicans: Nonne inquit diuites per potentiam opprimunt uos: & trahūt ad iudicia? None ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super uos? Siquidem legem perficitis regalem secundū scripturam: Diliges proximum tuum sicut teipsum: benefacitis. Si autem personas accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege quasi transgressores. Vide quemadmodum trasgressores legis appellat: qui dicunt diuiti: sede hic: & pauperi: sta illic. Vnde ne putarēt cōtēptibile esse peccatū: in hac una re legē transgredi: secutus adiunxit: Quicunq; totam legem seruauerit: offendat autem in

Jacobi. 2.

2. Retrac. ca. 45.

Jacobi. 2.

uno:factus est omnium reus. Qui enim dixit: nō mechaberis:dixit: & non occides. Quod si nō occidis:mecharis aūt:factus es transgressor legis:propter id qđ dixerat redarguti a lege:quasi transgressores. Quæ cum ita sint:consequēs uidetur:nisi alio modo intelligendū ostendatur:ut qui dixerit diuiti:sede hic:& pauperi:sta illic:huic non honorem:quem illi deferens:& idolatra & blasphemus & adulter & homicida: & ne quod longū est:cuncta cōmemorem:reus omnium criminum iudicandus est. Offendens quippe in uno:factus est omnium reus. At enim qui unam uirtutem habet:omnes habet:& qui unam non habet:nullam habet. Hoc si uerum est:confirmatur ista sententia: Sed ego eam exponi uolo:nō confirmari: quæ per seipsam apud nos omnibus philosophorum auctoritatibus firmior est. Et illud quidem de uirtutibus & uitijs:si ueraciter dicitur: non est consequens:ut propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de inseparabilitate uirtutum:nisi forsitan fallor:tamen si uerum memini:quod uix memini: omnibus philosophis placuit:qui easdem uirtutes agendæ uitæ necessarias esse dixerunt. Hoc autem de paritate peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare:contra omnem sensum generis humani: quā eorum uanitatem in louiniano illo:qui in hac sententia Stoicus erat: in aucupandis autem & defensandis uoluptatibus Epicureus:de scripturis sanctis dilucidissime conuicisti. In qua tua suauissima & præclarissima disputatione satis euidenter apparuit:non placuisse auctoribus nostris:uel ipsi potius:quæ per eos locuta est ueritati:omnia paria esse peccata. Quomodo autem fieri possit:ut etiam si hoc de uirtutibus uerum est: non tamen ideo cogamur fateri æqualitatem omnium peccatorum:quantum possum adiuuante domino aperire conabor. Quod si effecero approbabis:ubi uero causæ defuero tu supplebis: Certe hinc persuadēt:qui unam uirtutem habuerit: habere omnes:& omnes deesse cui una defuerit:q prudētia nec ignauia nec iniusta nec intemperās potest esse: Nam si aliquid horum fuerit:prudentia non erit. Porro si prudentia tunc erit si & fortis & iusta & temperans sit: profecto ubi fuerit:secum habet cæteras. Sic & fortitudo imprudens esse non potest uel intemperans uel iniusta:sic tēperantia necesse est ut prudens:fortis & iusta sit. Sic iusticia non est nisi sit prudens: fortis:temperans:Ita ubi est una uera aliqua earum:& aliæ similiter sunt. Vbi autem aliæ desunt:uera una illa non est:etiam si aliquo modo similis esse uideatur. Sunt em ut scis quædam uitia uirtutibus aperta discretione contraria:ut imprudentia prudētiæ. Sunt autem quædam quæ tantum uitia sunt:ideo contraria:quadam tamen specie fallaci similia:ut eidem prudentiæ:nō imprudentia: sed astutia. Nunc enim eam dico astutiam:quæ usitatius in malicios intelligi & uocari solet:non sicut nostra lo/

Matth.10. qui scriptura consueuit:quæ sæpe astutiam in bono ponit. Vnde:Estote astuti ut serpentes. Et illud:ut & innocentibus det astutiam:quāq & apud illos:romanæ linguæ disertissimus dixerit:neq illi tamen ad cauendū dolus: aut astutia deerant: astutiam ponens in bono:sed apud illos rarissimum:apud nostros frequentissimū est. Itemq in partibus temperantiæ apertissime contraria est effusio parsimoniæ: ea uero quæ tenacitas dici uulgo solet:uitium quidem est:tamen parsimoniæ simile:non natura: sed fallacissima specie. Item dissimilitudine manifesta cōtraria est iniusticia iusticiæ. Solet autem quasi imitari iusticiam uindicandi se libido:sed uitium est. Ignauia fortitudini perspicue contraria est:duricia uere distat natura:fallit similitudine. Constātia pars quædam uirtutis est. Ab hac inconstantia longe abhorret: & indubie contrasistit. Pertinacia uero constantia dici affectat:& non est:quia illa est uirtus: hoc uitium. Vt ergo nō iterum hæc eadem commemorare necesse sit:exempli gratia:po/

Salustius namus aliquid:unde possint cætera intelligi. Catilina ut de illo scripserunt:qui nosse potuerunt:frigus:sitim:famem ferre poterat: eratq patiens inediæ: algoris:uigiliæ supra q cuiquā credibile est:ac per hoc & sibi & suis magna præditus fortitudine uidebat:Sed hæc fortitudo prudens nō erat: mala em pro bonis eligebat. Temperās

non erat:corruptelis enim turpissimis fœdebat. Iustus nō erat: nam contra patriam cōiurauerat. Et ideo nec fortitudo erat:sed duritia sibi:ut stultos falleret: nomē fortitudinis imponebat. Nam si fortitudo esset:non uitium:sed uirtus esset. Si autem uirtus esset:a cæteris uirtutibus tanq̄ inseparabilibus comitibus nunq̄ relinqueretur. Quapropter dum quæritur etiam de uitijs:utrum ipsa similiter oīa sint ubi unum erit:aut nulla sint ubi unū non erit:laboriosum est id ostendere:propterea quia uni uirtuti duo uitia opponi solent. Et quod aperte contrarium est:& quod specie similitudinis adumbratur. Vnde illa Catilinæ quia fortitudo non erat:quæ esset cum cē uirtutes alias non habebat:facilius uidebatur. Quod uero ignauia fuerit ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atq̄ tolerādi:supra q̄ cuiq̄ credibile est:fuit:ægre persuadere potest. Sed forte acutis intuētibus:ignauia apparet ipsa duritia:qa laborē bonorū studiorū qbus uera acgrie fortitudo neglexerat. Verūtn qa sunt audaces qui timidi non sunt:& rursus timidi qbus abest audacia:cū sit utrūq̄ uitium:quoniam qui uera uirtute fortis est:nec temere audet:nec inconsulte timet:
L cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus. Vnde aliquando uitiū uitio tollitur:ut amore laudis:amor pecuniæ. Aliquando unum cedit ut plura succedant:uelut qui ebriosus fuerit si modicū biberit:& tenacitatem & ambitionē didicerit. Possūt itaq̄ uitia etiam cedere uitijs succedentib⁹ non uirtutib⁹:Et ideo plura sunt. Virtus uero quo una ingressa fuerit:quoniam secum cæteras ducit:profecto uitia cedent omnia quæcunq̄ inerant. Non em̄ omnia inerant:sed aliquando totidem:aliquando plura paucioribus:uel pauciora pluribus succedebant. Hæc utrū ita se habeāt:diligentius inquirendum est. Non enim & ista diuina sententia est qua dicit: Qui unam uirtutem habuerit:omnes habet:eiq̄ nulla ineest:cui una defuerit:sed hominibus hoc uisū est:multum quidem ingeniosis:studiosis:sed tamen hominibus. Ego uero nescio quemadmodum dicam:Non dico uirū a quo denominata dicit uirtus:sed etiam mulierem:quæ uiro suo seruat thori fidem si hoc faciat propter præceptum & promissum dei:& quæ primit⁹ sit fidelis non habere pudicitiam:aut pudicitiam nullam uel paruam esse uirtutem. Sic & maritum qui hoc idem seruat uxori:Et tamen sunt plurimi tales:quorum sine aliquo peccato esse neminem dixerim:& utiq̄ illud qualecunq̄ peccatum ex aliquo uitio uenit. Vnde pudicitia cōiugalis in uiris fœminisq̄ religiosis cum proculdubio uirtus sit:non enim aut nihil aut uitium est:non tamen secū habet omnes uirtutes. Nam si omnes ibi essent:nullum esset uitium:nullū omnino peccatum. Quis aūt sine aliquo peccato? Quis ergo sine aliquo uitio:id est fomite quodam uel quasi sine radice peccati:cum clamet qui supra pectus domini recumbebat: Si dixerimus quia peccatū non habemus:nosipsos decipim⁹:& ueritas in nobis non est:Neq̄ hoc apud te diutius agendum est:sed propter alios qui forte hoc legerint dico. Nam tu quidem in eodem ipso opere splendido contra Iouinianum etiam boc
M de scripturis sanctis diligēter ꝓbasti. Vbi etiā ex bac ipsa epla:cui⁹ uerba sunt:quoꝝ nūc intellectū requirim⁹:posuisti qd scriptū est:In multis em̄ offendim⁹ oēs. Non em̄ ait:Offenditis:sed offendim⁹ oēs:cū christi loqueret apls. Et cū hoc loco dicat:Qui cūq̄ aūt totam legem seruauerit:offendat aūt in uno:factus est omnium reus. Ibi nō in uno sed in multis:nec quosdam sed omnes dicit offendere. Absit autē ut quisq̄ fidelis existimet tot milia seruorum christi:qui ueraciter dicunt se habere peccatum:ne seipsos decipiant:& ueritas in eis non sit:nullam habere uirtutem:cum uirtus magna sit sapientia. Dixit autem ipsa sapientia homini:Ecce pietas est sapiētia. Absit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles & pios homines dei non habere pietatem:quam græci uel εὐσέβειάν:uel expressius & plenius θεόσέβειάν uocant. Quid aūt est pietas nisi dei cultus? Et unde ille colitur nisi charitate? Charitas igitur de corde puro & cōsciētia bona & fide nō ficta:magna & uera uirt⁹ est:qa ipsa est & finis præcepti. Merito dicta ē fortis sicut mors:siue qa nemo eā uincit sicut mortē:siue qa in hac uita usq̄ ad mortē est mēsura charitatis: Sicut dns ait: Maiorē hac charitatē nemo habet:q̄

Jacobi.3.
Jacobi.2.
1.Timoth.1.
Cant.8.
Joh.15.

ut aiam ſuã ponat pro amicis ſuis: ſiue poti⁹: qa ſicut mors aiam auellit a ſenſibus car
nis ſic charitas a concupiſcentijs carnalibus. Huic ſubſeruit ſcientia cũ eſt utilis: nam
ſine illa inflat. Quod uero illa ædificando impleuerit: nihil ibi iſta inane quod inflet
inueniet. Vtilem porro ſcientiam definiendo monſtrauit: ubi cum dixiſſet: Ecce
pietas eſt ſapientia: continuo ſubiunxit: Abſtinere uero a malis: ſcientia eſt. Cur er/
go non dicimus: qui hanc uirtutem habet habere omnes: cum plenitudo legis ſit
charitas? An quantomagis eſt in homine: tantomagis eſt uirtute præditus? Quan/
to autem minus: tanto minus eſt uirtus: quia ipſa eſt uirtus: & quanto minus eſt uir/
tus: tanto maius eſt uitium? Vbi ergo illa plena & perfecta erit: nihil ex uitio rema/ N
nebit. Proinde mihi uidentur ſtoici falli: quia proficientem hominem in ſapiẽtia no/
lunt omnino habere ſapientiam: ſed tunc habere cum in ea omnino perfectus fue/
rit: non quia illum profectum negant: ſed niſi ex profundo quodam emergendo re/
pente emicetur in auras ſapientiæ liberas: nulla ex parte eſſe ſapiẽtem. Sicut enim
nihil intereſt ad hominem præfocandum: utrum aquam ſtadijs multis ſuper ſe ba/
beat altam: aut unum palmum aut digitum: ſic illos qui tendunt ad ſapientiam pro/
ficere quidem dicũt: tanq̃ ab imo ſurgentes gurgitis in aerem: ſed niſi totam ſtulti/
ciam uelut opprimentem aquam proficiendo uelut emergendo euaſerint: non ha
bere uirtutem nec eſſe ſapientes. Vbi autem euaſerint: mox habere totã: nec quicq̃
ſtulticiæ remanere: unde omnino ullum peccatum poſſit exiſtere. Hæc ſimilitudo
ubi ſtultícia uelut aq̃: & ſapientia uelut aer ponitur: ut animus a præfocatione ſtulti
ciæ tanq̃ emergens in ſapientia repente reſpiret: nõ mihi uidetur ſatis accommoda
ta noſtrarum ſcripturarũ auctoritati: Sed illa potius: ut uitium uel ſtulticia tenebris:
luci autem uirtus & ſapientia comparetur: quantum iſta ſimilia de corporalibus ad
intelligibilia duci poſſunt: Non itaq; ſicut de aquis in aerem ſurgens: ubi earũ ſum/
mum tranſierit repente quantum ſufficit inſpiratur: ſed ſicut de tenebris in lucem
procedens paulatim progrediendo: illuminatur. Qd' donec pleniſſime fiat: iam eũ
tamen dicimus tanquã de abditiſſima ſpelunca egrediẽtem: uicinia lucis afflatũ tan
to magis: quanto magis propinquat egreſſus: ut illud quod in eo lucet: ſit utiq; exlu
mine quo progreditur. Illud autem quod adhuc obſcurum eſt: ſit ex tenebris unde
Pſ. 142. egreditur. Itaq; & non iuſtificabitur in conſpectu dei omnis uiuens: & tamen iuſtus
Abachuc. 2. ex fide uiuit. Et induti ſunt ſancti iuſticia: ali⁹ maius: alius minus. Et nemo hic uiuit ſi/
ne peccato: & hoc alius maius: alius minus. Optimus autem eſt qui minimum. Sed O
quid ego tanq̃ oblitus cui loquor: doctori ſimilis factus ſum: cum propoſuerim quid
abs te diſcere uelim? Sed quia de peccatorũ paritate: unde ad id quod aiebam in/
cidit quæſtio: examinandam tibi ſententiam meã promere ſtatueram: iam eam tan/
dem aliquando concludam. Quia & ſi uerum eſt: eum qui habet unam: omnes ha/
bere uirtutes: eum qui unam non habet: nullam habere: Nec ſic peccata ſunt paria:
quia ubi uirtus nulla eſt: nihil quidem rectum eſt: nec tamen ideo non prauo prau⁹
eſt: diſtortoq; diſtortius. Si autem quod puto eſſe uerius: ſacriſq; litteris congruen/
tius: ita ſunt animæ intentiones: ut corporis membra: non q̃ uideantur locis: ſed q̃
ſentiantur affectibus: & aliud illuminatur amplius: aliud minus: aliud omnino caret
lumine & tenebroſo inumbratur obſtaculo: profecto ita ut quiſq; illuſtratione piæ
charitatis affectus eſt: in alio actu magis: in alio min⁹: in aliquo nihil: ſic poteſt dici ha/
bere aliam: & aliam non habere: aliam magis: aliam minus habere uirtutem. Nam &
maior eſt in iſto charitas q̃ in illo: recte poſſumus dicere: & aliqua in iſto: nulla in illo
quantũ pertinet ad charitatem quæ pietatis eſt: & in ipſo uno homine q̃ maiorem
habuit pudicitiam q̃ patientiam: & maiorem hodie q̃ heri ſi proficit: & adhuc non
habeat continentiam: & habeat non paruam miſericordiam. Et ut generaliter bre/
uiterq; complectar: quã de uirtute habeam notionem: quod ad recte uiuendum
attinet: uirtus eſt charitas: qua id quod diligendum eſt diligitur: hæc in alijs maior:
in alijs minor: in alijs nulla eſt. Pleniſſima uero quæ iam non poſſit augeri: quãdiu

hic homo uiuit est in nemine: quamdiu autem augeri potest: profecto illud quod minus est q̄ debet: ex uitio est. Ex quo uitio nō est iustus in terra qui faciat bonum & non peccet. Ex quo uitio non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens. Propter quod uitium si dixerimus: quia peccatum non habemus: nosmetipsos seducimus: & ueritas in nobis non est. Propter quod etiam quantumlibet profecerimus: necessarium est nobis dicere: Dimitte nobis debita nostra: cum iam omia in baptismo dicta: facta: cogitata: dimissa sint. Quid itaq; qui recte uidet: unde & quando & ubi sperāda sit illa perfectio cui non sit quod adijci possit? Si autem præcepta non essent: non utiq; esset ubi se homo certius inspiceret & uideret: unde auerteretur: quo conaretur: quā- P regratularetur: quid precaretur. Magna est ergo utilitas præceptorum: si libero arbitrio tantum detur: ut gratia dei amplus honoretur. Quæ si ita se habent: unde fiet omnium reus: si in uno offendat: qui totam legem seruauerit? An forte quia plenitudo legis charitas est: qua deus proximusq; diligitur: In quibus præceptis charitatis tota lex pendet & propbetæ: merito sit reus omniū qui cōtra illam facit: in qua pendēt omia? Nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo: quia non adulterabis: non homicidium facies: non furaberis: nō concupisces: & si qd̄ est aliud mandatum: in boc sermone recapitulatur: in eo ꝙ diligis proximum tuum tanq̄ teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis charitas. Nemo autem diligit proximū: nisi diligens deum: & boc quantum potest: proximo impendat: quem diligit tanq̄ seipsū ut & ille diligat deum: quem si ipse non diligit: nec se nec proximū diligit. Ac per boc qui totam legem seruauerit: si in uno offenderit: fit omniū reus: quia contra charitatē Q facit: unde tota lex pendet. Reus itaq; fit omniū: faciendo contra eam: in qua pendent omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatem: qui grauius peccat: minus qui leuius? Et boc ipso quod admittit: fit quidem omnium reus: sed grauius peccans: uel in pluribus peccans magis reus. Leuius autem uł in paucioribus peccans minus reus: tanto maiore scilicet reatu: quanto amplius: tāto minore: quanto minus peccauerit: tamen etiam si in uno offenderit reus est: quia contra eam facit: in qua pendent omnia. Quæ si uera sunt: eo modo & illud absoluitur qd̄ ait homo etiam apostolicæ gratiæ: In multis enim offendimus omēs. Omnes enim offendimus: sed unus grauius: alius leuius. Quanto quisq; grauius leuiusq; peccauerit: tanto in peccato cōmittendo maior: quāto in diligēdo deo & proximo minor. Et rursus: tanto minor in peccati perpetratione: quanto maior in dei & proximi dilectione. Tanto itaq; plenior iniquitatis: quanto inanior charitatis. Et tunc pfecti sumus in cha- R ritate: quando nibil restat ex infirmitate. Nec sane quantum arbitror putandū est leue esse peccatum in personarum acceptione babere fidem domini nostri iesu christi: si illam distantiam sedendi ac standi ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitē ad sedem honoris ecclesiæ contempto paupere instructiore atq; sanctiore? Si autem de quotidianis confessibus loquitur: quis nō bic peccat: si tamen peccat: nisi cū apud seipsum intus ita iudicat: ut ei tanto melior quāto ditior illo esse uideatur? Hoc enim uidetur significasse cū dicit: Nonne iudicatis apud uosmetipsos: & facti estis iudices iniquarum cogitationum? Lex itaq; libertatis: lex charitatis est: de qua dicit: Si tamen legem perficitis regalem ſm scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum: benefacitis. Si autem personas accipitis: peccatum operamini: redarguti a lege tanq̄ trangressores. Et post illam sententiam ad intelligendum difficilimam de qua satis dixi: quod dicendum putaui: eandem legem libertatis cōmemorans: Sic loquamini inquit: & sic facite: sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Et quoniā quid paulo ante dixerit: nouit: quoniam in multis offendimus omnes: suggerit dominicam S tanq̄ quotidianam quotidianis: & si leuioribus tamen uulneribus medicinam. Iudiciū enim inquit sine misericordia illi: qui non facit misericordiam. Hinc enim & dominus: dimittite inquit & dimittetur uobis: date: & dabitur uobis. Superexaltat autem misericordia iudicium: non enim est aduerso iudicio: sed superexaltat: quia plures per

1. Reg. 8. Ps. 142. 1. Joh. 1. Matth. 6. Jacobi. 2. Ro. 13. Matth. 22. Ro. 13. Jacobi. 3. Jacobi. 2. Luc. 6.

Matth.5. misericordiã colliguntur. Sed qui misericordiã præstiterunt: Beati em̃ misericordes: qa ipsis miserebit᷑ deus. Et hoc utiq; iustũ est: ut dimittat᷑ eis quia dimiserunt: & detur eis quia dederit. Ineſt quippe deo & misericordia iudicanti: & iudiciũ miseranti: Pro-
Ps.100. pter quod ei dicit᷑: Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine. Nam quisquis ue-lut nimiũ iustus iudicium sine misericordia quasi securus expectat: iram iustissimã pro-
Ps.142. uocat: quã timẽs ille dicit: Ne intres in iudiciũ cũ seruo tuo. Vnde dicit᷑ populo cõtu-
Hiere.2. maci: Quid uultis mecum iudicio cõtendere? Cum enim rex iustus sederit in throno qs gloriabit᷑ castum se habere cor? Aut quis gloriabit᷑ mũdum se esse a peccato? Quæ igit᷑ spes est: nisi superexaltet misericordia iudicium? Sed erga illos qui misericordiã fe-
Matth.6. cerunt ueraciter dicendo: Dimitte nobis sicut & nos dimittimus: & sine murmuratiõe
2.Cor.9. dando. Hylarem em̃ datorem diligit deus. Deniq; sanctus Iacobus iam ex isto loco de T misericordiæ operibus loquit᷑: ut quos uæhemẽter illa sententia terruerat consolet᷑: cũ admonet: quomodo etiam quotidiana peccata sine quibus hic non uiuit᷑: quotidianis remedijs expientur: ne homo qui cum in uno offenderit sit omniũ reus in multis offen dendo: quia in multis offendimus propter magnũ aggerem reatus sui: minutatim col-lectum ad tribunal tanti iudicis perueniat: & eam quam non fecit misericordiam nõ in-ueniat: sed potius dimittẽdo atq; dando mereatur sibi dimitti peccata: reddiq; promis-sa. Multa dixi quibus tibi tædium fortassis inferrem: qui hæc quæ tamen approbas: nõ expectas discere: q; ea docere consueuisti. Si quid aũt est in eis: quantum ad rem ipsam pertinet: nam quali eloquio explicata sint: nõ nimis curo. Si quid ergo in eis est quod eruditionem offendat tuam: quæso ut rescribendo admoneas: & me corrigere nõ gra-ueris. Infœlix est enim qui nõ tantos etiam sanctos tuorum studiorũ labores: & digne bonorat: & de bis domino deo nostro: cuius munere talis es: gratias agit. Vnde cum libentius debeam a quolibet discere: quod inutiliter ignoro: q̃ promptius quoslibet do cere quod scio: quanto iustius abs te hoc charitatis debitum flagito: cuius doctrina in nomine & adiutorio domini tantum in latina lingua ecclesiasticæ litteræ adiutæ sunt:
Iacobi.2. quantum unq̃ antea potuerunt. Maxime tamen istam sententiam: Quicunq; totam le gem seruauerit: offendat autem in uno: factus est omniũ reus: si quo alio modo exponi melius posse nouit tua dilectio: per dominum obsecro: ut id nobiscum communicare digneris.

¶ Beati Hieronymi ad sanctum Augustinum: cur sibi ad quæsita non mox respondeat: se excusantis: Simul & sui amicitiam & charitatem eidem pollicentis: Et ad obuiandum hæreticorum calumniæ alterutrũ: adhortantis. Epl'a. XXX.

Domino uere sancto: & oñi mihi affectione uenerabili papæ Augustino: Hiero- V
dnymus in christo salutem. Virum honorabilem fratrem meũ: filium dignatio-nis tuæ Orosium presbyterũ: & sui merito & te iubẽte suscepi: Sed incidit tem-pus difficilimum: quando mihi tacere melius sit q̃ loqui: ita ut nostra studia cessarent: & iuxta Appium canina exerceretur facundia. Itaq; duobus libellis tuis quos meo nomi-ni dedicasti: eruditissimis & oñi eloquentiæ splendore fulgentibus: ad tempus respon dere non potui. Non quo quicq̃ in illis reprehendẽdũ putem: sed quia iuxta apostolũ:
Ro.14. Vnusquisq; in suo sensu abundet: alius quidem sic: alius autem sic. Certe quicquid dici potuit & sublimi ingenio de scripturarũ sanctarũ hauriri fontib⁹: a te positũ atq; disertũ est. Sed quæso reuerẽtiam tuam: parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Cæterũ æmuli & maxime hæretici si diuer sas inter nos sententias uiderint: de animi calumniabuntur rancore descendere: Mihi autẽ decretũ est te amare: te suscipere: colere: mirari: tuaq; dicta quasi mea defendere. Certe & in dialogo quẽ nuper edidi: tuæ beatitudinis ut dignũ fuerat recordatus sum: magisq; demus operam ut pernicioſissima hæresis de ecclesijs auferatur quæ semper si mulat pœnitentiã: ut docẽdi in ecclesijs habeat facultatẽ. Ne si aperta se luce pdiderit: foras expulsa moriat᷑. Sanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ Eustochiũ & Paula: & genere suo & exhortatiõe tua digne gradiunt᷑: spealiterq; salutãt btitudinẽ tuã: Ois quoq; frnitas quæ nobiscũ dño saluatori fuire conat᷑. Sctm̃ pbyterq; Firmũ: ãno præterito ob rẽ caq;

Rauennã: & inde Africam Siciliamq; direximus: quem putamus iam in africæ partí/
bus cõmorari. Sanctos tuo adhærentes lateri: ut meo obsequio salutes: precor. Litte/
ras quoq; meas ad sanctum presbyterũ Firmũ direxi: quæ si ad te uenerint ei dirige/
re non graueris. Incolumẽ te & mei memorem: christus dominus custodiat: domine
uere sancte & beatissime papa. Grandẽ latini sermonis in ista prouincia notariorꝝ pati
mur penuriam: & idcirco præceptis tuis parere non possumus: maxime in editiõe se/
ptuaginta quæ asteriscis uersibusq; distincta ẽ. Plæraq; em̃ prioris laboris ob fraudem
cuiusdam amisimus.

¶ Paulini ad btm̃ Augustinũ: ꝑ pentateucho ab illo cõtra Manichæos cõposito: & sibi
transmisso: gr̃as habẽtis: Eundeq; ꝑ salutari litterarũ doctrina & eruditione uitæ æter
næ deprecantis. Epistola. XXXI.

X Domino fratri unanimo & uenerabili Augustino: Paulinus & Therasia pecca/
dtores. Charitas christi quæ urget nos etiã absentes: licet per unitatẽ fidei alli/
gat: ipsa fiduciã ad te scribendi: pudore depulso: præstitit: teq; per litteras tu/
as uisceribus meis intimauit: quas & de scholasticis facultatibus affluentes: & de cæle
stibus fauis dulces: ut animæ meæ medicas & altrices: in quinq; libris interim teneo:
quos munere benedicti & uenerabilis nobis epi nostri Alipij: non ꝑ nostra instructio/
ne tantum: sed etiam pro ecclesiæ multarum urbiũ utilitate suscepimus. Hos igit̃ nũc
libros lectioni habeo: in his me oblecto: de his cibum capio: nõ illum qui perit sed qui
operat̃ uitæ æternæ substantiam per fidem nostram qua adcorporamur in christo le
su domino nostro. Cum fides nostra quæ uisibilium negligens: inuisibilibus inhiat: ꝑ
charitatẽ omia ſm ueritatẽ oipotentis dei credentẽ: litteris & exẽplis fideliũ robore/
mur. O uere sal terræ: quo præcordia nr̃a ne possint sæculi uanescere errore condiun/
tur. O lucerna digne supra candelabrum ecclesiæ posita: quæ late catholicis urbibus
de septiformi ligno pastum oleo lætitiæ lumen effundens: dẽsas licet hæreticorꝝ cali/
gines discutis: & lucem ueritatis a confusione tenebrarꝝ splendore clarifici sermonis
enubilas. Vides frater unanime: admirabilis in christo dño & suscipiẽde: q̃ familiari/
ter agnouerim te: quãto admiror stupore: q̃ magno amore cõplectar: qui quotidie col
loquio litterarꝝ tuarum fruor: & oris tui spiritu uescor. Os em̃ tuum fistulã aquæ uiuæ
& uenã fontis æterni merito dixerim: quia fons uitæ aquæ salientis in uiam æternam Ioh. 4.
christus effectus est: Cuius desiderio sitiuit in te aia mea: & ubertate tui fluminis ine/
Y briari terra mea concupiuit. Ideoq; cũ hoc pentateucho tuo cõtra manichæos me sa/
tis armaueris: si qua in alios quoq; hostes catholicæ fidei munimina cõparasti: qa ho/
stis noster: cui mille nocendi artes: tam uarijs expugnandus est telis q̃ oppugnat in/
sidijs. Quæso ꝑmere mihi de armamẽtario tuo: & cõferre nõ abnuas arma iusticiæ:
Sum em̃ laborios⁹: & iã nunc sub magno honore peccator: ueteran⁹ in numero pec/
catorꝝ: sed æterno regi nouus in corpore tyro militiæ. Sapientiã mũdi miser bucusq;
miratus sum: & per inutiles litteras reprobatãq; prudentiam deo stultus & mutus fui.
Postq̃ inueterauí inter inimicos meos: & euanui in cogitatiõibus meis: leuaui oculos
meos in montes ad præcepta legis: & gratiæ dona suscipiẽs: unde mihi auxiliũ uenit
a dño: qui nõ ſm iniquitates retribuẽs: illuminauit cæcũ: soluit compeditũ: humiliauit
erectũ male: ut erigeret humiliatũ pie. Sequor igit̃ nõ æquis adhuc passib⁹ magna iu/
storꝝ uestigia: si possim oronibus uestris apprehendere: in quo dei miseratiõibus ap/
prehensus sum. Rege ergo paruulũ in terra reptantẽ: & tuis gressibus ingredi doce.
Nolo em̃ in me corporalis ortus magis q̃ spiritalis exortus ætatẽ consideres. Quippe
ætas mihi ſm carnẽ ea est: q̃ fuit ille ab aplis in porta speciosa uerbi potestate sanatus.
In natalibus aũt aiæ illius adhuc mihi tempus infantiæ est: quæ intentatis xp̃o uulneri
bus imolata digno sanguine agni uictimã præcucurrit: & dominicã auspicata ẽ passio/
nem: Atq; ideo ut infantẽ adhuc uerbo dei & spiritali ætate lactentem: educa uerbis
tuis: uberibus fidei sapientiæ charitatis inbiantem. Si officium cõmune cõsideras fra/
ter es: si maturitatem ingenij tui & sensuũ: pater mihi es. Etsi forte sis æuo iunior: quia
te ad maturitatem meriti honor seniorem prouexit: & iuuenem cana prudentia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Foue igit & corrobora me in sacris litteris & spiritalibus studijs: tempore (ut dixi) recentem: & ob hoc post longa discrimina: post multa naufragia: usu rudem: uix dum a fluctib⁹ sæculi emergentem: tu qui iam solido litore cōstitut⁹: tuto excipe sinu: ut in portu salutis: si dignū putas: pariter nauigemus. Interea me de periculis uitæ istius & profundo peccatoꝝ euadere nitentem: oratiōibus tuis tanq̄ tabula sustine: ut de hoc mundo quasi de naufragio nudus euadam. Idcirco em̄ me leuare sarcinis: & uestimētis onerantibus exuere curaui: ut undosum hoc qd' inter nos & deū: peccatis interlatrantibus separat: præsentis uitæ salum: omi amictu carnis: & cura diei sequētis: iubente & adiuuāte christo expedit⁹ enatē: neq; id me pfecisse glorior: qd' & si gloriari possem: in domino gloriarer: cuius est perficere quod nobis adiacet uelle: Sed cōcupiscit adhuc anima mea desiderare iudicia domini. Vide quando assequat' effectū dei uoluntatum: qui adhuc ipsum desiderare desiderat: Qd' in me tamen est: dilexi decorē domus sanctæ: & quantū in me fuit: elegerā abiect⁹ esse in domo domini. Sed cui placuit segregare me ab utero matris meæ: & ab amicitia carnis & sanguinis ad gratiā suam trahere: eidem placuit inopem me omis boni meriti: suscitare de terra & de lacu miseriarū: ac de luto fecis educere: ut collocaret me cum principibus populi sui: & partem meā in tua sorte poneret: ut te præstāte meritis officio sociat⁹ æquarer. Præsumptiōe igit' nō mea sed placito & ordinatione domini: fraternitatis tuæ mihi fœdus usurpās: tanto indignus honore me dignor: quia te pro tua sanctitate certo scio. Nam ueritatem sapis: non alta sapere: sed humilibus congruere: Ideoq; prompte & intime recepturum spero charitatē humilitatis nostræ. Quam quidem iam recepisse te per beatissimū sacerdotem Alipiū: quia dignat' patrem nostrū cōfido. Is em̄ sine dubio de se tibi exemplū præbuit nos ante noticiam & supra meritū diligendi: qui incognitos sibi nos & longinqua sali intercapedine disparatos: spiritu ueræ dilectionis: qui ubiq; & penetrat & effunditur: & uidere diligendo potuit: & alloquendo pertingere. Hic nobis prima affectus sui documenta: & charitatis tuæ pignora in supradicto munere librorū dedit. Et quanto studuit impendio ut sanctitatem tuam: non ipsius tantū uerbis: sed plenius eloquentia & fide tua cognita: non possemus amare mediocriter: tantopere curasse eundem credimus: ut nos uicissim ipsius imitatione plurimū diligas. Gratia dei tecum: ut & est in æternū maneat: Optamus frater in christo domino unanime: uenerabilis: desiderantissime: Totā domū & omnē comitē & æmulatorē in dño sanctitatis tuæ plurimo fraternitatis unanime salutamus affectu. Panē unū quē unanimitatis indicio misimus charitati tuæ: rogamus accipiendo benedicas.

¶ Beati Augustini ad Paulinū: Egre & dolēter ferētis illi⁹ absentiā: Simul & eius sanctū propositū & uehemētissimā charitatē cōmendātis: Atq; ad sincere & recte scripta sua relegenda exorantis. Epla. XXXII.

DOmino uere sancto & uenerabili: & exímia in christo laude prædicando: fratri & Paulino: Augustinus in domino salutē. O bone uir & bone frater: latebas animam meam: & ei dico ut toleret: quid adhuc lates oculos meos: & uix mihi obtemperat: imo nō obtemperat. An uero tolerat? Cur ergo me extruciat desiderium tui apud ipsam intus animā? Nam si molestias corporis paterer: & si non perturbarēt æquitatem animi mei recte illas tolerare dicerer. Cum autem non æquo animo fero: q; te non uideo: intolerabile est istam appellare tolerantiam. Sed quando tu talis es: esse sine te fortasse intolerabilius toleraretur. Bene est ergo quia æquo animo ferre non possum. Quod si æquo animo ferrem: æquo animo ferendus non essem. Mirum est: sed tamen uerum quod mihi accidit: doleo q; te non uideo: & meipsum consolatur dolor: Ita mihi displicet fortitudo: qua patienter fertur absentia bonorum sicuti es. Nā & hierusalē futurā desideramus utiq; & q̄nto patiēti⁹ desideram⁹ ipsam: tanto patientius sustinemus omnia propter ipsam. Quis igitur potest non gaudere te uiso: ut possit quādiu te non uidet non dolere? Ergo neutrū possum: & quoniam si possem: immaniter possem: nō posse delector: atq; in eo q; delector nōnullum solatiū est. Dolentem itaq; me: non sedatus: sed consideratus consolat' dolor. Ne reprehendas

quæso sanctiore grauitate qua præuales: & dicas: non recte me dolere: q̃ adhuc te nō̄ nouerim: cum animū mihi tuum: hoc est teipsum interiorem aspiciendū patefeceris. Quid enim si uspiā uel in terrena tua ciuitate: didicissem fratrem & dilectorem meū: & tantū in dño ac talē uirū: nullū ne me dolorem sensurū fuisse arbitrareris: si nō sinerer nosse domū tuam? Quomodo ergo non doleam: quod nondū faciem tuam noui: hoc est domū animæ tuæ: quam sicut meam noui? Legi enim litteras tuas fluentes lac & mel: præferentes simplicitatem cordis tui: in qua quæris dominū: sentiens de illo in bonitate: & afferens ei claritatem & honorem. Legerūt fratres & gaudent infatigabiliter & ineffabiliter: tam uberibus & tam excellentib⁹ donis dei: bonis tuis. Quotquot eas legerūt rapiūt: qui rapiunt cum legūt. Q̃ suauis odor christi: & q̃ fragrat ex eis: dici non potest: illæ litteræ cum te offerūt ut uidearis: quantum nos excitent ut quæraris: Nam & perspicabilē faciūt & desiderabilem. Quanto enim præsentiam tuam nobis quodāmodo exhibent: tanto absentiam nos ferre non sinūt. Amāt te oēs in eis: & amari abs te cupiūt. Laudat & benedicit de⁹: cui⁹ gratia tu talis es. Ibi excitat christus: ut uentos & maria tibi placare tendenti ad stabilitatem suam digneť a legentib⁹. Ibi coniunx excitatur: nō dux ad molliciem uiro suo: sed ad fortitudinem reduxin os sa uiri sui: quam in tuam unitatem redactam & redditam: & spiritalib⁹ tibi tanto firmioribus: quanto castioribus nexibus copulatam: officijs uestræ sanctitati debitis in te uno ore salutamus. Ibi cedri libani ad terram depositæ: & in arcæ fabricam compagine charitatis erectæ: mūdi hui⁹ fluctus imputribiliter secant. Ibi gloria ut acquirat contemnit: & mūdus ut obtineat relinquit. Ibi paruuli siue etiam grādiusculi filij babylonis eliduntˇ ad petrā: uitia scilicet cōfusiōis superbiæq; sæcularis. Hæc atq; huiusmodi suauissima & sacratissima spectacula: līæ tuæ præbēt legētibus: litteræ illæ līæ fidei nō fictæ: litteræ spei bonæ: litteræ puræ charitatis. Quomodo nobis anhelant sitim tuam & desideriū defectūq; animæ tuæ in atria domini? Quid amoris sanctissimi spirant? Quantā opulentiā sinceri cordis exæstuant? Quas agūt gratias deo? Quas impetrāt a deo: Blandiores sūt: an ardentiores: luminosiores: an fœcūdiores? Quid em̄ est q̃ ita nos mulcent: ita accendūt: ita compluūt & ita serenæ sunt? Quid est quæso te: aut qd tibi pro eis rependam: nisi qa tot⁹ sum tuus: in eo cui⁹ totus es tu? Si parū est: plus cer-
A te nō habeo. Tu aūt fecisti ut nō mihi parū uideaťˇ: q̃ me in illa epla tātis laudib⁹ bonorare dignat⁹ es: ut cū tibi me refūdo: si parū hoc tibi putē: nō credidisse conuincar. Pudet me qdē tm̄ boni de me credere: sed plus piget tibi nō credere. Est qd faciā: Nō me credā talē: qualē putas: q̃m non agnosco: & credā me abs te diligi: q̃m sentio & plane percipio: Ita nec in me temerarius: nec in te ingratus extitero. Et cū me tibi totū offero parū non est. Offero em̄ quem uehementissime diligis: & offero si non qualem me esse arbitraris: eum tamen pro quo ut talis esse merear deprecaris. Hoc em̄ magis iam peto facias: ne minus optes mihi adijci ad id quod sum: dum me existimas iam esse quod non sum. Ecce charissimus meus est: & ab ineunte adolescentia mihi familiariter amicissimus: q bāc eximietati tuæ ac præstantissimæ charitati epistolā apportat. Huius nomen est in libro de uera religione: quem tua sanctitas (quantū litteris indicas) libentissime legit. Factus em̄ tibi etiā tanti uiri q̃ tibi eū misit cōmendatione iocundior. Neq; em̄ huic tam familiari amico meo uelim credas: quæ de me forte laudans dixerit. Sensi em̄ etiam ipsum sæpe non mentiendi studio: sed amandi propensione falli iudicantem: & arbitrari iam me accepisse quædam: quibus accipiendis: a domino patente ore cordis inbiarē. Et si hoc in os meum: quis non conijciat: quanta de me absente meliora: q̃ ueriora læt⁹ effundat? Librorū autem nostrorū copiam faciet uenerabili studio tuo: Nam
B nescio me aliquid siue ad eorum qui extra ecclesiam dei sunt: siue ad aures fratrum scripsisse quod ipse non habeat. Sed tu cum legis mi sancte Pauline: non te ita rapiant quæ per nostram infirmitatem ueritas loquitur: ut ea quæ ipse loquor: minus diligenter aduertas: ne dum auidus hauris bona & recta quæ data ministro: non ores pro peccatis & erratis quæ ipse committo. In his enim si aduerteris quæ tibi recte displicebūt: ego ipse conspicior: In his autem quæ per donum spiritus quod accepisti: recte tibi

Psa.35. placent in libris meis: ille amandus: ille prædicandus est: apud quem est fons uitæ: &
1.Cor.13. in cuius lumine uidebimus lumen: & sine ænigmate & facie ad faciem: nunc autem in
ænigmate uidemus. In his ergo quæ ipse de ueteri fermento eructaui: cum ea legens
agnosco: me iudico cum dolore. In his uero quæ de açymis sinceritatis & ueritatis (do
1.Cor.4. no dei) dixi: exulto cum tremore. Quid enim habemus quod non accepimus? Apud
deum enim melior est: qui maioribus & pluribus: q̄ qui minoribus & paucioribus do-
nis dei diues est: quis negat? Sed rursus melius est uel de paruo dei dono gratias ipsi
agere: q̄ sibi agi uelle de magno. Hæc ut ex animo semper confitear: meūq̄ cor a lin-
Psa.17. gua mea nō dissonet: ora pro me frater: Ora obsecro ut nō laudari uolens: sed laudās
inuocē dn̄m: & ab inimicis meis saluus fiam. Est etiam aliud quo istū fratrem amplius C
diligas: Nam est cognat⁹ uenerabilis & uere beati episcopi Alipij: quem toto pectore
amplecteris & merito. Nam quisquis de illo uiro benigne cogitat: de magna dei mise
ricordia & de mirabilibus dei muneribus cogitat. Itaq̄ cum legisset petitionem tuam:
q̄ desiderare te indicasti: ut historiā suā tibi scriberet: & uolebat facere ꝓpter beniuo-
letiam tuam: & nolebat propter uerecundiam suam. Quem cū uiderem inter amorē
pudorēq̄ fluctuantem: onus ab illo in humeros meos transtuli: Nam hoc mihi etiā p
epistolam iussit. Cito ergo si dominus adiuuerit: totum Alipium inseram præcordijs
tuis. Nam hoc sum ego maxime ueritus: ne ille uereretur aperire omnia: quæ in eum
dominus contulit: ne alicubi min⁹ intelligenti: Non enim abs te solo illa legerent: nō
diuina munera concessa hominibus: sed seipsum prædicare uideretur. Et tu qui nosti
quomodo hæc legas: propter aliorum cauendam infirmitatem: fraternæ noticiæ de-
bito fraudareris. Qđ iam fecissem: iamq̄ illū legeres: nisi ꝓfectio fratris improuisa re-
pente placuisset. Quem sic commendo cordi & linguæ tuæ: ut ita comitem te ei præ-
beas: quasi non nunc illum: sed mecū ante didiceris. Si enim cordi tuo non dubitaue-
rit aperire seipsum: aut ex omni aut ex magna parte sanabitur per linguam tuā. Volo
enim eum numerosius contūdi eorum uocibus: qui amicum non sæculariter diligūt.
Filium autem eius: filium nostrum: cuius etiam nomen in aliquibus nostris libris inue
nies: & si ad tuæ charitatis præsentiā ipse nō pergeret: statuerat litteris in manu tua tra
dere: cōsolandū: exhortandū: instruendum: nō tam oris sono q̄ exemplo roboris tui.
Ardeo quippe ut dum adhuc ætas eius in uiridi fœno est: çiçania conuertat in frugē:
& credat expertis: quod experiri periculose desiderat. Nunc ergo ex eius carmine &
ex epistola quam ad eum misi: intelligit beniuolentissima & mansuetissima prudentia
tua: quid de illo doleam: quid timeam: quid cupiam. Nec despero affuturum dominū:
ut per te ministrum eius tantis curarum æstibus liberer. Sane quia multa scripta no-
stra lectur⁹ es: multo erit mihi gratior dilectio tua: si ex his quæ tibi displicuerint emē-
daueris me iustus in misericordia: & argueris me. Non enim talis es: cuius oleo time-
am impinguari caput meum. Fratres non solum qui nobiscum habitant: & qui ubi-
libet habitantes deo pariter seruiunt: sed prope omnes qui nos in christo libenter no-
uerūt: salutant: uenerant̄: desiderāt germanitatē: beatitudinem: humanitatem tuam.
Non audeo petere: sed si tibi ab ecclesiasticis muneribus uacat: uenias & uideas quid
mecum sentiat Africa.

¶ Paulini ad sanctum Augustinū Iterato iuxta prioris epistolæ mentē scribentis: Ac il
lius præsentiā exoptantis. Epla. XXXIII.

DOmino fratri sancto & unanimo Augustino: Paulin⁹ & Therasia peccatores. D
diam dudum frater in christo domino mi unanime: ut te in sanctis & pijs labori-
bus tuis nescientem agnoui: absentēq̄ uidi: tota mente cōplexus: alloquio quo
q̄ familiari atq̄ fraterno per litteras audire properaui. Et credo in manu & in gratia
domini: sermonem meum ad te fuisse perlatum: Sed morāte adhuc puero: quem ad
te aliosq̄ dilectos æque deo salutandos: ante hyemem miseram⁹: non potuimus ultra
& officiū nostrū suspendere: & desiderium sermonis tui cupidissimū temperare. Scri-
psimus itaq̄ iterato nunc: si priores ad te litteræ nostræ peruenire meruerunt: aut pri-
mo: si illis in manus tuas perueniendi fœlicitas non fuit. Sed tu frater spiritaliter oīa

iudicans: amorem in te nostrum ne pendas officio solo: aut tempore litterarum. Dominus enim testis est: qui unus atq; idem operatur in suis ubiq; charitatem suam: iam abinde nobis exquo te beneficio uenerabilium episcoporum Aurelij & Alipij: per tua in manichæos opera cognouim⁹: ita inditam dilectionem tuam: ut nobis non nouam aliquam amicitiam sumere: sed quasi ueterem charitatem resumere uideremur. Denicq; nunc & si sermone: non tñ tanq̃ & affectu rudes scribimus: teq; uicissim in spũ per interiorem hominem quasi recognoscimus. Nec mirum si & absentes assumus uobis: & ignoti nosmet nouimus: cum unius corporis membra simus: unum habeam⁹ caput: una perfundamur gratia: uno pane uiuamus: una incedamus uia: eadem habitem⁹ domo. Denicq; in omne quod sumus: tota spe ac fide qua stam⁹ in præsenti: nitimur in futurum: tam in spiritu q̃ in corpore domini unum sumus: ne simus nihil si ab uno excidamus. Quantulum ergo est: q; absentia corporalis nobis inuidet nostri: nisi sane fructũ istum: quo pascũtur oculi temporalium expectatores: quãuis nec corporalis quidem gratia: temporalis in spiritalibus dici debeat: quibus etiam corporum æternitatem resurrectio largiet̃: ut audemus in uirtute christi: & bonitate dei patris uel indigni præsumere. Quare utinam hoc quoq; nobis munus annueret gratia dei: per dominum nostrum Iesum christum: ut etiam in carne faciem tuam uideremus: non solum desiderijs nostris magnum conferret̃ gaudium: sed etiam mentibus lumen accresceret: & ex tua copia locupletaretur inopia nostra. Quod quidem & absentib⁹ largiri potes: hac præsertim occasione: qua filij nostri unanimes & charissimi nobis in domino: Roman⁹ & Agilis: quos ut nos alios tibi commendam⁹: in nomine domini reuertentur: opere charitatis impleto: in quo tuæ charitatis affectu specialiter utant̃ rogamus. Nosti enim q̃ celsa promittat altissimus fratri: fratrem adiuuanti. Per hos: si quo me gratiæ: quæ tibi data est: dono remunerari uoles: tuto facies. Sunt enim uelim credas unum cor: & una nobiscũ in domino anima. Gratia dei tecum (ut est) in æternũ maneat frater in christo domine unanime: uenerabilis: dilectissime: & desiderabilis. Omnes in christo sanctos: quales tibi cohærere nõ dubiũ est: a nobis saluta. Cõmẽda nos oĩbus sanctis: ut tecũ pro nobis orare dignent̃.

¶ Beati Augustini ad Paulinum & Therasiam: De præsentia & iucũdo aduentu fratrum Romani & Agilis gratulantis: & præsentiam illoꝝ affectantis: illorũq; uitæ & status integritatem cõmendantis: Atq; libros de libero arbitrio se ad illos trãsmisisse asserentis. Epistola. XXXIIII.

DOminis dilectissimis & sinceríssimis: uere beatissimis: atq; abundantissima dei gratia præstantissimis fratribus Paulino & therasiæ: Augustinus in domino salutem. Cum litteras meas quibus respondi prioríb⁹ uestris: si tamen uestris litteris ullo modo a me responderi potest: celerrime optauerim uenire in uestræ charitatis manus: ut quo pacto absens cito possem esse uobiscũ: lucrũ mihi uestræ epistolæ contulit tarditas mea. Bonus dominus qui non tribuit sæpe quod uolumus: ut quod malimus attribuat. Aliud est enim qđ accepta epistola mea scripturi estis: aliud qđ nõ accipiẽdio scripsistis. Quod cũ lætissime legerem⁹: defuisset nobis certe ista lætitia: si ut optauim⁹ maximeq; uolum⁹: cito ad uestram sanctitatẽ nr̃æ litteræ pmeassẽt. Nũc uero & hæc habere scripta: & illa sperare rescripta: gaudio cumulatiore delectat. Ita nec nostra culpa accusari potest: & domini largior benignitas fecit: quod nostro desiderio conducibili⁹ esse iudicauit. Sanctos fratres Romanum & Agilem aliam epistolam uestrã audientẽ uoces atq; reddentem: & suauissimã partẽ urãe præsentiæ: qa uobis uisendis inhiaramus auidius: cũ magna in domino iucunditate suscepim⁹. Vnde aut quando: aut quomodo: uel uos præstare: uel nos possemus exigere: ut nos de uobis tanta scribendo doceretis: quanta eorum ore didicimus? Aderat etiam quod nulli chartæ adesse potest: tantum in narrantibus gaudium: ut per ipsum etiam uultum oculosq; loquẽtium: uos in cordibus eorum scriptos cum ineffabili lætitia legerem⁹. Hoc quoq; amplius erat: q; pagina qualibet: quantacunq; bona scripta contineat: nihil ipsa proficit: quãuis ad profectum explicetur aliorum. Hanc autem epistolã uestram

fraternam ſcilicet animam: ſic in eorum colloquio legebamns: ut tanto beatior appareret nobis: q̄nto uberius conſcripta eſſet ex uobis. Itaq; illam ad eiuſdem beatis imitationem: ſtudioſiſſime de uobis oīa percunctando in noſtra corda tranſcripſimus. Nec ideo tamen eos tam cito a nobis: licet ad uos remeantes: ſine moleſtia paſſi ſum⁹. Videte eī quæſo uos q̄bus quatiebamur affectib⁹. Tanto utiq; dimittēdi erant F uelocius: quanto uobis impenſius obedire cupiebant. Sed quanto id cupiebant magis: tanto uos nobis præſentius exhibebant: Eo quippe indicabant: q̄ chara ueſtra uiſcera eſſent. Tanto igitur eos minus dimittere uolebamus: quanto iuſtius ut dimitterentur: inſtabant: O rem non ferendā: niſi a nobis iſta diſceſſione non diſcederemus: niſi unius eſſemus corporis mēbra: unum haberemus caput: una perfūderemur gratia: uno pane uiueremus: una incederemus uia: eadem inhabitaremus domo. Cur eī nō eiſdem etiā uerbis uteremur? Agnoſcis eī credo hæc eſſe exe pl'a ueſtra. Sed cur potius hæc ueſtra ſint uerba q̄ mea: quæ utiq; q̄ uera ſunt: tam a nobis ab eiuſdem capitis communione prouenīūt? Et ſi aliquid proprium uobis donatum habent: tantomagis ea ſic dilexi: ut obſiderent uiam pectoris mei: neq; a corde ad linguam meam uerba tranſire ſinerēt: donec tanto priora q̄nto ſunt uīa procederent. Sancti fratres & dilecti deo: noſtraq; inuicem membra: quis dubitet nos uno ſpiritu uegetari: niſi qui non ſentit qua nobis dilectione uinciamur? Vellem tamen ſcire: utrum banc abſentiam corporalem: uos patientius q̄ nos facilius toleretis? Si ita eſt: fateor non amo iſtam fortitudinem ueſtram: niſi forte qa nos tales ſumus: ut min⁹ a uobis deſiderari: q̄ uos deſidera re debeamus. In me certe ſi eſſet patientia ueſtræ abſentiæ perferendæ: diſpliceret mihi: Segniter eī agerē ut uos uiderem. Quid aūt abſurdius q̄ fortitudine fieri ſegniorem? Sed qua eccleſiæ cura tenear: ex hoc ueſtra charitas oportet: attendat: q̄ beatiſſimus pater Valerius qui uos nobiſcum quantum ſalutet: quantum ſitiat: audietis ex fratribus: nec preſbyterum me eſſe ſuum paſſus eſt: niſi maiorem mihi coepiſcopatus ſarcinam imponeret. Quod quidem quia tanta eius charitate: tantoq; populi ſtudio dominū id uelle credidi: nonnullis iam exemplis præcedentibus: q̄bus mihi omnis excuſatio claudebatur: uehementer timui excuſare. Sed quanq̄ iugum chriſti per ſeipſū leue ſit: & ſarcina leuis: tñ ꝓpter noſtrā aſperitatem atq; infirmitatē: ſi qd me mordet hoc uinculum: atq; urget hoc onus: ineffabiliter mihi aliquanto ueſtræ præſentiæ ſolatio tolerabilius & portabilius redderetur. Vos audio curis eiuſmodi expeditores li- G beriores q; uiuere: quare non impudenter ego rogo uos. & poſtulo & flagito: ut in Africam: maiore talium hominum ſiti: q̄ ſiccitatis nobilitate laborantem: uenire digne- mini. Scit deus quia non ſolum propter deſiderium meum: neq; ſolū propter eos qui uel per nos ueſtrum propoſitum: uel undecunq; fama prædicante didicerūt: ſed etiā propter cæteros qui partim non audiunt: partim audita non credunt: tamen poſſūt cōperta diligere: uos iſtis terris etiam corporaliter adeſſe cupim⁹. Quāuis enim ſedulo atq; miſericorditer id agitis: tamen etiam coram hominibus regionum noſtrarum luMatth.5. ceant opera ueſtra: ut uideant bona facta ueſtra: & glorificēt patrem ueſtrū qui in cæMatth.4. lis eſt. Piſcatores uocante domino: q; nauiculas & retia dimiſerunt: omnia ſe dimiſiſſe: & dominum ſecutos eſſe etiam commemorando: lætati ſunt. Et reuera omnia cōtemnit: qui non ſolum quantum potuit: ſed etiam quantum uoluit habere cōtemnit. Sed in eo quod cupiebatur: oculi dei teſtes ſūt: in eo quod habebatur & hominum. Neſcio quo autem modo cum ſuperflua & terrena diliguntur: artius adepta q̄ concupita cōLuc.18. ſtringūt. Nam unde triſtis ille diſceſſit: qui conſilium uitæ æternæ cōſequendæ: quærebat a domino: Cum audiſſet uendenda eſſe omnia ſua: & diſtribuenda eſſe pauperibus: & habendum theſaurum in cælo: ſi uellet eſſe perfectus: niſi quia magnas: ut euangelium loquitur: habebat diuitias? Aliud eſt enim iam nolle incorporare quæ deſunt: aliud iam incorporata diuellere. Illa uelut cibi repudiant⁹: illa uelut membra præcidūtur. Quanto igitur & quantum mirabili gaudio: noſtris temporib⁹ chriſtiana charitas conſpicit: per domini euangelium cum lætitia fieri: quod ex ore domini cum triſtitia diues audiuit? Quanq̄ nullis uerbis explicem conceptionem ac parturitionem cordis

mei:tamen quia prudenter & pie intelligitis non esse istam uestram:hoc est humanã: sed in uobis domini gloriam. Nam & inimicũ cautissime intuemini: deuotissimeq; agitis:ut tanquã discipuli christi: humiles corde & mites sitis. Vtilꝰ enim terrena opulentia tenetur humiliter:q̃ superbe relinquitur. Quia ergo recte intelligitis non hanc esse uestram sed domini gloriam:uidetis q̃ parua & exigua dixerim. Dixi enim de laudibꝰ christi:quibus sunt linguæ impares angelorum. Hanc ergo christi gloriam: etiam oculis nostrorum hominum cupimus admoueri in uno coniugio: proposita utriq; sexui calcandæ superbiæ:nõ desperandæ perfectionis exemplo. Nescio si quicquã misericordius agitis: q̃ si tantum uelitis latere:q̃ tales estis: quantũ tales esse uoluistis. Vetustinum impijs quoq; miserabilem puerum uestræ benignitati charitatiq; commendo: causas calamitatis & peregrinationis eius audietis ex ipso. Nam & propositum eius quo seruiturũ se esse pollicetur deo:tempus prolixius: & ætas robustior: & transactus timor certius indicabunt. Tres libros (atq; utinam tam grandis quæstionis ita explicatores ut grandes:tanto minus metuens in te laborem legendi: quanto ardorem perspicio diligendi) misi sanctitati & charitati tuæ: Nam quæstio eorũ de libero arbitrio est. Hos aũt non habere:aut omnes nõ habere fratrem Romanianũ scio:per quẽ prope omnia:quæ qbuslibet auribus accõmodata scribere potui:studio in nos tuo nõ apportãda dedi:sed ad legẽda iudicaui. Habebat enim iã ille oĩa secũq; gestabat: Per eum autem prima rescripta transmisi. Credo iam expertam sanctitatem tuam sagacitate spiritali: quam tibi dominus tribuit:quid ille uir boni animo gerat: & quæ in illo infirmitate pars claudicet. Vnde humanitati & charitati tuæ:tam ipsum q̃ filium eius: legisti ut spero q̃ sollicitudine commendauerim:& quanta mihi necessitudine copulati sint. Aedificet eos per te domin⁹: quod ab illo magis petendũ est: Nam id tu q̃ uelis noui. Aduersus paganos te scribere didici ex fratribus. Si quid de tuo pectore meremur:indifferenter mitte ut legam⁹: Nam pectus tuum tale domini oraculum est:ut exeo nobis placita contra implicita:& aduersus loquacissimas quæstiones:explicatissima dari responsa præsumam⁹. Libros beatissimi papæ Ambrosij credo habere sanctitatem tuam. Eos autem multũ desidero: quos aduersus nonnullos imperitissimos & superbissimos:qui de Platonis libris dõm profecisse contendunt: diligentissime & copiosissime scripsit. Beatissimꝰ frater seuerꝰ de cõdisciplinatu nr̃o milenitanæ antistes ecclesiæ:bene apud eandem ciuitatem fratribus cognitꝰ: debito nobiscum officio sanctitatem uestram salutat. Fratres quoq; omnes nobiscũ domino seruientes: tam id faciunt:q̃ uos desiderant:tam uos desiderant:q̃ uos diligunt:& tam diligunt:q̃ estis boni. Panis quem misimus uberior benedictio fiet:dilectione accipientis uestræ benignitatis. Custodiat uos dñs ab ista generatiõe in æternũ: domini dilectissimi & sinceriss̃imi uere benigni & abũdantissima dñi gratia præstantissimi fratres.

Paulini ad Alipium:pentateuchum beati Augustini se recepisse:Et ad illum Eusebij de temporũ historia librũ transmisisse attestantis: Ac de stirpe & uita illius certior fieri cupientis:uitãq; & originẽ propriã declarantis. Epla. XXXV.

DOmino merito honorabili & beatissimo patri Alipio: Paulinꝰ & Therasia peccatores. Hæc ẽ uera charitas: hæc perfecta dilectio quam tibi circa humilitatẽ nostram inesse docuisti: domine uere sancte & merito beatissime ac desiderabilis. Accepimus enim per hominem nostrum Iulianum de Carthagine reuertentẽ litteras: tantam nobis sanctitatis tuæ lucem afferentes:ut nobis charitatem tuam non agnoscere:sed recognoscere uideremur. Quia uidelicet ex illo qui nos ab origine mũdi prædestinauit sibi:charitas ista manauit:in quo facti sumꝰ autequã nati:quia ipse fecit nos: & non ipsi nos: qui fecit quæ uentura sunt. Huius igitur præscientia & opere formati in similitudinem uoluntatũ:& unitatem fidei: uel unitatis fidem præuenientes noticia charitate connexi simus: ut nos inuicem ante corporales conspectus reuelante spiritu nosceremus. Gratulamur itaq; & gloriamur in domino: q unus atq; idem ubiq; terrarum operatur in suis dilectionem suam spiritusancto: quem super omnem Ioã.99.

carnem effudit: fluminis impetu lætificans ciuitatem suam. In cuius te ciuibus prin/
cipalem cū principibus populi sui: sede apostolica merito collocauit: nosq; etiam quos
erexit elisos: & de terra inopes suscitauit: in uestra uoluit sorte numerari. Sed magis
gratulamur in eo domini munere: quo nos in pectoris tui habitatione cōstituit: quiq;
ita uisceribus tuis insinuare dignatus est: ut peculiarem nobis charitatis tuæ fiduciam
uendicemus. His officijs atq; muneribus prouocati: ut nos diffidenter: aut leuiter te
amare non liceat. Accepim⁹ enim insigne & præcipue dilectionis & sollicitudinis tuæ k
op⁹: sancti & perfecti in domino christo uiri: fratris nostri Augustini libris quinq; con/
Al. sui cipim⁹ fectum: quod ita miramur atq; suspicimus: ut dictata diuinitus uerba credam⁹. Itaq; fi/
ducia suscipiēdæ nobis unanimitatis tuæ: & ad ipsū scribere ausi sum⁹: dū nos illi p te:
& de iperitia excusādos & ad charitatē cōmendādos præsumim⁹: sicut & oibus sctis:
quoꝝ nos & absentiū officijs sospitare dignat⁹ es: pari ꝓculdubio curatur⁹ affectu: ut p
sanctitatem tuam: nostris inuicem salutent obsequijs: & in clero sanctitatis tuæ comi/
tes: & in monasterijs fidei ac uirtutis tuæ æmulatores. Nam & si in populis: ac sup po/
pulum agas oues pascuæ domini: regens sollicitis uigil pastor excubijs: tamen abdica
tione sæculi: & repulsa carnis ac sanguinis: desertum tibijpse feciſti: secretus a multis:
uocatus in paucis. Sane uicario aliquatenus munere: licet per omnia tibi impar: ut ius/
seras prouidi: illam Eusebij uenerabilis epi cōstantinopolitani: de cunctis temporib⁹
historiam. Sed in hoc fuit obtemperandi mora qđ in fructu tuo: qa ipse non haberem
hunc codicem: romæ reperi apud parentem nostrum uere sanctissimū Dommonem
qui proculdubio promptius mihi paruit in hoc beneficio: quod tibi deferendum iudi
caui. Verūtamen quia & loca tua mihi significare dignatus es: ut ipse monuisti: ad ue/
nerabilem socium coronæ tuæ: patrem nostrum Aureliū ita scripsimus: ut si nunc hip/
pona regione degeres: illo tibi litteras nostras: & transcribenda in carthagine mēbra/
na mittere dignaretur. Quod & sanctos uiros quos indices charitatis ipsorum tuo ser/
mone cognouimus: Comitem & Euodium rogauimus: ut hæc scribere ipsi curarent:
ne uel parenti Dommoni diutius codex suus deforet: & tibi transmissus sine necessita
te redbibendi maneret. Specialiter autem hoc a te peto: quoniam me immerentē & L
inopinantem magno tui amore complexi: ut pro hac historia temporū: referas mihi
omnem tuæ sanctitatis historiam: ut qđ genus: unde sis domo: tāto uocat⁹ a domino:
quibus exordijs segregatus ab utero matris tuæ: ad matrem filiorum dei prole lætan
te: abiurata carnis & sanguinis stirpe transieris: & in gen⁹ regale & sacerdotale sis trās
latus: disseras. Quod enim indicasti: iam de humilitatis nostræ nomine: apud medio/
lanū te didicisse: cū illic initiareris: fateor curiosius me uelle condiscere: ut ex omni par
te te nouerim: quo magis gratuler: si a suspiciendo mihi pre nro Ambrosio: uel ad fidē
inuitatus es: uel ad sacerdotium consecratus: ut eundem ambo habere uideamur au/
torē. Nam ego & si a Delphino burdegaliæ baptiçat⁹: a Lampio apud barcilonā in hi
spania: per uim inflammatæ subito plebis sacratus sim: tamen Ambrosij semper & di/
lectione ad fidem nutritus sum: & nūc in sacerdotij ordine confoueor. Deniq; suo me
clero uēdicare uoluit: ut & si diuersis locis degam: ipsi⁹ præsbyter censear. Sed de me
ne quid ignores: scias antiquissimum peccatorem: non ita olim de tenebris & umbra
mortis eductum: spiritum auræ uitalis hausisse: nec ita olim posuisse in aratro manū:
& crucem domini sustulisse: quam ut in finem perferre ualeam⁹: orationibus tuis ad/
iuuemur. Accumulabitur hæc meritis tuis merces: si interuentu tuo onera nostra re/
leuaueris. Sanctus enim laborantem adiuuās: quia fratrem non audemus dicere: exal
tabit sicut ciuitas magna. Et tu quidem super montem ciuitas ædificata es: uel accen/
sa super candelabrum lucerna in septiformi claritate colluces: nos sub modio pecca/
torum delitescimus: uisita litteris tuis: & profer in lucem in qua ipse uersaris: super au/
rea candelabra conspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris erunt: & oleo lucernæ
tuæ impinguabitur caput nostrum. Et accendet fides: cum de spiritu oris tui cibum
mentis & lumen animæ sumpserim⁹. Pax & gratia dei tecū: & corona iusticiæ tibi ma/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

neat in die illo: domine pater merito dilectissime: uenerabilis & exoptatissime. Benedictos sanctitatis tuæ comites & æmulatores in domino fratres: si dignant nostro tam i ecclesijs q̄ in monasterijs carthaginj: thagastæ: hipponæ regio: & totis parrochijs tuis atq; omnibus cognitis tibi per Africam locis: domino catholice seruientes: multo affectu & obsequio salutari rogam⁹. Si ipsā membranā sancti Dommonis acceperis: transscriptā nobis remittere dignaberis. Et hoc rogo scribas mihi quem hymnū meum cognoueris. Panem unū sanctitati tuæ unitatis gratia misim⁹: in quo etiā trinitatis soliditas continet. Hunc panē eulogiā esse: tu facies dignatiōe sumendi.

¶ Paulini & Therasiæ ad Romanianū: de eo q̄ sanctus Augustinus datus esset coadiutor Valerio hipponensi episcopo: illum certiorem reddentium: Simul & pro salute Licentij adolescentis eruditissimi comprecantiū: & ad eūdem carmina quædā Augustinianæ æmulationis prouocatiua: conscribentiū. Epla. XXXVI.

MDomino merito prædicabili & bonorando fratri Romaniano: Paulin⁹ & Therasia. Pridie q̄ bas daremus: reuersis ex Africa fratrib⁹ nostris: quorum expectatione nos pendere uidisti optatissime sanctor⁹ & charissimor⁹ uirorū inde epistolas receperam⁹: id est Aurelij: Alipij: Augustini: Profuturi: Seueri: iā omniū pariter episcoporum. Ergo tot sanctorum talium recentissimis sermonibus gratulantes: properauimus ad te nostram referre lætitiam: ut tibi quoq; expectatū in peregrinatiōe sollicita gaudiū: festiuissimis conferrem⁹ indicijs. Si forte eadem de uenerabilib⁹ & amantissimis uiris: p aliarū aduent⁹ nauiū cōperisti: per nos etiā repetita accipe: & quasi renouata hilaritate rursus exulta. Q̄d si primus hic a nobis tibi nuncius ueniet: gratulare tantam in tua patria charitatem christo donante partam: ut quicquid illic diuina prouidentia gerat: mirabilis semper (ut scriptum est) in sanctis suis: uel primi: uel cum primis sciamus. Non autem tantum hoc scribimus gratulandum q̄ episcopatum Augustinus acceperit: sed q̄ hāc dei curam meruerint Africanæ ecclesiæ: ut uerba cælestia Augustini ore perciperent: qui ad maiorem dominici muneris gratiam no uo more profectus ita consecratus est: ut non succederet in cathedra episcopo: sed accederet. Nam incolumi Valerio hipponensis ecclesiæ episcopo: coepiscopus Augustinus est. Et ille beatus senex: cui purissimam mentem nulla unquam liuentis inuidiæ macula suffudit: dignos (sui cordis pace) nunc ab altissimo fructus capit: ut quem successorem sacerdotij sui suppliciter optabat: hunc mereretur tenere collegam. Credine hoc potuit antequā fieret? Sed in hoc quoq; omnipotentis opere dici euangelicū illud potest: Hominib⁹ hæc ardua: apud deū aūt omnia possibilia. Exultemus itaq; & lætemur in eo qui facit mirabilia solus: & q̄ facit unanimes habitare in domo: quoniam ipse respexit humiltatem nostram: & uīsitauit in bono plebem suam: qui erexit cornu in domo Dauid pueri sui: & nunc exaltauit cornu ecclesiæ suæ in electis suis: ut cornua peccatorum (sicut per prophetam spondet) hoc est donatistarum manichæorū q̄ confringat. Vtinam hæc nūc domini tuba: qua per Augustinum intonat: filij nostri Licentij impulset auditus. Sed ut illa audiat aure qua christus ingreditur: de qua non rapit dei semen inimicus. Tunc uere sibi sūmus christi pontifex Augustinus uidebit: quia se tunc & exauditum sentiet ab excelso: si quem tibi dignum genuit in litteris: hunc & sibi digne filium pariat in christo. Nam & nunc uelim credas: flagrantissima de ipso nobis sollicitudine scripsit. Credimus in omnipotentem christum: q̄ adolescentis nostri uotis carnalibus: spiritalia uota Augustini præualeant. Vincetur uel inuitus (mihi crede) uincetur: pijssimi parentis fide: ne mala uictoria uincat. Si maluerit impernitē suā uincere: q̄ p salute superari: ne uacuū fraternæ humanitatis officiū uideret: de buccellato christianæ expeditōis: i cui⁹ procinctu quotidie ad frugalitatis
Nannonā militam⁹. Panes qnq; tibi pariter & filio nostro Licētio misimus. Non em̄ potuim⁹ a benedictione secernere: quem cupim⁹ cadē nobis gratia penitus annectere.

Paucis tamen & ad ipsum loquamur: ne neget sibi scriptū: quod de se tibi scriptū est. Aeschino enim dicitur: quod audit Micio. Sed quid de alienis loquar: cū de proprio cuncta possum⁹: & aliena loqui non soleat esse sani capitis? Quod dei gratia sano & saluo sum⁹: quibus caput est christus. Incolumem te ætate q̄ plurima: & beatum semper cum tota domo tua: ut cupimus habeamus in christo: domine frater merito honorandissime & desiderātissime. Audi ergo fili legem patris tui: id est fidē Augustini: & noli repellere consilia matris tuæ: qd̄ æque nomen in te Augustini pietas iure sibi uendicat: qui te tantillum gestauit sinu suo: & a paruulis primo lacte sapientiæ sæcularis imbutum: nunc etiam spiritalibus lactare & enutrire domino gestit uberib⁹. Quoniam te adultum ætate corporea in spiritalibus adhuc cunabilis uagientem: uidet adhuc infantem uerbo dei uix dum in christo primis passibus & uestigio titubante repentem: si tamen Augustini doctrina: tanquā manus matris: & ulna nutricis instabilem regat paruulum. Quem si audias & sequaris: ut rursum te sermone Salomonis alliciam: Fili coronam accipies gratiarū tuo uertici. Et tunc uere eris ille non phantasmate somniatus: sed ab ipsa ueritate formatus consul & pontifex: uacuas imagines falsi operis implente christo solidis suæ operationis effectibus. Vere enim pontifex & uere consul Licenti eris: si Augustini uestigijs propheticis & apostolicis disciplinis: ut sacrato beatus Heliseꝰ Heliæ: ut illustri Apostolo Timothæꝰ adolescens adhæreas: indiuulso per itinera diuina comitatu: ut & sacerdotiū corde perfecto discas mereri: & populis ad salutem magistri ore consulere. Sat hoc monitis & hortatui: Modico enim sermone O & labore te arbitror mi Licenti ad christū posse incitari. Iam a pueris semper es ad studia ueritatis & sapientiæ: quod utrūq; uere est christus: & omnis boni summū: uenerabilis Augustini spiritu & ore flammatū. Quis parū apud te ꝓ te ualuit? Quid ego tanto interuallo posterior: & omnium illius opum pauper efficiam? Sed quia & illius facultatis potentia: & tui ingenij humanitate confisus: pleniora atq; maiora in te spero elaborata q̄ elaboranda: ausus sum hiscere duplci gratia: ut & illi uiro deuincta charitate comparer in sollicitudine tui: & inter eos qui salutem tuam diligunt: uel contesta to numerarer affectu. Nam effectus in tui perfectione palmam Augustino potissimū destinatam scio. Vereor fili ne aures tuas asperitate temerarij sermois offenderim: & per aures aio etiam tuo tedij mei uuln⁹ intulerim. Sed in mentē uenit epistola tua: q̄ te musicis familiarem modis intellexi: A quo studio ego æui quondam tui non abhorrui. Itaq; mihi ad tuam mentem: si in aliquo exulceraſſem: deliniendam: remediū litteras tuas recordatus reperi: ut te ad dominū harmoniæ omniformis artificem: modulamine carminis euocarem. Quæso te ut aure audias: neq; causam salutis tuæ in uerbis meis spernas: sed piam curam & mentem paternam: etiam in despiciendis sermonibus libenter accipias: quib⁹ insitum christi nomen: qd̄ est supra omne nomen: banc deberi uenerationem facit: ut non possit a credente contemni. P

Uersꝰ Paulini ad Licentium:

Quare age rūpe moras: & uincla tenacia sæcli. Quem nūc uelle iuuat: mox uoluisse piget.
Nec metuas placidi mite iugū dñi. Scandere celsa iuuat: tremor ē descēdere celsa
Pulchra qdem sed mira uagis præsentia rebus Si titubes: sūma peius ab arce cades.
Mentib⁹: at sapiens nō stupet ista animꝰ. Nūc tibi falsa placēt bona: nūc rapit oib⁹ auris
Nūc te sollicitat uarijs malesuasa figuris: Ambitꝰ: & uitreo fert caua fama sinu.
Heu ualidos etiā uertere roma potens. Ast ubi te magno damnosus cinxerit æstu
Sed tibi nate precor: semp pater Augustinꝰ Balthe⁹: & sterilis fregerit inde labor:
Occurset: cūctas urbis ad illecebras. Serus & incassum spes accusabis inanes:
Illū tanta inter fragilis discrimina uitæ Et mō quæ nectis rūpere uincla uoles:
Aspiciens: & habēs pectore: tutus eris. Tūc reminiscēris frustra patris Augustini
Hoc tñ & repetens iterūq; iterūq; monebo. Contempsisse dolens ueridicos monitꝰ.
Vt fugias duræ lubrica militiæ: Quare si sapiens: & si pius es puer audi:
Blandū nomē bonos: mala seruitꝰ: exitꝰ æger. Et cape uerba patrū: consiliūq; senū.

Quid retrabis fera colla iugo: mea sarcina leuis:
Suaue iugū christi est: uox pia: crede deo:
Et caput adde iugis: da mollib⁹ ora capistris:
Demissosq; leui subde humeros oneri.
Nunc potes hoc dū liber agis: dū nulla retentāt
Vincula: nulla thori cura: nec alius honor.
Q Hæc bona libertas xp̄o seruire: & in ipso
Oīibus esse supra: nō dominis hominū:
Non uitijs seruit: nō regibus ille superbis:
Tantū q christo se dederit dño.
Nec tibi nobilitas uideat libera: quā nunc
Sublimem attonita conspicis urbe uebi.
Quā cernis tanta sibi libertate uideri:
Vt dedignet flectere colla deo.
Multis ille miser mortalib⁹ & quoq; seruis
Seruit: & ancillas ut domine emit.
Norūt eunuchos: & magna palatia passi:
Et quisq; romam: sponte miser: patit.
Quanto sudoris precio: damnoq; decoris
Constet: ibi chlamydis: hic honor officij.
Nec tamen ipse potens: q celsior omnib⁹ esse
Emerit: ut nulli seruiat: assequit.
Cum bene se tota dīm iactauerit urbe:
Seruit dæmonijs: ac simulacra colit.
Probdolor hos ꝓpter remoraris in urbe Licēti:
Et regnū christi spernis: ut his placeas:
Hos uocitas dños: curua & ceruice salutas:
Quos ligni seruos conspicis & lapidis.
Nomine diuino argentū uenerant & aurū:
Religio est qd amat morbus auaricię.
R Imprecor hos ut amet: q non amat Augustinū.
Non colat & christū: cui placet hos colere.
Inde ait ipse de⁹: dominis nō posse duobus
Seruire: qm̄ mens placet una deo:
Vna fides: deus un⁹: & unicus e patre xp̄s:
Haud duplex: uni seruit⁹ est domino.
Quanta etem̄ cælo ac terris distantia: tanta est
Cæsaris & christi: reb⁹ & imperijs
Tollere humo: sed nūc dū spūs hos regit artus:
Mente polū penetra: nil mora carnis obest:
Corporeis iam nūc morere actib⁹: & bona uitæ
Cælestis liquido præmeditare animo.
Spūs es q̄q̄ tenearis corpore: si nūc
Mente pia uictor carnis opus perimas.
Hæc tibi chare puer fidei compulsus amore
Scripsi: si recipis: suscipiere deo.
Crede Augustinū tibi nūc in me geminatū.
Sume duos una cū pietate patres.
Spernimur: abstraberis maiore dolore duob⁹:
Audimur: pign⁹ dulce duobus eris.
In te læta patrū sudauit cura duor̄:
Et tibi magn⁹ bonos lætificasse duos.
Sed me Augustino cū copulo: non meritor̄:
Iacto parem: solo comparo amore tui.
Nam qd ego effundā: rorans tibi paupere riuo:
Me præter gemino flumine proluerit:
Frater Alipius est: Augustinusq; magister:
Sanguinis hic consors: hic sator ingenij.
Tanto fratre uales & præceptore Licenti:
Et dubitas pennis talib⁹ astra sequi:
Quicqd agas (nā te nec sperat mūdus amicū)
Non daberis terræ: debita christo aia.
Tu thalamos licet & celsos mediteris honores:
Nunc olim dño restituere tuo.
Credo unū uincent iusti duo peccatorē:
Et tua fraternæ uota preces abigent.
Ergo redi: q̄ uoce parens: qua sanguine frater:
Ambo sacerdotes te remeare iubent.
Ad tua te retrabūt: nam nūc aliena petisses:
Hæc mage quæ retinēt regna tui tua sint.
Hæc repete: his inbia: externis ne contere tps:
Si tua nolueris: quisq̄ aliena dabit:
Non eris ipse tu⁹: missusq; per extera longe
Sensib⁹ heu proprij pectoris exul ages.
Sollicitū satis hæc nato cecinisse parentem:
Dum tibi quæ mihimet: uel uolo: uel metuo.
Hæc tibi si recipis: feret olim pagina uitam.
Si renuis eadem: hæc pagina testis erit.
Incolumē mihi te fili charissime: xp̄s
Annuat: & seruū det sibi perpetuo.
Viue precor: sed uiue deo: nam uiuere mūdo
Mortis opus: uiua est uiuere uita deo.

¶ Seueri ad sanctum Augustinū familiariter uirtutes eius commendantis: & deo gratias propterea agentis. Epistola. XXXVII.

S Venerabili ac desiderabili & toto sinu charitatis amplectendo ep̄o Augustino: Seuer⁹. Deo gratias frater Augustine: cuius donū est quicqd in nobis bonor̄ gaudiorum est. Fateor: bene mihi tecum est: multū te lego: mirum dicam: sed uerum plane: q̄ mihi absens solet esse præsentia: tam præsens facta est absentia tui. Nullæ se nobis interponunt turbulentæ actiones temporalium rerum. Ago quantum possum: & si non tantum possum quantum uolo: quid ego dicam quantum uolo? Nosti optime q̄ auarus sim tui: nec tamen murmuro: quia non tantum ago quantū uolo: qm̄ rursus non minus ago quātū possum. Deo ergo gratias frater dul-

cissime: bene mihi tecum est: gaudeo tecū artius conuinctus: & ut ita dicam: unissime quantum potest adbærens tibi: redundantiam uberum tuorū susципiens uires comparo: si possim idoneus effici ad ea concutienda & exprimenda: ut quicquid secretꝰ & interius clausum custodiunt: remotis pellibus quas adhuc lactanti suggendas inserūt: ipsa mihi uiscera si possibile est dignent effundere: uiscera inq̄ mihi ut refundantur cupio. Viscera tua: uiscera pinguia sagina cælesti: & condita omni dulcedine spirituali: uiscera tua uiscera pura: uiscera simplicia: nisi q̄ duplici sunt uinculo redimita geminæ charitatis: uiscera tua uiscera perfusa lumine ueritatis: & refulgentia ueritatē. Horum me manationi uel resultationi subijcio: quo nox mea in lumine tuo deficiat: ut in diei claritate simul ambulare possimus. O uere artificiosa apis dei: construens fauos diuini nectaris plenos: manantes misericordiam & ueritatem: per quos discurrēs delitiatur anima mea: & uitali pastu quicquid in se minus inuenit: aut imbecillum sentit: resartire & suffulcire molitur. Benedicitur dominus per præconiū oris tui & fide- T
le ministerium: q̄ sic concinere & respondere facis canenti tibi domino: ut quicquid de eius plenitudine ad nos usq̄ redundat: iucūdius efficiatur & gratius per tuum elegantem famulatum & succinctam mundiciam: & fidele ac castum simplexq̄ ministerium: quod ita resplendere facis per argutias tuas: & uigilantiam tuam: ut perstringat oculos & in se rapiat. Nisi tu idem innuas dominū: ut quicqd in te delectabile lucet: referentes nos ad illum ipsius esse agnoscamus: de cuius bonitate tam bonꝰ es: & de cuiꝰ puritate & simplicitate & pulchritudine: purus: simplex & pulcher es: Et illi agentes grās de bono tuo dño q̄ suo dignatꝰ ē nos tibi adiūgere: ul' quoquo mō subiūgere: ut plenius subijciamur illi: cuius te ductu ac moderatione talem gaudemus: ut & tibi contingat gaudere de nobis: quod non diffido fore: si tuis me orationibus adiuues: cuius imitatione nonnihil iam profeci: ut talis esse desiderem. Vides qd facias q̄ sic bonus es: quoniam nos rapias in amorem proximi: qui nobis primus ad dilectionē dei: & ultimus gradus est: & quasi limes quo sibi uterq̄ annectit dei & proximi: in quo nos (ut dixi) quasi limite stantes: amborum calore tangimur: & amborum flagramus amore. Sed quanto nos iste ignis exusserit & purgauerit proximi: tantū nos in illum puriorem dei ire compellit. In quo iam nullus nobis amandi modus imponitur: quando ipse ibi modus est: sine modo amare. Non ergo uerendum est ne plus amemus dominum nostrum: sed ne minus: timendum. Hæc epistola superior: quæ tibi me quasi abV
sterſa tristicia facilitate actionum: de liberali ocio quod tecum mihi agere licuit in hoc rure posito: nam ita licere potuit lætiorem offert: antequā sane uenerabilis episcopus nos uisitare dignaretur: quasi meta illorum gaudiorum scripta est: & quod uere miror eodem die uenit quo scripta est. Quid hoc est quæso anima mea: nisi forte qd̄ nos delectat: tamen & si honestū est: non tamen satis utile: quia in parte est. Interim licet uniuerso bancipsam partē: id est nosipsos quantū pro peccatis nostris nobis cedit materia: id est nosipsi cedimus nobis elimatiores & compaginabiliores: si tamen admittis hoc uerbū aptare moliamur. Habes epistolā nō pro tua magnitudine: sed pro mea paruitate longiorem qua & prouocauerim: ut iam non pro mea paruitate: sed pro tua magnitudine mihi epistola mittat. Quæ tamen quantacūq̄ erit: mihi longa non erit: cui totū tempꝰ breue est ad legendū. Rescribe mihi q̄ndo aut ubi occurrere debeam: propter illam causam qua me iussisti occurrere. Qd̄ si est integra: & non forte aliud melius placuit: tunc occurram. Sin minus: rogo te: nolo me a cursu reuoces meo. Illa enim sola uisa est quam præponerē mihi. Fratres omnes q̄ nobis in dño conserui sunt: & desidero multū & saluto.

¶ Beati Augustini ad Letum: tyrocinium illius in dei militia: confortantis. Et quomodo odisse oportet patrem & matrem: etiam animam propriam eum qui ad regnum cælorum tendit: ostendentis. Et ad fugiendū blandimenta materna: a uita æterna retardantia edocentis. Epla. XXXVIII.

DOmino dilectissimo & desiderātissimo fratri Leto: Augustinꝰ in domino salutē. X
Legi epistolam quam misisti fratribus consolari te cupiens: q̄ multis tempta-

tionibus tua tyrocinia quatiantur. In qua etiam insinuasti desiderare te litteras nostras. Condolui frater: & cessare ab scribendo non potui: ne non solum tuo: sed etiam meo desiderio negarē: qđ me uidebā officio debere charitatis. Si te igit̄ tyronē christi profiteris: castra ne deseras: in quibus tibi etiam ædificanda turris est: illa de qua in euangelio dñs loquit̄: In ea quippe stantem: & sub armis uerbi dei militantem: nulla ex parte penetrare ullæ temptationes ualent. Inde & iactata in aduersariū tela: graui pondere ueniunt: & prospecta firmo munimine deuitantur. Considera etiam dominum nostrū Iesum christum cum sit rex noster: tamē a societate qua etiam frater esse dignatus est: reges appellasse milites suos: & unūquemq; ad bellandum cum rege qui habet uiginti milia: instructione decem miliū idoneum esse debere præmonuit. Sed paulo antequā de turre & de rege exhortatorias similitudines poneret: attende quid dixerit: Si quis uenit ad me: & non odit patrem suum: & matrem: & uxorem: & filios: Luc. 14. & fratres: & sorores: adhuc & animam suam: non potest meus esse discipulus. Et si nō tulerit crucem suam & uenerit post me: non potest meus esse discipulus. Deinde subiungit: Quis ex uobis uolens turrim ædificare: non primo sedet & computat si sumptus habet ad consummationem: ne quando cum posuerit fundamentum: non possit ædificare: Et omnes qui transeunt & uident: incipiant dicere: Hic homo cœpit ædificare: & nō potuit perficere? Aut quis rex uadens committere bellum cum alio rege: non primum sedet & cogitat: si potens est cum decem milibus ei occurrere: qui cum uiginti milibus uenit ad illum? Cæterum dum adhuc longe est: mittit legationem: rogans pacem. Quo autem pertinerent istæ similitudines: ipsa conclusiōe satis aperuit. Ait enim: Sic ergo omnis ex uobis: qui non renūciat omnibus quæ sunt eius: non potest meus esse discipulus. Itaq; & sumptus ad turrim ædificandam: & bellantiū decem milium aduersus regem qui uiginti habet: nihil est aliud q̄ ut renūciet unusquisq; omnibus quæ sunt eius. Prælocutio autem superior cum extrema conclusiōe concordat. V In eo enim q̄ unusquisq; renunciat omnibus quæ sunt eius: etiam illud continetur: ut oderit patrem suū: & matrem: & uxorem: & filios: & fratres: & sorores: adhuc & animam suam. Omnia enim hæc propria eius sunt: quæ plærumq; implicant: & impediūt ad obtinenda: non ista propria temporaliter transitura: sed in æternum mansura communia. Quo enim tibi modo nunc quædam mulier mater est: hoc ipso utiq; nō est & mihi. Qua propter hoc temporale ac transitoriū est: sicut transisse iam uides q̄ te concepit: q̄ gestauit utero: q̄ peperit: q̄ lacte nutriuit. Q2 aūt soror in christo est: & tibi est & mihi: & oibus quib⁹ una cælestis hæreditas: & pr̄ de⁹: & frater christus: in eadē charitatis societate promittitur. Hæc æterna sunt: hæc nulla temporis labe deteruntur: hæc tanto firmius tenenda sperantur: quanto minus priuato: sed communi potius iure obtinenda prædicatur. Potes hoc facilime in ipsa tua matre cognoscere. Nam unde te nunc irretitum inuoluit: & ab instituto cursu retardatum inflectit & curuat: nisi exquo tua propria mater est? Nam exquo soror est omnium: quibus est pater deus: & mater ecclesia: tam te non impedit: q̄ neq; me: neq; omnes fratres nostros: qui eam non priuata: sicut tu in domo uestra: sed publica in domo dei charitate diligimus. Q2 ergo tu illi etiam carnali necessitudine annecteris: ad sortem ualere debet familiarius colloquendi: & apertiore ianua consulendi: ut hoc ipsum quo te priuatim diligit: interficiat in ea: ne qđ ex utero suo te genuit: pluris pēdat: q̄ quod ex utero ecclesiæ genita est tecum. Quod autem de matre dixi: hoc de tali cætera propinquitate intelligendū est. Hoc etiam quisq; de anima sua cogitet: ut etiam in ipsa priuatum affectum oderit: q̄ procul dubio temporalis est. Diligat aūt in ea cōmunionē societatēq; illam: qua dictū est: Erat illis in deū aia una & cor unū. Sic em̄ aia tua nō est ꝓpria: sed oīm fratrū: quorū etiā aiæ tuæ sunt: uel potiꝰ quorū aiæ cū tua nō aiæ: sed aia una est christi unica: quæ de manu canis ut eruatur: canit̄ in psalmis. Inde ad cōtemptū mortis facilime puenit̄. Nec succenseant parentes hoc præcipere dominū: ut eos oderimꝰ: quando nobis hoc de anima nostra præcipit̄. Nam sicut nunc de anima iubet̄: ut eam propter christum Act. 4.

cum parentibus oderimus: Ita qđ alio loco de anima idem dominus dicit: in parentes
Job.12. quoq; potest congruentissime conuenire: Qui amat inquit animam suam: perdet eam.
Dicam etiam fidenter: Qui amat parentes suos: perdet eos. De anima quippe hoc ibi
dixit oderit: quod hic perdet. Sicut autem hoc præceptum quo perdere iubemur
animam nostram: non ad id ualet ut se quisq; interimat: quod inexpiabile nefas est: &
tamen ualet ut interimat in se carnalem animæ affectum: quo cum impedimento futu
ræ uitæ præsens uita delectat. Hoc est enim quod dictum est: oderit animam suam: &
perdat eam. Quod tamen diligendo fit: quandoquidem apertissime fructum eiusdem
Ubi s animæ acquirendæ: in eodem præcepto cōmemorat dicens: Qui perdiderit eam in
isto sæculo: in uita æterna inueniet eam. Ita de parentibus rectissime dicitur: ut qui
eos amat perdat eos: Non more parricidarū interficiens: sed spiritali gladio uerbo dei
carnalem affectum eoꝝ: quo & seipsos: & eos quos genuerūt irritamentis huius sæculi
obligare conant: pie fidenterq; percutiens & occidēs: illud in eis uiuere faciat: quo fra
tres sunt: quo cū filijs suis tpalib⁹: parētes æternos deū eccleſiāq; cognoscūt. Ecce rapit
te studiū ueritatis cognoscēdæ atq; pcipiēdæ uolūtatis dei in scripturis sctis. Rapit euā &
gelicæ prædicatōis officiū. Dat signū dns ut uigilem⁹ in castris: ut ædificem⁹ turrim: de
qua hostem sempiternæ uitæ: & prospicere & propellere ualeamus. Rapit militē chri
sti tuba cælestis ad prœliū: & retinet mater: Nō plane talis: qualis macbabæorum fuit:
nec saltē similis lacedæmonijs matribus: de quibus memoriæ traditū est: q̄ filios suos
ut pro terrena patria sanguinem funderent: multo amplius atq; ardentius in certami
na bellica: q̄ signorum sonitus excitabant. Nam mater quæ te ad discendam uitam re
moueri a curis sæcularibus nō permittit: satis ostendit quemadmodū te: si opus esset:
ad obeūdam mortem penitus sæculum repudiare permitteret. Sed quid dicit: aut qđ
allegat? Forte decem illos menses: quib⁹ uiscera eius onerasti: & dolores parturitionis:
ac labores educatōis? Hoc hoc interfice uerbo salutari hoc perde matris: ut i uitā æter
nam inuenias eam. Hoc memento ut oderis in ea: si diligis eam: si tyro christi es: si tur
Luc.14. ris fundamenta posuisti: ne dicant transeūtes: Hic homo cœpit ædificare: & non po
tuit perficere. Carnalis enim affectus est iste: & adhuc ueterem hominem sonat. Hunc
carnalem affectum: & in nobis & in nostris: militia christiana ut perimamus hortatur.
nec tamen ita ut ingratus sit quisq; parentibus: & eadem ipsa beneficia: quibus in uitā
hanc editus: susceptus atq; nutritus est enumerata derideat: seruet potius ubiq; pie
tatem. Habēt hæc locum ubi maiora non uocant. Mater ecclesia: mater est etiam ma
tris tuæ. Hæc nos de christo concepit: hæc martyrū sanguinē parturiuit: hæc in sempi
ternam lucem peperit: hæc fidei lacte nutriuit & nutrit: ciboſq; maiores præparans:
quod adhuc paruuli & sine dentib⁹ uagire uultis: horrescit. Hæc mater toto orbe diffu
sa: tam uarijs & multiplicibus errorum infestationibus agitat: ut abortiui iam filij eius
aduersus eam infestis armis belligerare non dubitent. Ignauia etiam atq; torpore quo
rundam quos gremio continet: membra sua frigescere plurimis locis & fouendis par
uulis minus idonea fieri dolet: Vnde nisi per alios filios: unde nisi per alia membra: quo
rum e numero es: iustum ac debitum poscit auxilium? Huius ne tu necessitates dese
rens: ad carnalia uerba conuertaris? Nonne hæc grauiorib⁹ querelis insonat auribus?
Nonne hæc chariora uiscera: & cælestia ubera ostentat? Adde uiri eius susceptionem
carnis: ne carnalib⁹ inhæreres: & a uerbo æterno uniuersa quæ tibi mater improperat
ne bis implicareris: assumptas adde cōtumelias: flagella: mortē: mortē aūt crucis? Ta
libus cōcepit te seminibus: taliq; in uitam nouam cōnubio procreat: langueſcis & con
tabescis in ueterem hominem? Ita ne matrem terrenam: non habebat imperator tu
Matth.12. us? Quæ tamen cum ei nunciaret agenti cælestia respondit: Quæ mihi mater: aut qui
fratres? Et extendens manum in discipulos suos dixit: non pertinere ad cognationem
suam nisi qui facerent uolūtatem patris eius. In quo numero profecto etiam ipsam san
ctam Mariam benign⁹ inclusit. Faciebat em̄ & illa uoluntatem patris eius. Ita optimus
magister atq; diuinus: & maternum nomen quod ei quasi priuatum proprijq; nuncia
uerant: quia terrenum erat: in comparatione cælestis propinquitatis abiecit: & eandē

cælestem propinquitatem: in discipulis suis commemorans: quo sibi rursum consortio generis cum cæteris sanctis: uirgo sancta cohæreret ostendit. Et ne isto saluberrimo magisterio: quo contemni carnalem affectum in parentibus docuit: adminiculum erroris acciperet: quo matrem habuisse a quibusdam negatur: alio loco discipulos monuit: ne se patrem in terris dicant habere: ut quomodo illos manifestum est habuisse patres: sic se habuisse matrem manifestaret. Cui⁹ tamen terræna cognatione contem-
A pta: contemnendarum talium necessitudinum discipulis præberet exemplum. Hæc ergo interrumpuntur uocibus matris tuæ: & inter hæc locum inuenit commemoratio pregnantis atq; lactantis: ut de Adã & Eua: ali⁹ Adam nascereris & nutrireris. Respice poti⁹: respice Adam secundũ de cælo: & porta iam cælestis imaginem: sicut terræni portasti: Immo & hic habeant locũ materna ipsa beneficia: quæ tibi ad enerua-tionem cordis enumerantur. Habeant prorsus locum: noli esse ingratus: repende gratiam matri tuæ: repende spiritalia pro carnalibus: pro temporalibus sempiterna. Sed qui non uult sequi: non impediat. Qui non uult conuerti in melius: caueat ne in deterius peruertat & euertat. Quid interest utrũ in uxore: an in matre: dum tamen Eua in qualibet muliere caueatur? Nam ista umbra pietatis de foliis illi⁹ arboris uenit: quib⁹ se primũ parentes nostri: in ista damnabili nuditate texuerunt. Et quicquid in illis uerbis atq; suggestione: quasi officium tibi charitatis obtendit: ut a germanissima atq; sinceríssima euangelij charitate te detorqueat: ad astutiam serpentis pertinet: & ad duplicitatem regis illius qui habet uiginti milia: quã nos docemur decẽ miliũ: hoc est cor-
B dis: in qua deum quærim⁹: simplicitate superare. His potius intende charissime: & tolle crucem tuam & sequere dominum. Nam cum te præsens animaduerterem: domesticis curis a diuino studio retardari: ferri te potius & duci a cruce tua: non eam te ferre ac ducere sentiebam. Crucem eñ nostram dñs quam portari a nobis iubet: ut eũ expeditissimi sequamur: quid aliud q̃ mortalitatem carnis huius significat? Ipsa enim nos cruciat donec absorbeat' mors in uictoriã. Crux ergo hæc ipa crucifigẽda ẽ: & trãsfigẽda est clauis timoris dei: ne solutis & liberis membris reluctantem portare non possis. Sequi enim dominum nisi eam portans: omnino non uales. Nam quomodo eum sequeris: si non es eius? Qui autem Iesu christi sunt (ait apostolus) carnem suam crucifixerunt cum passionibus & desideríjs. Si quid sane pecuniæ res tua familiaris habet: cui⁹ te implicari negocio nec oportet nec decet: reuera tribuendum est matri & domesticis tuis. Horum quippe indigentia si pauperibus ut sis perfectus instituisti distribuere talia: tui primum apud te locũ obtinere debent. Si quis enim suis & maxime domesticis (ait apostolus) non prouidet: fidem negauit: & est infideli deterior. Quibus ordinandis reb⁹: si ut collum exueris induendũ sapientiæ uinculis: profectus a nobis es: qd tibi nocẽt: aut quo pacto te puellũt matris lachrymæ fluẽtes carnẽ: aut serui fuga: aut mors ancillaꝝ: aut fratꝝ morbosa ualitudo? Si ẽ in te charitas ordinata: sciẽs ꝓponere maiora minorib⁹: & miscẽdia moueri: ut paupes euãgeliçẽt': ne messis dñi copiosa oportunitatꝫ inopia in prædã uolucribus iaceat: & paratũ habere cor ad sequendã domini uoluntatẽ: in eo ꝙ uel flagellãdo uel parcendo agere statuerit cum seruis suis: hæc meditare: in his esto: ut prouectus tuus manifestus sit in omnibus. Obsecro te ut caueas ne maiorem tristiciam des bonis fratrib⁹ torpore tuo: q̃ læticiam alacritate iam dederas. Cõmendare te aũt litteris quib⁹ uoluisti: tam superfluũ putauit: q̃ si quisq̃ te mihi eodẽ modo cõmendare uoluisset.

Bat. 5.

1. Timoth. 5.

¶ Beati Augustini ad Licentiũ: ut ad finem ueræ sapientiæ consequendũ: & uincula hui⁹mũdi tanq̃ pernicíosa effugiendũ: operã det: persuadentis. Epla. XXXIX.

C Vix reperi occasionem scribendi tibi: quis credat? Sed mihi tamen Licentiũ necesse est credere. Nolo te causas rationesq; rimari: quæ etiam si reddi possent: fidei tamen qua mihi credis non eas debeo. Nam & litteras tuas non per eos accepi: per quos possem scripta redbibere. Quæ autem petisti ut peterẽ: curaui per epistolam quantũ promendũ uidebat': sed quid effecerim tu uideris. Quod si nondũ effectum est: uel cum sciero agam instantius: uel cũ rursus ipse admoneueris. Hactenus

quæ hui⁹ uitæ uincula perſtrepũt tecũ locut⁹ſim: nũc paucis accipe pectoris mei æſtus de ſpe tua: nõ tranſitoria quodã modo: uia tibi pateſcat in deũ: mi Licenti: etiã atq; etiã recuſantem & formidantẽ compedes ſapientiæ: timeo te rebus mortalib⁹ ualidiſſime & pernicioſiſſime compediri. Nam ſapientia quos primo alligauerit: & exercitatorijs quibuſdam laborib⁹ edomuerit: ſoluet poſtea: liberatiſq; ſeſe donat ad fruendum. Et quos primo tempalib⁹ nexibus erudiuerit: poſt æternis amplexib⁹ alligabit. Quo uinculo nec iucũdius nec ſolidius cogitari quicq̃ poteſt. Prima hæc aliquantulũ dura eſſe cõfiteor. Illa uero ultima: nec dura dixerim: quia dulciſſima ſũt: nec mollia quia firmiſſima. Quid igit̃ niſi qđ dici nõ potæſt: ſed credi: tamen & ſperari & amari poteſt? Vincula uero hui⁹ mũdi: aſperitatẽ habent ueram: iucũditatẽ falſam: certũ dolorẽ: incertã uoluptatẽ: durum laborem: timidam quietem: rem plenam miſeriæ: ſpem beatitudinis inanem. His ne tu inſeras & collum & manus & pedes: cum & honoribus huiuſcemodi ſubiugari affectas: & facta tua non aliter fructuoſa exiſtimas: & ambis inhærere quo nõ modo inuitat⁹: ſed nec cõpulſus quidẽ ire debuiſti. Hic tu fortaſſe Terentiani
Terentius ſeruí mihí reſponſum dederis: O be: tu uerba fundis: hic ſapientiã. Cape igit̃ ut fundã potius q̃ effundam: Aut ſi ego canto: tu aũt ad aliã uocem ſaltas: Nec ſic quidẽ me pœnitet. Habet em̃ ſuam hilaritatẽ ipſa cantatio: etiam cũ ad ea mẽbra nõ mouet: cui plena charitatis modulatiõe cantat̃. Verba quædam in epl̃is tuis me mouerũt: ſed de his tractare cũ factor̃ uitæq; totius tuæ cura excoquat: ineptũ putaui. D

¶ Licentij ad beatum Auguſtinũ heroico carmine uariũ ſuum ſtudium: Simul & beniuolentiã ſuã & gratificandi animũ erga eundẽ profitentis & explanãtis. Epl̃a. XL.

HAcanũ Varronis iter ſcrutãdo profundi
Mẽs hebet: aduerſãq; fugit cõterrita lucẽ.
Nec mirũ: iacet ois em̃ mea cura legendi
Te nõ dante manũ: & cõſurgere ſola uereť.
Nam ſimul ut perplexa uiri cõpendia tanti
Voluere ſuaſit amor: ſacroſq; attingere ſenſus:
Quis numer̃ dedit ille tonis: mundũq; tonãti
Diſſeruit canere: & pariles agitare choreas:
Implicuit uaria noſtrũ caligine pectus:
Induxitq; aio rerũ uiolentia nubẽ.
Inde figuraꝝ poſitas in puluere formas
Poſco amẽs: aliaſq; graues offendo tenebras.
Ad ſummã aſtroꝝ cauſas claroſq; meat⁹:
Obſcuros quoꝝ ille ſit⁹ per nubila mõſtrat:
Sic iacui nutans: ut talẽ oino ruinã:
Nec q nos prohibet latebras agnoſcere cæli:
Nec ſona daret punctoꝝ freta cauernis.
Protea nanq; ferunt ueterũ cõmenta pelaſgũ:
Qui dũ ſollicitis nõ uult aperire futura:
Spumat ap: fluit unda: fremit leo: ſibilat anguis:
Captum aliq̃ tñ in munera parua uolucrũ.
At mihi qui nimium curis grauioribus angor:
Dulcia quæq; animæ: ſed dulcia pabula quæro.
Varronis reſponſa latẽt: q̃ ſupplce cantu
Præſidiũ nymphã: regẽq; & flumina poſcam.
An te uoce uocẽ: clari quẽ rector olympi
Fontib⁹ infantũ præfecit: & abdita iuſſit
Vbertate animi lõge ructare fluenta.
Ferto magiſter opẽ: ac tu ne deſere uires
Inualidas: mecũq; ſacras ſubuertere glebas.
Incipe (tps em̃) niſi me mortalia fallunt
Labit̃: in ſeniũq; trabit: tibi noſter apollo
Corda replet: patrẽq; ſuũ patrẽq; deoꝝ
Conciliat: legẽq; bonã: pacẽq; cruentã
Monſtrat: & abducto uelamine ſingula pandit.
Viginti emenſus: nã longos forſitan orbes
Solis eras: cũ te ratio pulcherrima mundi:
Ditior imperijs: & nectare dulcior oĩi
Corripuit: ſtatuitq; uagũ: medioq; locauit:
Oĩb⁹ unde aciem poſſes intendere reb⁹.
O bone carpe iter annoꝝ: ſapientia quantũ
Creſcit amore ſui: inueniẽs noua culmina ſemp
Perge uiã qua te ſoboles præclara tonãtis
Perducit: ſternẽs in planos ardua campos.
Et cũ luciferos præcordia ueſper in ortus
Diſtulerit: ſanctũq; ſuperbenedixeris ignẽ:
Sis memor ipſe mei: bibulã q ponitis aurẽ
Legibus inuictis: cõtundite pectora palmis.
Sternite mẽbra ſolo: meritoſq; ciete dolores.
Et prohibete nefas deus imperat oibus unũ.
Admonet antiſtes: uenturaq; flumina terret.
O mihi tranſactos reuocet ſi priſtina ſoles
Lætificis aurora rotis: quos libera tecũ
Ocia temptantes: & candida iura bonoꝝ
Duxim⁹ italiæ medio: monteſq; peraltos.
Non me dura gelu prohiberẽt frigora cano.
Nec fera tempeſtas ҫephyr̃: fremituſq; boreæ
Quin tua ſollicito premerẽ ueſtigia paſſu.
Hoc opus ut iubeas: tm̃ cruor irriget artus.
Solſticio neuros: bruma ſectabimur iſtrũ.
Ignotus Garamas ſoluet mihi uincula gemis.
Exampheoſq; lac⁹ fugiẽs: hypanis ubi amarus

Calipidū:scytbicas resonet spumosus ad undas.
Ibim⁹ & leucos:q̄ leucia solis in ortus
Tendit́:& uasti deserta cacumina casi:
Quis epidanneos æquat sibi casia rupes:
Vnde quiescentē aurorā:curruscꝫ solutos:
Sopitāqꝫ diē media sub nocte uidere:
Te suadente petā:nec em̄ labor aut met⁹ullus
Terret:ubi insontē precib⁹ deus audit apertis.
Et nunc romulidum sedes & inania tecti
Culmina:bacchatascꝫ dom⁹:uanoscꝫ tumult⁹
Deserere:& totus semel in tua corda uenirē:
Ni mens cōiugio incumbēs retineret euntē.
Crede meis/o docte/malis:uerocꝫ dolori:
Qd̄ sine te nullos promittūt carbasa port⁹.
Erramuscꝫ procul turbata p æquora uitæ:
Præcipites densa ueluti caligine nautæ:
Quos furor australis:stridēs & flat⁹ ab euro
Perculit:& raptis priuauit turbo magistris.
Protin⁹ abruptis miseri uoluunt́ in undis.
F Nō forus aut prore:nō lintea deinde ꝓcellas
Ferre ualēt:ratiocꝫ iacet stupefacta regendi.
Sic me uentus agit:uoluūtqꝫ cupidinis æstus
In mare lœtifer̄:nec terræ ꝓtinus absunt.
Sed mecū reputās:tua candida uerba magr̄
Hæc magis esse reor:tibi credere callida res ē.
Decipit:atqꝫ animis molit́ retia nostris.
Præteritos(oblitus em̄ præsentia)præsto
Nunc tibi chara nos: nos nūc de pectore lapsi.
Hei mihi quo ferar:unde ueli tibi pādere mētē.
Ante sub ægeo optabūt pia tecta palumbes:
Et uersa balcyone componat in arbore nidos:
Esuriēs uitulos alat ante leena sequaces:
Atqꝫ impasta diu teneros lupa nutriat agnos:
Mutantescꝫ suis diuisum partib⁹ orbē:
Aut barcaeus alet taur̄:aut byrcania tauros.
Ante thyestcis iter̄ maleterrita mensis:
Interrupta dies refugos uanescat in ortus.
Ante dabūt imbres nilū:sup æthera dāmæ
Errabunt:mōtescꝫ canāt & flumina laudent:
Quā mihi post tergum ueniāt tua dona magr̄.
Arcet amor:copulāqꝫ tenet cōmunis honesti.
Hic hic regnat amicitiæ decus hoste fugato.
Nā neqꝫ ꝓpter opes uitreas:aurūqꝫ rebelle:
Iungim⁹ assensus aior̄:nā neqꝫ uulgi
Nos fortuna ruēs:quæ separat ardua:iunxit.
Sed labor interiora legēs:uulgata libellis:
Atqꝫ animis inuēta tuis:& nobile dogma
Indictū:contraqꝫ bonos responsa relatus.
Et mea calliope:q̄is te cominus altum
Horreat:& uult⁹ abscondat:inutile tractās:
Hoc tn̄ hoc animi uinclū:nexuscꝫ fideles:
Non q montosis firmatas rupib⁹ alpes
Fregit:& italicas pressit cū mœnib⁹ urbes
Rumperet:aut nostro terreret robore quicq̄.
Ite procul latices tumidis amfractibus oxi.
Aut ab arempbæis rbipbeos aut oppida caspi.
Cimmerias domos seiungere flumine largo:
Meotidūqꝫ plagæ:pontus q̄s obruit belles:
Europæ atqꝫ asiæ lōge discrimina tendāt.
Nōne boum p utrūqꝫ latus armēta fatigās
Finib⁹ abscidit lateri dodona molossi
Cognatoscꝫ arabas:nec pacis fœdus amicū
Sidonios inter mansit regnūqꝫ pelopum:
Sacrilegoscꝫ pbryges:q̄is pro tpe cunctis
Hospitio cōmune fuit:qd deniqꝫ fratrū
Discidiū:pugnascꝫ canam:qd honesta parētū
Verbera:quid matrū furias:natoscꝫ supbos:
Est etiā superū concors discordia rer̄.
Totqꝫ fluunt rit⁹:quot dat sentētia leges.
Nec tenet un⁹ amor:nō si mihi murmura centū
Det boreas:totidēqꝫ aias:centūqꝫ per ora
Lingua rigēs adamāte fremat: mēorare ualebo
Quæ sociata pri⁹ uter̄ natura locor̄
Distulit:& tereti limauit gloria mundo.
Sed nos præterea qui ab una exurgim⁹ urbe.
Q̄ domus una tulit: ꝙ sanguine tangimur uno
Sæclor̄:xp̄iana fides cōnexuit:& ꝙ
Nos iter imensū dsterminat:& plaga ponti
Interfusa coercet:amor cōtemnit utrūqꝫ.
Gaudia qui spernēs oculor̄:semp amico
Absenti fruit́:qm̄ de corde profundo
Pendet:& internæ rimat́ pabula fibræ.
Interea ueniēt quæcūqꝫ futura bonor̄
Scripta salutiferi sermonis:& illa prior̄
Aequiperāda fauis:reputās quæ pectore i alto:
Conceptū in lucē uomuisti nectareū mel.
Præsentē ipsa mihi te reddēt:si mihi morē
Gesseris:& libros quib⁹ in te lenta recumbit
Musica tradideris:nā ferueo totus in illos.
Annue sic nobis:uerum rōne patescat.
Sic plus eridano fluat:& cōtagia mūdi:
Ne quicq̄ uolitēt nostri circū arua coloni.

Beati Augustini ad Licentiū:ipsū eo ꝙ ad diuinā legem & uitæ bonestatē nō tam or
dinatus q̄ ad carminū compositiōem accedat increpantis:Et ad dimittendū uana hu
ius sæculi:& dandum se totū deo exorantis. Epistola. XLI.

G Siuersus tuus mōētis inordinatis puersus esset:si suis legib⁹ nō staret:si mēsu
ris imparib⁹ aures auditoris offēderet:puderet te certe:nec differres nec desi

ſteres donec ordinares: corrigeres: ſtatueres: æquareſ uerſũ tuũ: diſcẽdo & agendo ar
tem metricã acerrimo ſtudio: & labore quolibet. Qđ cum inordinat⁹ ipſe peruerteris
cum legibus dei tui: ipſe non ſtas: neq; in agenda uita boneſtis tuorũ uotis: & huic ipſi
eruditioni tuæ cõcinis: abijciendũ poſt tergũ putas & negligendũ: quaſi præ ſono lin
guæ tuæ ſis tibi & uoce uilior: & incõpoſitis moribus ꝙ offendis aures dei leuius ſit: q̃
ſi incõpoſitis ſyllabis tuis grãmatica ſuccenſeret auctoritas. Scribis: O mihi tranſactos
reuocet ſi priſtina ſoles Lætificis aurora rotis: quos libera tecũ Ocia temptãtes: & can
dida iura bonoꝝ Duxim⁹ italæ medio: mõteſq; per altos. Non me dura gelu probibe
rent frigora cano. Nec fera tempeſtas ẓephyrum fremituſq; borini: Quin tua ſollicito
premerẽ ueſtigia paſſu. Hoc op⁹ ut iubeas tm̃. Me miſeꝝ: ſi ego ñ iubeo: ſi nõ cogo at
q; impero: ſi nõ rogo ac ſupplico. Sed ſi aures tuæ aduerſus meas uoces clauſæ ſũt: ori
tuo pateãt: pateant carmini tuo: exaudi teipſum duriſſime: imaniſſime: ſurdiſſime: quo
mihi linguã aureã & cor ferreũ: quib⁹ ego nõ carminib⁹ ſed lamentatiõibus ſufficiam
plangere carmina tua. In quibus uideo: quã aĩam: qđ ingeniũ non mihi liceat apprehẽ H
dere: & imolare deo noſtro. Expectas ut ego iubeã: ſis bonus: ſis quietus: ſis beatus: q̃
ſi quiddã mihi dierum gratius illuceſcat: q̃ ut ingenio tuo fruar in dño: aut uere tu ne
ſcias qui te eſuriam & ſitiã: aut nõ hoc ipſo id carmine fatearis. Reuoca animũ quo iſta
ſcripſiſti: nũc mihi dic: hoc op⁹ ut iubeas tm̃: Ecce iuſſum meũ: da mihi te: ſi hoc op⁹ eſt
tm̃: da dño meo te: qui oĩm noſtrum dñs eſt: qui tibi illud donauit ingeniũ. Nam ego
quid ſum: niſi ſeruus tuus per ipſum: & conſeruus ſub ipſo. An ipſe nõ iubet: audi euã
Matth. 11. gelium: Stabat inquit Ieſus & clamabat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati
eſtis: & ego uos reficiã. Tollite iugum meũ ſuper uos: & diſcite a me quia mitis ſum &
humilis corde: & inuenietis requiem aĩabus ueſtris. Iugum eñ meũ leue eſt: & ſarcina
mea leuis eſt. Si hæc non audiunt: aut uſq; ad aures audiunt: expectas ne Licenti: ut
Auguſtin⁹ iubeat conſeruo ſuo: & nõ plangat potius fruſtra iubere dñm ſuũ: imo nõ
iubere: ſed inuitare & rogare quodamodo: ut qui laborant reficiant ab eo. Sed uidelicet
cet fortiſſimo & præſidenti collo: iugũ mundi iugo chriſti eſt iucundius: qui ſi labora
re nos cogeret: uide quis cogeret: q̃ mercede cogeret: Vade in campaniã: diſce Pauli
num egregiũ & ſanctũ dei ſeruũ: q̃ grandem faſtum ſæculi hui⁹: tanto generoſiore: q̃n
to humiliore ceruice incunctãter excuſſerit: ut eã ſubderet chriſti iugo: ſicut ſubdidit:
& nunc illo moderatore itineris ſui quietus & modeſtus exultat. Vade diſce: quibus
opibus ingenij ſacrificia laudis ei offerat: refundens illi quicqd boni accepit ex illo: ne
amittat oĩa: ſi nõ in eo reponat a quo hæc ſunt. Quid æſtuas: qd fluctuas: quid imagi
nationib⁹ mortiferaꝝ uoluptatũ: aurẽ accõmodas: & auertis a nobis: Mentiunt: mo
riunt: in mortẽ trabũt. Mentiunt Licenti: ſic nobis (ſicuti optas) Verũ rõne pateſcat:
Sic plus eridano fluat. Non dicit ueꝝ niſi ueritas: quia chriſtus eſt ueritas. Veniam⁹ ad
eum ne laboremus. Vt ipſe nos reficiat: tollam⁹ iugum eius ſup nos & diſcam⁹ ab eo:
q̃m mitis ẽ & humilis corde: & inuenem⁹ requiẽ aĩabus noſtris. Iugum eñ eius leue ẽ:
& ſarcina ei⁹ leuis ẽ. Ornari abs te diabolus quærit. Si calicẽ aureũ inueniſſes in terra:
donares illũ eccleſiæ dei: Accepiſti a deo ingeniũ ſpiritaliter aureũ: & miniſtras inde
libidinib⁹: & in illo ſathanæ propinas teipſum. Noli obſecro ſic: aliq̃n ſentias: q̃ miſero
& miſerãdo pectore hæc ſcripſerim: & miſereris iã mei: ſi tibi uiluiſti.

¶ Sancti Auguſtini ad frẽs maudarẽſes: ipſos eo ꝙ idolatræ eſſent & tm̃ chriſti nomẽ
ſcriptis ſuis inſereret: cum quadã charitatis oſtenſiõe increpantis: Ac illis oĩa chriſtia
næ fidei ſacramẽta in ſacris libris præuiſa: prædicta & ſcripta fuiſſe demõſtrãtis: Simul
& ad uiã ſalutis: & uni⁹ dei & hominis Ieſu chriſti fidẽ exhortãtis. Epſa. XLII.

DOminis prædicabilib⁹ & dilectiſſimis fratrib⁹ maudarenſibus: quoꝝ per fratrẽ I
Florentiũ epſam accepi: Auguſtin⁹. Si forte illi q̃ inter uos catholici chriſtiani
ſunt talia mihi ſcripta miſerũt: hoc tantũ miror: ꝙ non ſuo potius q̃ ordinis no
mine. Si aũt reuera oẽs: aut prope oẽs ordinis uiri ad me dignati eſtis litteras dare: mi
ror ꝙ patri: & in dño ſalutẽ ſcripſiſtis: quorũ mihi ſuꝑſtitioſus cultus idolorum: cõtra
quæ idola facili⁹ templa ueſtra q̃ corda claudunt: uel potius quæ idola nõ magis in tẽ

plis q̄ in uestris cordib⁹ includunt: cum magno est dolore notissim⁹: nisi forte iam de salute ipsa: quæ in dño est: per quā me salutare uoluistis: tandē prudenti cōsideratiōe cogitetis. Nā si non ita est: quæso uos: qd læsi: quid offendi beniuolentiā uestrā: ut me titulo epl'æ ūræ irridendū potius q̄ honorandū esse putaretis: dñi prædicabiles & dilectissimi fratres. Q̄ em̄ scripsistis: Patri Augustino in dño æternam salutē: cum legerē tanta spe subito erectus sum: ut crederē uos ad ipsum dñm: & ad ipsam æternā salutē aut iam esse cōuersos: aut per nostrū ministeriū desiderare cōuerti. Sed ubi legi cætera: refriguit animus meus. Quæsiui tn̄ ab epl'æ perlatore: utq; iam uel essetis christiani uel esse cuperetis. Cuius responsiōe posteaq̄ comperi: nequaq̄ uos esse mutatos: grauius dolui: q̄ christi nomē: cui iam totū orbē subiectū esse cōspicitis: nō solum a uobis repellendū: sed etiā in nobis irridendū esse credidistis. Non em̄ potui cogitare alterū dñm: fm quem posset eps̄ pater a uobis uocari præter dñm christū. Etsi esset hinc aliq̄ de interpretatiōe uestræ sententiæ dubitatio: subscriptione epl'æ tolleret: ubi aperte posuistis: Optamus te dñe in deo & christo eius: per multos annos semp in clero tuo gaudere. Quib⁹ oibus plectis atq; discussis: quid mihi aliud occurrere potuit: aut cuilibet homini potest: nisi aut ueridico aut fallaci scribentiū aio hæc esse conscripta. Sed si ueridico aio ista scribitis: quis uobis ad hanc ueritatē intercluſit uiā? Quis aspera dumeta substrauit? Quis rupiū perrupta inimic⁹ opposuit? Postremo qs basilicæ ianuā ingredi cupientib⁹ clausit: ut in eodē dño p quē nos salutatis: eandē salutē nobiscū hæ-
k nolitis? Si aūt fallaciter atq; irridēt hæc scribitis: ita ne tandē mihi negocia ūra curāda iponitis: ut nomē ei⁹p quē aliqd possū: audeat nō ueneratōe debita attollere: sed isultatiōe adulatoria uentilare? Sciatis me charissimi cū ineffabili ꝓ uobis tremore cordis hoc dicere. Noui em̄ q̄nto grauiorē & pniciosiorē causā sitis habituri apud deū: si frustra uobis hoc dixero. Omnia quæ præteritis tpibus erga humanū gen⁹ maiores nri gesta esse meminerūt: nobisq; tradiderūt: oia etiam quæ nos uidemus: & posteris tradimus: quæ tn̄ pertinēt ad uerā religionē quæredam & tenendā: diuina scriptura nō tacuit: sed ita oīno cuncta transeunt: ut transitura esse prædicta sunt. Videtis certe populum iudæoꝝ auulsum a sedib⁹ suis: per oēs fere terras dissemināt atq; diffusum: & origo eiusdē populi & incrementa & regni amissio & per cuncta dispersio. Videtis certe ex ipso populo uerbū dei: legēq; prodientē per christū: qui ex illis mirabiliter nat⁹ est: oim gentiū fidem occupasse atq; tenuisse: Ita hæc oia prænunciata legim⁹ ut uidemus: Videtis certe multos præcisos a radice christianæ societatis: quæ p sedes apl'oꝝ: & successiōes episcopoꝝ: certa per orbē propagatiōe diffundit: de sola figura origenis: sub christiano noīe quasi arescentia sacramēta gloriari: quas hæreses & scismata noīamus: præuisa: prædicta: scripta sūt oia. Videtis certe simulacroꝝ templa: partim sine reparatione collapsa: partim diruta: parti clausa: partim in usus alios cōmutata. Ipsaq; simulacra: uel cōfringi: uel incēdi: uel includi: uel destrui: atq; ipsas hui⁹ sæculi ptātes: quæ aliqn̄ pro simulacris populū christianū persequebant: uictas & domitas: nō a repugnantib⁹ sed a morientib⁹ christianis: & contra eadē simulacra pro qbus christianos occidebant: impetus suos legesq; uertisse: & imperij nobilissimi eminentissimū culmen ad sepulchrū piscatoris Petri (submisso diademate) supplicare. Hæc oia scripturæ diuinæ: quæ in man⁹ oim iā uenerūt: ante longissima tpa futura esse testatæ sunt. Hæc oia tanto robustiore fide lætamur fieri: quāto maiore auctoritate prædicata esse i sanctis litteris inuenim⁹. Nunqd nam obsecro uos: nunquid nam solū iudiciū dei qd̄ inter fideles atq; infideles futurū esse in eisdem litteris legim⁹: cum illa oia sicut prædicta sunt uenerint: Nunqd nā solū iudiciū dei uenturꝝ nō esse putabim⁹? Immo uere ueniet: sicut illa
L oia uenerūt. Nec quisq̄ erit homo nostroꝝ temporū: qui se in illo iudicio de sua possit infidelitate defendere: cū christū cantet: & iustus ad æquitatē: & periur⁹ ad fraudē: & rex ad imperiū: & miles ad pugnā: & maritus ꝓpt regimē: & uxor ꝓpter obsequiū: & pater propter præceptū: & fili⁹ propter obedientiā: & dominus per dominationē: & seruus per famulatū: & humilis ad pietatem: & superb⁹ ad æmulationem: & diues ut porrigat: & paup ut sumat: & ebriosus ad phialā: & mēdicus ad ianuā: & bon⁹ ut præ-

ſtet: & malus ut fallat: & chriſtianus uenerator: & paganus adulator: omnes chriſtum cantant: & qua uoluntate atq; ore cantent: eidem ipſi quem cantant rationem ſine dubio reddituri ſunt. Eſt quiddam inuiſibile: ex quo creatore principio ſunt omnia quæ uidemus: ſummū: æternum: incommutabile & nulli effabile niſi tm̄ ſibi. Eſt quiddam quo ſe ipſa ſūmitas maieſtatis narrat & prædicat: non impar gignenti atq; narranti uerbum: quod illi qui uerbum gignit oſtendit. Eſt quædam ſanctitas oim quæ ſanctæ fiūt: ſanctificatrix ipſius incōmutabilis uerbi: per quod narrat illud principiū: & ipſius principij quod par ſe uerbo narrat inſeparabilis & indiuiſa cōmunio. Quis aūt hoc totum qđ non dicendo dicere conat⁹ ſum: & dicendo nō dicere? Quis hoc poſſit ſereniſſima & ſinceriſſima mente contueri: eoq; contuitu beatitudinē ducere: atq; in id qđ intuet deficiens quodāmodo ſe obliuiſci: & pergere in illud cui⁹ uiſione inuiſibilis eſt: qđ immortalitate eſt indui: obtinere æternā ſalutē: p quā me ſalutare dignaminī? Quis hoc poſſit niſi qui oēs ſuperbiæ ſuæ thoros inanes: peccata ſua cōfitens cōplanauerit: ſicq; ſubſtrauerit mitem atq; humilem ad excipiendū deū doctorem? Quoniā ergo a uanitate ſuperbiæ: prius ad humilitatē deponēdi ſumus: ut inde ſurgentes ſolidā celſitudinem teneam⁹. Non potuit hoc nobis tanto magnificenti⁹: q̄nto blandi⁹ inſpirari: ut noſtra feracitas non ui ſed perſuaſione ſedaret: niſi uerbū illud per qđ ſe angelis indicat deus pater: qđ uirtus & ſapientia ei⁹ eſt: qđ corde humano uiſibiliū rerum cupiditate cæcato: uideri nō poterat: perſonā ſuam in boīe agere atq; oſtendere dignaret: ut magis homo timeret extolli uaſtu hominis: q̄ humiliari exemplo dei. Itaq; non chriſtus regno terræno decorat⁹: nec chriſtus terrænis opib⁹ diues: nec chriſt⁹ ulla terræna fœlicitate præfulgens: ſed chriſtus crucifixus: per totum terrarū orbem prædicat. Qđ riſerunt prius populi ſuperboꝝ: & adhuc rident reliquiæ. Crediderunt aūt prius pauciſſimi tūc populi: qa tunc ad fidem paucoꝝ & cōtra irriſionē populoꝝ cum chriſtus crucifixus prædicaret: claudi ambulabāt: muti loquebant: ſurdi audiebant: cæci uidebant: mortui reſurgebāt. Sic tandē cū aduertit terræna ſuperbia: nihil in ipſis terrænis eſſe potentius humilitate diuina: ut etiam ſaluberrima humilitas humana: contra inſultantem ſibi ſuperbiā diuinæ imitatiōis patrocinio tueretur. Expergiſcimini aliq̄n fratres mei & parentes mei maudarenſes: hanc occaſioem ſcribendi uobis deus mihi obtulit: Quantū potui quidem in negocio fratris Florentini: per quē litteras miſiſtis (ſicut de⁹ uoluit) affui & adiuui. Sed tale negociū erat qđ etiā ſine opa mea facile peragi poſſet. Prope oēs em̄ dom⁹ ipſius boies q apud hipponē ſunt: nouerūt Florentinū & multū eius orbitatem dolent. Sed epiſtola mihi a uobis miſſa eſt: ut non impudēs eſſet epla mea: cum occaſiōe a uobis accepta: idolorum cultoribus de chriſto aliquid loquereť. Sed obſerco uos: ſi eū non inaniter in mea epiſtola nominaſtis: timete illū quem pri⁹ iudicatū irriſit ſuperbus orbis terraꝝ: & nunc iudicem ſubiectus expectat. Erit em̄ teſtis affectus in uos cordis mei: per hāc (quantū potui) paginā expreſſus. Erit teſtis uobis in iudicio eius: qui credentes ſibi cōfirmaturus eſt: & incredulos cōfuſurus. Deus uiuus & uerus: uos ab omni hui⁹ ſæculi uanitate liberatos conuertat ad ſe domini prædicabiles & dilectiſſimi fratres.

¶ Maximi grāmatici Maudarenſis: ad beatū Auguſtinum: religionem chriſtianam prophanantis: unūq; deū per uniuerſum orbē: licet uariis & diuerſis uocabulis: a gentibus uenerari cōtendentis. Epla. XLIII.

HAbens crebro tuis affatib⁹ lætificari: & inſtinctu tui ſermonis: quo me pauloan M
te iucūdiſſime ſalua charitate pulſaſti: paria redhibere non deſtiti: ne ſilentium meū pœnitudinem appellares. Sed quæſo ut ſi hæc quaſi ſeniles artus eſſe duxeris: benignaꝝ auriū indulgentia proſeq̄ris. Olympū mōtem deoꝝ eſſe habitaculū: ſub incerta fide græcia fabulat. At uero noſtræ urbis forū ſalutariū numinū frequētia poſſeſſum: nos cernim⁹ & probamus: equidem unū eſſe deū ſummū ſine initio: ſine p le naturæ: ſeu patrem magnū atq; magnificū: Quis tam demēs: tam mente captus neget eſſe certiſſimū? Hui⁹ nos uirtutes per mundanū opus diffuſas: multis uocabulis inuocamus: q̄m nomen eius cuncti propriū uidelicet ignoramus. Nam deus omnibus

religiõib⁹ cõmune nomẽ est. Ita fit: ut dũ ei⁹ quasi quædã mẽbra carptim: uarijs suppli
cationibus prosequimur: totũ colere profecto uideamur. Sed impatientẽ me esse tan
ti erroris dissimulare nõ possũ. Quis em̃ ferat Ioui fulmina fibranti perferre mygdo
nem: Iunoni: Mineruæ: Veneri uestęq; sananẽ: & cunctis (prob nefas) dijs imortalib⁹
archimartyrẽ? Nam Phanionẽ: inter quos lucitas etiã haud minore cultu susciptẽ: at
q; alij interminato numero: dijs hominibusq; odiosa numina: qui conscia nefandoꝝ fa
cinoꝝ: specie gloriosæ mortis: scelera sua scelerib⁹ cumulantes: dignũ morib⁹ factisq;
suis exitũ maculati repererẽt. Hoꝝ busta si memoratu dignũ est: relectis templis: negle
ctis maiorũ suoꝝ manib⁹: stulti frequẽtãt: ita ut præsagiũ uatis illi⁹ indigne ferẽtis emi
N neat. In quæ deũ templis iurauit roma p umbras. Sed mihi hac tempestate propemo Lucanus
dum uidẽt bellum attiaticũ rursus exortũ: quo ægyptia monstra in romanorũ deos
audeant tela fibrare: minime duratura. Sed illud quæso uir sapientissime: uti remoto
facundiæ rubore: atq; exploso qua cunctis clarus es: omissis etiã quibus pugnare sole
bas Chrysippeis argumẽtis: postposita paululũ dialetica: quæ neruoꝝ suoꝝ luctamie
nibil certi cuiq̃ relinquere nitit̃: ipsa re approbes: quis sit iste de⁹: quem uobis christia
ni: quasi propriũ uendicatis: & in locis abditis præsentem uos uidere cõponitis. Nos
etenim deos nostros luce palã ante oculos omniũ: atq; aures oim mortaliũ pijs preci
bus adoram⁹: & per suaues hostias propitius nobis efficim⁹: & a cunctis hæc cerni &
probari contendim⁹. Sed ulteri⁹ huic ceramini me senex inualidus subtrabo: & in sen Vir. in buco.
tentiam mãtuani rhetoris libenter pergo: Trabit sua quemq; uoluptas. Post hæc nõ
dubito uir eximie: qa mea secta deuiasti: banc epistola aliquorũ furto detractam: flam
mis uel quolibet pacto perituram. Qnod si acciderit: erit damnũ chartulæ: non nostri
sermonis: cuius exemplar penes omnes religiosos perpetuo retinebo. Dij te seruent:
per quos & eoꝝ atq; cunctoꝝ mortaliũ cõmunem patrẽ: uniuersi mortales quos terra
sustinet: mille modis cõcordi discordia ueneramur & colim⁹.

¶ Beati Augustini ad Maximũ grãmaticũ: Errorẽ præcedentis epl'æ refellentis: Et ad
grauiora fidei studia illũ cõmonentis. Epl'a. XLIIII.

O Serium ne aliqd inter nos agim⁹: an iocari libet? Nam sicut tua epistola loquit̃:
utrũ causæ ipsius infirmitate: an morũ tuorũ comitate sit factum: ut malles esse
facetior: q̃ paratior: incertum habeo. Primo enim olympi montis & fori uestri
compatio facta est: quæ nescio quo ptinuerit: nisi ut me cõmonefaceret: & in illo mõ
te Iouem castra posuisse: cũ aduersus patrem bella gereret: ut ea docet historia: quam
uestri etiam sacram uocãt: & in isto foro recordarer esse: in duob⁹ simulacris: unũ mar
tem nudum: alterum armatũ: quoꝝ dæmoniũ infestissimũ ciuibus: porrectis tribus di
gitis contra collocata statuta humana comprimeret. Ergo ne unquã ego crediderim:
mentione illius fori facta: numinũ taliũ memoriam mihi te renouare uoluisse: nisi io
cari poti⁹ q̃ serio agere maluisses. Sed illud plane qd̃ tales deos quædã dei uni⁹ magni
mẽbra eẽ dixisti: admoneo (qa dignaris) ut ab huiusmodi sacrilegis facetijs te magno
pere abstineas. Siquidem illũ deũ dicis unũ: de quo (ut dictum est a ueterib⁹) docti in
doctiq; consentiunt. Hui⁹ ne tu membra dicis esse: quoꝝ immanitatem: uel (si hoc ma
uis) potentiam: mortui hominis imago compescit. Plura hinc possem dicere: Vides
enim pro tua prudentia: q̃ locus late iste pateat reprehensioni. Sed meipse cohibeo:
ne a te rhetorice potius: q̃ ueridice agere existimer. Nam q; numina quædam punica
mortuoꝝ collegisti: quib⁹ in nostram religionem: festiuas (ut tibi uisũ est) contume
P lias faciendas putares: nescio utrũ refellere debeam: an silentio præterire. Si enim res
istæ uidẽt tam leues tuæ grauitati q̃ sũt: iocari mihi nõ multũ uacat. Si aũt graues tibi
uidẽt: miror q; nominũ absurditate cõmoto: in mentẽ nõ uenerit habere tuos: & in sa
cerdotib⁹ eucaddares: & in numinib⁹ abaddires. Nam puto ego ista tibi cũ scriberes in
aio nõ fuisse: sed more hũanitatis & leporis tui: commonefacere nos uoluisti ad rela
xandũ animũ: q̃nta in uestra superstitione ridenda sint. Neq; enim usq; adeo teipsum

obliuiſci potuiſſes: ut homo Afer ſcribens Afris: cum ſim⁹ utriq; in Africa conſtituti: punica nomina exagitãda exiſtimares. Nã ſi ea uocabula interpretemur: Nam Phanio quid aliud ſignificat q̃ boni pedis hominem: id eſt cui⁹ aduentus afferat aliquid fœlicitatis: ſicut ſolemus dicere: ſecũdo pede introiſſe: cuius introitum proſperitas aliqua conſecuta ſit. Quæ lingua ſi improbat̃ abs te: nega punicis libris: ut a uiris doctiſſimis prodit̃: multa ſapienter eſſe mandata memoriæ. Pœniteat te certe ibi natum: ubi huiuſmodi linguæ cunabula recalent. Si uero & ſon⁹ nobis non rationabiliter diſplicet: & me bene interpretatum illud uocabulum recognoſcis: habes quod ſuccenſeas Virgilio tuo: qui Herculem ueſtrum ad ſacra quæ illi ab Euandro celebrant̃ inuVir.8.Ene. tat hoc modo: Et nos & tua dexter adi pede ſacra ſecundo: Secundo pede optat ut ueniat. Ergo uenire Herculem optat: nõ Phanionem: de quo tu multũ nobis inſultare dignaris. Verũtamen ſi ridere delectat: habes apud nos magnam materiam facetiaꝝ: Deum ſtertutiũ: deam cloacinam: uenerem caluam: deum timorem: deum pallorem: deam febrem: & cætera innumerabilia huiuſcemodi: quib⁹ romani antiqui ſimulacrorum cultores templa fecerunt: & colenda cenſuerũt: Quæ ſi negligis: romanos deos negligis: exquo intelligeris non romanis initiatus ſacris: & tamen punica numina tanQ quam numinum romanorum altaribus dedita: contemnis ac deſpicis. Sed mihi uideris oĩno pluſquã nos fortaſſe illa ſacra nihilipendere: ſed ex eis neſcio quã captare ad hui⁹ uitæ tranſitũ uoluptatem: quippe qui etiam non dubitaueris ad Maronem confugere: ut ſcribis & eius uerſu te tueri: quo ait: Trahit ſua quemq; uoluptas. Nam ſi tiVir.in buco. bi auctoritas Maronis placet: ſicut placere ſignificas: profecto etiam illud placet: PriVir.8.Ene. mus ab æthereo uenit Saturn⁹ olympo: Arma louis fugiens: & regnis exul ademptis. Et cætera: quib⁹ eũ atq; huiuſcemodi deos ueſtros uult intelligi homines fuiſſe. Legerat enim ille multam hiſtoriam uetuſta auctoritate roboratam: quam etiam Tullius legerat: qui hoc idem in dialogis pluſq̃ poſtulare auderemus commemorat: & perducere in hominum noticiam: quantum illa tempora patiebantur: molitur. Q; autem dicis: eo noſtris ueſtra ſacra præponi: q; uos publice colitis deos: nos autem ſecretioribus conuenticulis utimur. Primo illud abs te quæro: quomodo oblitus ſis Liberum illum quem paucorum ſacratorum oculis committendum putatis: deinde tuipſe indicas nihil aliud te agere uoluiſſe: cum publicam ſacrorũ ueſtrorũ celebrationem commemorares: niſi ut uobis decuriones & primates ciuitatis p platæas ueſtræ urbis bachantes ac furentes ante oculos quaſi ſpectacula ponerem⁹: In qua celebritate ſiue numine inhabitamini: certe uidetis quale illud ſit quod adimit mentem. Si autem fingitis: quæ ſũt iſta etiam in publico ueſtra ſecreta: uel quo pertinet tam turpe mendaciũ: deinde cur nulla futura canitis ſi uates eſtis: aut cur ſpoliatis circũſtantes ſi ſani eſtis? Cum igitur hæc nos & alia quæ nunc prætermittenda exiſtimo: per epiſtolam tuam feceris recordari: qd nos nõ derideam⁹ deos ueſtros: quos abs teipſo ſubtiliter deride ri nemo non intelligit: qui & ingenium tuum nouit: & legit litteras tuas? Itaq; ſi aliquid inter nos de his rebus uis agam⁹ quod ætati tuæ prudentiæq; congruit: quod denicq; de noſtro propoſito iure a chariſſimis noſtris flagitari põt: quære aliqd noſtra diſcuſſione dignum: & ea pro ueſtris numinibus cura dicere: in quibus non te cauſæ præuaricatorem putem⁹: quo nos magis cõmoneas: quæ contra illos dici poſſunt q̃ pro eis aliquid dicas. Ad ſummam tamen: ne te hoc lateat: & in ſacrilega conuitia impruden/tem trabat: ſcias a chriſtianis catholicis: quorũ in ueſtro oppido etiam eccleſia conſtituta eſt: nullũ coli mortuoꝝ: nihil denicq; ut numẽ adorare qđ ſit factũ & cõditũ a deo: ſed unũ ipſum deũ: q; fecit & condidit omnia. Diſſerent̃ iſta lati⁹: ipſo uero & uno deo adiuuãte: cũ te grauiter agere uelle cognouero.

¶ Sancti Auguſtini ad Armentarium riparium: & Paulinam eius uxorem: ad celerem ſalutis portum propter incertum finem applicandum fore exhortantis: Et quales æternæ uitæ dilectores eſſe debeamus: ac uota ſint reddenda docentis. Epiſtola. XLV.

RDOminis eximijs meritoq; bonorabilibus ac desiderabilibus filijs: Armentario & Paulinæ: Augustinus in domino salutem. Vir egregius filius meus Rufer⁹ affinis uester retulit mihi qd domino uoueritis: Qua eius narratione hilarat⁹: & ibidem metuens: ne aliud suadeat ille temptator: qui bonis talibus antiquitus inuidet: exhortandam paucis credidi charitatem tuam domine eximie meritoq; bonorabilis & desiderabilis fili: ut cogites qd in diuinis eloquijs legit̃: Ne tardes conuerti ad dominum: neq; differas de die in diem: atq; arripias cures q; reddendū: qd ei te uouisse nosti: qui & debita exigit: & promissa persoluit. Nam & hoc scriptum est: Vouete & reddite domino deo uestro: quāquam & si non uouisses: quid aliud tibi suadendum fuit: aut quid melius ab homine fieri potest: q̄ ut ei se restituat: a quo institut⁹ est: præsertim quia charitatis erga nos dei tantū apparuit: atq; eluxit indicium: ut filium suum unigenitum mitteret: qui pro nobis moreret̃? Restat ergo ut fiat quod apostolus ait: propterea mortuum esse christum: ut qui uiuūt: non sibi iam uiuant: sed ei qui pro ipsis mortu⁹ est & resurrexit: nisi forte adhuc mūdus amand⁹ est: tanta rerum labe contritus: ut etiam speciem seductionis amiserit. Nam quantū illi laudandi atq; prædicandi: qui dignati non sunt etiam cum mundo florente florere: tantum increpandi & accusandi sunt: quos perire cū pereūte delectat: labores & pericula & exitia huius transitoriæ uitæ: si pro eadem uita quandoq; finienda subeuntur: ut mors eius non omnino auferatur: sed paululum differatur: quantomagis pro æterna subeunda sunt: ubi mortē nec natura sollicite cauet: nec ignauia turpiter timet: nec sapiētia fortiter sustinet? Nulli quippe erit quæ non erit. Habeat igitur te uita æterna in dilectoribus suis: Nonne cernis hæc uita miserabilis & egena: q̄ uehementes habeat: quantumq; sibi obliget amatores suos? Qui tamen periculo eius sæpe turbati: citius eam finiunt: eo ipso quo finire formidant: & mortem dum declinant: accelerant: ueluti si quisq̄ fluuio rapiend⁹ irruat: latronē bestiā ue fugiendo. lactant in mare tēpestate sæuiente aliquando & alimenta: & ut uiuant proijciūt unde uiuant: ne cito finiatur: quod uel in labore uiuitur. Quantis laboribus agitur: ut longiore tempore laboretur: & mors cum impendere cœperit: ideo cauetur: ut diutius timeatur? Nam inter tot casus fragilitatis humanæ: q̄ multæ mortes timentur: quarum certe una cum uenerit: restat cæteras non timeri: & tamen fugitur una cum omnes timeantur. Quibus excruciantur doloribus: qui curantur a medicis & secantur? Nunquid ut non moriantur: sed ut alio quanto serius moriantur? Multi cruciatus suscipiunt̃ certi: ut pauci dies adijciantur incerti: Et nonnunquam ipsis doloribus uicti continuo moriuntur: quos mortis timore suscipiunt. Et cum omnino non eligant uitam finire ne doleant: sed dolere ne finiant: accidit eis ut doleant & finiant: non solum quia & sanati utiq; uitam finiūt post dolores: quæ tantis pœnis cōparata nec sempiterna esse potest qa mortalis ē: nec diutur na qa tota breuis ē: nec de ipso breui spacio sui secura qa semp incerta est: uerūetiā ꝙ aliqn̄ eā dolore finierūt: quā ne finirent dolere uoluerūt. Habet etiā hoc magnū malū ac uehementer execrandum & borrendum nimius amor uitæ istius: ꝙ multi dum uolunt paulo diutius uiuere: grauiter offendunt deum: apud quem est fons uitæ. At ꝙ ita dum ab eis frustra qui necessario futur⁹ est uitæ finis metuitur: illinc prohibentur ubi sine fine uiuit̃. Huc accedit quia uita misera etiam si posset esse perpetua: nullo modo beatæ uitæ etiam breuissimæ comparanda est: & tamen isti amando miserrimam atq; breuissimam: perdūt beatissimam ac sempiternam: cū in bacipsa quā male diligunt hoc uelint quod in altera perdunt: quia utiq; in ista nec miseriam diligunt: nam beati esse uolunt: nec breuitatem: nam eam finiri nolunt: sed tantū quia uita est sic amatur ut sæpe propter eam (licet miseram & breuem) beata & sempiterna amittatur. His consideratis: quid magnum uita æterna iubeat amatoribus suis: cum se iubet sic amari: quemadmodum hæc amatur a suis? An uero dignum est: uel ferendum: cum contemnuntur omnia quæ amantur in mundo: ut uita post paulu-

Ecc̄i.5.

Ps̄.75.

2.Cor.5.

Ps̄.35.

lum finienda: saltem ipsum paululum teneatur in mundo: & non contemnitur mundus: ut obtineatur uita: quæ sine fine apud illum est: per quem factus est mundus.

2. Retrac. 43. Modo cum ipsa roma domiciliū clarissimi imperij barbarico uastaret incursu: q̄ multi huius uitæ temporalis amatores: ut eam uel infœliciter producendam nudamq; redimerent: dederūt omnia quæ illi non solum oblectandæ & obtinendæ: uerūetiam sustentādæ tuendæq; seruabāt. Solēt certe amatores illis q̄s amāt ut eas habeāt multa cō ferre: Isti amatā suā nō haberēt: nisi amādo inopem reddidissent: nec ei multa cōferrēt: sed cūcta potī auferrent: ne sibi eam hostis auferret. Nec eorū reprehendo consiliū. Quis enim nesciat perituram fuisse ipsam: si non ea perissent: quæ recondita fuerant propter ipsam: quamuis & quidam perdiderint prī illa: & mox ipsam: quidam uero licet parati cuncta perdere propter ipsam: prī perdiderint ipsam. Sed binc admonendi sumꝰ: quales æternæ uitæ dilectores esse debeamꝰ: ut propter eam contemnamus cūcta superflua: cum pro hac transitoria uita contempta sint quæ illi fuerant necessaria. Neq; enim amatam nostram: sicut illi suam ut teneamꝰ expoliamus: sed illi æternæ adipiscēdæ istam temporalem uelut famulam expeditiorem seruire faciamꝰ. Sic eam nec ornamentoꝝ uanoꝝ uinculis alligemꝰ: nec curarum noxiarū sarcinis oneremus. Audiamusq; dominū q̄ nobis illam uitam sūmo ardore desiderandam fidelissime pol

Matth. 11. licetur: uelut in totius mundi contione clamantem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego uos reficiam. Tollite iugum meū super uos: & discite a me quoniam mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabꝰ uestris: iugū enim meum lene: & onus meum leue est. Hæc disciplina piæ humilitatis: uentosam & turbidam cupiditatem: auidam rerū extra nostram potestatem constitutarum pellit ex animo: & quodammodo expirat. Ibi enim labor: ubi multa quærunt & diligunt: quibus adipiscendis atq; retinendis uolūtas non satis est: quia consequentem non habet facultatem. Iusta uero uita: cum uolumus adest: quia eamipsam plene uelle iusticia est. Nec plus aliquid perficienda iusticia est: q̄ perfectam uolūtatem requirere. Vide si labor est: ubi uelle satis est: unde diuinitꝰ dictum est: Pax in terra hominibꝰ bonæ uolū-

Luc. 2. tatis. Vbi pax ibi requies: ubi requies ibi finis appetendi & nulla causa laborandi. Sed hæc uolūtas ut plena sit: oportet ut sana sit. Erit autem sana: si medicum non refugiat: cuius solius gratia sanari potest a morbo desideriorū noxiorum. Ipse est ergo medicꝰ qui clamat: Venite ad me omes qui laboratis: iugum suum lene: & onus leue dicens: quia diffusa per spiritūsanctum charitate in cordibꝰ nostris: profecto amabit quod uidebitur: & non erit asperum nec onerosum si sub hoc uno iugo: quantominus tumida: tantomagis libera ceruice seruiatur. Et hæc est una sarcina: q̄ eiꝰ baiulus non præmitur sed leuat. Diuitiæ si diliguntur: ibi seruent ubi perire non possunt. Honor si diligitur: illic habeatur ubi nemo indignꝰ honorat. Salus si diligitur: ibi adipiscenda desideretur ubi adepta nihil timetur. Vita si diligitur: ibi acquiratur ubi nulla morte finitur. Reddite igit quod uouistis: quia uosipsi estis: & ei uos redditis a quo estis: red- Y
dite obsecro. Neq; enim qd reddit̄is: reddēdo minuet: sed potī seruabit & augebit. Benignꝰ em exactor est: nō egenꝰ: & q nō crescit ex redditis: sed i se crescere faciat reditores. Huic ergo qd non reddit perdit: qd aūt reddit: reddendo addit: Immo uero in eo cui reddit: ipse reddens seruat. Idipsū quippe erit redditū & redditor: qa idipsum erat debitū & debitor. Deo nanq; seipsum debet homo: eiq; reddendus est ut

Matth. 22. beatꝰ sit: a quo accepit ut sit. Hoc significat qd in euāgelio dominꝰ ait: Reddite cæsari: quæ cæsaris sūt: & deo quæ dei sunt. Hoc enim dixit: cū sibi demonstrato nummo: & quæsito cuiꝰ haberet imaginem: responsum esset cæsaris: ut binc intelligerēt: q deꝰ exigeret ab homine imaginem suā in homine ipso: sicut suam cæsar exigebat in nummo: Quantomagis ergo reddenda est cū promittit: cui etiā nō promissa debet. Qua- Z
propter charissime: possem quidē pro mea quantulacūq; facultacula: sancti propositi qd deo uouisse uos comperi: uberius laudare fructum: ac demonstrare quid distet

inter christianos dilectores mũdi huius: & contemptores: q̃uis fideles utriq; dicantur: Eodẽq; utriq; lauacro sacri fontis abluti sunt: eiusdẽ imbuti consecratiq; mysterijs: utriq; eiusdẽ euangelij: non auditores tm̃: uerũetiam prædicatores: nec utriq; tamen regni dei luciſq; participes: & uitæ æternæ: quæ sola est beata: cohæredes. Dns em̃ Iesus: nõ ab eis qui nõ audiũt: sed eos inter se auditores uerboꝝ suoꝝ: latissimo limite: nõ tenui distinctiõe discreuit. Qui audit inqt uerba mea hæc & facit ea: similabo eum uiro prudẽti: q ædificauit domũ suã supra petrã: Descendit pluuia: uenerũt flumina: flauerunt uenti: & impegerũt in domũ illam: & nõ cecidit: fundata em̃ erat supra petram. Qui aũt audit uerba mea hæc: & ñ facit ea: similabo eũ uiro stulto: q ædificauit domũ suã sup̃ arenã: Descẽdit pluuia: uenert flumina: flauerũt uẽti: & impegert̃ i domũ illã & cecidit: & facta ẽ ruina ei⁹ magna. Audire ergo illa uerba: ædificare est. In hoc utriq; pares sunt. In faciendo aũt & non faciendo qđ audiunt tm̃ dispar est: quantũ ædificiũ petræ solidatæ fundatum: dispar est ei: qđ sine ullo fundamento facili barenæ mobilitate subuertitur. Nec ideo quisq; oñino non audit: tutius sibi aliquid comparat. Nihil em̃ ædificans sine ullo tecto: multo facilius obruendus: rapiend⁹: & dispergendus imbrib⁹: fluuijs uentisq; donaẽ. Possim etiam pro modulo meo eosdem ipsos pertinẽtes ad dexteram: regnũq; cælorꝝ in suis gradib⁹ meritisq; distinguere atq; ostendere: quo differat uita cõiugalis filios procreantiũ: patrum matrũq; familias: uerũtamen religiosorũ ac pioꝝ: a beata uita quã uos deo uouistis: si nũc ad eam uouendam exhortãdus esses. Sed quia iã uouisti: iam te obstrinxisti: aliud tibi facere nõ licet: priusq̃ esses uoti re⁹: liberꝝ fuit quo esses inferior: q̃uis non sit gratulanda libertas: q̃ fit ut nõ debeatur qđ cum lucro reddiẽ. Nunc uero qa teneẽ apud deũ sponsio tua: non te ad magnã iusticiã inuito: sed a magna iniqtate deterreo. Non em̃ talis eris: si nõ feceris qđ uouisti: qualis mansisses: si nihil tale uouisses. Minor em̃ tunc esses nõ peior: Modo aũt tantũ (qđ absit) miserior: si fidẽ deo fregeris: q̃nto beatior si persolueris. Nec ideo te uouisse ? pœniteat: imo gaude iam tibi sic nõ licere: qđ cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaq; intrepidus: & dicta imple factis: ipse adiuuabit q uota tua expetit. Fœlix est necessitas: quæ in meliora cõpellit. Vna sola esse causa posset: q̃ te id qđ uouisti: nõ solũ nõ hortaremur: uerũetiã prohiberem⁹ implere: si forte tua coniũx hoc tecũ suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam & uouenda talia nõ sunt a coniugatis: nisi ex cõsensu & uolũtate cõi: Et si præpropere factũ fuerit: magis est corrigenda temeritas q̃ persoluenda promissio. Neq; em̃ deus exigit: si quis ex alieno aliqd uouerit: sed potiꝰ usurpare uetat alienũ. Diuina quippe de hac re: per apl̃m est prolata sententia: Vxor nõ habet potestatẽ corporis sui: sed uir. Similiter & uir nõ habet potestatẽ corporis sui: sed mulier: sexũ nomine corporis nuncupauit. Sed cũ illã tam paratã esse audiam deo dicare continentiã: ut eo solo impediaẽ: si tibi debitũ reddere coniugali iure cõpellie: ambo deo reddite qđ ambo uouistis: ut illi psoluaẽ qđ ab alterutro nõ exigitis. Si continẽtia uirtus est (sicuti est) cur ad eã sit promptior sexus infirmior: cũ uirtus a uiro potiꝰ cognominata uideaẽ: sicut similitudo uocabuli resonat? Noli ergo uir aberrare a uirtute: quam mulier est parata suscipere. Sit uester cõsensus oblatio ad supernũ altare creatoris: & uicta cõcupiscentia tanto fortius quãto sanctius uinculũ charitatis. Gaudeam⁹ de uobis in abũdanti gratia christi: domini eximij meritoq; bonorabiles & desiderabiles filij.

¶ Sancti Augustini ad Valentinũ: In eos qui liberũ arbitrium negant: atq; asserunt q̃ in die iudicij nõ sit deus redditurus unicuiq; ſm opera ei⁹: inuehentis. Epl'a. XLVI.

A Domino dilectissimo: & in christi membris honorando fratri Valentino: & fratribus qui tecum sunt: Augustinus in domino salutem. Venerunt ad nos duo iuuenes: Cresconius & Fœlix: de uestra congregatione se esse dicentes: qui nobis retulerunt monasteriũ uestrũ nonnulla dissensione turbatũ: eo q̃ quidam in uobis sic gratiã prædicent: ut negent hominis esse liberũ arbitriũ: & qđ est grauius: dicant q̃ in die iudicij non sit uel redditurus deus unicuiq; ſm opera eius. Etiam hoc tamen indicauerũt: q̃ plures uestrum non ita sentiant: sed liberum arbitriũ adiuuari fateanẽ

Matth. 7. Luc. 6.

33. q. 5. una 4. senten. dis. 32. ca. 1.

1. Cor. 7.

2. Retrac. 66.

p dei gratiã: ut recta sapiam⁹ atq; faciam⁹: ut cũ uenerit dominus reddere unicuiq; ſm opera eius: inueniat opera nostra bona: quæ præparauit deus ut in illis ambulemus.
1.Cor.1. Hoc qui sentiũt bene sentiũt. Obsecro ita uos fratres: sicut corinthios obsecrauit apostolus: per nomen domini nostri Iesu christi: ut idipsum dicatis oẽs: & nõ sint in uobis sciſmata. Primo eñ dñs noster Iesus christus: sicut scriptũ est in euãgelio Iohannis
Joh.3. apl'i: non uenit ut iudicaret mundũ: sed ut saluaret' mũdus per ipsum. Postea uero: sicut scribit apostolus Paulus: iudicabit deus mundum quando uenturus est: sicut tota ecclesia in symbolo confitetur: iudicare uiuos & mortuos. Si igitur non est dei gratia: quomodo saluat mundum? Et si non est liberum arbitrium: quomodo iudicat mundum? Proinde librũ uel epistolã meã: quã secũ ad uos supradicti attulerũt: ſm banc fidem intelligite: ut neq; negetis dei gratiã: neq; liberum arbitriũ sic defendatis: ut a dei gratia sepetis: tanq̃ sine illa uel cogitare aliquid uel agere ſm deũ ulla ratione possim⁹ qd' oĩno non possumus. Propter hoc eñ dñs cum de fructu iusticiæ loqueret': ait discipulis suis: Sine me nihil potestis facere. Vnde supradictã epistolã ad Sixtũ romanæ ec B
Joh.15. De gratia et li.ar.ca.1. clesiæ presbyteꝝ: contra nouos hæreticos pelagianos noueritis esse conscriptã: qui dicunt gratiã dei ſm merita nostra dari: ut qui gloriat': nõ in dño sed in seipso glorie': hoc est in hoĩe non in dño: Quod probibet apl'us dicens: Nemo glorie' in hoĩe. Et
1.Cor.1. alio loco: Qui gloriat' inquit: in dño glorie'. Illi uero hæretici seipsos a seipsis iustos fieri putãtes: quasi hoc eis nõ dederit deus: sed ipsi sibi: non utiq; in dño: sed in semetipsis
1.Cor.4 gloriañ. Talibus eñ dicit apl's: Quis eñ te discernit? Quod ideo dicit: quia de massa illi⁹ perditionis quæ facta est ex Adam nõ discernit hoĩem: ut eum faciat uas in bonorem: nõ in contumeliã nisi deus. Sed qñ homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset: Quis eñ te discernit: posset respõdere uel uoce uel cogitatiõe & dicere: Discernit me fides mea: discernit me oro mea: discernit me iusticia mea. Mox apl's occurrit cogi
Vbi s tationib⁹ eius & dixit: Quid eñ habes quod non accepisti? Si aũt accepisti: qd gloriaris: quasi nõ acceperis? Sic aũt gloriañ quasi nõ acceperint: q se a seipsis iustificare putant: ac per hoc in semetipsis nõ in domino gloriañ. Propter qd' ego in hac epistola: quæ ad uos peruenit: probaui per testimonia sancta ꝝ scriptura ꝝ: quæ ibi potestis inspicere: & bona opera nostra: & pias orationes: & rectam fidem nullo modo in nobis
Jacobi.1. esse potuisse: nisi hæc acceperimus ab illo: de quo dicit apostolus Iacobus: Omne datũ optimũ: & oñe donũ perfectum de sursum est: descendens a patre luminũ. Nec quisq̃ dicat meritis operum suo ꝝ: uel meritis orationũ sua ꝝ: uel meritis fidei suæ: sibi traditã dei gratiam: & putet' uerum esse quod illi hæretici dicunt: gratiam dei ſm merita nostra dari: quod omnino falsissimũ est: Non quia nullum est meritum: uel bonum pio ꝝ: uel malum impio ꝝ: alioquin quomodo iudicabit deus mundum? Sed misericodia &
Ps.58. gratia dei couertit hominem: de qua psalmus dicit: Deus meus misericordia eius præueniet me: ut iustificet' impius: hoc est ex impio fiat iustus: Et incipiat habere meritũ bonum: quod deus coronabit quando iudicabitur mundus. Multa erant quæ uobis C mittere cupiebam: quibus lectis: totam ipsam causam quæ concilijs episcopalibus acta est aduersus eosdẽ pelagianos hæreticos: diligenti⁹ & pleni⁹ nosse possitis: sed festinauerũt frẽs q ex numero uro ad nos uenerũt: p quos uobis nõ rescripsim⁹ ista: sed scripsim⁹. Nullas eñ ad nos ur æ chariratis litteras attulerũt: tñ suscepim⁹ eos: qñ simplicitas eo ꝝ satis indicabat: nihil illos nobis potuisse confingere. Ideo autem festinauerunt: ut apud uos agerent pascha: quo possit adiuuante domino tam sanctus dies: uestram pacem q̃ dissensionem potius inuenire. Melius aũt facitis (quod multum rogo) si ipsum a quo dicunt se fuisse turbatos: ad me mittere non grauemini. Aut enim non intelligit librum meum: aut forte ipse non intelligit': quando difficilimam quæstionem & pauCis intelligibilem: soluere atq; enodare conat'. Ipsa est enim quæstio de gratia dei: quæ
Ro.3. fecit ut homines non intelligentes: putarent apostolum Paulũ dicere: Faciamus ma-
2.Petri.3. la: ut ueniant bona. Vnde apostolus Petrus in secũda epistola sua: Quapropter inqt charissimi: hæc expectantes satis agite: inuiolati & immaculati apud eũ reperiri in pace: & dñi nostri cum patientia salutẽ existimantes: Sicut & dilectissimus frater noster

Paulus: ſm eā quæ data eſt ei ſapientiā ſcripſit nobis: ut & in oīb⁹ epiſtolis loquēs in eis de bis in qb⁹ ſunt quædā difficilia intellectu: quæ indocti & inſtabiles boies peruertūt: ſicut & cæteras ſcripturas ad ꝓpriū ſuū interitū. Cauete ergo qđ tātus apl's tā terribiliter dicit: & ubi ſentitis uos nō intelligere: interim credite diuinis eloquijs: quia & liberum eſt hominis arbitrium: & gratia dei: ſine cuius adiutorio: liberum arbitriū nec conuerti poteſt ad deum: nec proficere in deo. Et qđ pie creditis: ut etiam ſapiēter intelligatis orate. Et ad hoc ipſum em̄: id eſt ut ſapienter intelligamus: eſt utiq; liberū arbitrium. Niſi em̄ libero arbitrio intelligeremus atq; ſaperem⁹: non nobis præciperet dicēte ſcriptura: Intelligite ergo q inſipientes eſtis in populo: & ſtulti aliquādo ſapite. Eo ipſo quippe: quo præceptum & imperatum eſt ut intelligam⁹ atq; ſapiamus: obediētiā noſtram requirit: quæ nulla poteſt eſſe ſine libero arbitrio. Sed ſi poſſet hoc ipſū ſine adiutorio dei gratiæ fieri per liberum arbitriū: ut intelligeremus atq; ſaperemus: nō diceretur deo: Da mihi intellectū: ut diſcā mādata tua. Neq; in euangelio ſcriptum eſſet: Tunc aperuit illis ſenſum ut intelligerēt ſcripturas. Nec Iacobus apl's diceret: Siqs aūt ueſtrum indiget ſapientia: poſtulet a deo: qui dat omnibus affluēter: & nō improperat: & dabitur ei. Potēs eſt autē dominus: qui & uobis donet & nobis: ut de noſtra pace & pia cōſenſione: nuncijs celerrimis gaudeamus. Saluto uos: nō ſolū meo nomine: ſed etiam fratrum qui mecū ſūt: & rogo ut pro nobis cōcorditer atq; inſtanter oretis. Sit uobiſcum dominus.

Ps. 93.
Ps. 118.
Luc. 24.
Iacobi. 1.

¶ Sancti Auguſtini ad Valentinū: iuxta materiā prioris epiſtolæ acrius cōtra nouos bæreticos pelagianos de uolūtate & gratia diſputantis: Et iſtud Salomonis: Ne declines in ſiniſtram neq; in dexteram: exponentis. Epiſtola. XLVII.

D

Domino dilectiſſimo: & in chriſti mēbris bonorādo fratri Valentino: & fratrib⁹ qui tecum ſunt: Auguſtinus in domino ſalutem. Creſconiū fœlicem & alium Fœlicē dei ſeruos: qui ex ueſtra cōgregatōe ad nos uenerūt: nobiſcū egiſſe paſcha nouerit charitas ueſtra. Quos ideo tenuim⁹ aliquanto diutius: ut inſtructiores ad uos redirēt: aduerſus nouos bæreticos pelagianos: in quorū errorem cadit qui putat aliquo merito humano gratiam dei dari: quæ ſola hominem liberat per dominū nr̄m Ieſum chriſtum. Sed rurſum: qui putat: quando ad iudicium dn̄s uenerit: non iudicari boiem ſm opera ſua: q iam p ætatē uti potuit libero uolūtatis arbitrio: nihilomin⁹ in errore eſt. Soli em̄ paruuli: qui nōdum habēt opera propria: uel bona uel mala: ſm ſolū originale peccatum damnabuntur: quibus per lauacrum regenerationis nō ſubuenit gratia ſaluatoris. Cæteri autem oēs: qui iam utentes libero arbitrio: ſua propria peccata: originali peccato inſuper addiderunt: ſi de poteſtate tenebrarū per gratiam dei non eruunt: nec tranſferunt ad regnū chriſti: nō ſolū ſm originis: uerū etiam ſm propriæ uolūtatis merita: iudiciū reportabūt. Boni uero etiā ipſi quidē: nō ſolum ſm ſuæ bonæ uoluntatis merita præmium conſequentur: ſed etiam ipſam bonam uoluntatem per dei gratiam cōſecuti ſunt: ac ſic impletur quod ſcriptum eſt: Ira & indignatio: tribulatio & anguſtia: in omnē animam hominis operātis malum: iudæi primū & græci: gloria autem & honor & pax: omni operanti bonū: Iudæo primū & græco. De qua difficilima quæſtione: hoc eſt de uoluntate & gratia: nō opus habui etiā in hac epiſtola diuti⁹ diſputare: qm̄ & aliam iam eis dederam: tanq; citius redituris: Et ſcripſi ad uos etiam librū: quē ſi (adiuuāte dn̄o) diligenter legeritis: & uiuaciter intellexeritis: nullas exiſtimo inter uos de hac re diſſenſiones ulterius iam futuras. Portant autē ſecum & alia: quæ uobis dirigēda eē credidim⁹: qb⁹ cognoſcatis: quēadmodū catholica eccl'ia: in dei miſericordia pelagianæ bæreſis uenena repulerit. Quod em̄ ſcriptū eſt ad papā Innocentium romanæ urbis epiſcopum: de concilio prouinciæ carthaginenſis: & de concilio numidiæ: & aliquanto diligentius a quinq; epiſcopis: & quæ ipſe ad tria iſta reſcripſit. Itē ꝙ papæ zoſimo de Africano cōcilio ſcriptū eſt: eiuſq; reſcriptū ad uniuerſos totius orbis epiſcopos miſſum: & ꝙ poſteriori concilio plenario totius Africæ cōtra ipſum errorem breuiter conſtituimus: & ſupramemoratum librum meum: quem modo ad uos ſcripſi: hæc oīa & in præſenti legim⁹ cū ipſis: & per eos miſimus uobis.

Ro. 2.

E

Legimus eis etiã librum beatissimi martyris Cypriani de oratiõe dñica: & ostendim⁹ quẽadmodũ docuerit oĩa quæ ad mores nr̃os pertinẽt: quib⁹ recte uiuim⁹: a patre nr̃o qui in cælis est: esse poscenda: ne de libero præsumentes arbitrio: a diuina gratia deci-
damus. Vbi etiã demonstrauim⁹ quomodo admonuerit idem gloriosissim⁹ martyr: etiã pro inimicis nostris: q̃ nondũ in christũ crediderũt: nos ut credant orare debere. Quod utiq; inaniter fieret: nisi ecclesia crederet etiã malas atq; infideles hoim uoluntates: per dei gratiã in bonũ posse conuerti. Sed hunc librũ sancti Cypriani: quia dixerunt etiã illic apud uos esse: nõ misimus. Meam quoq; epistolã ad Sixtũ romanæ eccle siæ presbyterũ datã: quam secũ ad nos attulerunt: legim⁹ cũ eis: & ostendimus aduersus eos esse conscriptam: qui dicunt gratiã dei ſm merita nostra dari: hoc est aduersus eosdem pelagianos. Quantũ ergo potuimus: egimus cũ istis & uestris & nostris fratribus: ut in fide sana catholica perseuerẽt. Quæ neq; liberũ arbitriũ negat: siue in uitam malã siue in bonã: neq; tantum ei tribuit: ut sine gratia dei ualeat aliquid: siue ut exmalo cõuertat in bonũ: siue ut in bono perseuerãter ꝑficiat: siue ut ad bonũ sempiternũ
pueniat: ubi iã nõ timeat ne deficiat. Vos quoq; charissimi etiã i hac epla exhortor: qđ F
Ro.12. nos oẽs exhortat apls: Non plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad temperantiam: sicut unicuiq; deus partitus est mensuram fidei. Attendite qđ per Salomonẽ mo
Prouer.4. neat spũssanctus: Rectos cursus inquit fac pedibus tuis: & uias tuas dirige: ne declines in dexterã: neq; in sinistrã: auerte aũt pedẽ tuũ a uia mala: Vias em̃ quæ a dextris sunt nouit dñs: peruersæ uero sunt quæ a sinistris sunt. Ipse aũt rectos faciet cursus tuos: itinera aũt tua in pace producet. In his uerbis sanctæ scripturæ considerate fratres: quia si nõ esset liberũ arbitriũ: nõ diceret: Rectos cursus fac pedib⁹ tuis: & uias tuas dirige: ne declines in dexterã: neq; in sinistram: Et tñ sine dei gratia si posset hoc fieri: nõ postea diceret: Ipse aũt rectos faciet cursus tuos: & itinera tua in pace producet. Nolite ergo declinare neq; in dexterã neq; in sinistrã: q̃uis laudent uiæ quæ a dextris sunt: & uituperent quæ sunt a sinistris. Hoc est em̃ propter qđ addidit: Auerte aũt pedẽ tuũ a uia mala: hoc est a sinistra: Quod manifestat in sequentib⁹: dicens: Vias em̃ quæ a dextris sunt nouit dñs: puersæ uero sunt quæ a sinistris sunt. Eas utiq; uias ambulare debe
Ps.1. mus quas nouit dñs: De quibus in psalmo legit: Nouit dñs uiam iustoꝝ: & uia impiorum peribit. Hanc em̃ non nouit dñs: quia sinista est. Sicut dicturus est etiã illis ad sinistram constitutis: Nõ noui uos. Quid est aũt qđ ille non nouit: qui utiq; nouit oĩa: siue bona hominũ siue mala? Sed quid est: Nõ uos noui: nisi tales uos ego non feci? Quẽadmodum illud quod dictum est de ipso domino Iesu christo: quia non nouerat peccatum: quid est: nisi quia nõ fecerat? Ac per hoc quod dictum est: Vias quæ a dextris sunt nouit dñs: quomodo intelligendum est: nisi quia ipse fecit uias dextras: id est uias iustoꝝ: quæ sunt utiq; opera bona: quæ præparauit deus (sicut dicit apls) ut in illis ambulem⁹. Vias aũt sinistras peruersas: id est uias impioꝝ: non utiq; nouit: qa non eas ipse fecit in homine: sed bõ sibi. Propter qđ dicit: Odiui aũt ego puersas uias malorũ: ipsæ sunt a sinistris. Sed respondetur nobis: Cur ergo dixit: Ne declines in dextram: neq; in sinistrã: cum potius dicere debuisse uideat: Tene dexterã: & ne declines in sinistrã? Si bonæ sunt uiæ quæ a dextris sũt: cur putam⁹: nisi quia ita uiæ sunt bonæ quæ a dextris sunt: ut in dexteram tamen declinare non sit bonum? Declinare quippe ille est intelligẽdus in dexteram: qui bona ipsa opera quæ ad uias dexteras pertinent: sibi uult assignare nõ deo. Et ideo cum dixisset: Vias em̃ quæ a dextris sunt nouit dñs: peruersæ aũt sunt quæ a sinistris sunt: tanq̃ diceret ei: Quomodo ergo non uis ut declinemus ad dexteram: secutus adiunxit: Ipse aũt rectos faciet cursus tuos: itinera aũt tua in pace ꝑducet. Sic ergo intellige: qđ tibi præceptũ est: Rectos cursus fac pedib⁹ tuis: & uias tuas dirige: ut noueris cũ hoc facis: a dño deo tibi præstari ut hoc facias: & nõ declinabis ad dexterã: q̃uis ambules i uijs dextris: nõ cõfidẽs in uirtute tua: & ipe
erit uirt⁹ tua: q rectos faciet cursus tuos: & itinera tua in pace ꝑducet. Qua ꝑpter dile G
ctissimi: qcũq; dicit: uolũtas mea mihi sufficit ad faciẽda opa bona: declinat in dexterã. Sed rursus illi qui putant bonã uitam esse deserendã: qñ audiũt sic dei gratiam prædi-

Li. de gratia et libero arbitrio ca. 29.

cari: ut credat & intelligat uoluntates hoim ipsas ex malis bonas facere: ipas etiam qs fecerit custodire: & propterea dicūt: Faciam⁹ mala ut ueniant bona: in sinistrā declinat. Ideo uobis dixi: Non declinetis in dexteram neq; in sinistram: Hoc est non sic defendatis liberū arbitrium: ut ei bona opera sine dei gratia tribuatis: nec sic defendatis gratiam: ut quasi de illa securi: mala opera diligatis: qđ ipsa gratia dei auertat a uobis. Talium quippe uerba sibi præponens apls ait: Quid ergo dicem⁹? Permanebim⁹ in peccato ut gratia abundet? Atq; his uerbis hoim errantiū: & dei gratiā non intelligentiū: respōdit ut debuit dicēs: Absit. Si em̄ mortui sumus pcto: quō uiuem⁹ in eo? Nihil potuit dici breui⁹ & meli⁹. Quid em̄ nobis gratia dei utili⁹ confert in hoc præsenti sæculo maligno: nisi ut moriamur pcto? Ac p hoc ipsi grē inueniet ingrat⁹: qui ꝓpter illā uult uiuere in pcto p quā morimur pcto. Deus aūt q diues est in misericordia: det uobis & sanū sapere: & usq; in finē proficiēter in bono proposito permanere. Hoc pro uobis: hoc pro nobis: hoc pro oīb⁹ qui uos diligunt: & pro eis qui uos oderūt: instanter in pace fraterna & uigilanter orate: ut deo uiuatis.

Ro.5.

Ro.6

¶ Beati Augustini ad Vincentiū donatistā & rogatistam: de correctione multoꝝ hæreticoꝝ ex affectu gaudentis. Quosdam etiā durius per sæculares potestates ad emēdationē erroris coercendos esse docentis. De correctionū etiā & persecutionū differentia: ac de hæreticoꝝ baptismo & sacramentis pertractantis. Q̄q per unitatē & cōmunionē maloꝝ cum bonis: iusti non maculent: Atq; de duplici confusiōe adducente peccatū: & adducente gratiā & gloriā determinantis. Epla. XLVIII.

HOnorificentissimo fratri Vincentio: Augustin⁹. Accepi epl'am quā tuā esse nō mihi incredibile uisum est. Attulit em̄ eam: quē catholicū christianū esse constaret: q ut opinor mihi mentiri nō auderet. Sed si forte nō sunt litteræ tuæ: ego ei qui scripsit rescribendū putaui. Nūc me potius quietis esse auidū & petentem: q̄ tunc cū me adolescētem uiuo adhuc Rogato cui successisti & apud carthaginē noueras. Sed donatistæ nimiū inquieti sunt: quos per ordinatas a deo potestates cohiberi atq; corrigi mihi non uidetur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus: qui tam ueraciter unitatē catholicā tenent atq; defendūt: & a pristino errore se liberatos esse lætant: ut eos cū magna gratulatione miremur. Qui tn̄ nescio q̄ui consuetudinis nullo modo mutari in meli⁹ cogitarent: nisi hoc terrore perculsi: sollicitam mentē ad considerationē ueritatis intenderent: ne forte nō ꝓ iustitia: sed ꝓ peruersitate & præsumptione hoim: ipsas temporales molestias: infructuosa & uana tolerantia paterent: & apud deū postea nō inuenirēt nisi debitas pœnas impioꝝ: qui eius tam lenē admonitionē: & paterna flagella contēpserint. Ac sic ista cogitatione docibiles facti: non in calumnijs & fabulis humanis: sed in diuinis libris promissam per oēs gentes inuenirent ecclesiā: quam suis oculis reddi conspicerēt: in quib⁹ & christū prænunciatū: etiam nō uisū: super cælos esse minime dubitarēt. Nunqd nā ego istoꝝ saluti inuidere debebā: ut collegas meos ab huiusmodi paterna diligentia reuocarē: per quā factū est ut multos uideam⁹ accusare suā pristinā cæcitatē: q cū sup cælos exaltatū christū etiā nō uidētes credebāt: gloriā tn̄ eius sup oēm terrā: etiā uidentes negabāt: cū propheta utrūq; una sententia tāta manifestatione complexus sit dicēs: Exaltare sup cælos deus: & sup oēm terrā glia tua? Istos ergo atroces quōdā iimicos nr̄os: pacē & quietē nr̄am uarijs uiolētiaꝝ & insidiaꝝ generib⁹ grauiter infestantes: si sic cōtemnerem⁹ & tolerarem⁹: ut nihil oino qđ ad eos terrēdos ac corrigēdos ualere posset: excogitaret & argueret a nobis: & uere malū pro malo redderem⁹. Si em̄ quis q̄ inimicū suū periculosis febrib⁹ freneticū factū: currere uideret in præceps: nōne tūc pot⁹ malū pro malo redderet: si eū sic currere pmitteret: q̄ si corripiendū ligandūq; curaret: & tn̄ tunc ei molestissim⁹ & aduersissim⁹ uideret: qn̄ utilissim⁹ & misericordissim⁹ extitisset? Sed plane salute reparata: tāto uberi⁹ ei grās ageret: q̄nto sibi eū min⁹ pepcisse sēsisset. O si possē tibi oīdere exipis circūcelliōib⁹: q̄ multos iā catholicos manifestos habeam⁹ damnātes suā pristinā uitā & miserabilē errorē: quo se arbitrabāt ꝓ eccl'ia dei facere qcqd iquieta temeritate faciebāt: q tn̄ ad hāc sanitatē nō ꝓducerēt nisi legū istaꝝ quæ tibi displicēt uincul'

2. Retrac. ca. 5. Deverb dñi. ser. 6.

Ps. 107.

23. q. 4. nimiū

23. q. 4. nimiū

tanq̃ frenetici ligarent. Quid illud alterũ genus morbi grauissimi eoꝝ: qui turbulentã l
quidem audaciam non habebant: sed quadam uetusta socordia premebant: dicentes
nobis: Verũ quidem dicitis: non est qđ respondeatur: sed durũ est nobis traditionem
parentũ relinquere? Nonne salubriter regula temporaliũ molestiaꝝ excutiendi erãt:
ut tanquã de somno lethargico emergerent: & in salutẽ unitatis euigilarent? Q̃ multi ex ipsis nunc nobiscũ gaudentes: pristinũ pondus pernicios sui operis accusant: &
fatent nos sibi molestos esse debuisse: ne tanquã mortifero somno: ita morbo ueterno
23.q.4.nimiũ sæ consuetudinis interirent. At enim quibusdam ista non prosunt: nũquid ideo negligenda est medicina: quia nonnullorũ est insanabilis pestilentia? Tu non attendis nisi
eos qui ita duri sunt: ut nec istam recipiant disciplinam. De talibus enim scriptum est:
Hiere.2. Frustra flagellaui filios uestros: disciplinam non receperũt. Puto tamen quia dilectione non odio flagellati sunt. Sed debes etiam tam multos attendere: de quorũ salute
gaudem⁹. Si enim terrerent & non docerent: improba quasi dominatio uideret. Sed
rursus si docerent & non terrerent: uetustate consuetudinis obdurarent: & ad capescendam uiam salutis pigrius mouerent: quandoquidem multi (quos bene nouim⁹)
reddita sibi ratione & manifestata ex diuinis testimonijs ueritate: respõdebãt nobis:
cupere se in ecclesiæ catholicæ cõmunionem transire: sed & uiolentas perditorũ bominum inimicitias formidare: quas quidem pro iusticia & pro æterna uita utiq; contemnere debuerunt. Sed talium infirmitas donec firmi efficiant sustinenda est non
Iob.13. desperanda. Nec obliuiscendũ quod ipse dominus adhuc infirmo Petro ait: Non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Cum uero terrori utili doctrina salutaris k
adiungit: ut non solũ tenebras erroris lux ueritatis expellat: uerũetiam malæ consuetudinis uincula uis timoris abrumpat: de multoꝝ (sicut dixi) salute lætamur: benedicentium nobiscũ: & gratias agentiũ deo: q̃ sua pollicitatione completa: qua reges ter-
5.q.5.nõ omnis ræ christo seruituros esse promisit: sic curauit morbidos: sic sanauit infirmos. Non om-
23.q.4.nimiũ nis qui parcit amicus est: nec omnis q uerberat inimicus. Meliora sunt uulnera amici:
Prouer.27. q̃ uoluntaria oscula inimici. Melius est cũ sæueritate diligere: q̃ cum lenitate decipere.
Vtil⁹ esurienti panis tollitur: si de cibo secur⁹ iusticiam negligebat: q̃ esurienti panis
frangit: ut iniusticiæ seduct⁹ acquiescat. Et q freneticum ligat: & q lethargicũ excitat:
ambobus molestus: ambos amat. Quis nos potest ampli⁹ amare q̃ deus? Et tamẽ nos
non solũ docere suauiter: uerũetiam salubriter terrere nõ cessat. Fomentis lenibus q̃bus consolat: sæpe etiam mordacissimũ medicamentũ tribulationis adiungens: exercet famæ patriarchas etiam pios & religiosos: populũ contumacem pœnis grauiorib⁹
agitat. Non aufert ab apostolo stimulũ carnis tertio rogat⁹: ut uirtutem in infirmitate
perficiat. Diligam⁹ etiam inimicos nostros: quia hoc iustũ est: & hoc præcepit deus: ut
Matth.5. simus filij patris nr̃i q in cælis est: qui facit solem suũ oriri sup bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Sed sicut ista dona eius laudam⁹: ita etiã flagella eius in eos quos L
23.q.4.nimiũ diligit cogitem⁹. Putas neminẽ debere cogi ad iusticiam: cum legas patrẽfamilias di-
Luc.14. xisse seruis: Quoscũq; inueneritis cogite intrare? Cum legas etiã ipsum primo Saulũ:
Act.9. postea Paulũ: ad cognoscendã & tenendam ueritatẽ: magna uiolentia christi cogentis esse compulsum: nisi forte chariorem putas hominibus esse pecuniam: uel qualemlibet possessionem: q̃ lucem istam quæ oculis capitur. Hanc ille cælesti prostratus
lumine subito amissam non recuperauit nisi cum sãctæ incorporaretur ecclesiæ: Et putas nullam uim adhibendam esse homini: ut ab erroris pernitie liberetur: cum ipsum
deum quo nemo nos utilius diligit certissimis exemplis hoc facere uideas: & christum
Iob.6. audias dicentẽ: Nemo uenit ad me nisi quẽ pater attraxerit: quod fit in cordibus oim
qui se ad eũ: diuinæ iracundiæ timore conuertunt? Et noueris aliquando furem: auertendis pecorib⁹ pabulũ spargere: & aliquando pastorẽ flagello ad gregem pecora er-
Gen.16. rantia reuocare. Nonne contumacem ancillam data sibi potestate: Sara potius affligebat? Et utiq; nõ eam quam superius beneficio suo matrem fecerat crudeliter oderat:
sed in ea superbiã salubriter edomabat. Non autem ignoras q̃ istæ duæ mulieres Sara
& Agar: & duo filij eaꝝ Isaac & Ismael: pro spiritalibus & carnalibus figurent: Et cum

legam⁹ ancillã & filiũ ei⁹ a Sara passos graues molestias: Paulus tñ apostol⁹ dicit: q̃ ab
Ismaele persecutionem sit passus Isaac. Sed sicut tunc: inquit: ille qui erat ſm carnem: Gal.4.
persequebat eũ qui erat ſm spiritũ: ita & nũc: ut qui possunt intelligant: magis eccle-
siam catholicam persecutionem pati superbia & impietate carnaliũ: quos temporalib⁹
M molestijs atq̃ terroribus emendare conat. Quicquid ergo facit uera & legitima ma-
ter: etiam si aspe x̃ amarũq̃ sentiat non malũ p̃ malo reddit: sed bonũ disciplinæ ex-
pellendo malũ iniquitatis apponit: non odio nocendi: sed dilectione sanandi: cũ boni
& mali eadem faciũt: eade q̃ patiunt: non factis & pœnis: sed causis utiq̃ discernendi
sunt. Pharao populũ dei duris laborib⁹ atterebat: Moyses eũdem populũ impie agen
tem duris coertionib⁹ affligebat: similia fecerũt: sed non similiter prodesse uoluerunt:
Ille dominatione inflat⁹: iste çelo inflammat⁹ est. Ieçabel occidit prophetas: Helias oc-
cidit pseudo prophetas: Puto q̃ diuersa sint merita facientiũ: & diuersa passio x̃. Aspi-
ce etiam tempora noui testamenti: quando iam ipsa mansuetudo charitatis: nõ solum
in corde erat seruanda: uerũetiam in luce monstranda: quando Petri gladius in uagi-
nam reuocat a christo: & ostendit non debuisse de uagina eximi nec pro christo. Le-
gimus tamen non solũ q̃ cæciderũt iudæi Paulũ apostolũ: uerũetiam q̃ cæciderunt &
græci pro Paulo ap'lo Sostenen iudæũ: Nõne similitudo facti quasi utrosq̃ coniũgit: &
tamen eos causæ dissimilitudo discernit? Nempe deus proprio filio suo non pepercit: Ro.8.
sed p̃ nobis oibus tradidit illũ. Nempe de filio ipso dicit: Qui me dilexit & tradidit se- Gal.2.
metipsũ pro me. Nempe & de Iuda dicit: q̃ introierit in eũ sathanas: ut traderet chri- Joh.13.
stũ. Cũ ergo & p̃ traiderit filiũ suũ: & ipse xp̃s corp⁹ suũ: & Iudas dñm suũ: cur in hac
traditione deus est pius: & homo reus: nisi in re una quã fecerit causa nõ una est quã fe
cerũt. Tres cruces in loco uno erant: In una latro liberandus: in alia latro damnandus:
in media christus: alterum liberatur⁹: alterum damnatur⁹: Quid similius istis crucib⁹?
quid dissimilius istis pendentib⁹? Tradit⁹ est Paulus includendus & colligandus: sed Act.16.
quolibet custode carceris: Peior est utiq̃ sathanas: cui tamen ipse Paulus tradidit ho- 1.Cor.5.
minem in interitum carnis: ut spiritus saluus sit in die domini iesu. Et hic quid dicim⁹?
N Ecce mitiori tradidit crudelis traditor: crudeliori tradidit misericors traditor. Discam⁹
frater in similitudine ope x̃ discernere animos operantiũ: ne clausis oculis calumnie-
mur: & benuolos pro nocentib⁹ accusemus. Item cum ait idem apostolus: tradidisse
se quosdam sathanæ ut discerent non blasphemare: malũ pro malo reddidit: an po- 1.Timoth.1.
tius malos etiam per malũ emendare: bonũ opus esse indicauit? Si semper esset lauda
bile persecutionem pati: sufficeret domino dicere: Beati qui persecutionem patiunt: Matth.5.
necadderet: propter iusticiam. Item si semper esset culpabile persecutionem facere: 23.q.4.nimiũ
non scriptũ esset in sanctis libris: Detrahentem proximo suo occulte: hunc perseque- Ps.100.
bar. Aliquando ergo & qui eam patit: iniustus est: & qui eam facit: iustus est. Sed pla-
ne semp: & mali persecuti sũt bonos: & boni persecuti sunt malos. Illi nocendo per in-
iusticiam: illi consulendo per disciplinam. Illi immaniter: illi temperanter. Illi seruiẽtes
cupiditati: illi charitati. Nam qui trucidat: non considerat quemadmodũ laniet: q autẽ
curat considerat quemadmodũ secet. Ille em̃ persequit sanitatem: ille putredinẽ. Oc-
ciderunt impij prophetas: occiderẽt impios & prophetæ. Flagellauerũt iudæi christũ:
iudæos flagellauit & christus. Traditi sunt apostoli ab hominibus potestati humanæ:
tradiderẽt & apostoli homines potestati sathanæ. In his omnibus quid attendit: nisi qs
O eorum pro ueritate: quis pro iniquitate: quis nocendi causa: quis emendandi? Non in 23.q.4.nõ
uenitur exemplum in euangelicis & apostolicis litteris: aliquid petitum a regibus ter- inuenitur
ræ pro ecclesia & contra inimicos ecclesiæ: quis negat non inueniri? Sed nondum im-
plebat illa prophetia: Et nunc reges intelligite: & erudimini qui iudicatis terram: Ser- Ps.2.
uite domino in timore. Adhuc enim illud implebat: quod in eodem psalmo paulo su-
perius dicit: Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania? Astiterunt re-
ges terræ: & principes conuenerunt in unum aduersus dominũ: & aduersus christum
eius. Verũtamen si facta præterita in propheticis libris: figuræ fuerũt futurorx in rege
illo qui appellabat Nabuchodonosor: utrũq̃ tempus figuratum est: & quod sub apo-

stolis habuit: & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaq; apostolor & martyrum illud implebat quod figuratū est quando rex memoratus pios & iustos cogebat adorare simulacra: & recusantes in flammas mittebat. Nūc autem illud implet quod paulopost in eodem rege figuratum est: cum conuersus ad honorandum deū uerum: de-
Daniel.2. creuit in regno suo: ut quicūq; blasphemaret deum Sidrac / Misac & Abdenago: pœnis debitis subiaceret. Prius ergo temp⁹ illius regis: significabat priora tempora regū infidelium: quos passi sunt christiani pro impijs. Posterius uero tempus illius regis: significauit tempora posteriorū regum iam fidelium: quos patiunt impij pro christianis. Sed plane in eis qui sub nomine christi erant seducti a peruersis: ne forte oues christi sint errantes: & ad gregem aliter reuocandæ sint: temperata sæueritas & magis mansuetudo seruatur: ut coertione exiliorum atq; damnorum tribulatione admoneant considerare quid & quare patiant: & discant præponere rumoribus & calumnijs hominū scripturas quas legunt. Quis enim nostrum: quis uestr& non laudat leges ab imperatoribus datas aduersus sacrificia paganorū? Et certe longe ibi pœna sæuerior constituta est: illius quippe impietatis capitale supplicīū est. De uobis autem corripiendis atq; coercendis: habita ratio est: qua potius admoneremini ab errore discedere: q̄ pro scelere puniremini. Potest enim fortasse etiam de uobis dici: quod ait apo p
Ro.10. stolus de iudæis: Testimoniū illis phibeo: qa çelū dei habēt: sed nō fm scientiā. Ignorātes em̄ dei iusticiā: & suā uolētes cōstituere iusticiæ: dei nō sūt subiecti. Quid em̄ aliud & uos q̄ uestram iusticiā uultis constituere: quando non dicitis iustificari nisi eos quia uobis potuerunt baptiçari? In hac ergo apostolica sententia quam de iudæis protulit: hoc distatis a iudæis: q̄ uos habetis sacramenta christiana: quibus illi adhuc carent. Cæterum ad hoc quod ait: Ignorātes dei iusticiam: & suam uolentes constituere: & q̄ çelum dei habent: sed non fm scientiam: pares estis omnino: exceptis dumtaxat illis: quicunq; in uobis sunt: scientes quid uerū sit: & pro animositate suæ peruersitatis: contra ueritatem etiam sibi notissimam dimicātes. Horum quippe impietas: etiam idolatriam forsitan superat. Sed quia nō facile cōuinci possunt (In aio nāq; latet hoc malū) oēs tanq̄ nō a nobis minimis alieni leniori sæueritate coercemini. Et hoc quidē uel de omnibus hæreticis qui christianis sacramentis imbuunt: & a christi ueritate siue unitate dissentiunt: uel donatistis omnibus dixerimus. Quid autem ad uos attinet: qui non solum cum illis cōmuniter donatistis a Donato: uerūetiam proprie rogatistæ a Rogato appellamini? Mitiores quidem esse uidemini: quia circūcellionum imanissimis gregibus non sæuitis: sed nulla bestia si neminem uulneret propterea mansueta dicitur: quia dentes & ungues non habet. Sæuire uos nolle dicitis: ego non posse arbitror. Ita enim estis numero exigui: ut mouere uos contra aduersarias uobis multitudines non audeatis: & si cupiatis. Sed ponamus uos etiam nolle: quod non ualetis: pona- Q
Matth.5. mus uos euangelicā sentētiam qua scriptum est: Si quis tibi uoluerit tunicam tollere: & iudicio tecum cōtendere: dimitte illi & palliū: sic intelligere: sic tenere: ut persequētibus uos non solum nulla iniuria: uerūetiam nullo iure resistendū putetis. Hunc certe intellectum Rogatus auctor uester: aut non habuit: aut non impleuit. Qui de nescio quibus rebus ut dicitis uestris acerrima perseuerantia etiam forensi disceptatiōe conflixit. Cui si diceret: quis unquam apostolorum in causa fidei: res suas iudicio publico defendit: sicut tu in epla tua posuisti? Quis unquam apostolorū in causa fidei res alienas iuuasit? Nullum quidem in diuinis litteris huius facti reperiret exemplum: sed tamen forte inueniret aliquā ueram defensionem: si ueram ecclesiam retineret: & non sub ecclesiæ uero nomine impudenter aliquid possideret. Quid autem pertinet ad terrænarum potestatū iussa: contra scismaticos aut hæreticos: uel impetranda uel exerenda? Illi quidem a quibus uos separastis acerrimi fuerunt: & contra uos (quantū audire potuimus) & contra maximianistas: qd gestorum etiam certis documētis probamus: sed tamen nondum ab eis separati eratis: quando Juliano imperatori in sua petitione dixerunt: q̄ apud eum sola iusticia locum haberet: quem certe apostatam nouerant: & idolatrijs deditum sic uidebant: ut aut iusticiam esse idolatriam faterentur:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut se scelerate mentitos: negare non possent: ut apud eum dicerent solam locum habere iusticiam: apud quem magnū locū cernerēt habere idolatriam. Sed fuerit error in uerbo: de facto ipso quid dicis? Si nihil iustum ab imperatore petendum est: cur a Iuliano petitū est: quod iustum putatū est? An p hoc petēdum est: ut sua quisq; recuperet: non ut aliquem quo ab imperatore coerceat: accuset? Interim & in suarum rerum recipiendarum repetitione ab apostolicis exemplis recedit: quia hoc fecisse nemo inuenit illorum. Sed tamen cum maiores uestri ipsum Cecilianum tunc ecclesiæ carthaginensis episcopū: cui tanq; criminoso communicare noluerūt: apud principem Constantinum per Anulinum proconsulem accusauerunt: non res suas amissas repetiuerunt: sed innocentem (sicut existimam⁹: & sicut ipse iudiciorum exitus docuit) calumniose appetiuerūt: Quo quid sceleratius ab eis fieri potuit? Si autem (sicut falso arbitramini) uere criminosum iudicandum terrænis potestatibus tradiderūt: quid nobis obijcitis qđ uestrorū præsumptio primitus fecit: q̄ eos nō argueremus quia fecerunt: si non animo inuido & noxio: sed emendandi & corrigendi uoluntate fecissent. Vos autem indubitanter arguimus: quibus crimen uidet de inimicis cōmunionis nostræ: christiano imperatori aliquid conqueri: cum libellus a maioribus uestris Anulino proconsuli datus: & Constantino imperatori mittendus: ita ut supra scriptum sit: Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Ceciliani: traditus a parte maiori. Illos autem magis hinc arguim⁹: quia cum apud imperatorem ultro Cecilianum accusassent: quē primo utiq; apud collegas transmarinos conuincere debuerint. Ipso autem imperatore longe ordinatius agente: ut episcoporū causam ad se delatam: ad episcopos mitteret: nec uicti pacem cum fratribus habere uoluerunt: sed rursus ad eundem imperatorem uenerunt: rursus non Cecilanum tantum: uerūetiam datos sibi episcopos iudices: apud terrænum regem accusauerūt: Rursus ab alio episcopali iudicio ad eūdem imperatorem appellauerūt: Nec eoipso inter partes cognoscente atq; iudicante: uel ueritate uel paci cedendum esse dixerunt. Quid autem aliud statueret Constantinus aduersus Cecilianum & socios eius: si essent uestris maioribus accusantibus uicti: q̄ q̄ statuit in eosipsos: qui cū ultro accusassēt: nec ea quæ intendebāt probare potuissent? Noluerunt enim ueritati consentire: nec uicti. Ille quippe imperator prim⁹ constituit 23.q.4.nimiū
in hac causa: ut res conuictorum: & unitati pertinaciter resistētium: fisco uendicarēt. Sed uidelicet si uestris maioribus accusantibus atq; superantibus contra communionem Ciciliani: imperator tale aliquid decreuisset: prouisores ecclesiæ: defensores pacis & unitatis nominari uelletis. Cum uero in eos qui ultro accusantes: nihil probare potuerunt: nec oblato sibi gremio pacis: quo correcti exciperentur: consentire uoluerunt: ab imperatoribus talia decernunt: indignum facinus clamitat: neminem ad unitatem esse cogendum: malum pro malo reddendū nemini esse contenditur: Quid est aliud q̄ id qđ de uobis qdam scripsit: quod uolum⁹ sanctū est? Et nūc nō erat magnum neq; difficile considerare atq; cogitare Constantini iudiciū atq; sententiam contra uos uigere: quæ uestris maioribus Cecilianum apud imperatorem: totiens accusantibus & non conuincētib⁹: aduersus uos promulgata est: eam necessario sequi cæteros imperatores: maxime catholicos christianos: quotiēs de uobis aliquid agere uīæ obstinatiōis
S necessitas cogit. Facile erat ista cogitare: ut uobisipsis aliquādo diceretis: Si Cecilianus uel innocēs fuit uel nocēs: & conuinci non potuit: qd in hoc negocio tam longe lateq; diffusa societas christiana peccauit? Cur orbi christiano nō licuit ignorare: qđ non potuerunt qui accusauerant demonstrare? Cur illi quos christus in agro suo: id est in hoc mundo seminauit: & inter çiçania crescere usq; ad messem præcepit? Cur tot milia fidelium in omnibus gentibus: quorum multitudinem stellis cæli & harenæ maris dominus comparauit: quos in semine Abraæ benedicendos promisit & reddidit: propterea neganē esse christiani: quia in hac causa in qua discutienda non interfuerunt: iudicibus potius suo periculo iudicantibus: q̄ uictis litigatoribus credere maluerūt? Cer- 23.q.4.nimiū
te nullius crimen maculat nescient. m. Quomodo fideles toto orbe diffusi: crimen tra- 1.q.4.nullius
ditorum cognoscere poterant: qđ accusatores etiam si nouerant: tamē eis ostendere

non ualebant? Hos ergo ab hoc crimine innocentes esse: nempe ipsa ignorantia facillime ostendit. Cur ergo innocentes falsis criminibus accusantur: quia crimina aliena: seu falsa: seu uera nescierunt? Quis locus innocentiæ reseruatur: si crimen est proprium nescire crimen alienum? Porro si tot gentium populos: ipsa ignorantia (sicut dictum est) innocentes ostendit: q̄ magnum crimen est ab istorum innocentiū communione separari? Nam & facta nocentium: quæ innocentibus demonstrari: uel ab innocentibus credi non possunt: non inquinant quēquam: si propter innocentium consortium etiam cognita sustinent. Non enim propter malos boni deserendi: sed propter bonos mali tolerandi sunt: sicut tolerauerunt prophetæ contra quos tanta dicebant: nec communionem sacramentorum illius populi relinquebat: sicut ipse dominꝰ nocentem ludam usq; ad condignum eius exitum tolerauit: & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit. Sicut tolerarunt apostoli eos qui per inuidiam (quod ipsius diaboli uitium est) christum annunciabant: Sicut tolerauit Cyprianꝰ collegarum auariciam: quam ſm apostolū appellat idolatriam. Postremo quicquid tunc T inter illos episcopos gestum est: etiam si forte ab aliquibus eorum sciebat: si non sit acceptio personarum nunc ab omnibus ignoratur. Cur ergo non ab omnibus pax amatur? Hæc facillime cogitare possetis: aut fortasse etiā cogitatis. Sed melius erat ut amaretis possessiones terrænas quas timēdo perdere cognitæ ueritati consentiretis: q̄ ut amaretis uanissimam hominum gloriam: quam uos putatis perdere si cognitæ ueritati consenseritis. Vides itaq; iam (ut opinor) non esse considerandum q̄ quisq; cogitur: sed quale sit illud quo cogitur: utrum bonum an malum: non quo quisq; bonus possit esse inuitus: sed timendo qđ nō uult pati: uel relinquit impedientem animositatem: uel ignoratam compellitur cognoscere ueritatem: ut timens uel respuat falsū de quo contendebat: uel quærat uerum quod nesciebat: & uolens teneat iam quod nolebat. Superfluo hoc fortasse diceretur quibuslibet uerbis: si non tam multis ostenderetur exemplis. Non illos aut illos homines: sed multas ciuitates uidemus fuisse donatistas: nunc esse catholicas: detestari uehementer diabolicam separationem: diligere ardenter unitatē. Quæ tñ timoris huius (qui tibi displicet) occcasionibus catholicæ factæ sunt per leges imperatorum: a Constantino apud quem primum uestri ultro Cecilianum accusauerunt: usq; ad præsentes imperatores: qui iudicium illiꝰ quem uestri elegerūt: quem iudicibus episcopis prætulerūt: iustissime contra uos custodiendū esse decernunt. His ergo exemplis a collegis meis mihi propositis cessi. Nam mea primitꝰ V sententia erat: neminem ad unitatem christi esse cogendum: uerbo esse agendum: disputatione pugnandum: ratione uincendum: ne fictos catholicos haberemus: quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea nō contradicentium uerbis: sed demōstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea: Quæ cum tota esset in parte Donati: ad unitatem catholicam timore legum imperialium conuersa est: quam nunc uidemus ita huius uestræ animositatis perniciem detestari: ut in ea nunquā fuisse credatur. Ita aliæ multæ quæ mihi nominatim commemorabantur: ut ipsis rebus agnoscerem: etiam in hac causa recte intelligi posse: quod scriptum est: Da sapienti occasionem & sapientior erit. Q̄ multi enim (quod certo scimꝰ) X iam uolebant esse catholici: manifestissima ueritate commoti: & offensionem suorū reuerēdo quotidie differebāt. Q̄ multos nō ueritas (in qua nunquā præsumpsistis) sed obduratæ consuetudinis graue uinculū colligabat: ut in eis compleret diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus: Si enim & intellexerit nō obediet. Q̄ multi propterea putabant ueram ecclesiam esse partem Donati: quia eos ad cognoscendam catholicam ueritatem: securitas torpidos: fastidiosos pigrosq; faciebat. Quā multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum: qui nescio quid aliud nos in altare dei ponere iactitabant. Quā multi nihil interesse credētes in qua quisq; parte christianus sit: Ideo p̄manebāt in parte Donati: quia ibi nati erant: & eos inde discedere atq; ad catholicam nemo transire cogebat. His omnibus baꝛ legum terror: quibus promulgandis reges seruiunt domino in timore: ita profuit ut nūc alij dicant iam:

23.q.4.nimīū et ca.q̄ magnū

23.q.6.vides

23.q.6.vides

Prouer.9.

iam hoc uolebamus: Sed deo gratias: qui nobis occasionē præbuit iamq; faciendi: & dilationum morulas amputauit. Alij dicant hoc esse uerum iam sciebam⁹: sed nescio qua cōsuetudine tenebamur: Gratias domino qui uincula nostra dirupit: & nos ad pacis uinculum transtulit. Alij dicant: nesciebam⁹ hic esse ueritatem: nec eam discere uolebamus: sed nos ad eam cognoscendam metus fecit intentos: quo timuimus: ne forte sine ullis rerum æternarū lucris: damno rerum temporalium feriremur: Gratias domino qui negligentiam nostram stimulo terroris excussit: ut saltem solliciti quærere/mus: quod securi nunquā nosse curauimus. Alij dicant: nos falsis rumoribus terrebamur intrare: quos falsos esse nescimus nisi intraremus: nec intraremus nisi cogeremur: Gratias domino qui trepidationem nostram flagello abstulit: expertos docuit q̄uana & inania: de ecclesia sua mendax fama iactauerit: Hinc iam credimus & illa falsa esse quæ auctores huius hæresis criminati sunt: quādo posteri eorum tam falsa & petora finxerūt. Alij dicāt: putabamus quidē nihil interesse ubi fidem christi tenerem⁹: Sed gratias domino: qui nos a diuisiōe collegit: & hoc uni deo cōgruere: ut in unitate colatur: ostendit. His ergo dominicis lucris impediendis: ad contradicendum me opponerem collegis meis: ne in montibus & collibus uestris: id est in tumoribus superbiæ uestræ: christi oues errantes: in pacis ouile colligerentur: ubi est unus grex & un⁹
Y pastor. Ita sane huic prouisioni cōtradicere debui: ne res quas dicitis uestras perderetis: & securi christum proscriberetis: ut iure romano testamenta conderetis: & iure diuino patribus conditum testamentum: ubi scriptum est: In semine tuo benedicentur omēs gentes: calumniosis criminationibus rumperetis: ut in emptionibus & uenditionibus liberos cōtractus haberetis: & uobis diuidere quod christus emit uenditus auderetis: ut qđ quisq; uestrum cuiquam donasset ualeret: & quod donauit deus deorū a solis ortu usq; ad occasum uocatis filijs nō ualeret: ut de terra corporis uestri in exiliū nō mitteremini: & de regno sāguinis sui: a mari usq; ad mare: & a flumine usq; ad termi nos orbis terræ: christum exulem facere conaremini? Immo uero seruāt reges terræ christo etiam leges ferendo pro christo. Maiores uestri Cecilianum & socios eius regibus terræ puniendos: falsis criminibus obiecerūt: Conuertantur leones ad commi/nuenda ossa calumniantium: nec Daniel ipse intercedat innocēs comprobatus: & de lacu quo illi pereūt liberatus. Qui enim parat proximo suo foueam: ipse iustius cadet in eam. Eripe te frater: dum in hac carne uiuis: ab ira quæ uentura est pertinacibus & superbis. Terror temporalium potestatum: quando ueritatem oppugnat: iustis fortibus gloriosa probatio est: infirmis periculosa temptatio: qñ aūt ueritatem prædicat errantibus & discordātibus: cordatis utilis admonitio est: & insensatis inutilis afflictio. Non est tamē potestas nisi a deo. Qui autem resistit potestati: dei ordinatiōi resistit. Ro.13.
(Principes enim nō sūt timori bono operi sed malo. Vis autem nō timere potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Siue enim potestas ueritati fauēs aliquem corri
Z gat: laudem habet ex illa qui fuerit emendatus: siue inimica ueritati in aliquem sæuiat: laudē habet ex illa q uictor fuerit coronat⁹. Tu aūt nō bonū facz ut timere nō debeas ptātē nisi forte bonū ē sedere & non aduersus frēm detrabere: sed aduersus frēs oēs in oibus gentibus constitutos: quibus testimoniū perhibent prophetæ: christus: apostoli: cum legitur: In semine tuo benedicentur omēs gentes: cum legitur: Ab ortu solis usq; ad occasum sacrificium mūdum offertur nomini meo: quoniam glorificatū est nomen meum in gentibus dicit dominus. Audi dicit domin⁹: nō dicit Donatus: aut Rogatus: aut Vincenti⁹: aut Hilarius: aut Ambrosius: aut Augustinus: sed dicit domin⁹: cum legitur: Et benedicentur in te omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabūt eum: Benedictus dominus deus israel qui facit mirabilia solus: Et benedictum nomen gl̄iæ eius in æternum: & in sæculum sæculi: Et replebit gloria eius oīs terra fiat fiat. Et tu sedes Cartēnis & cū decē rogatistis qui remansistis dicitis: non fiat nō fiat. Audis loqui euangelium: Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me: Et tūc aperit illis sensum ut intelligerent scripturas: & dixit eis: Quoniam sic scriptum est: & sic oportebat pati christum: & resurgere a mortuis tertia die: &

Gen.26. Malachie.1. Ps.71. Luc.24.

prædicari in nomine eius pœnitentiam: & remissionem peccatorum per omnes gentes: incipientibus ab hierusalem. Legis etiam actus apostolorum: quemadmodum hoc euangelium cœperit ab hierusalem: ubi primo illos centum uiginti spiritussanctus impleuit atq; inde in iudæam atq; samariam: & in oms gentes exierit: sicut eis dixerat
Act.1. ascensur⁹ in cælū: Eritis mihi testes in hierusalem: & in tota iudea: & samaria: & usq; in fines terræ: quia in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum: Et tu contradicis diuinis testimonijs tanta firmitate roboratis: tanta luce manifestatis: & ad istam proscriptionem christi hæreditatem perducere conaris: ut cum in eius nomine (sicut dixit) prædicet pœnitentia in omnibus gentibus: Quisquis hac fuerit prædicatione commotus: in qualibet parte orbis terrarū: nisi quæsierit & inuenerit latentem in mauritania cæsariensi cartēnensem Vincentium: aut aliquem ex eis nouē aut decem cōsortibus dimitti ei peccata non possint. Quid non audeat typbus morticinæ pelliculæ: quo nō se præcipitet præsūptio carnis & sanguinis? Hoccine est bonum opus tuū: propter quod non timeas potestatem? Tantū scandalum ponis aduersus filium matris tuæ: paruulum scilicet & infirmū: propter quem christus est mortuus: nondum cibo paterno idoneum: sed adhuc materno lacte nutriendum: & Hilarij libros mihi opponis: uti neges ecclesiam crescentem in omnibus gentibus usq; in finem sæculi: quam deus contra incredulitatem uestram cum iuratione promisit? Et cū essetis infœlicissimi: si tunc quando promittebatur resisteretis: nūc etiam cum redditæ contradicitis. Sed historicus doctus magnum aliquid inueniſti: quod contra dei testimonia proferendum putares. Dicis enim quantum ad totius mūdi pertinet partes: modica pars est in compensatione totius mundi: in qua fides christiana nominatur: nec uis attendere: aut te nosse dissimulas: in q̄ multas iam barbaras nationes: tam paruo tempore uenerit euangelium: ut nec inimici christi dubitare iam possint: breui tempore futurū: quod discipulis respōdit de sæculi fine quærentibus: Et prædicabit hoc euangelium in uniuerso orbe: in testimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet finis. Nunc & clama & cōtende quantum potes: etiam si apud Persas & Indos euangelium prædicet: ubi q̄dē iam diu prædicat: Nisi quisquis hoc audierit cartēnas uenerit uel in uiciniam cartēnensium: mūdari omnino a delictis suis non poterit: ita ne si caueris ista uoce: rideri te metuis: & cum ea non careas: flere te nō uis? Acutū autem aliquid uideris dicere: cum catholicæ nomen non ex totius orbis communione interpretaris: sed ex obseruatione præceptorū oim diuinoꝝ: atq; oim sacramētoꝝ: quasi nos etiā (si forte hinc sit appellata catholica: qđ totum ueraciter teneat: cuius ueritatis nōnullæ particulæ: etiam in diuersis inueniūtur hæresibus) huius nominis testimonio nitimur: ad demōstrandū ecclesiam in oībus gentibus: & nō promissis dei: & tam multis tamq; manifestis oraculis ipsius ueritatis. Sed nempe hoc est totum quod nobis persuadere conaris: solos remansisse rogatistas: q catholici recte appellandi sunt: ex obseruatione præceptorum omniū diuinorum: atq; omniū sacramentorum: & uos esse solos in quibus inueniat fidem cum uenerit filius hominis: da ueniam: non credimus. Licet em & hoc audeas forsitā dicere: ut in uobis possit inueniri fides: quā se in terra nō inuenturꝝ dominus dixit: & non uos in terra sed in cælo esse deputandos: nos tamen apostolus ita cautos reddidit: ut etiam angelum de cælo nobis aliud euāgeliçantem: præterquā quod accepimus: anathema debere esse præceperit. Quomodo autem confidim⁹ ex diuinis litteris accepisse nos christum manifestum: si nō inde accepimus & ecclesiam manifestam: quaslibet quisq; ansas & uncos aduersus simplicitatem ueritatis intexat: quaslibet nebulas callidæ falsitatis offūdat: Sicut anathema erit qui annūciauerit christum: neq; passum esse: neq; tertia die resurrexisse: quoniam in ueritate euangelica ac-
Luc.24. cepimus: Oportebat christum pati: & resurgere a mortuis tertia die: sic erit anathema quisquis annūciauerit ecclesiam præter communionem omnium gentium: quia eadem ueritate consequenter accepimus & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per oms gentes: incipientibus ab hierusalem: Et incon cusse tenere debemus: quisquis uobis annūciauerit: præterquam quod accepistis: ana

thema sit. Si autem uniuersos donatistas non audimus: se pro ecclesia christi opponē/
tes: quia nullum pro se testimonium de diuinis libris proferunt quo id doceant: quā/
tominus rogo te rogatistas audire debemus: qui nec illud pro se interpretari cona/
buntur: quod scriptum est: Vbi pascis: ubi cubas in meridie? Si enim hoc loco scriptura
rum meridies Africa intelligenda est: in parte Donati: quæ sub cæli feruentiori plaga
A est: omnes uos maximianistæ superabunt: quorū scisma in byçantio & in tripoli exar/
sit. Sed confligant cum eis arçuges: & hoc magis ad se pertinere contendant: Mau/
ritania tamen cæsariensis: occidentali q̄ meridianæ parti uicinior: quando nec Africam
se uult dici: quomodo de meridie gloriabit? Non dico aduersus orbem terrarum: sed
aduersus ipsam partem Donati: unde pars Rogati breuissimū frustum de frusto ma/
iore præcisum est. Quis autem nō impudentissime nitatur aliquid in allegoria positū
pro se interpretari: nisi habeat & manifesta testimonia: quorū lumine illustrentur ob/
scura? Qd aūt oibus donatistis dicere solem⁹: quanto uobis fortius dicimus: si possunt
(quod fieri non potest) aliqui habere causam iustam: qua communionem suam sepa/
rent a communiōe orbis terrarum: eamq; appellent ecclesiam christi: q̄ se iuste ab om
nium gentiū communione separauerint: unde scitis in christiana societate: tam lon/
ge lateq; diffusa: ne forte antequam uos separaretis: iam se aliqui iusta causa separaue/
rant in longinquissimis terris: unde ad uos eorūm iusticiæ fama non potuerit perue/
nire? Quō in uobis potest esse ecclesia potius q̄ in illis: qui se priores forte separaue/
runt? Ita fit cum hoc nescitis: incerti uobismetipsis sitis: quod necesse est cōtingat om
nibus: qui pro sua societate utunt testimonio non diuino sed suo. Neq; enim potestis
dicere: si hoc contigisset: nos latere non posset: cum in Africa ipsa: quot iam partes fa/
ctæ sint: ex parte sint Donati: si interrogemini: nō dicatis: præsertim quia tanto sibi ui
dent qui hoc faciūt iustiores: quāto fuerint pauciores: & utiq; tāto sunt latētiores. Ac
per hoc incerti estis: ne forte aliq pauci iusti & ideo minime noti: alicubi longe contra
Africæ meridiem: antequā pars Donati iusticiam suam a cæterorum hominum iniqui
tate secerneret: se primit⁹ causa æquissima separauerint in latere aquilonis: & ipa sit po/
tius ecclesia dei tanquā syon spiritalis: quæ uos oēs iusta separatione præuenit: mul/
toq; præsumptius pro se interpretetur quod scriptum est: Mons syon latera aquilo/ Ps. 47.
nis: ciuitas regis magni: q̄ pro se interpretat pars Donati: Vbi pascis: ubi cubas in me/
B ridie. Et tamen uereris: ne cum imperialibus legibus ad unitatem cogimini: nomē dei
a iudæis & paganis diutius blasphemetur: quasi nesciant iudæi quemadmodum pri/
mus populis israel etiam bello delere uoluerit duas illas trib⁹ & dimidiam: quæ ultra
iordanem terras acceperant: quando eas putauerūt se ab unitate sui populi separasse.
Pagani uero magis nos blasphemare possunt de legibus: quas contra idolorum culto
res christiani imperatores tulerūt: & tamen ex eis multi correcti: & ad deum uiuū ue/
rumq; conuersi sunt: & quotidie conuertūtur. Sed plane & iudæi & pagani: si tam pau
cos putarent esse christianos: q̄ pauci uos estis: qui solos uos christianos esse perbibe/
tis: nec blasphemare uos dignarentur: sed & nūquam ridere cessarent. Non timetis ne
uobis dicāt iudæi: Vbi est q̄ Paul⁹ uester ecclesiā uestrā intelligit ubi dictū est: Lætare Gal. 4.
sterilis quæ nō paris: erūpe & exclama quæ nō pturi: qm̄ multi filij desertæ magis q̄ ei⁹
quæ habet uirū: præponēs multitudinē christianoꝝ multitudini iudæoꝝ: si christi ec/
clesia est paucitas uestra? Hoccine illis dicturi estis: Ideo magis iusti sumus: quia pauci
sumus: nec attenditis eos responsuros: quodlibet uos esse dicatis: nō tamē estis illi de
quibus dictum est: Multi filij desertæ: si tam exigui numero remansistis? Hic tu oppo/
siturus es exemplū iusti illi⁹ in diluuio: qui cū domo sua solus liberari dign⁹ inuentus
est. Vides ergo adhuc q̄ longe sis a iusticia prorsus: donec ad septē remaneas: quib⁹ tu
sis octauus. Iustum te esse nō dicim⁹: si tamen nō istam iusticiā sicut dicebā præripuit
aliquis ante partē Donati: & cū suis septem iusta aliqua causa cōmotus: se longe alibi se
parauit: & a mūdi hui⁹ diluuio liberauit. Quod cū ignoretis an factum sit: atq; ita uobis
inauditū: sicut multis populis christianoꝝ in longinquis terris constitutorum nomen

Donati inauditū est: incerti estis ubi sit ecclesia. Ibi enim erit: ubi primū forsitan factū est quod postea uos fecistis: si potuit esse ulla iusta causa: qua uos a communione omnium gentium separare possetis. Nos aūt ideo certi sumus: neminem se a cōmunione C
omniū gentium iuste separare potuisse: quia non quisq; nostrū in iusticia sua: sed in scripturis diuinis quærit ecclesiam: & ut promissa est reddi cōspicit. Ipsa est em̄ de qua di-
Cant.2. citur: Sicut lilium in medio spinarum: ita proxima mea in medio filiarū: Quæ nec spinæ dici possent: nisi malignitate morum: nec filiæ nisi communione sacramentorum.
Ps̄.60 Ipsa est quæ dicit: A finibus terræ ad te clamaui cum anxiaretur cor meū: Quæ in alio
Ps̄.118. psalmo dicit: Tedium detinuit me a peccatoribus derelinquētibus legem tuam: & uidi insensatos & tabescebam. Ipsa est quæ dicit sponso suo: Vbi pascis: ubi cubas in me-
Cant.1. ridie: ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Id est quod alibi dicit:
Ps̄.89. Dexteram tuam notam fac mihi: & eruditos corde in sapientia. In quibus luce fulgentibus & charitate feruētibus: qua in meridie requiescis: ne forte uelut operta: id est occulta & ignorata: irruam nō in gregem tuū: sed in greges sodalium tuorū: id est hæreticorum: Quos ita sodales dicit: sicut spinas illas filias: propter communionem sacramē-
Ps̄.54. toꝝ: De qbus alibi dicit: Tu uero unanimis meus & dux meus & notus meus: q simul mecū dulces capiebas cibos: in domo dñi ambulauim⁹ cū cōsensu: Veniat mors supillos: & descendant in infernum uiuētes: sicut Dathan & Abiron: impiæ separatiōis au-
Cant.1 ctores. Ipsa est cui continuo respōdetur: Nisi cognoueris temetipsam o pulchra inter mulieres: exi tu in uestigijs gregū: & pasce hædos tuos in tabernaculis pastoꝝ. O re-
Matth.5. sponsio dulcissimi spōsi: Nisi cognoueris temetipsā inqt: Quia utiq; nō pōt ciuitas abscōdi supra montē cōstituta: & ideo nō es operta: ut incurras in greges sodaliū tuoꝝ. Ego em̄ sum mons paratus in cacumine montium: ad quem uenient uniuersæ gentes. Nisi ergo cognoueris temetipsam nō in uerbis calumniosoꝝ: sed in testimonijs libro-
Esa.54. rum meorum. Nisi cognoueris temetipsam: quia de te dictum est: Porrige longius funiculos: & palos ualidos confirma: etiam atq; etiam in dexteram atq; sinistram extende. Semen enim tuum hæreditabit gētes: & ciuitates quæ desertæ erant inhabitabis. Non est quod metuas: prævalebis enim: nec erubescas q̄ detestabilis fueris. Confusionē em̄ in æternū obliuiscēris: ignominiæ uiduitatis tuæ uon eris memor. Ego enim sum dominus qui facio te: dominus nomē ei. Et qui eruit te: ipse deus israel uniuersæ terræ uocabit. Nisi cognoueris temetipsam o pulchra inter mulieres: quia de te dictū
Ps̄.44. est: Concupiuit rex speciem tuā: quia de te dictū est: Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: cōstitues eos principes sup oēm terrā. Nisi ergo cognoueris temetipsā exi tu: nō ego te eijcio: sed exi tu ut dicat de te: Ex nobis exierūt: sed nō erāt ex nobis. Exi tu in uestigijs gregū: nō in uestigijs meis: sed in uestigijs gregū: nec uni⁹ gregis: sed gregū diuersoꝝ & errantiū. Et pasce hedos tuos: nō sicut Petr⁹: cui dicit: Pasce oues meas: sed pasce hedos tuos in tabernaculis pastoꝝ: nō in tabernaculo pastoris: ubi est un⁹ grex & un⁹ pastor. Cognoscit em̄ semetipsā: ne hoc ei cōtingat: q̄ eis cōtingit hoc q̄ se in illa
Matth.7. nō cognouerūt. Ipsa est de cuius paucitate dicit in comparatiōe multoꝝ maloꝝ: qa angusta & arta uia est quæ ducit ad uitam: & pauci sunt qui ambulant in ea. Et rursus
Gen.22 ipsa est de cui⁹ multitudine dicit: Sic erit semē tuū: sicut stellæ cæli: & sicut harena maris. Idem quippe fideles sancti & boni: & in cōparatiōe plurimoꝝ maloꝝ pauci sūt: &
Gal.4. p seipsi multi sunt: qa multi filij desertæ: magis q̄ eius quæ habet uirū. Et multi ab oriē-
Matth.8. te & occidēte uenient: & recūbent cū Abraā: Isaac & Iacob in regno cæloꝝ: Et qa exhibet sibi deus ppl'm abundantē æmulatorē bonoꝝ opeꝝ. Et multa milia quæ numerare nemo pōt: uident in apocalypsi: ex oīi tribu & lingua in stolis albis palmisq; uictrici-
Ps̄.10 bus. Ipsa est quæ aliq̄n obscurat: & tanq̄ obnubilat multitudine scandaloꝝ: q̄n pecca- D
tores intendūt arcū: ut sagittēt in obscura luna rectos corde. Sed etiā tūc in suis firmissimis eminet. Et si aliq̄ in his uerbis diuinis distributio faciēda est: fortasse nō frustra dictum sit: de semine abraæ sicut stellæ cæli: & sicut harena quæ est ad oram maris: ut in stellis cæli: pauciores firmiores clarioresq; intelligant: In harena autē maritimi litoris: magna multitudo infirmorum atq; carnalium: Quæ aliquando tranquillitate tempo-

ris quieta & libera apparet: aliquando autem tribulationum & temptationum fluctibus operitur atq; turbatur. Tale tunc erat tempus: de quo scripsit Hilarius: unde putasti insidiandum contra testimonia tot diuina: tanquam perierit ecclesia de orbe terrarū. Potes hoc modo dicere: nec tot ecclesias galatiæ tūc fuisse: quādo dicebat apostolus: O stulti galatæ quis uos fascinauit: ut cum spiritu cœperitis: nunc carne consummini? Sic em̄ calumniaris docto uiro: qui tardicordes & timidos grauiter increpabat: quos iterū parturiebat: donec christus formaret̄ in eis. Quis enim nescit illo tempore: obscuris uerbis multos parui sensus fuisse delusos: ut putarent hoc credi ab arrianis: quod etiam ipsi credebant: alios autem timore cessisse & simulate consensisse: nō recte ingredientes ad ueritatem euangelij: quibus tu postea correctis sic quemadmodum notum est: nolles ignoſci? Prorsus non nosti litteras dei. Lege enim quid de Petro scripserit Paul⁹: & qd inde etiā senserit Cyprian⁹: & nō tibi displiceat ecclesiæ mā suetudo: quæ membra christi dispersa colligit: non collecta dispergit: q̄q̄ & illi qui tūc firmissimi fuerunt: & uerba hæreticorum insidiosa intelligere potuerunt: sed pauci quidem sunt in comparatione cæterorū: sed tn̄ etiā ipsi quidam pro fide fortiter exulabant: quidam toto orbe latitabāt: Ac sic ecclesia quæ per om̄es gētes crescit: in frumentis dominicis conseruata est: & usq; in finem donec omnino gentes omnes etiam barbaras teneat cōseruabit̄. Ipsa est igitur ecclesia in bono semine: quod seminauit filius hominis: & usq; ad messem crescere inter çiçania prænunciauit. Ager autem mūdus est: messis finis est sæculi. Hilarius ergo decem prouinciarum Asianarū: aut çiçania non triticum arguebat: aut ipsum etiam triticum quod defectu quodam periclitabatur: quanto uehementius: tanto utilius arguendū putabat. Habent enim etiam scripturæ canonicæ hunc arguendi morem: ut tanquā omnibus dicat̄ & ad quosdam uerbum perueniat. Quod etiam apostolus dicit ad corinthios: Quomodo dicūt quidam in uobis: quia resurrectio mortuorum non est? Manifestat utiq; non omnes esse tales: uerūtamen & tales non extra: sed in eis fuisse testatur: a quibus ne illi seducerentur: & qui non ita sentiebāt: paulopost monuit dicens: Nolite seduci: Corrumpūt mores bonos: colloquia mala. Sobrij estote iusti: & nolite peccare. Ignorantiā enim dei quidā habent. Ad reuerētiam uobis loquor. Quod aūt dicit: Cum enim sint inter uos æmulatio & contentio: nonne estis carnales: & ſm hominem ambulatis? Tanquā omnibus dicit. Et uides q̄ sit graue qd̄ dicit. Proinde nisi in ipsa epl'a legeremus: Gratias ago deo meo semp pro uobis in gra dei quæ data est uobis in christo Iesu: quia in oib⁹ ditati estis in illo in omni uerbo & in omni scientia: sicut testimoniū christi confirmatū est in uobis: ita ut nihil desit uobis in ulla gratia: putarem⁹ omnes corinthios carnales & animales: non percipientes quæ sunt spirit⁹ dei: contentiosos æmulos: ſm hominē ambulantes. Itaq; & totus mūdus in maligno posit⁹ est: propter çiçania quæ sunt p totū mūdū: & christ⁹ propitiator ē pc̄ōꝝ nostroꝝ: non tm̄ nostrorū: sed totius mūdi: propter triticū quod est per totum mūdum. Refrigescet autem charitas multorum propter scandalorū abūdantiam: quā tomagis magisq; glorificato christi nomine congregent̄ in communionem sacramentorū ei⁹ etiam malignī: & perseuerabūt om̄ino peruersi: sed tn̄ tanquā palea de area dominica: non nisi ultima uentilatione separandi: nō extinguent isti frumenta dominica. In eorum quidem comparatione pauca: sed multa per seipsa: non exiguūt electos dei congregādos in fine sæculi: sicut euangelium loquitur: A quattuor uentis: a summis cælorum usq; ad terminos eoꝝ. Ipsorū enim uox est: Saluum me fac domine quomodo defecit sanctus: Quoniam diminutæ sunt ueritates a filijs hominum. De quibus & domin⁹ dicit inter abundantiam iniquitatis: Qui perseuerauerit usq; in finem hic salu⁹ erit. Deniq; nō unū hominem: sed plures in eodem psalmo loqui cōsequētia docent: ubi dicit̄: Tu domine seruabis nos & custodies nos a generatiōe hac in æternū. Propter hanc em̄ abūdantiam iniquitatis: quam dns futuram esse prædixit: etiā illud positū est: Cum uenerit filius hominis: putas inueniet fidem in terra? Dubitatio em̄ cuncta scientis: nostrā in illo dubitatione præfigurauit: quando ecclesia ex multis: de quib⁹ multum sperauit: sæpe decepta: ꝙ aliter q̄ crede-

B

Gal.5.

Ubi s

1.Cor.5.

1.Cor.1.

1.Joh.5.

Matth.24.

Ps.11.

Matth.24.

Ps.11.

Luc.18.

banc inuenti sunt: sic perturbatur in suis: ut de nullo facile boni aliquid uelit credere. Ipsos tñ quoꝝ inuenturꝰ est fidem in terra: per totū agrū cū çiçanijs crescere dubitare fas nō est. Ipsa est ergo ecclesia quæ intra sagenam dominicam cū malis piscibꝰ natat: a quibus corde semper & moribus separatur atq; discedit: ut exhibeatur uiro suo gloriosa: non habens maculam neq; rugam. Corporalem autem separationem in litore maris: hoc est in fine sæculi expectat: corrigens quos potest: tolerans quos corrigere non ualet: Non tamen propter eorum quos nō corrigit iniquitatem: ipsa bonorum deserit unitatē. Noli ergo frater cōtra diuina: tam multa: tam clara: tam indubitata testimonia colligere uelle calumnias ex episcoporum scriptis: siue nostrorum: sicut Hilarij: siue antequam pars. Donati separaret ipsius unitatis: sicut Cypriani & Agrippini. Primo: quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguēdum est. Non em̄ sic leguntur: tanquā ita ex eis testimonium proferat: ut contra sentire non liceat: sicubi forte aliter sapuerint q̄ ueritas postulat. In eo quippe numero sumus: ut non dedignemur etiā nobis dictū ab apostolo accipere: Et si quid aliter sapitis: id quoq; deꝰ uobis reuelauit: Verūtamen in id qđ peruenimꝰ in eo ambulemus: in illa uia scilicet quæ est christus. De qua uia ita psalmꝰ loquitur: Deus misereat nostri & benedicat nobis: illuminet uultū suū super nos: Vt cognoscamꝰ in terra uiam tuam: in omnibꝰ gētibus salutare tuum. Deinde si sancti Cypriani episcopi & glorioſi martyris: te delectat auctoritas: quam quidem sicut dixi a canonica auctoritate distinguimꝰ: cur in eo te non delectat: ꝙ unitatē orbis terræ: atq; oīm gētiū: & diligēdo tenuit: & disputādo defendit: ꝙ eos q se tanq̄ iustos ab ea separare uoluissent: arrogantissimos & superbissimos iudicauit: irridens eos hoc sibi assumere: quod nec apostolis concessit dns: ut ante tempꝰ çiçania colligerent: aut tanq̄ ipsis paleam ferre: & aream purgare concessum sit: paleas conarentur a tritico separare: quo unumquemq; peccatis alienis maculari non posse monstrauit: quā sibi omēs impiæ seditiōis auctores solā causam separatiōis assumūt: quod in eoipso in quo aliter sapuit: collegas diuersa sentientes: nec iudicādos: nec a iure communionis amouendos esse decreuit. Quod in caipsa epistola ad Iubaianū quæ in concilio (cuius auctoritatem ad rebaptiçandum sequi uos dicitis) primitus recitata est: cum fateatur in præteritum sic esse admissos in ecclesia qui fuerant alibi baptiçati: ut denuo nō baptiçarent: unde illos sine baptismo fuisse arbitratur: Tantū tamē ponit utilitatis & salubritatis in pace ecclesiæ: ut propter illam non eos credat ab ecclesiæ muneribus separari. Qua in re sicut ingeniū tuū nouī: facilime perspicis totam causam uestram penitus euersam & extinctam. Si enim sacramenta cum peccatoribus cōmunicādo (sicut putatis) periit ecclesia quæ fuerat in orbe terrarum: Nam uos ideo separastis: iam prius tota perierat: cum sicut dicit Cyprianus: in eam sine baptismo admittebantur: ac sic nec ipse Cyprianus habebat in qua ecclesia nasceretur: quantomagis multo posterior uester auctor paterq; Donatus? Si autem illo tempore: cum in eam sine baptismo admittebantur: erat tamen ecclesia quæ pareret Cyprianum: pareret & Donatum: manifestum est non contaminari iustos alienis peccatis: quando cum eis sacramenta communicant. Ac per hanc separationem qua existis ab unitate: qua excusatione possitis abluere non habetis: impletq; in uobis sanctæ scripturæ illud oraculū: Filius malus ipse se iustum dicit: exitum autem̄ suum nō abluit. Meritis autem Cypriani sic non æquatur: qui propter paria sacramenta nec ipsos hæreticos audet rebaptiçare: sicut nō æquat meritis Petri: quisq; non cogit gētes iudaiçare. Sed illa Petri nō tm̄ claudicatio: uerūetiā correctio in scripturꝫ canonicis cōtinet. Cyprianꝰ aūt sensisse aliter de baptismo: q̄ forma & cōsuetudo habebat ecclesiæ: nō in canonicis sed i suis & in cōcilijs īris inuenit. Correxisse aūt istā sentētiā nō inuenit: nō incōgruēter tñ de tali uiro existimādū est qđ correxerit: & fortasse suppressū sit ab eis qui hoc errore nimium delectati sunt: & tanto uelut patrocinio carere noluerunt: quāquam non desint: qui hoc Cyprianum prorsus non sensisse contendant: Sed sub eius nomine a præsumptoribus atq; mendacibꝰ fuisse confictū. Neq; em̄ sic potuit integritas atq; noticia litteraꝝ: uniꝰ quālibet illustrꝫ episcopi custodiri: quēadmodū scriptura

Epb. 5.

Dis. 9. noli frater

Philip. 3.

Ps. 66.

canonica: tot linguarum litteris & ordine ac successione celebrationis ecclesiasticæ custodit. Contra quam tamen non defuerũt: qui sub nominibus apostolorum multa confingerent. Frustra quidem: quia illa sic cõmendata: sic celebrata: sic nota est: Verũ quid posset aduersus litteras: non canonica auctoritate fundatas: etiã hinc demonstrauit impiæ conatꝰ audaciæ: ꝙ & aduersus eas quæ tanta notitiæ mole firmatæ sunt: sese erigere non prætermisit. Nos tamen duas ob res: non negamꝰ illud sensisse Cyprianũ qđ & stilus eiꝰ habet quãdam propriã faciem qua possit agnosci: & ꝙ ibi magis contra uos nostra causa monstrat̃ inuictior: uestræq; separatiõis præsumptio: uidelicet ne macularemini peccatis alienis: quibus tota facilitate subuertit̃: cum apparet in litteris Cypriani: cõmunicata esse cum peccatoribus sacramẽta: cum admissi sunt in ecclesiã: qui ẽm uestram: & (sicut uultis) illius sententiã: baptismũ non habebant: & tamen ecclesiã non perisse: sed in sui generis dignitate per totum orbem sparsa: dominica frumenta mansisse: ac per hoc sic ꝑturbati tanq̃ ad aliquẽ portũ: sic ad auctoritatẽ Cypriani confugitis: uidetis quem illic scopulum uester error offendit: Si autem iam nec illuc confugere audetis: sine ullo luctamine naufragatis. Porro aũt Cyprianus: aut non sensit omnino qđ eum sensisse recitatis: aut hoc postea correxit in regula ueritatis: aut hunc quasi neuum sui candidissimi pectoris cooperuit ubere charitatis: dum unitatem ecclesiæ toto orbe crescentis: & copiosissime defendit: & perseuerantissime tenuit uinculum pacis. Scriptũ est enim: Charitas cooperit multitudinem peccatoꝝ. Accessit huc etiam ꝙ tanquã sarmentum fructuosissimũ si qd in eo fuerat emendandũ: purgauit pater falce passionis. Sarmentum autem (ait dominus) quod in me facit fructum: purgat illud pater meus: ut maiorem fructum afferat. Vnde nisi quia hærens in diffusiõe uitis: radicem non deseruit unitatis? Nam & si traderet corpus suum ut arderet: charitatem autem non haberet: nihil ei prodesset. Attende adhuc paululum in litteras Cypriani: ut aduertas q̃ inexcusabilem ostenderit: q se uoluerit ab unitate ecclesiæ (quã deus in omnibus gentibus promisit & reddidit) quasi iusticiæ suæ causa separare. Magisq; intelligas q̃ sit uera sentẽtia pauloante a me cõmemorata: Filiꝰ malus ipse se iustũ dicit: exitũ aũt suũ nõ abluit. Ponit in quadam epistola sua quã scripsit ad Antonianũ: rem quandam satis rei de qua nunc agimus necessariam: sed melius eius uerba inserimus. Antecessores inquit nostri quidã episcopi: istic in prouincia nr̃a dandam pacẽ mœchis non putauerunt: sed in totum locum pœnitentiæ contra adulteria clauserũt: non tamen ab episcoporum suorum collegio recesserunt: quantum catholicæ ecclesiæ unitatem: uel duriciæ: uel censuræ suæ obstinatione ruperunt: ut quia apud alios adulteris pax daret̃: qui non dabat de ecclesia separaret̃: manente cõcordiæ uinculo: & perseuerante ecclesiæ catholicæ indiuiduo sacramẽto: Actum suum disponebat & dirigebat unusquisq; episcopus rationem propositi sui domino redditurus. Quid ad hæc dicis frater Vincenti? Nempe intueris hunc tantum uirum pacificum episcopum & fortissimum martyrem: nihil uehementius fatigisse: q̃ ne unitatis uinculum rumperet̃. Vides eum parturientem: nõ solum ut paruuli in christo concepti nascant̃: uerũ etiam ne iam nati: de sinu matris excussi morant̃. Porro autem ipsam rem quam contra impios separatores commemorauit attende: Si adulteris communicabant: qui pœnitentibus adulteris pacem dabant: nunquid illi q hoc nõ faciebãt: collegio maculabãt̃ istorum? Si autem quod ueritas habet: & quod ecclesia merito tenet: recte pœnitentibus adulteris pax dabat̃: illi qui totũ in locum pœnitentiæ cõtra adulteros claudebant: impie utiq; agebant: qui membris christi sanitatem negabant: & claues ecclesiæ pulsãtibꝰ subtrahebãt: & misericordissimæ patiẽtiæ dei: quæ illos ꝓpterea sinebat uiuere: ut pœnitẽdo sanarent̃ sacrificio cõtriti spũs & contribulati cordis oblato: dura crudelitate cõtradicebant. Nec tñ istos misericordes & pacificos: cũ eis xp̃iana sacramẽta cõmunicãtes: & eos intra unitatis retia tolerãtes: donec ad litꝰ pducti separent̃: Tam imanis eoꝝ error & impietas inqnabat: ut si inqnaret: iã tunc ecclesiã maloꝝ cõmunione deletã esse: & nec erat quæ pareret ipm Cyprianũ. Si aũt qđ certũ est ꝓman si set ecclesia: certũ est etiã peccatis alienis in unitate xp̃i neminẽ posse maculari: non

1 Petri. 4.

4. senten. dis. 6. sunt tamen

malorũ factis consentientem: ne ipsis peccatis communicando polluerer: sed propter
societatem bonorũ: malos tanq̃ paleas usq; ad ultimã uentilationem in area dominica
tolerantem. Quæ cũ ita sint: ubi est præsũptio sepatiõis uestræ? Nonne filij mali estis k
q ipsi uos iustos dicitis: exitũ aũt uestrũ nõ abluitis? Iam si uelim & illa commemorare
quæ Tychoni⁹ homo cõmunionis uestræ scriptis suis inserit: q magis contra uos pro
ecclesia catholica scripsit: frustra se ab Afrorũ q̃si traditorum communione secernens:
quo uno eũ Parmenian⁹ suffocat: quid respõdere poteritis: nisi qd̃ de uobis idem Ty-
choni⁹ dixit: & ego pauloante recolui: qd̃ uolum⁹ sanctũ ē? Scribit em̃ ille Tychoni⁹ ho
mo (ut dixi) uestræ communionis a ducentis & septuaginta episcopis uestris: cõciliũ
carthagini celebratũ. In quo concilio per septuaginta & qnq; dies postpositis oib⁹ præ-
teritis: limatam esse sententiã atq; decretã: ut traditorib⁹ immẽsi criminis reis: si bapti-
çari nollent: pro integris communicaret. Deuteriũ aũt macrianensem episcopũ com-
munionis uestræ: dicit traditorũ plebem congregatam: ecclesiæ miscuisse: & ꝑm statu
ta illi⁹ concilij a ducẽtis & septuaginta episcopis uestris facti: fecisse cũ traditorib⁹ uni-
tatẽ: eiq; Deuterio post hoc factũ iugiter cõmunicasse Donatũ: Nec solũ huic Deute-
rio sed etiã uniuersis maurorũ episcopis per q̃draginta annos: quos dicit usq; ad psecu
tionẽ ꝑ Macbariũ factã: traditorib⁹ sine baptismo cõmuncasse. Sed dicis: Quis mihi ẽ
iste Tychonius? Ille est Tychoni⁹ quẽ Parmenian⁹ rescribẽdo cõpescit: & eũ deterret
ne talia scribat: non tñ refellit ea ipsa quæ scribit: sed uno (sicut supra dixi) eũ premit: ꝙ
cũ talia diceret: de ecclesia toto orbe diffusa: & ꝙ neminem in ei⁹ unitate macularent
aliena peccata: ab Afrorum se tamen quasi traditorum contagione remouebat: & erat
in parte Donati. Posset aũt dicere Parmenian⁹: ista eũ oñia esse mentitum: Sed sicut
idem Tychonius cõmemorat: adhuc uiuebant multi: per quos hæc certissima & aper
tissima eẽ ostẽderent. Sed de his taceo: cõtende Tychoniũ esse mẽtitũ: ad Cyprianũ
te reuoco: cui⁹ mentionẽ ipse feci⁹ti. Prorsus ꝑm scripta Cypriani: si peccatis alienis in L
unitate quisq; maculat: iam ante Cyprianũ perijt ecclesia: nec erat unde existeret ipse
Cyprian⁹. Si autem hoc sentire sacrilegũ est: & certũ est ecclesiam permanere: nemo
alienis peccatis in ei⁹ unitate maculat: frustra filij mali iustos uos esse dicitis: exitũ ue-
strũ non abluitis: non purgatis. Cur ergo inqs: nos quæritis: cur sic suscipitis quos hæ-
reticos dicitis? Vide q̃ facile breuiterq; respõdeã. Quærim⁹ uos qa periistis: ut de inuẽ
tis gaudeam⁹: de qb⁹ ꝓditi dolebam⁹. Hæreticos aũt uos esse dicim⁹: sed anteq̃ ad pacẽ
catholicã cõuertami: anteq̃ errore quo irretiti estis exuami: Cũ aũt trãsitis ad nos: pri⁹
utiq; relinquitis qd̃ eratis: ne ad nos hæretici trãseatis. Baptiça ergo me inquis. Facerẽ
si baptiçat⁹ nõ esses: aut si Donati uel Rogati: nõ christi baptismo baptiçat⁹ esses. Nõ sa
cramenta christiana faciũt te hæreticũ: sed praua dissensio. Non propter malũ qd̃ pro
cessit ex te negandũ est bonũ qd̃ remansit in te: quod malo tuo habes: si non ibi habes
1.q.1.ex ca/tholica unde est bonũ quod habes: Ex catholica enim ecclesia sunt oñia dominica sacramen
ta: quæ sic habetis & datis: quemadmodũ habebant & dabant: etiam priusq̃ inde exi
retis. Non tamen ideo non habetis: quia ibi non estis unde sũt quæ habetis. Non in uo
bis mutam⁹ in quib⁹ nobiscũ estis: In multis enim estis nobiscũ. Nam & de talib⁹ dictũ
Ps.54. est: Qm̃ in multis erant mecũ. Sed ea corrigim⁹ in quib⁹ nobiscũ nõ estis: & ea uos hic
accipe uolum⁹: quæ nõ habet illic ubi estis. Nobiscũ aũt estis in baptismo: in symbolo:
in cæteris dominicis sacramẽtis. In spiritu aũt unitatis: & uinculo pacis: In ipsa deniq; ca
tholica ecclesia: nobiscũ non estis. Hæc si accipiatis: non tũc aderũt: sed tũc proderũt
quæ habetis. Non ergo sicut putatis suscipim⁹ uestros: sed suscipiẽdo efficim⁹ nostros
q recedũt a uobis: ut suscipiant a nobis. Et ut incipiãt esse nostri: pri⁹ desinunt esse uri.
Nec nobis coniungi compellim⁹ (operarios quidem erroris detestamur) sed ideo no-
bis illos homines coniungi uolum⁹: ne hoc sint qd̃ detestamur. Sed baptiçauit inquis M
post Iohannẽ Paulus apl's: Nunqd post hæreticum? Aut si forte audes illũ amicũ sp̃o
si hæreticũ dicere: & in unitate ecclesiæ nõ fuisse: uolo & hoc scribas. Si aũt hoc deme
tissimũ est: uel sentire: uel dicere: Iam tuæ prudentiæ est considerare: q̃re post Iohan-
nem Paulus apl'us baptiçauerit. Si em̃ post æqualem: oẽs post uos baptiçare debetis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si post maiorem: debes & tu post Rogatū. Si post minorem: debuit post te Rogatus cum presbyter baptiçasses. Si aūt baptismus: qui nunc datur: ideo pariter ualet in eis quibus datur: q̄is sint imparis meriti p quos datur: quia christi est nō eorum a quib⁹ ministratur: Puto q̄ iam itelligas: ideo Paulū dedisse quibusdā baptismū christi: qa lo/bannis baptismo fuerant baptiçati: non christi. Iobannis quippe baptismus ille dictus est: sicut multis locis diuina scriptura testatur: qđ & ipse dominus dicit: Baptismus lo/ Matth.21.
bannis unde erat: de cælo an ex hominibus? Baptismus autem quem dedit Petr⁹: nō erat Petri sed christi: & quē dedit Paulus non erat Pauli sed christi: & quē dederunt q tēpore apostolorum non caste: sed p inuidiam christū annūciabant: non erat eorum sed christi: Et quem dederūt qui tempore Cypriani fundos insidiosis fraudibus rapi/ebant: usuris multiplicantib⁹ fœnus augebāt: non erat eorum sed christi. Et quia chri sti erat: ideo q̄is non per æquales daretur eis: tamen quibus dabatur æqualiter, pde/rat. Nam si tanto melius quisq; baptiçaē: quāto a meliore fuerit baptiçatus: non recte gratias agit apostol⁹: q̄ neminem corinthiorū baptiçauerit: nisi Crispum & Caium: & 1.Cor.1.
Stephane domū: Tāto enim melius baptiçarent: quanto erat Paul⁹ melior: si ab ipso 1.Cor.3.
baptiçarent. Deniq; cū dicit: Ego plantaui: Apollo rigauit: uidetur significare se euā/geliçasse: illum baptiçasse. Nunquid melior Apollo: q̄ Iobannes? Cur ergo post istum non baptiçauit: qui post Iobānem baptiçauerat: nisi quia iste baptismus per quēlibet datus: christi erat: Ille autem per quēlibet datus: q̄is christo uiam præpararet: tamen
N Iobannis erat? Inuidiose dici uidetur post Iobānem baptiçatum est: & post hæreticos non baptiçatur. Sed potest & hoc inuidiose dici: post Iobannē baptiçatum est: & post ebriosos nō baptiçatur. Melius enim hoc uitium commemoro: qđ nec occultare pos/sunt in quibus regnat: & q̄ multi ubiq; sint: quis uel cæcus ignorat? Et tamen inter ope/ra carnis: quæ qui agunt: regnum dei non possidebūt: etiam hoc ponit apostolus: ubi etiam hæreses enumerat. Manifesta autem inquit sūt opera carnis: quæ sunt fornica/ Gal.5.
tiones: immundiciæ: luxuria: idolorum seruit⁹: ueneficia: inimicitiæ: cōtētiones: æmu lationes: animositates: dissentiōes: hæreses: inuidiæ: ebrietates: comessationes: & his similia: quæ prædico uobis: sicut prædixi: quoniam qui talia agunt: regnū dei non pos sidebūt. Hac ergo ratione q̄is baptiçatum sit post Iobannem: non baptiçaē post hæ/reticum: qua ratione q̄is baptiçatum sit post Iobānem: non baptiçatur post ebriosū: quoniā & hæreses & ebrietates in eis operibus sunt: quæ opera qui agūt: regnum dei non possidebūt. Nonne tibi uideē quasi intolerabiliter indignū: ut cum baptiçatū fu/erit post eum qui non sobrie uinum bibens: sed uinum omnino nō bibens: regno dei uiam parauit: non baptiçetur post ebriosum: qui regnū dei non possidebit? Quid hic respondeē: nisi quia ille baptismus erat Iobannis: post quem christi baptismo baptiça/uit apostolus: Iste autem baptismus christi est: quo baptiçauit ebriosus? Inter Iobannē & ebriosum: a contrario multum interest. Inter baptismum christi & baptismū loban/nis: non a contrario: sed tamē multū interest. Inter apostolū & ebriosum multū inter/est: Inter baptismū christi quem dedit apostolus: & baptismū christi quem dedit ebri/osus: nihil interest. Sic inter Iobānē & hæreticum: a cōtrario multum interest: & inter baptismum Iobannis: & inter baptismum christi: quem dat hæreticus: non a cōtrario: sed multū interest. Inter baptismū aūt christi quē dedit apostolus: & baptismū christi quē dat hæreticus: nihil interest. Agnoscīē enim sacramētorū species æqualis: etiā cū
liberentur: sed etiam orantes ꝓ eis: ut aperiat dñs illis sensũ: & intelligant scripturas:
quia in sanctis libris: ubi manifestatẽ domin⁹ christus: ibi & eius ecclesia declaratur. Isti
autem mirabili cæcitate: cum ipsum christũ præter scripturas nesciant: eius tamẽ ec-
clesiam non diuinarum litterarũ auctoritate cognoscũt: sed humanarum calumniaꝝ
uanitate confingunt. Agnoscunt nobiscũ christũ: in eo qđ legitur: Foderũt man⁹ me- Pš.21.
as & pedes meos: dinumerauerũt oĩa ossa mea: Ipsi uero cõsiderauerũt & cõspexe-
runt me: diuiserunt sibi uestimenta mea: & super uestem meam miserunt sortẽ: & no
lunt agnoscere ecclesiam: in eo qđ post paululũ sequitẽ: Cõmemorabũt & conuertẽt
ad dñm: uniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gẽtiũ:
Quoniã domini est regnũ: & ipse dominabitur gentium. Agnoscunt nobiscũ christũ:
in eo quod legitẽ: Domin⁹ dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te: & nolunt Pš.2.
agnoscere ecclesiã in eo quod sequitur: Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem
tuã: & possessionem tuam terminos terræ. Agnoscũt nobiscum christũ: in eo qđ ipse
domin⁹ in euangelio loquitẽ: Oportebat christũ pati & resurgere a mortuis tertia die: Luc.24.
& nolũt agnoscere ecclesiã: in eo qđ sequitẽ: Et prædicari in nomine eius pœnitẽtiam
& remissionem peccatoꝝ per omnes gentes: incipientib⁹ ab hierusalem. Et innume-
rabilia sũt testimonia librorũ sanctoꝝ: quæ in hũc librũ coartare nõ debui: In qb⁹ sicut
apparet domin⁹ christ⁹: siue ſm diuinitatẽ qua æqualis est patri: qui in principio erat Joh.1.
uerbum: & uerbum erat apud deum: & de⁹ erat uerbum: siue ſm susceptæ carnis hu-
militatẽ: qua uerbũ caro factũ est: & habitauit in nobis: Sic apparet etiã ei⁹ ecclesia: nõ
in sola Africa (sicut isti impudentissima uanitate delyrãt) sed toto orbe terraꝝ diffusa.
Q Testimonijs em̃ diuinis: lites suas præferũt: quia i causa Ceciliani quõdã ecclesiæ car- 2. Retrac. 28.
thaginẽsis episcopi: cui crimina obiecerunt quæ nec potuerunt ꝓbare nec possunt: se 24.q.2.si forte
ab ecclesia catholica: hoc est ab unitate omniũ gentiũ diuiserũt. Quis & si uera essent
quæ ab eis obiecta sunt Ceciliano: & nobis possent aliquãdo monstrari: ipsum iã mor-
tuum anathematiçarem⁹: sed tamen ecclesiam christi quæ nõ litigiosis opinionib⁹ fin-
gitur: sed diuinis attestationibus comprobatur: ꝓpter quẽlibet hominem relinque-
re non debemus: quia bonũ est cõfidere in domino: q̃ confidere in homine. Neq; em̃ Pš.117
(qđ sine iniuria innocẽtiæ illius dixerim) si peccauit Cecilianus: ideo hæreditatẽ suam
ꝓdidit christus. Facile est homini: seu uera seu falsa de altero homine credere: sed sce-
leratæ impudẽtiæ est: ꝓpter crimina hominis: quæ orbi terraꝝ non possis ostendere:
cõmunionem orbis terrarum uelle damnare. Vtrum Cecilianus a traditorib⁹ diuino-
rum codicum fuerit ordinatus: nescio: non uidi: ab inimicis eius audiui. Non mihi de
lege dei: non de præconio ꝓphetarum: non de sanctitate psalmoꝝ: non de apostolo
christi: nõ de christi eloquio recitatẽ. Ecclesiam uero toto terrarum orbe diffusam: cui
nõ cõmunicat pars donati: uniuersarũ scripturaꝝ testimonia cõsona uoce ꝓclamant:
In semine tuo benedicentẽ omnes gentes: Lex dei dicit. Ab ortu solis usq; ad occasum Gen.26.
sacrificium mundũ offerẽ nomini meo: qm̃ glorificatum est nomen meum in gẽtibus: Malachie.1.
Per ꝓphetã de⁹ dixit. Dominabitẽ a mari usq; ad mare: & a flumine usq; ad terminos Pš.71.
orbis terraꝝ: Per psalmum domin⁹ dixit. Fructificans & crescẽs in uniuerso mundo: Col.1.
Per apostolũ dominus dixit. Eritis mihi testes in hierusalẽ: & in tota iudæa & in sama- Luc.24.
ria: & usq; ad fines terræ: Filius dei ore suo dixit. Cecilianus ecclesiæ carthaginẽsis epi Act.1.
scopus humanis litibus accusatẽ. Ecclesia christi in omnib⁹ gẽtibus cõstituta diuinis uo
cibus cõmendantẽ. Ipsa pietas: ueritas: charitas: nos non pmittit contra Cecilianũ eoꝝ
hominũ accipere testimoniũ: quos in ecclesia non uidemus: cui deus ꝓhibet testimo-
nium. Qui em̃ diuina testimonia non sequũtur: pondus humani testimonij ꝓdiderũt.

Constantin⁹ Addo qđ Ceciliani causam: ipsi ad imperatoris Cōstantini iudiciū accusando miserūt: R
Cecilian⁹ immo uero ipsum Cecilianū post episcopalia iudicia: ubi eum opprimere non potuerunt: ad supradicti impatoris examen: ptinacissimis psecutoribus perduxerunt. Et qđ in nobis modo reprehendunt ut decipiant imperitos dicentes: non debere christianos
2. Retrac. 40. cōtra inimicos christi aliqd a christianis ipatorib⁹ postulare: ipsi priores fecerunt. Qđ etiā in collatione: quā simul apud carthaginē habuimus: negare nō ausi sunt: immo & gloriari ausi sunt: ꝙ apud impatorem maiores eorū criminaliter Celicianū fuerint insecuti. Insup addētes mēdaciū: ꝙ eum illic uicerint fecerintq; damnari. Quomodo ergo nunc ipsi non sunt psecutores: qui cū accusando psecuti sunt Cecilianū: & ab eo fuerint supati? Falsam sibi gloriam impudētissimo mendacio arrogare uoluerūt: non solum culpam non putantes: uerūetiam ꝓ sua laude iactantes: si ꝓbarent Cecilianū ma
2. Retrac. 39 ioribus suis accusantib⁹ fuisse damnatū. Quēadmodū autem in ipsa collatione modis oib⁹ uicti sint: quoniā ualde ꝓlixa sūt gesta: & tibi alīs rebus romanæ pacis necessarijs occupato: multum est ut leganť: breuiariū eoꝝ tibi legi forsitan poterit: qđ credo ba/
Optatus bere fratrem & coepiscopū meū Optatū: Aut si nō habet: potest facilime accipere de ecclesia sitiuensi: quādoquidem liber iste iam sua prolixitate curis tuis forsitan onerosus ē. Hoc em̄ contigit donatistis: qđ accusatorib⁹ sancti Danielis. Sicut em̄ in illos le/ S
ones: sic in istos cōuersæ sunt leges: quibus innocentem opprimere uoluerunt: nisi ꝙ ꝓpter misericordiā christi: magis pro eis sunt istæ leges: quæ illis uidenť aduersæ: qm̄ multi ꝑ illas correcti sunt: & quotidie corriguntť: & se esse correctos: atq; ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. Et qui oderant diligūt: molestasq; sibi fuisse saluberrimas leges quātum in insania detestabanť: tātum recepta sanitate gratulanť: & in residuos cum quibus fuerāt periturī: iam simili dilectione nobiscum ut pariter instemus
23. q. 4. ipsa pietas. ne illi pereant: excitanť. Molestus est em̄ & medicus furenti frenetico: & pater indisciplinato filio: ille ligando: ille cædendo: sed ambo diligendo. Si autem illos negligāt & perire ꝑmittant: ista potius mansuetudo falsa crudelis est. Si em̄ equus & mulus: quibus non est intellectus: morsibus & calcibus resistunt hominibus: a quibus eorum curanda uulnera contrectantur: & cum inter dentes eorum & calces sæpe homines periclitentur: & aliquando uexentur: non tamen eos deserunt: donec per dolores & molestias medicinales: reuocēt ad salutem: quātomagis homo ab homine: & frater a fratre: ne in æternum pereat non est deserendus: qui correctus intelligere potest: quātū
Gal. 6. sibi præstabatur beneficium: quādo se psecutionem perpeti querebatur? Sicut ergo T apostolus dicit: infatigabiles cum tempus habemus operemur bonum ad oēs: qui possunt catholicoꝝ præceptorum sermonibus: qui possunt catholicorum principum legibus: partim per eos qui diuinis admonitionibus: partim per eos qui iussis imperialibus parent: omnes ad salutem uocentur: omnes a pernicie reuocentur. Quia & im/
Pis. 9. ca. impe/ ratores: et duo bus seqnť. peratores: quando pro falsitate contra ueritatem constituūt malas leges: probantur bene credentes: & coronantur pseuerantes. Quādo autem ꝓ ueritate contra falsita/
11. q. 3. impera/ tores tem constituunt bonas leges: terrentur sæuientes & corriguntur intelligentes. Quicūq; ergo legibus imperatoꝝ: quæ cōtra ueritatē dei feruntur obtemperare nō uult: acquirit grande præmium. Quicūq; autem legibus imperatorum: quæ pro dei ueritate feruntur: obtemperare non uult: acquirit grande supplicium. Nam & tempo/
ribus ꝓpbetaꝝ: omnes reges qui in populo dei non ꝓhibuerūt: nec euerterunt quæ cōtra dei præcepta fuerant instituta: culpanť: & qui ꝓhibuerunt & euerterunt: super
Daniel. 3. alioꝝ merita: laudanť. Et rex Nabuchodonosor: cum seruus esset idoloꝝ: cōstituit sacrilegā legē: ut simulacꝝ adorareť: sed eius impiæ cōstitutioni qui obedire noluerūt: pie fideliterq; fecerunt. Idē tamen rex: diuino correctus miraculo: piam & laudabilē legem ꝓ ueritate cōstituit: ut quicūq; diceret blasphemiā in deū uerum Sidrac: Misac & Abdenago: cū domo sua penit⁹ interiret. Hanc legē si qui cōtempserūt: & id qđ fuerat cōstitutū merito ppessi sunt: debuerūt dicere: qđ isti dicūt: se iustos esse: qa ex lege regis psecutionē patiebanť: qđ utiq; dicerent si ita insanirent sicut isti insaniūt: q diuidūt mēbra christi: exufflant sacramenta christi: & de psecutiōe gloriantť: qa ꝓhibēť

ista facere legib⁹ impatoꝝ: quas cōstituerunt ꝓ unitate christi: & iactāt fallaciter innocentiā suā: Et quā nō possunt a domino accipe: ab hominibus quærūt martyrū gloriā.

V Veri aūt martyres illi sūt: de quibus dns ait: Beati q̄ psecutionē patiuntur ꝓpter iusticiam. Nō ergo qui ꝓpter iniquitatē: & ꝓpter christianæ unitatis impiam diuisionem: sed qui ꝓpter iusticiam persecutionem patiuntur: hi martyres ueri sūt. Nam & Agar passa est psecutionem a Sara: & illa erat fācta quæ faciebat: illa iniqua quæ patiebatur. Nunquid & huic psecutioni: quā passa est Agar: cōparandus est sanct⁹ Dauid: quē psecutus ē iniquus Saul? Valde utiq; distat: nō quia patiebatur: sed quia ꝓpter iusticiam patiebat. Et ipse dominus cum latronib⁹ crucifixus ē: Sed quos passio iungebat: causa separabat. Ideo in psalmo: uox illa intelligenda est uerorū martyrū: uolentiū se discerni a martyribus falsis: Iudica me deus & discerne causam meam de gēte nō sancta: Nō dixit: discerne pœnam meā: sed discerne causam meam. Potest em̄ esse impiorū filis pœna: sed dissimilis ē martyrū causa: quoꝝ & illa uox est: Iniuste psecuti sunt me: adiuua me. Ideo se dignum existimauit: qui adiuuaret⁹ iuste: quia illi psequebantur iniuste. Nam si iuste illi psequerentur: non fuerat adiuuandus: sed corrigēdus. Si autem putant q̄ nemo possit iuste aliquē psequi: sicut in collatione dixerūt: illam esse ueram ecclesiā quæ psecutionem patitur: nō quæ facit: Omitto dicere qđ superius cōmemorauī: quia si ita est: ut dicunt: Cecilian⁹ ad ueram ecclesiā ꝓtinebat: quando eū maiores illoꝝ usq; ad imperatoris iudiciū accusando psequebantur. Nos em̄ dicimus: ideo illū ad ueram ecclesiā ꝓtinuisse: non quia psecutionem patiebatur: sed quia propter iusticiam patiebatur. Illos aut̄ ideo fuisse alienatos ab ecclesia: non quia psequebant⁹: sed quia iniuste psequebātur. Nos itaq; hoc dicimus: Illi uero si nō quærunt causas quare quisq; faciat psecutionem uel quare patiat⁹: sed hoc putāt esse signū ueri christiani: si psecutionē non faciat: sed patiat⁹: sine dubio Ceciliaū in ea definitione cōstituunt: qui nō faciebat: sed patiebat⁹. Maiores aut̄ suos ab ea definitione foras mittunt: qui faciebāt nō patiebant⁹. Sed hoc: ut dixi: omitto: illud dico: si ecclesia uera ipsa est quæ psecutionem patit⁹: nō quæ facit: quærant ab ap̄lo quā ecclesiā significabat Sara: quādo psecutionē faciebat ancillæ: Liberā quippe matrē nostrā cælestē hierusalē: id ē ueram dei ecclesiā: in illa muliere dicit fuisse figuratā: quæ affligebat ancillam. Si autem melius discutiam⁹: magis illa psequebatur Sarā superbiendo: q̄ illam Sara coercendo: Illa em̄ dnæ faciebat iniuriā: ista imponebat supbiæ disciplinā. Deinde quæro: si boni & sancti nemini faciunt persecutionem: sed tantūmodo patiuntur: cuius putāt esse in psalmo uocē: ubi legit⁹: Persequar inimicos meos: & cōp̄hendam illos: & nō cōuertar donec deficiant⁹? Si ergo uerum dicere uel agnoscere uolum⁹: est persecutio iniusta quā faciunt impij eccliæ christi: & ē iusta psecutio: quā faciunt impijs ecclesiæ christi. Ista itaq; beata ē: quæ psecutionē patit⁹ ꝓpter iusticiā: illi uero miseri qui psecutionem patiūt⁹ ꝓpt⁹ iniusticiā. Proinde ista psequit⁹ diligendo: illi sæuiēdo. Ista ut corrigat: illi ut euertant. Ista ut reuocet ab errore: illi ut præcipitēt in errorē. Deniq; ista psequit⁹ inimicos & cōprehendit donec deficiant in uanitate: ut in ueritate ꝓficiāt: Illi autem retribuentes mala ꝓ bonis: quia eis cōsulimus ad æternā salutē: etiā tēporalem nobis conatur auferre: sic amātes homicidia: ut in seipsis ea perficiant: quādo in alijs ꝓpetrare

Y non possunt. Sicut enim charitas laborat ecclesiæ: sic eos ab illa perditiōe liberare ut eoꝝ nemo moriat⁹: sic eoꝝ laborat furor: aut nos occidere ut suæ crudelitatis pascant libidinē: aut etiam seipsos ne perdidisse uideant⁹: occidēdoꝝ hominū potestatē. Qui autem nesciunt consuetudinē illoꝝ: putant eos modo seipsos occidere: quādo ab eorum insanissima dominatione per occasionē legū istarum quæ ꝓ unitate sunt cōstitutæ: tanti populi liberant⁹. Qui aūt sciunt: & ante ipsas leges quid facere soleant: nō eorum mirātur mortes: sed recordant⁹ mores: maxime quando adhuc cultus fuerat idolorū: ad paganoꝝ celeberrimas solēnitates ingentia turbaꝝ agmina ueniebant: non ut idola frāgerēt: sed ut interficerēt⁹ a cultorib⁹ idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere uellēt: si qđ eis accidisset: possent habere qualēcūq; umbrā nomis martyrū: sed ad hoc solū ueniebāt: ut integris idolis ipsi perimerent⁹: Nā singuli quiq;

Matth.5.

Li.1.de ser.dñi in mōte.ca.4.

Pſ.42.

Pſ.118.

Cecilianus

23.q.4 si eccla

Pſ.17

ualētissimi iuuenes cultores idolorū: quis quot occideret: ipsis idolis uouere cōsueuerant. Quidā etiā se trucidādos armatis uiatoribus ingerebant: pcussuros eos se: nisi ab eisperimēt terribiliter cōmīnates. Nōnunq; & a iudicibus trāseuntib⁹ extorquebāt uiolenter: ut a carnificibus uel ab officio ferirent. Vnde quidā illos sic illusisse phibet: ut eos tanq; pcutiendos: ligari & dimitti iuberet: atq; ita eor impetū incruent⁹ & illæsus euaderet. Iam uero p abrupta præcipitia: p aquas & flāmas occidere seipsos: quotidianus illis ludus fuit. Hæc em̄ eos tria mortis genera diabolus docuit: ut mori uolētes: quando non inueniebāt quē terrerēt: ut eius gladio ferirent: p saxa se mitterent: aut ignib⁹ gurgitibusq; donarēt. Quis aūt illos hæc docuisse credendus est possidens
Luc⁹.4. cor eorū: nisi ille qui & saluatori nr̄o: ut se de pinna templi præcipitaret: tanq; de lege suggessit? Cui⁹ suggestionē a se utiq; phiberēt: si magistrū christū in corde portarent.
Marci.5. Sed qa in se diabolo potius dederūt locum: aut sic pereunt quēadmodū grex ille porcor: quē de monte in mare turba dæmonū deiecit: aut illis mortib⁹ erepti: & pio matris catholicæ gremio collecti: ita liberant: quēadmodū est a dño liberāt⁹: quem pater
Matth.17. eius a dæmonio sanādum obtulit dicens: q aliquādo cadere in aquā: aliquādo in ignē soleret. Vnde magna in eos fit misericordia: cum etiā p istas imperatorū leges: ab illa secta: ubi p doctrinas dæmoniorū mendaciloquorū mala ista didicerunt: prius eripiūt inuiti: ut in catholica postea bonis præceptis & maioribus sanent assueti. Nam multi eorū quorū iam in unitate christi: pium fidei feruorē charitatemq; miramur: cū magna lætitia deo gratias agūt: q illo errore caruerunt ubi mala ista bona putauerunt. Quas gratias modo uolentes non agerent: nisi prius etiam nolentes ab illa nefaria societate discederent. Quid de illis dicamus: qui nobis quotidie confitent: q iam olim uolebāt esse catholici: sed inter eos habitabāt: inter quos id qd̄ uolebāt esse nō poterāt p infirmitatē timoris: ubi si unū uerbum p catholica dicerent: & ipsi & domus eorū funditus euerterent? Quis est tam demens: q neget istis debuisse p iussa impialia subueniri: ut de tanto eruerētur malo: dum illi quos timebāt timere coguntur: & eodem timore aut etiā ipsi corrigunt: aut certe cum se correctos esse cōfingunt: correctis parcunt: a qb⁹ antea timebant? Si autē seipsos occidere uoluerint: ne illi q liberādi sunt liberētur: & eo modo liberantiū terrere pietatē: ut dum timeāt ne quidā pditi pereant: nō eruātur pditioni: qui uel iam nolebāt perire: uel coerciti poterāt nō perire. Quid hic agit charitas christiana: præsertim cum illi qui suas mortes uoluntarias & furiosas minant: in populorū liberandorū cōparatione ppauci sint? Quid agit ergo fraterna dilectio: utrum dum paucis transitorios ignes metuit caminorū: dimittit oēs æternis ignibus gehēnarum: & tam multos uel iam uolētes uel postea nō ualentes p catholicā pacem aduitā uenire ppetuam: relinquit in interitum sempiternū: cauendo ne quidam uoluntario moriant interitu: qui uiuunt ad impedimētum salutis aliorū: quos nō pmittūt fm christi doctrinā uiuere: ut eos doceant quocunq; tpe fm consuetudinē doctrinæ diabolicæ ad eas quæ in illis modo timent mortes uoluntarias festinare? An potius cōseruat quos pōt: & si spōte pereāt: quos cōseruare non pōt? Vt em̄ oēs uiuant ardēter exoptat: sed oēs ne pereant plus laborat. Gratias autem dño: q & apud nos: nō quidē in oibus: sed ualde i plurib⁹ locis: & p alias africæ partes: sine ullis istorū insanorum mortibus: pax catholica cucurrit & currit. Ibi autem illa funesta contingunt: ubi est tam furiosum & inutile boium genus: qui & alijs temporibus eadē facere consueuerunt. Et & prius quidē q̄ istæ leges a catholicis impatoribus mitterentur: pacis atq; unitatis christi paulatim doctrina crescebat: & in eam quisq; sicut discebat & uolebat & poterat ex ipsa parte transibat: cum tn̄ apud illos pditorū boium demētissimi greges: in diuersis causis quietē innocētium pturbabāt. Quis nō dns seruum suum timere cōpulsus est: si ad illorum patrocinium confugisset? Quis euersori minari saltem audebat auctori? Quis cōsuptorē apothecarū? Quis quēlibet poterat exigere debitorē: auxiliū eorū defensionēq; poscentē: timore fustiū & icēdiorū mortisq; præsentis? Pessimorū suorū ut liberi abscederēt tabulæ frangebātur: extorta debitoribus chirographa reddebant. Quicūq; dura illorū uerba cōtēpserant: durioribus uerberib⁹ qd̄ iubebāt facere

cogebant: innocentiū qui eos offenderāt domus: aut deponebant ad solū: aut ignib⁹ cremabant. Quidam patresfamilias honesto loco nati: & generoso cultu educati: uix uiui post eoꝝ cædes ablati sunt: uel uincti ad molā: & eā in gyrum ducere: tanq̄ iumēta cōtemptibilia uerbere adacti sunt. Qđ em̄ de legibus auxilium: a ciuilibus potestatibus aduersus eos aliqđ ualuit: quis i præsentia eoꝝ officialis anbelauit? Quisq̄ qđ illi noluissent exactor exegit? Quis eos qui eoꝝ cædib⁹ extincti sūt uindicare tēptauit: nisi q̄ ꝓpria de illis pœnas poscebat insania: cum alij ꝓuocandis in se gladijs hominū: quos ut ab eis ferirēt morte terrebāt: alij p uaria præcipitia: alij per aquas: alij p ignes se in mortes uolūtarias usq̄quaq̄ mittebant: & animas ferales a se sibi illatis supplicijs ꝓpiciebant? Horrebant ista plurimi in ipsa superstitione hæretica cōstituti: & cū innocētiæ suæ sufficere arbitrarent: qđ sibi talia displicerēt: dicebat eis a catholicis: si innocētiam uestram mala ista non polluūt: quomodo dicitis orbē christianū: uel falsis uel certe ignotis Cecilini peccatis eē pollutū? Quomodo uos nefario scelere: ab unitate catholica: tanq̄ ab area dominica sepatis: quæ usq̄ ad tempus uentilationis: necesse ē ut habeat & frumentū in horreo recondendū & paleā ignibus consumendam? Atq̄ ita quibusdā ratio reddebat: ut aliqui ad unitatem catholicā: etiam inimicitias perditoꝝ parati sustinere trāsirent: sed plures q̄ uis id uellent: eos tamē boies quibus tāta fuerat licentia sæuiendi: inimicos facere nō audebāt. Nōnulli quippe illos cum ad nos trāsissent crudelissimos passi sunt. Accidit etiam ut apud carthaginē quendā diaconū suū nomine Maximianū: contra ep̄m suum supbientem: quidam ep̄oꝝ eiusdem partis facto scismate: & in plebe carthaginis diuisa parte donati: ordinarent ep̄m contra ep̄m. Qđ cum eoꝝ pluribus displiceret: eundem Maximianū cum alijs duodecim: qui ei⁹ ordinationi præsentes affuerant damnauerūt: cæteris autem ad eandem societatem scismatis ptinentibus: die constituto facultatē redeundi dederūt. Sed postea ex ipsis duodecim quosdam: & ex illis quibus dilatio data fuerat: post diem positū redeuntes ꝓpter pacem suam in suis honoribus susceperunt: & quoscunq̄ extra ipsoꝝ cōmunionem damnati baptiçauerant: rebaptiçare nō ausi sunt. Cœpit hoc eoꝝ factū contra illos ꝓ catholica multū ualere: ut ora eoꝝ penitus clauderēt. Quæ res cū (sicut oportebat) ad sanandos ab scismate aios hominū spargeret instantius: & quaquauersū poterat: catholicoꝝ sermonib⁹ ac disputationib⁹ monstraretur: eos ꝓ pace donati & dānatos suos in honorē suum integrū suscepisse: & baptismū quē damnati uel etiam dilati foris ab ecclesia eorum dederāt: non ausos fuisse rescindere: & orbi terraꝝ contra pacem christi contaminationē (nescio quoꝝ) obijcere peccatoꝝ: & euacuare baptismū: in illis quoq̄ ecclesijs datum: unde in Africam uenit ipsum euangeliū: plurimi cōfundebāt: & manifeste ueritati erubescētes corrigebant: solito crebrius: & multomagis ubicūq̄ ab eorū sæuicia respirabat aliquanta libertas. Tum uero illi sic exarserunt: & tantis sunt odiorū stimulis incitati: ut contra eoꝝ insidias atq̄ uiolētias: & apertissima latrocinia: uix ullæ nostræ cōmunionis eccl'iæ possent esse securæ: uix ulla uia tuta: qua iter agerent quicūq̄ aduersus eorum rabiem pacem catholicam prædicarēt: eorumq̄ dementiā ꝑspicua ueritate cōuincerēt: Vsq̄ adeo prorsus non solum laicis: uel q̄buslibet clericis: sed ipsis quoq̄ epīs catholicis: quodāmodo ꝓponebat dura conditio. Aut em̄ tacēda erat ueritas: aut eoꝝ imanitas pferēda. Sed si ueritas taceret: n̄ solūnemo fuerat ei⁹ silētio liberād⁹: sed multi etiā illoꝝ seductione pdēdi. Si aūt ueritatis prædicatiōe furor eoꝝ ad sæuiēdū ꝓuocaret: aliqb⁹ liberatis n̄risq̄ firmatis: rursus a sequēda ueritate: formido ipediret infirmos. Cū igit̄ his angustijs affligeret eccl'ia: quisq̄ existimat oia potius sustinēda: q̄ dei auxiliū: ut p christianos imꝑatores ferret fuisse poscendū: parum attendit non bonā de hac negligentia reddi potuisse rationē.

A Quod em̄ dicūt qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt: nō petisse a regibus terræ apostolos talia: non considerant aliud fuisse tunc tempus: & omnia suis tēporibus agi. Quis em̄ tunc in christū crediderat imperator: qui ei ꝓ pietate contra impietatē leges ferēdo seruiret: q̄n adhuc illud ꝓphēticum cōplebatur: Quare fremuerunt gētes: & populi meditati sunt inania: Astiterūt reges terræ: & principes cōuene- 23.q.4.si eccl'ia Ps.2.

rũt i unũ: aduersus dñm & aduersus xp̃m ei⁹. Nõdũ aũt agebaṫ: qđ paulopoſt i eodẽ
pſalmo diciṫ: Et nũc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram: Seruite dño i ti-
more: & exultate ei cum tremore. Quõ ergo reges dño ſeruiũt in timore: niſi ea quæ
contra iuſſa dñi fiunt: religioſa ſæuerirate ꝓhibendo atq; plectendo? Aliter em̃ ſeruit
quia homo eſt: aliter quia etiam & rex eſt. Quia homo ẽ: ei ſeruit uiuẽdo fideliter: qa
uero etiam rex eſt: ſeruit leges iuſta præcipiẽtes & contraria ꝓhibentes: conuenienti
4.Reg.18. uigore ſanctiendo: Sicut ſeruiuit Eẽchias: lucos & templa idolorũ: & illa excelſa quæ
4.Reg.22. cõtra præcepta dei fuerãt cõſtructa deſtruẽdo: Sicut ſeruiuit Ioſias: talia & ipſe faciẽ-
Ione.3. do: Sicut ſeruiuit rex niniuitaꝝ: uniuerſam ciuitatẽ ad placandũ dñm cõpellendo: Si-
Daniel.14. cut ſeruiuit Darius: idolum frangendũ in poteſtatem Danieli dando: & inimicos eius
Daniel.3. leonibus ingerendo: Sicut ſeruiuit Nabuchodonoſor: de quo iam diximus: omnes in
regno ſuo poſitos a blaſphemãdo deo lege terribili ꝓhibendo. In hoc ergo ſeruiunt
dño reges inquantũ ſunt reges: cũ ea faciũt ad ſeruiẽdũ illi: quæ nõ poſſunt facere niſi
reges. Cũ itaq; nõdũ reges dño ſeruirent tẽporibus apl'oꝝ: ſed adhuc meditarenṫ in-
ania: aduerſus eũ & aduerſus chriſtum eius: ut ꝓphetaꝝ prædicta oia cõplerenṫ: non
utiq; tunc poſſent impietates legibus ꝓhiberi: ſed potius exerceri. Sic em̃ ordo tẽpo-
rum uoluebaṫ: ut & iudæi occiderẽt prædicatores chriſti: putãtes ſe officiũ deo face-
re: ſicut prædixerat chriſtus: & gẽtes fremuerunt aduerſus chriſtianos: & ois patiẽtia
martyꝝ uinceret. Poſtea uero q̃ cœpit impleri qđ ſcriptũ eſt: Et adorabũt eum oẽs re
ges terræ: omnes gentes ſeruiũt illi: Quis mẽte ſobrius regi⁹ dicat: Nolite curare in
regno ueſtro a quo tueaṫ ul' oppugneṫ eccl'ia dñi ueſtri: non ad uos ꝓtineat in regno
ueſtro: quis uelit eſſe ſiue religioſus ſiue ſacrileg⁹: quib⁹ dici nõ põt: non ad uos ꝓtineat
in regno ueſtro: quis uelit pudic⁹ eẽ qs impudic⁹? Cur em̃ cũ datũ ſit diuinit⁹ homini B
libeꝝ arbitriũ: adulteria legib⁹ puniãṫ: & ſacrilegia ꝓmittanṫ? An fidẽ nõ ſeruare leui⁹
eſt animã deo: q̃ fœminã uiro? Aut ſi ea quæ non cõtemptu: ſed ignorantia religionis
cõmittunṫ: mitius uindicãda: nunqd ideo negligẽda ſunt? Melius ẽ qdẽ: qs dubitaue-
rit: ad deum colendũ doctrina hoies duci: q̃ pœnæ timore uel dolore cõpelli? Sed nõ
qa iſti meliores ſunt: ideo illi qui tales nõ ſũt negligẽdi ſũt. Multis em̃ ꝓfuit (qđ expe-
rimentis ꝓbauimus & ꝓbam⁹) prius timore uel dolore cogi: ut poſtea poſſint doce-
ri: aut qđ iam uerbis didicerãt opere ſectari. Proponũt nobis quidam ſententiam cu-
iuſdam ſæcularis auctoris: qui dixit: Pudore & libertate liberos retinere: ſatius eẽ cre-
do q̃ metu. Hoc quidem uerum ẽ: ſed ſicut meliores ſunt quos dirigit amor: ita plures
ſunt quos corrigit timor. Nam ut de ipſo auctore iſtis reſpõdeaṫ: apud illum etiam le
gũt: Tu niſi male coact⁹: recte facere neſcis. Porro autem ſcriptura diuina & ꝓpter il-
1.Joh.4 los meliores dixit: Timor non eſt in charitate: ſed pfecta charitas foras mittit timorẽ.
Et ꝓpter hos inferiores qui plures ſunt: ait: Verbis non emendabitur ſeruus durus: ſi
em̃ & intellexerit non obediet. Cũ dixit: uerbis eum non emendari: nõ eum iuſſit de-
ſeri: ſed tacite admonuit unde debeat emẽdari: Alioquin nõ diceret: uerbis nõ emẽ-
dabitur: ſed tantũmodo diceret: non emendabiṫ. Alio quoq; loco dicit: Nõ ſolũ ſeruũ
ſed etiam filium indiſciplinatũ plagis eſſe coercẽdum. Et magno fructu. Nam tu qui-
Prouer.25. dem inquit pcutis eum uirga: aiam uero eius liberabis a morte. Et alibi dicit: Qui par-
Prouer.13. cit baculo: odit filium ſuum. Dauid em̃ qui recta fide ueroq; itellectu: totis animæ ſuæ
Ps.41 uiribus dicit: Sitiuit anima mea ad deum fontẽ uiuũ: quãdo ueniam & apparebo ante
faciẽ dei: Et huic tali nõ ſolum temporalium pœnarum: uel imperialium legũ: ſed nec
gehennarũ timor eſt neceſſarius: cui tam deſiderabile bonũ eſt adhærere deo: ut non
ſolum ab illa fœlicitate alienari: tanq̃ magnum ſupplicium ꝓhorreſcat: uerũ etiam diſ-
Phil.1. ferri moleſte ferat. Sed tamen anteq̃ dicant boni filij: Cõcupiſcẽtiã habemus diſſolui C
& eſſe cũ chriſto: multi prius tanq̃ mali ſerui & quodãmodo improbi fugitiui: ad dñm
23.q.4.qs nos ſuum temporaliũ flagellorum uerbere reuocantur. Quis em̃ nos poteſt ampli⁹ amare
Joh.10 q̃ chriſtus: qui animã ſuam poſuit ꝓ ouibus ſuis? Et tamen cum Petrum & alios apl'os
Act.9. ſolo uerbo uocaſſet: Paulũ prius Saulũ: eccleſiæ ſuæ poſtea magnũ ædificatorem: ſed
horrendũ antea uaſtatorẽ: non ſolũ uoce cõpeſcuit: uerũ etiã ptãte ꝓſtrauit: atq; infi-

delitatis tenebris sæuientē:ad desiderandū lumen cordis ut surgeret:prius corpis cæ
citate pcussit. Si pœna illa non esset:non ab ea postmodū sanaret. Et qñ apertis oculis
nihil uidebat:si eos saluos haberet: nō ad ipositionē manꝰ Annaniæ:ut eoꝝ aperiret
obtutus:tanq squamas quibꝰ clausus fuerat inde cecidisse: scriptura narraret. Vbi est 23.q.6.scis/
qđ isti clamare consueuerūt:liberū est credere uel nō credere:Cui uim christus intu/ matici
lit:quē coegit? Ecce habēt Paulū aplm:agnoscāt in eo prius cogētē christū: & postea
docentē:prius ferientē & postea consolantē. Mirū est autē quō ille qui pœna corpo/
ris ad euangeliū coactus intrauit: plus illis oībus qui solo uerbo uocati sūt in euāgelio
laborauit:Et quē maior timor cōpulit ad charitatē: eius pfecta charitas foras mittit ti/
morē. Cur ergo non cogeret ecclesia pditos filios ut redirent:si perditi filij coegerunt
alios ut perirent? Quis etiam illos quos nō coegerunt:sed tātūmodo seduxerunt:si p
terribiles:sed salubres leges in eius gremio reuocent:blādius pia mater amplectitur:
D & de illis multo amplius q de his quos nunq perdiderat gratulatur. An non ptinet ad
diligentiam pastoralem:etiam illas oues quæ non uiolēter ereptæ:sed blande leniter
q seductæ:a grege aberrauerint:& ab alienis cœperint possideri:inuētas ad ouile do/
minicū si resistere uoluerint flagelloꝝ terroribꝰ uel etiā doloribꝰ reuocare: præsertim
qm si apud fugitiuos & prædones seruos fœcunditate multiplicent:plus habet iuris
qđ in eis dñicus character agnoscitur:q in eis quos suscepimus:nec tamē rebaptiçamꝰ
minime uiolatur? Sic em error corrigēdus est ouis:ut non in ea corrūpat signaculū re
demptoris. Neq em si quisq regio charactere assignato desertore signet:& accipiat in/
dulgentiam: atq ille redeat ad militiā:ille autē esse in militia in qua nōdū erat incipiat:
in aliquo eorum character ille rescindit: an non potius in ambobus agnoscit & bono/
re debito qm regius ē approbat? Quia ergo non possunt malū esse ostendere quo co
gunt:nec ad bonum se cogi oportere cōtēdūt:sed a christo coactū ostendimꝰ Paulū.
Imitat itaq ecclia i istis cogēdis dñm suū: q priꝰ ut neminē cogeret expectauit:ut de 23.q.6.scis/
fide regū atq gētiū p̄dicatio ꝓphetica cōpleret. Etiā hinc em nō absurde itelligit illa matici
aplica lnia:ubi Paulꝰ beatꝰ dicit:Parati ulcisci oēm inobediētiā cū cōpleta fuerit prior 2.Cor.10.
obedientia ura. Vñ & ipse dns ad magnā cœnā suā priꝰ adduci iubet conuiuas:postea Luc.14.
cogi. Nā cū ei serui sui respōdissent: Dñe factū est qđ iussisti:& adhuc est locus: Exite
inquit in uias & sepes: & quoscunq inueneritis cogite intrare. In illis ergo qui leniter
primo adducti sunt:completa est prior obedientia:In istis autem qui coguntur:inobedi
entia coercet. Nā qd est:cogite intrare:cū primo dictū esset:adducite:& respōsū est:
factū est qđ iussisti & adhuc est locꝰ? Si miraculoꝝ terroribꝰ cogēdos uoluisset itelligi:
magis ad eos q priꝰ uocati sūt diuina miracula multa facta sūt:maxie ad eos de qbꝰ di/
ctū e:Iudæi signa petūt:In ipsis quoq gentilibꝰ talia tpibꝰ aplꝰ oꝝ miracula euāgeliū cō/ 23.q.6.scisma/
mēdauerūt:ut si talibus cogi iuberent: priores ut dixi potius cōuiuæ coacti esse meri/ tici et.q.4.ipsa
to crederēt. Quapropter si potestatem quā p religionē ac fidē regū tempore quo de pietas
buit diuino munere accepit ecclesia:bi qui inueniunt in uijs & in sepibus:id est in hæ
resibus & scismatibus coguntur intrare:non quia coguntur repbendant: sed quo co/
gantur attendant. Conuiuiū domini unitas est corpis christi:non solū in sacramēto al/
taris:sed etiā in uinculo pacis. De ipsis sane possumꝰ uerissime dicere q neminē cogāt
E ad bonū. Quoscūq em cogunt:nō cogunt nisi ad malū. Verūtamen anteq istæ leges
quibus ad cōuiuiū sanctum coguntur intrare in Africā mitterent:nōnullis fratribꝰ uide/
batur:in qbus & ego eram:quis donatistarum rabies usq quaq sæuiret:non esse petē/
dum ab impatoribus:ut ipsam hæresim iubere omnino nō esse:pœnā cōstituēdo eis
qui in illa esse uoluissent:sed hoc potius cōstituere: ut eoꝝ furiosas uiolentias nō pa/
terent q ueritatē catholicā uel prædicarēt loquendo uel legerent constituendo. Qđ
eo mō fieri aliquatenꝰ posse arbitrabamur: si legē pijssimæ memoriæ Theodosij quā 23.q.4.ipsa
generaliter in omnes hæreticos ꝓmulgauit:ut quisquis eoꝝ episcopꝰ uel clericꝰ ubili/ pietas
bet esset iuentꝰ:decem libris auri multaret: expressiꝰ in donatistas:q se negabāt hære/
ticos ita cōfirmarent:ut non oēs ea multa ferirent: sed in quoꝝ regionibꝰ aliquas uio/
lētias a clericis uel a circūcellionibꝰ uel populis eoꝝ ecclia catholica pateret:ut scilicet

post ꝓtestationem catholicorum: qui fuissent ista perpessi: iam cura ordinum ad psol
uendam multam episcopi siue ministri cæteri tenerent. Ita em̃ existimabamus eis ter
ritis: & nihil tale facere audentibus posse libere doceri & teneri catholicam ueritatē:
ut ad eam cogeretur nemo: sed eam qui sine formidine uellet sequeretur: ne falsos &
simulatores catholicos haberemus. Et q̃is alijs fratribus aliud uideret: iam ætate gra
uioribus: uel multarum ciuitatū & locorum exempla currentibus: ubi firmā & ueram
catholicā uidebamus: quæ tamen ibi talibus beneficijs dei constituta esset atq; firma
ta: dum ꝓ priorum imperatorum leges ad cōmunionē hoies catholicam uenire coge
rent: obtinuimus tn̄ ut illud potiꝰ qđ dixi ab impatoribus peteret: decretū est in cō
cilio nr̄o: legati ad comitatū missi sunt. Sed dei maior misericordia qui sciret harū le
gum terror & quædam medicinalis molestia: q̃ multorum esset prauis uel frigidis ani
mis necessaria: & illi duriciæ: quæ uerbis emendari nō posset uel potest: sed tn̄ aliquā
tula sæueritate disciplinæ potest: id egit ut legati nostri qđ susceperant obtinere non
possent. Iam em̃ nos præuenerant ex alijs locis quædā episcopoꝝ querelæ grauissi
mæ: q mala fuerāt ab ipsis multa perpessi: & a suis sedibꝰ exturbati: præcipue horrēda
& incredibilis cædis Maximiani ep̄i catholici ecclesiæ uagiensis effecit: ut nostra le
gatio iam qd ageret nō haberet. Iā em̃ lex fuerat ꝓmulgata: ut tantæ imanitatis hære
sis donatistaꝝ: cui crudelius parci uidebatur q̃ ipsa sæuiebat: non tm̃ uiolenta esse: sed
omnino esse: non sineret impune. Non tamē supplicio capitali ꝓpter seruandā etiam
circa indignos mansuetudinē christianā: sed pecuniarijs dānis ꝓpositis: & in eꝑos uel
ministros eorum exilio cōstitutos. Supradictū quippe episcopū uagiēsem: qm̃ apud F
ordinariū iudicem dicta inter partes sententia: obtinuerat basilicā quā illi cū catholica
esset inuaserunt: stantē ad altare irruentes horrēdo impetu & furore crudeli: fustibꝰ
& huiuscemodi telis: lignis deniq; eiusdē altaris effractis imaniter ceciderūt: pugione
etiam pcusserunt in inguine: quo uulnere sanguis effluēs eum exanimē redderet: nisi
ei ad uitam maior sæuicia eoꝝ ꝓfuisset. Nam cum grauiter sauciatum per terrā insup
traberent: exundāti uenæ puluis obstrusus sanguinē obstinuit: cuius effusione ibat in
mortē. Deinde cum ab eis tandem relictum: nostri cū psalmis auferre temptarent: illi
iraardentiore succēsi: eum deportantiū manibus abstulerūt: male multatis fugatisq;
catholicis: quos ingenti multitudine supabant & facile sæuiēdo terrebāt. Inde in quā
dam turrē leuatū: iam defecisse arbitrātes: cū ille adhuc uiueret abiecerunt. Sed quo
dam molli aggere exceptus & a qbusdā nocte trāseuntibꝰ p lucernā conspectꝰ: agnitus
atq; collectus: & ad religiosā domū apportatꝰ: adhibita magna cura post multos dies
cum ab illa desperatiōe recreatus esset: occisum eum tn̄ fama scelere donatistaꝝ etiā
transmare nuuciauerat. Quo postea q̃ uenit & uita eius inopinatissima apparuit: cica
tricibus suis tam multis tam ingentibꝰ t ārecentibus: non frustra fama mortuū se nun
23.q.3.maxi/mianus ciasse monstrauit. Auxilium ergo petiuit ab imperatore christiano: nō tam sui ulcisce
di causa: q̃ tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Qđ si prætermississet: non eius fuisset laudan
Actꝭ.21. da patientia: sed negligentia merito culpanda. Neq; em̃ & apostolus Paulus uitæ suæ
transitoriæ cōsulebat: sed ecclesiæ dei: qn̄ cōtra illos qui eū occidere cōspirauerāt: cō
silium illoꝝ tribuno ut ꝓderet effecit: Vnde factū est ut eum ad locū quo fuerat pdu
cēdus: deduceret miles armatus: ne illoꝝ pateretur insidias: romanas etiam leges im
plorare minime dubitauit: ciuem romanum se esse ꝓclamans: quos tunc affligi uerbe
Actꝭ.25. ribus nō licebat. Itemq; ne iudæis eū interimere cupientibꝰ traderet: cæsaris poposcit
auxilium: romani qdē principis sed nō christiani. Vbi satis ostēdit qd facere deberent
postea christi dispēsatores: qn̄ imperatores christianos periclitāte ecclesia reperirent.
Hinc ergo factum ē: ut impator religiosus & pius patis in noticiam suam talibus cau
sis: mallet pijssimis legibus illius impietatis errorē omnino corrigere: & eos qui cōtra
christū christi signa portarent: ad unitatē catholicā terrēdo & coercendo redigere: q̃
sæuiendi tantūmodo auferre licentiā & errandi ac pereundi relinquere. Iā uero cum G
ipe leges uenissent i africā: præcipue illi q quærebāt occasionē: aut sæuiciā furētiū me
tuebāt: aut suos uerecūdabāt offendere: ad eccliam cōtinuo transierūt. Multi etiam

qui sola illic a parētibus tradita consuetudine tenebantur: qualē uero causam ipsa hæ/
resis haberet nūq̄ antea cogitauerāt: nunq̄ quærere & cōsiderare uoluerāt: Mox ubi
cœperunt aduertere: & nihil in ea dignū inuenire ꝓpter qđ tāta damna paterentur:
sine ulla difficultate catholici facti sunt. Docuit enim eos sollicitudo quos negligentes
securitas fecerat. Istoꝝ autē oium præcedētium auctoritatem & ꝓsuasionē secuti sunt
multi: qui minus idonei erāt ꝑ seipsos intelligere: quid distaret inter donatistarū erro/
rem: & catholicā ueritatē: Ita cum magna agmina populoꝝ uera mater i sinū gaudēs
reciperet: remanserunt turbæ duræ: & in illa peste infœlici animositate sistentes: Ex
bis quoq; plurimi simulādo cōmunicauerūt: alij paucitate latuerunt. Sed illi q̄ simula/
bāt paulatim assuescēdo: & prædicationē ueritatis audiendo: maxime post collationē
& disputationē quæ inter nos & ēpos eoꝝ apud ꝯthaginē fuit: ex magna ꝑte correc/
ti sūt. In quibusdā uero locis: ubi ꝑtinactior & impacatior prævaluit multitudo: cui resi
stere nō poterāt pauciores quoꝝ erat melior de cōmuniōe sentētia: aut turbæ aucto/
ritati paucorum potentioꝝ subditæ in malā partē: obtēperarunt: aliquāto diutius la/
boratum est. Ex bis sunt in qbus adhuc laborat: in quo labore multi catholici: & maxi/
me ēpi & clerici horrēda & dura ꝑpessi sunt: quæ cōmemorare longū est: q̄ quorūdā
& oculi extincti sunt: & cuiusdā ēpi manus & lingua præcisa est: nonnulli etiā trucidati
sūt. Taceo crudelissimas cædes: & domoꝝ deprædationes: ꝑ nocturnas aggressiones
& incēdia: nō solum priuatorū habitaculoꝝ: uerumetiā ecclesiaꝝ: In quas flāmas non
H defuerunt: qui & codices dn̄icos mitterēt. Sed nos huiusmodi afflictos malis: conse/
quens cōsolatus ē fructus. Nā ubicunq; a perditis ista cōmissa sunt: ibi feruētius atq; ꝑ/
fectius unitas christiana ꝓfecit: & uberius laudat dn̄s qui donare dignatus ē ut seru
eius passionibus suis lucrarentur fratres suos: & oues eius mortifero errore dispersas
in pacē salutis æternæ suo sanguine cōgregarēt. Potēs est dn̄s & misericors: quē quo/
tidie rogamus ut etiā cæteris det pœnitentiā: & resipiscant de diaboli laqueis: a quo
captiui tenentur ꝓm ipsius uoluntatē: qui non quærunt nisi unde nobis calumniēt: &
retribuant mala ꝓ bonis: quia nec intelligere nouerunt: quem circa eos animum dile/
ctionemq; seruemus: & quō eos uelimus ꝓm dn̄i præceptum: qđ ꝑ Ezechielē ꝓphetā
pastorib⁹ dedit: reuocare errantes: & ꝑditos inuenire. Illi aūt qđ & alibi aliq̄n diximus:
& qđ nobis faciunt: sibi non imputāt: & qđ sibi faciunt nobis imputāt. Quis em̄ nostrū 23.q.5.qs em̃
uelit nō solum aliquem illorum perire: uerūetiā aliquid perderet? Sed si aliter nō me/
ruit pacem habere domus Dauid: nisi Absalon filius eius in bello qđ contra patrē ge/
rebat fuisset extinctus: q̄is magna cura mādauerit suis ut eum quātum possent uiuū
saluumq; seruarent: & esset cui pœnitēti paternus affectus ignosceret: quid ei resistit:
nisi perditum flere: & sui regni pace acquisita suam mœsticiā cōsolari? Sic ergo catho/
lica mater bellātibus aduersus eam: quid aliud q̄ filijs suis: quia utiq; ex ipsa magna ar/
bore: quæ ramorum suorū porrectione toto orbe diffunditur: iste in Africa ramuscu/
lus fractus est: cum eos charitate parturiat ut redeāt ad radicem: sine qua uerā uitam
habere nō possunt: si aliquoꝝ ꝑditione: cæteros tam multos collegit: præsertim quia
isti nō sicut Absalon casu bellico: sed spōtaneo magis interitu pereūt: dolorē materni
cordis lenit & sanat tantoꝝ liberatione populoꝝ: Quorū si uideas in christi pace læ/
ticias: frequētias: alacritates: & ad hymnos audiēdos & canēdos: & ad uerbum dei ꝑ/
cipiēdū celebres hilaresq; conuētus: multorūq; in eis cū dolore magno recordationē
præteriti erroris: & cū gaudio cōsiderationē cognitæ ueritatis: & cū idignatiōe & de/
testatione: mendacium magistroꝝ: ꝙ mō cognoscāt de nr̄is sacramentis: q̄ falso iacta/
uerint multoꝝ etiā in eis cōfessiones: ꝙ olim uellēt esse catholici: nec inē homines tāti
furoris auderēt. Hoꝝ ergo populoꝝ cōgregationes ꝑ plurimas africæ regiones: ab il
la ꝑditiōe liberatoꝝ: si sub uno cōspectu uideres: tūc diceres nimiæ fuisse crudelitatis:
si dū timeret ne boies desperati: & istorū inumerabili multitudini: nulla æstimatione
cōparandi suis & uolūtarijs ignibus cremarent: isti in æternū ꝑdendi: & sempiternis
I ignibus cruciādi relinquerent. Si em̄ duo aliqui i una domo habitarēt quā certissime 23.q.4.ipsa
scirem⁹ eē ruiturā: nobisq; id prænūciantib⁹ nollēt credere: atq; i ea manere ꝑsisterēt: pietas

si eos inde possem⁹ eruere uel inuitos: qbus iminētē illā ruinā postea demōstrarem⁹: ut redire ulterius sub eius periculū non auderent: puto nisi facerem⁹ nō imerito crudeles dijudicaremur. Porro si un⁹ illoꝝ nobis diceret: qn̄ intraueritis eruere nos: me ipsum continuo trucidabo: alter autem nec exire qdem inde nec erui uellet: sed neq; necare se auderet: qd eligeremus: utrū ambos ruinæ opprimēdos relinquere: an uno saltem p misericordiæ nostrā operā liberato: alteꝝ non nostra culpa: sed sua potius interire? Nemo est tā infœlix: qui non qd fieri in talibus reb⁹ oporteat facilime iudicet.

Et de duobus hominibus: uno scilicet pdito & uno liberato similitudinē istā ꝓposui. Quid ergo sentiēdū est de quibusdam paucis perditis: & inumerabili multitudine populoꝝ liberatorū? Non em̄ uel tot sunt illi boies qui sua uoluntate pereunt: q liberātur per istas leges ab illa pestifera æternaq; pernicie fundi: pagi: uici: castella: munici-
32.q.4.ipsa pietas pia: ciuitates. Si autem diligentius rem de qua loquimur cogitem⁹: puto q si plurimi essent in domo ruitura: & inde saltē unus liberari posset: atq; id cū facere conaremur: alij seipsos præcipitio necarēt: dolorem de cæteris nr̄m: de unius saltem salute cōsolaremur: non tn̄ ne seipsos alij perderēt: perire uniuersos nullo liberato ꝓmitteremus. Quid igit̄ de ope misericordiæ qd̄ ꝓ uita æterna adipiscenda & pœna æterna uitāda boibus debem⁹ impendere iudicandū est: si ꝓ salute ista non solum tēporali: sed etiā breui ad ipsum tempus exiguū liberāda: sic nos boibus subuenire: ratio uera & benig-
23.q.7.qō aūt na cōpellit? Qd̄ autē nobis obijciūt: q res eorum cōcupiscam⁹ & auferram⁹: Vtinā K catholici fiant: & non solum quæ dicūt sua: sed etiam nr̄a in pace nobiscū & charitate possideāt. Vsq; adeo autem calūniandi cupiditate cæcant̄: ut nō attendāt: q̄ sint inter se cōtraria quæ loquūtur. Ipsi certe dicūt & inuidiosissime sibi cōqueri uident̄: q eos in nostrā cōmunionē uiolēto legū imperio coartamus. Hoc utiq; nullo modo facere-mus: si res eoꝝ possidere uellem⁹. Quis auarus quærit cōpossessorē? Quis dominādi cupiditate inflāmatus uel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certe attēdāt quondā suos iā nr̄os socios: & fraterna nobis dilectiōe cōiunctos: quemadmodū sua teneāt: non solū quæ habebāt: sed etiā nr̄a quæ nō habebāt: quæ tamen si paupeꝝ cōpaupes sumus & nr̄a sunt & illoꝝ. Si autē priuatim quæ nobis sufficiant possidemus: nō sunt illa nr̄a sed pauperū: quoꝝ ꝓcurationem quodāmodo gerimus: nō ꝓprietatē nobis usurpatiōe damnabili uēdicamus. Quicqd ergo nomie ecclesiaꝝ partis donati possidebat̄: christiani impatores legib⁹ religiosis cū ipsis ecclesijs ad catholicā trāsire iusserunt. Cū ergo nobiscum sint plebes earundē ecclesiaꝝ: nobiscū paupes q ab eisdem possessiunculis alebant̄: ipsi potius foris positi: desināt cōpiscere aliena: sed intrēt in unitatis societatem: ut pariter gubernem⁹: nō illa tm̄ quæ di-
1.Cor.3. cunt sua: uerū etiam quæ dicunt̄ & nostra. Scriptū ē em̄: Oia ur̄a: uos autē christi: christus aūt dei. Sub illo capite in uno eius corpore unum simus: & de istis talibus reb⁹ fa-
Act.4. ciamus qd̄ scriptū est in actib⁹ apl'oꝝ: Erat illis aia una & cor unū: & nemo dicebat ali-
Ps.132 qd ꝓpriū: sed erāt illis omnia cōmunia. Amem⁹ qd̄ cantam⁹: Ecce q̄ bonum & q̄ iocūdum habitare fratres in unū: ut sic experiāt̄: & sciant q̄ ueraciter ad eos clamet mater
2.Cor.12 catholica: qd̄ scribit beat⁹ apostolus ad corinthios: Non quæro quæ sunt ur̄a sed uos.
Sap.10 Si autē cōsideremus qd̄ scriptū est in libro sapientiæ: Ideo iusti tulerūt spolia impioꝝ:
23.q.7.quemadmodum Item qd̄ legitur in ꝓuerbijs: Thesauriçāt̄ autē iustis diuitiæ impioꝝ: tūc uidebim⁹ nō esse quærendū qui habeāt res hæreticoꝝ: sed q sint in societate iustoꝝ. Scimus qdē il- L los tantam sibi arrogare iustitiam: ut eā se iactent nō solū habere: sed etiam alijs hominibus dare. A se quippe dicunt iustificari eum: quē baptiçauerint: ubi nihil eis restat: nisi dicere illi qui baptiçat̄ ab eis ut in baptiçatorē suū credat. Cur em̄ nō faciat: quādo
Ro.4. apostol⁹ dicit: Credēti in eum qui iustificat impiū: deputat̄ fides eius ad iustitiam? In ipsum ergo credat si eum ipse iustificat: ut deputetur fides ei⁹ ad iustitiam. Sed puto q etiam ipsi seipsos horreant: si tamē ista uel cogitare dignantur. Iustus enim & iustificans non est nisi deus. Potest autem & de istis dici qd̄ dicit apl'us de iudæis: Quia
Ro.10 ignorantes dei iustitiā & suam uolētes constituere: iustitiæ dei nō sunt subiecti. Absit autē ut quisq̄ nostrum ita se iustū dicat: ut aut suā iustitiā uelit constituere: id est quasi

a seipso sibi datam: cum dicatur ei: Quid enim habes quod nō accepisti? Aut sine pec 1.Cor.4.
cato se esse iactare audeat in hac uita: sicut ipsi in nostra collatiōe dixerūt in ea se esse
ecclesia quæ iam non habet maculam aut rugam: aut aliquid huiusmodi: nescientes Eph.5.
hoc modo i eis compleri: qui uel post baptismum cōtinuo uel dimissis debitis quæ di- 1.Retrac.6.
mittenda in oratione poscuntur de hoc exeunt corpore: in tota uero ecclesia tūc fu-
turum ut sit omnino nō habēs maculā aut rugam aut aliqd euiusmodi: quādo dicēdū
erit: Vbi est mors uictoria tua? Vbi ē mors aculeus tuus? Aculeꝰ em̄ mortis est pecca 1.Cor.15.
tum. In hac autem uita ubi corpus qđ corrumpitur aggrauat animam: si ecclesia eorū Sap.9.
iam talis est: nō ergo dicāt deo: ꝙ dñs nos orare docuit: Dimitte nobis debita nr̄a. Cū
em̄ in baptismo cuncta dimissa sint: ut qd hoc poscit ecclesia: si iam etiā in hac uita non
habet maculam aut rugam: aut aliquid eiusmodi? Contemnant: & apostolū Iohānem
clamantem in epistola sua: Si dixerimus quia peccatum non habemus: nosipsos deci- 1.Joh.1
pimus: & ueritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra: fidelis
est & iustus: ꝙ dimittat nobis peccata: & mundet nos ab omni iniquitate. Propter hāc
spem dicit uniuersa ecclesia: Dimitte nobis debita nostra: ut nō superbientes sed cōfi- Matth.6.
tētes mundet nos ab oī iniquitate: atꝙ ita sibi dñs christus exhibeat in illa die gloriosā
ecclesiā nō habentē maculam aut rugā aut aliqd eiusmodi: Quā modo mundat laua-
cro aquæ in uerbo: quia neꝙ aliqd remanet in baptismo: qđ non dimittat oium præte-
ritoꝝ peccatoꝝ: si tamen ipse baptismus non frustra foris habeatur: si aut intus detur:
aut si iam foris datus est: non foris cum illo remaneat: & quicquid ab eis qui post ac-
ceptum baptismū: hic uiuūt infirmitate humana cōtrahit: quarūꝙ culpaꝝ ꝓpter ipsū
lauacrū dimittit. Neꝙ em̄ aliqd ꝓdest nō baptiçato dicere: Dimitte nobis debita nr̄a.
Ita modo mūdat ecclesiā suam lauacro aquæ in uerbo: ut tunc eā sibi exhibeat: nō ha- Eph.5.
bentē maculā neꝙ rugā: aut aliquid eiusmodi: totā scilicet pulchrā atꝙ pfectā: quando
absorbebitur mors in uictoriā. Nunc ergo inquātum uiget in nobis qđ ex deo nati su-
mus: ex fide uiuentes: iusti sumus. Inquātum aūt reliquias mortalitatis ex Adam tra-
himus: sine peccato nō sum⁹. Et illud em̄ uerū est: Qui natus est ex deo nō peccat: Et 1.Joh.3.
illud uerum est: Si dixerimus quia peccatū nō habem⁹: nosipsos decipim⁹: & ueritas 1.Joh.1.
in nobis nō ē. Dñs itaꝙ christus & iust⁹ ē & iustificans: nos aūt iustificati gratis ꝓ gra- Ro.3.
M tiā ipsi⁹. Nō aūt iustificat nisi corp⁹ suū: qđ ē eccl̄ia. Et ideo si corp⁹ christi tollit spolia 23.q.7.quem-
admodum
impioꝝ: & corpi xp̄i thesauriçāt diuitiæ ipioꝝ: non debēt impij foris remanere: ut ca
lūniēt: sed intrare potiꝰ ut iustificēt. Vnde & illud qđ de die iudicij scriptū ē: Tūc sta- Sap.5.
būt iusti i magna cōstātia aduersus eos q se angustiauerūt: & abstulerūt labores eoꝝ:
nō utiqꝙ sic intelligendū est: qa stabit chananæus aduersus isrl̄: cū chananæi abstulerit
labores isrl̄: sed stabit nabuthæ⁹ aduersus Ahab: qm̄ labores nabuthæi astulit Achab.
Chananæus qppe impius: Nabuthæ⁹ iustus. Eodē modo non stabit pagan⁹ aduersus
christianū qui abstulit labores eius: quādo idolorū expoliata uel donata sunt templa:
sed stabit christian⁹ aduersus paganū: q abstulit labores eius: quādo martyrū ꝓstrata
sunt corpa. Sic ergo nō stabit hæreticus aduersus catholicū qui abstulit labores eius:
qn̄ prævaluerunt leges catholicoꝝ ipatoꝝ: sed stabit catholicus aduersus hæreticū: q
abstulit labores eius: qn̄ furores prævalebāt impiorū circūcellionū. Ipsa qppe scriptu-
ra soluit quæstionē: quæ nō ait: Tūc stabūt boies: sed tūc stabūt iusti: Et ideo i magna
N constantia: quia in bona cōscientia. Iustus autē hic nemo est iusticia sua: id est tanq̄ sibi
a seipso facta: sed ut dicit apostol⁹: sicut unicuiqꝙ deꝰ partitus est mensurā fidei. Sequit Ro.12
aūt & adiungit: Sicut em̄ in uno corpore multa membra habemus: oia autē membra
non eosdem actus habēt: ita multi unum corpus sumus in christo. Ac ꝓ hoc nemo po-
terit esse iustus q̄diu fuerit ab unitate huius corporis separatus. Quēadmodum enim 23.q.7. quem-
admodum
membrum: si præcidat ab hoīs uiui corpore: non pōt tenere spiritū uitæ: Sic homo q
præcidit de christi iusti corpe: nullo mō pōt spiritū tenere iusticiæ: etiā si figurā mēbri
teneat quā sūpsit in corpore. In hui⁹ ergo compagē corpis ueniāt: & labores suos non
dñandi cupiditate: sed bene utendi pietate possideāt. Nos autē uoluntatē nr̄am: ut iā
dictū est: ab huius cupiditatis sordibus: quolibet inimico iudicante purgam⁹: quando

eosipsos quorum labores dicũtur: ut nobiscum & illis & nostris in societate catholica
utantur: quãtũ ualemus inquirimus. Sed hoc est inquiunt qđ nos mouet. Si iniusti su
mus: quare nos quæritis? Quibus respondemus. Quærimus uos iniustos: ne perma/
Luc.15. neatis iniusti. Quærimus perditos: ut de inuentis gaudere possimus dicẽtes: Mortuꝰ
erat frater & reuixit: perierat & inuentus est. Quare ergo me inquit nõ baptiças: ut
abluas me a peccatis? Respõdeo. Quia non facio iniuriam characteri imperatoris: cũ
tum malus eſt. Quis autem ē in hac uita ſine aliquo peccato? Sed eum dicimus bonū
cuius prævalent bona: eumq; optimum qui peccat minimum. Idcirco ipſe dominus:
quos dicit bonos propter participationem gratiæ diuinæ: eoſdem etiam malos dicit
propter uitia infirmitatis humanæ: donec totū quo conſtamus: ab omni uitioſitate ſa
natum: trāſeat in eam uitam: ubi nihil omnīno peccabitur. Nam utiq; bonos docebat
orare: nō malos: quibus præcepit ut dicerent: Pater noſter qui es in cælis. Ex hoc em̄ Matth. 6.
boni: quo filij dei: non natura geniti ſed gratia facti: tanq̄ bi quibus recipientibus eum
dedit poteſtatem filios dei fieri. Quæ generatio ſpiritalis more ſcripturarum etiam Ioh. 1.
adoptio nominat̄: ut diſtinguatur ab illa generatiōe dei de deo: coæterni de coæter-
no. Vnde ſcriptum eſt: Generationem eius quis enarrabit? Cum ergo bonos eſſe de- Eſa. 53.
monſtrauerit: quos uoluit deo ueraciter dicere: Pater noſter qui es in cælis: præcepit
tamen ut in eadem oratione: inter cætera dicerēt: Dimitte nobis debita noſtra: ſicut Matth. 6.
& nos dimittimus debitoribus noſtris: Quæ debita: eſſe peccata q̄is manifeſtum ſit:
poſtea tamen manifeſtius declarauit dicens: Si enim dimiſeritis peccata hominibus: Vbi ſ
dimittet uobis & pater ueſter peccata ueſtra. Hanc orationem baptiçati orant: nec
eſt prorſus præteritorum aliquid peccatorum: quod non baptiçatis in ſancta eccleſia
dimittat̄. Sed poſtea uiuendo in hac fragilitate mortali: niſi contraherent quod dimit
tendum eſſet: non ueraciter dicerent: Dimitte nobis debita noſtra. Boni ergo inquā-
tum non peccant: filij dei ſunt: inquantū autem peccant (quod ſua non mendaci con-
feſſione teſtant̄) utiq; mali ſunt. Niſi forte quis dicat: alia bonorum: alia malorum eſſe
peccata: qđ non uſq; quaq; improbabiliter dicit̄. Verūtamen dns leſus ſine ulla ambi-
guitate: malos appellauit eoſdē ipſos: quoꝝ patrē dicebat deū. Nā i eodē ſmōe ubi il-
lā docet orationē: alio loco exhortās ad p̄cādū deū ait: Petite & accipietis: quærite & Matth. 7.

inuenietis:pulsate & aperietur uobis. Omis enim qui petit accipit:& qui quærit inue/
Matth.7. nit:& pulsanti aperietur.Et paulopost: Si ergo uos inquit cum sitis mali: nostis bona
data dare filijs uestris:quantomagis pater uester qui in cælis est: dabit bona petenti/
bus se? Num igitur deus pater malorũ est? Absit. Quõ ergo dicitur pater uester cæ/
lestis:quibus dicitur:cum sitis mali:nisi quia utrunq; ueritas monstrat: quid simus dei
Seneca dono:quid humano uitio:hoc commendans:illud emendãs? Merito ait Seneca(qui
temporibus apostolorum fuit:cuius etiam quædam ad Paulum apostolum leguntur
epistolæ)omnes odit qui malos odit:& tamen ideo diligendi sunt mali:ut nõ sint ma/
li:quemadmodum non ut permaneant:sed ut sanentur diliguntur ægroti. Quicquid M
autem post eam quæ fit in baptismo ablutionem peccatorum in hac uita manendo
peccamus:etiam si non tale sit:quod a diuinis remouere compellat altaribus: non do/
lore sterili:sed misericordiæ sacrificijs expiat. Qđ ergo agimus ut faciatis interceden
tib⁹ nobis:deo nos noueritis offerre pro uobis. Indigetis enim misericordia quã præ/
Luc.6. betis:Et uidete quis dixerit:Dimittite & dimittet uobis. Q2q̃ etiam si ita uiueremus:
Matth.6. ut non esset q̃re diceremꝰ:Dimitte nobis debita nostra:quanto a nequicia purior ani/
mus esset:tanto clementia plenior esse deberet: ut si non compungeremur sententia
Joh.8. domini dicentis:Qui uestrum est sine peccato:prior in illam lapidem iaciat:Ipsius qui
hoc dixit sectaremur exemplum:qui cũ eẽt utiq; sine peccato:ait mulieri quã perter/
riti illi reliquerant:Nec ego te condemnabo:uade iam deinceps noli peccare. Potuit
enim metuere flagitiosa mulier: ne illis discedentibus qui sua peccata cognouerant
ut peccato parcerent alieno: illam iustissime iam ipse damnaret qui erat sine peccato.
At ille non cõscientia pauidus:sed plenus clementia: cum illa respondisset a nemine
se fuisse damnatam: nec ego te inquit damnabo. Tanq̃ diceret: Si malicia tibi parce/
re potuit:quid metuis innocentiam? Et ne delictorum non doctor:sed ne approbator
uideretur:uade ait iam deinceps noli peccare: ut se homini peperciſſe: non hominis
culpam sibi placuisse monstraret. Iam uides igitur de religione descendere: nec nos
societate criminum obstringi: q̃ intercedimus plærunq; etiam pro sceleratis:&si non
sceleratis: tamen pro peccatoribus peccatores: & quod ueraciter potius q̃ iniurio/
23.q.5.nõ fruſtra. se dictum accipias:puto q̃ apud peccatores. Nec ideo sane fruſtra instituta sunt po/ N
testas regis:uis gladij cognitoris:ungulæ carnificis:arma militis:disciplina domina/
tis:sæueritas etiam boni patris. Habet ista omnia modos suos:causas:rationes: utilita/
tes. Hæc cum timentur:& coercentur mali:& quietius inter malos uiuunt boni: non
quia boni pronunciandi sunt: qui talia metuendo non peccant (Nõ enim bon⁹ ẽ qui/
piam timore pœnæ:sed amore iusticiæ)ueruntamen non inutiliter etiam metu legũ
humana coercetur audacia: & ut tuta sit inter improbos innocẽtia: & in ipsis impro/
bis dum formidato supplicio frenat facultas:inuocato deo sanetur uolũtas. Sed huic
ordinationi rerum humanarum:contrariæ non sunt intercessiones episcopoꝝ:Immo
uero nec causa nec locus intercedendi ullus esset: si ista non essent. Tanto em̃ sunt iu/
stiora tercedentium:& parcentium beneficia gratiora:quanto peccantium iustiora suppli/
cia. Nec ob aliud quantũ sapio in ueteri testamẽto:antiquorum temporibus propbe/
tarum sæuerior legis uindicta feruebat: nisi ut ostenderetur recte iniquis pœnas con/
stitutas:ut quod eis parcere noui testamenti indulgentia commonemur:aut remedi/
um sit salutis quo peccatis parcatur & nostris:aut commendatio mansuetudinis:ut p
eos qui parcunt:ueritas prædicata non tantũ timeatur:uerũetiam diligatur. Plurimũ O
autem interest:quo animo quisq; parcat. Sicuti enim est aliquãdo misericordia puni/
ens:ita & crudelitas parcẽs. Nã: ut exempli gratia:manifestum aliquid ponam: Quis
non crudelem uerius dixerit eum:q puero pepercerit uolẽti obstinatissime de serpẽ
tibus ludere? Quis autem nõ misericordem qui talia ꝓhibens:cõtemptorẽ uerborũ
etiã uerberib⁹ emẽdauerit? Et ideo nõ usq; ad mortẽ ꝓtendenda ẽ disciplina:ut cũ sit
23.q.5.cũ bõ cui ꝓdesse possit:q̃q etiã cũ bõ ab boie occidit:multũ distet utrũ fiat nocẽdi cupidita/
te:uꝫ iniuste aliqd auferẽdi:sicut fit ab inimico:sicut a latrone:an ulciscẽdi uꝫ obediẽdi

ordine: sicut a iudice: sicut a carnifice: an euadendi uel subueniendi necessitate: sicut interimitur latro a uiatore: hostis a milite. Et aliquando qui causa mortis fuit: potius in culpa est: q̃ ille qui occidit: uelut si quis q̃ decipiat fideiussorem suum: atq; ille pro isto supplicium legitimũ luat: nec tamen oĩs qui causa alienæ mortis est: reus est. Quid si enim quis q̃ stuprum petat: seseq; si non impetrauerit interimat? Quid si filius timẽs patris pia uerbera: præcipitio pereat? Quid si alius homine liberato: uel ne alius liberetur: sibi ipse mortem inferat? Num propter istas alienarum mortium causas: aut scelleri consentiendum est: aut uindicta peccati quæ non fit nocendi sed corrigendi studio: etiam paterna tollenda: aut opera misericordiæ cohibenda sunt? Hæc cum accidunt: debemus eis humanum dolorem: non propter illa ne accidant recte factorum reprimere uolũtatem. Sic etiam cum intercedimus pro peccatore damnãdo: sequũtur aliquando quæ nolumus: siue in ipso qui nostra intercessione liberatur: ut uel impunitus impunita crassetur audacia subdita cupiditati: ingrata lenitati: atq; unus morti ereptus plurimos necet: uel ipso per beneficium nostrum in melius commutato: moribusq; correpto: alius male uiuendo pereat: sibiq; huius impunitate proposita: talia uel grauiora committat: non ut opinor hæc mala imputãda sunt nobis: cum intercedimus uobis: sed potius illa bona quæ cum id facimus intuemur & uolumus: id est commendatio mansuetudinis: ad conciliãdam dilectionem uerbo ueritatis: & ut qui liberantur a temporali morte: sic uiuant: ne in æternam (unde nunq̃ liberentur) incurrant. Prodest ergo & sæueritas uestra: cuius ministerio quies adiuuatur & nostra: prodest & intercessio nostra: cuius ministerio sæueritas temperatur & uestra. Non uobis displiceat quod rogamini a bonis: quia nec bonis displicet: qđ timemini a malis. Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus: non tantũ de iudicio futuro: uerum etiam de præsentibus uestris sæcularibus terruit: asserẽs & ipsas ad dispensationem diuinæ prouidentiæ pertinere. Omnis inquit anima: potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est eĩ potestas nisi a deo. Quæ autẽ sunt: a deo ordinata sunt. Quapropter qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt: ipsi sibi iudicium acquirũt. Principes enim non sunt timori boni operis sed mali. Vis autẽ non timere potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Qđ si malum feceris time: nõ enim frustra gladium portat: dei enim minister est: uindex in ira ei qui male agit. Ideoq; necessitate subditi estote: non solum propter iram: sed & propter conscientiam: Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim dei sunt: in hoc ipsum perseuerãtes. Reddite omnib⁹ debita: cui tributum tributum: cui uectigal uectigal: cui timorem timorẽ: cui honorẽ honorem: nemini quicq̃ debeatis: nisi ut inuicem diligatis. Hæc uerba apostoli: utilitatem uestræ sæueritatis ostendũt: Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere qui timent: ita dilectionem iussi sunt timentibus debere qui terrent. Nihil nocẽdi cupiditate fiat: sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter: nihil inhumaniter: Ita formidetur ultio cognitoris: ut nec intercessoris religio contemnatur: quia & plectendo & ignoscendo hoc solum beneagitur: ut uita hominum corrigatur. Qđ si tanta est peruersitas & impietas: ut ei & corrigendæ nec disciplina possit prodesse nec uenia: a bonis tamen intentione atq; conscientia quam deus cernit: siue sæueritate siue lenitate: non nisi officio dilectionis impleatur. Quod autem in epistola tua sequitur: ubi dicis: Verum nunc ut mores nostri sunt: & sceleris pœnam cupiunt sibi homines relaxari: & id propter quod scelus admissum est possidere: pessimum hominum genus commemoras: cui pœnitendi medicina omnino non prodest. Si enim res aliena propter quã peccatum est: cum reddi possit non redditur: non agitur pœnitentia sed fingitur: Si autem ueraciter agitur: non remittetur peccatum nisi restituat ablatũ: Sed ut dixi: cũ restitui põt. Plærũq; em̃ q aufert amittit: siue alios patiẽdo malos: siue ipse male uiuẽdo: nec aliud habet unde restituat. Huic certe ñ possum⁹ dicere: redde qđ abstulisti: nisi cũ habere credimus & negare. Vbi qdem si aliquos sustinet repẽte cruciat⁹: dũ existimat hr̃e qđ reddat: nulla e iniqtas: qa & si nõ ẽ unde luat ablatã pecuniã: merito tñ dum eã p molestias

P 23.q.5.prodest

Ro.13.

23.q.5.prodest

14.q.6.ca.1. De usur.cũ tu. De reg.iu.li. 6.peccatum

corpales adhibere cõpellit:peccati quo male ablata ẽ:pœnas luit. Sed inhumanũ nõ est etiã ,p talib⁹ intercedere:tanq̃ ,p reis criminum: nõ ad hoc ut minime restituãt alienа:sed ne frustra homo in hominẽ sæuiat: Ille præsertim qui iam remisit culpam sed quærit pecuniam:&si fraudari metuit:non expetit uindicari. Denicq; in talibus causis si persuadere potuerimus eos pro quibus interuenimus: non habere quod poscitur: continuo nobis eorum molestiæ relaxãt. Aliquãdo autem misericordes & in ipso dubio nolunt homini pro incerta pecunia:certa inferre supplicia: ad hãc misericordiam etiam nos prouocare & exhortari decet: Melius enim etiam si habet:amittis:q̃ si non habet:aut excrucias aut occidis. Sed pro istis magis apud eos qui repetũt:q̃ apud eos qui iudicant intercedere conuenit:ne ipse uideatur auferre qui cum habet potestatẽ non cogit reddere:q̃is in cogendo ita debeat adhibere integritatem: ne amittat humanitatem. Illud uero fidentissime dixerim: eum qui pro homine ad hoc interuenit: ne male ablata restituat: & qui ad se confugientem quãtum honeste potest ad restituendum non compellit:socium esse fraudis & criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus:q̃ impendimus. Nõ enim opem fert qui ad peccãdum adiuuat:ac nõ potius subuertit atq; opprimit: Sed nunquid ideo nos aut exigere aut ad exigendum tradere uel possumus uel debemus? Agim⁹ quãtum episcopalis facultas datur:& humanum quidem nonnunq̃: sed maxime ac semper diuinum iudicium cõminantes. Nolẽtes autem reddere: quos nouimus & male abstulisse:& unde reddãt habere: arguimus:increpamus & detestamur:quosdam clam: quosdam palam: sicut diuersitas personarum diuersam uidetur posse recipere medicinam: nec in aliorum perniciem ad maiorem insaniam concitari: Aliquãdo etiam si res magis curanda non impedit:sancti altaris communione priuamus. Verum sæpe accidit ut nos fallant: uel negando se abstulisse:ul'affirmando se unde restituant non habere: Sæpe etiã & uos fallamini putando uel nos non agere ut reddant: uel ipsos habere unde reddant: & omnes aut pene omnes homines amamus nostras suspitiones uel uocare uel existimare cognitiones: quando credibilibus rerum signis mouemur: cum credibilia non nulla sint falsa: sicut incredibilia nonnulla sunt uera. Ideo quosdam commemorans: qui & sceleris pœnam sibi cupiunt relaxari:& id propter quod scelus admissum ẽ possidere: Addidisti & aisti: Pro his quoq; interueniendum putat sacerdotium uestrum. Fieri enim potest: ut tu scias quod ego nescio:& propterea putem pro aliquo interueniendum: quod si me fallere potuit: cum te non potuerit: ut ego eum non credam possidere: quod tu possidere nosti. Ita fit ut cum de reo sententia non una sit nostra: neutri tamen nostrum placeat: ꝙ res non redditur aliena: De homine ut homines: diuersa sentimus: sed in ipsa iustitia simul sumus. Eo modo etiam fieri potest: ut quod scio aliquem non habere: hoc eum tu habere non certissime teneas: sed credibiliter suspicaris:& ob hoc tibi uidear iterueníre pro eo qui & sceleris pœnã sibi cupiat relaxari:& id propter quod scelus admissum est possidere. Ad summam igitur neq; apud tales (si qui reperiũtur qualem te esse gaudem⁹) neq; apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil profutura: multoq; etiam periculosa ac pernicíosa petũt: neq; apud cor meum (cui testis est deus) ausim dicere: sentire: decernere: interueniendum esse pro aliquo: ut quod scelere abstulit: sceleris impunitate possideat: Sed ut remissa iniuria: qđ iniurioſe abstulit reddat: si tamẽ habet qđ abstulit: uel aliud unde illud restituat. Nõ sane quicqd ab inuito sumitur: iniurioſe aufertur. Nã plæriq; nec medico uolunt reddere honorem suum: nec operario mercedem: nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt: per iniuriam accipiunt: quæ potius per iniuriam nõ darentur. Sed nõ ideo debet iudex uendere iustum iudicium: aut testis uerum testimoniũ: quia uendit aduocatus iustum patrocinium: & iurisperitus uerum consiliũ. Illi enim inter utrãq; partẽ adhibentur: isti ex una parte consistũt. Cum aũt iudicia & testimonia: quæ nec iusta nec uera uẽdẽda sũt: iniq̃ & falsa uendũt: multo scelerati⁹ utiq; pecunia sumit: qa scelerate: etiã q̃is a uolẽtib⁹ datur. Ille tamen solet tanq̃ male sibi ablatam pecuniam repetere qui iustum iudicium emit: quoniã uenale esse non debuit. Qui uero pro ini-

14.q.5.nõ sane

11.q.3.nõ licet

quo iudicio dedit: uellet quidem repetere: nisi timeret uel puderet emisse. Sunt aliæ personæ inferioris loci: quæ ab utraq; parte non insolenter accipiunt: sicut officialis: & a quo amouetur: & cui admouetur officium: ab his extorta per immoderatam impro bitatem repeti solent: data per tolerabilem consuetudinē non solent: magisq; repre hendimus: qui talia inusitate repetiuerunt: q̄ qui ea de more sumpserunt: qm̄ multæ necessariæ psonæ rebus humanis: uel inuitant buiusmodi cōmodis: uel tenentur. Isti si uitā uitæ mutauerint: aut excellētioris cōscenderint sanctitatis gradum: facilio ea quæ hoc modo acquisierunt: tanq̄ sua pauperibo largiunt: q̄ eis a quibus accepta sunt tanq̄ aliena restituant. Qui uero cōtra ius societatis humanæ: furtis: rapinis: calumnijs: op pressionibus: inuasionibus abstulerit: reddenda potius q̄ donāda censemus: Zachæi publicani euāgelico exemplo: qui cum hospitio dominum suscepisset: in uitam sanctā repente mutatus: Dimidium inquit rerū meaꝝ do pauperibus: & si cui aliquid abstu li: quadruplum reddo. Verūtamen si iusticia sincerius consulatur: iustius dicitur aduo to: Redde qđ accepisti: quando cōtra ueritatem stetisti: iniquitati affuisti: iudicē fefel listi: iustā causam oppressisti: de falsitate uicisti: Quod uides multos honestissimos & disertissimos uiros: non solum impune: uerūetiam glorioſe uideri sibi committere: q̄ cuiq̄ in quolibet officio militanti: Redde qđ accepisti: quando iubente iudice cuicūq; causæ necessariū hominem tenuisti: ne resisteret uinxisti: ne fugeret inclusisti: postre mo aut permanente lite exhibuisti: aut finita dimisisti. Sed illud cur aduocato non di catur in promptu est: quia scilicet ita nō uult homo repetere: qđ patrono ut male uin ceret: dedit: sicut nō uult reddere: qđ ab aduersario: cum male uicisset: accepit. Quis tandem aduocatus: aut ex aduocato ita uir optimo facile reperiē: qui suscepto suo: di cat: Recipe qđ mihi cū tibi male adessem dedisti: & redde aduersario tuo: qđ me agē te inique abstulisti? Et tamē quem prioris non rectæ uitæ: rectissime pœnitet: etiā hoc facere debet: ut si ille qui inique litigauit: non uult admonitus corrigere iniquitatē: eo tamē iniquitatis nolit iste habere mercedem: nisi forte restituendum est alienū: qđ p furtum clanculo auferē: & restituendū nō est alienum: qđ in ipso foro ubi peccata pu V niunē: decepto iudice: & circūuētis legibus obtineē? Quid dicam de usuris: quas etiā ipse leges & iudices reddi iubent? An crudelior ē qui subtrahit aliqd uel eripit diuiti: q̄ qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atq; huiusmodi male utiq; possidēē: & uellem ut restituerenē: sed non est quo iudice repetanē. Iam uero si prudēter intueamur: qđ scriptum est: Fidelis hominis totus mūdus diuitiarū est: infidelis autem nec obolus: nōne omnes qui sibi uidentur gaudere licite conquisitis: eisq; uti nesciunt: aliena pos sidere conuincimus? Hoc em̄ certe alienum nō est: qđ iure possidēē: hoc autem iure qđ iuste: & hoc iuste qđ bene. Oīe igitur qđ male possidēē alienum est: male autem possidet: qui male utiē. Cernis ergo q̄ multi debeant reddere aliena: si uel pauci qbus reddantur reperiunē: qui tamen ubi sunt: tanto magis ista contemnūt: quāto ea iusti posſidere potuerunt. Iusticiam quippe & nemo male habet: & qui non dilexerit non habet: Pecunia uero & a malis male habeē: & a bonis tāto melius habeē: quāto mino amaē. Sed inter hæc toleratur iniquitas male habentiū: & quædam inter eos iura cō stituūtur: quæ appellanē ciuilia: non ꝙ hinc fiat ut bene utentes sint: sed ut male uten tes minus molesti sint: donec fideles & pij (quoꝝ iure sunt oīa) q ul' ex illis fiunt: uel inē illos tantisper uiuentes: malis eoꝝ non obstringunē: sed exercenē: pueniant ad il lam ciuitatem: ubi hæreditas æternitatis est: ubi non habet nisi iustus locum: nō nisi sa piens principatum: ubi possidebunt quicunq; ibi erūt: uere sua. Sed tamen etiam hic non intercedimus: ut sm mores legesq; terrenas non restituantur aliena: q̄is placabi les nos uelimus malis: non ut placeant uel pmaneāt mali: sed quia ex illis fiunt quicū q; fiunt boni: & sacrificio misericordiæ placatur deus: quem nisi ꝓpitium haberēt ma li: nulli essent boni. Diu est ꝙ occupationib9 tuis loquēdo uideor onerosus: cū tibi ho mini acuto & docto cito solui potuerit quod quærebas. Iam dudum autē finire debe rem: si te tantū scirē fuisse lecturū qđ flagitasti ut rescriberē. Fœlix in christo uiuas fili charissime.

Luc. 19.

14. q. 4. qđ dicam

Dioscori ad beatũ Augustinum: super ꝗbusdã Ciceronis dialogorũ interrogatiun/culis efflagitantis. Epla. LV.

PRoœmiare apud te non solum supfluum est: sed etiam molestum: quirem nõ X
uerba desideras: Ideoq; simpliciter audi. Senex Alipius rogatus a me: sæpius pollicitus erat: tecum respondere dialogoꝝ pauculis interrogatiũculis: & qm̃ in mauritania dicit bodieq; esse: peto uirib⁹ oibus: & rogo: ut tu sol⁹ respõdere digne/ris: qd etiam præsente ipso fratre tuo: sine dubio facturus eras. Non est pecunia: non est aurũ: qd p quouis daturus eras, pculdubio si haberes: nũc uero sine labore loque/ris: qd requiro. Possem te pl⁹ & per multos charos tuos exorare: sed noui animũ tuũ: qui non rogari desiderat: sed omnib⁹ præstare: si tm̃ absit qd dedecet: qd in hac re pe/nitus nihil est dedecoris: tamẽ quodcunq; est: peto præstes nauigaturo. Nosti q̃ mihi molestissimũ est oneri esse: non dico sinceritati tuæ: sed cuipiam. Solus autem de⁹ no/uit: quoniã nimia necessitate impulsus hoc feci: Vobis em̃ saluis & fauẽte dño nauiga turus sum: & mores hominũ non ignoratis: qui pcliues sunt ad uituperãdum: & qm̃ si interrogatus quis non responderit: indoctus & hebes putabitur. Vides ergo obsecro te ad omnia sine cunctatione respõde: ne me tristẽ dimittas. Sic uideam parẽtes me/os: quia ppter hoc solũ cerdonẽ misi & ipsum expecto solũ. Frater Zenobi⁹: magister memoriæ factus est: & misit nobis euectionem cum annonis. Si ergo dign⁹ nõ sum: ut respõdeas interrogatiunculis meis: saltem timeãt annonæ. Incolumẽ te summa diui/nitas lõga nobis tueatur ætate. Papas plurimũ dignationẽ tuam salutat.

Beati Augustini ad Dioscorũ: illum de supfluis & curiosis quæstiunculis inquirentẽ increpãtis: & ab inani uulgi applausu & fallaci hominũ laude cauẽdũ eẽ demõstrãtis: Et de summo bois bono accurate disputantis. Epla. LVI.

TV me innumerabiliũ quæstionũ turba repente circũuallandũ: uel potius obru/ Y
endum putasti: etiam si uacantẽ ociosumq; credidisti. Quãdo em̃ ego in quo/libet ocio: tot rerum nodos tam festinanti: & ut scribis: iã pene pficilcenti pos/sem dissoluere? Numero enim rerũ ipsarum impedirer: etiã si nõ difficiles ad soluen/dum forent. Tanta sunt autẽ pplexitate inuoluti: & tenacitate constricti: ut etiã si pau/ci essent: ociosissimũ me occupantes: magna mora temporis fatigarent intentionem: atq; attererent ungues meos. Ego autem uellem te abripere de medio delitiosarũ in/quisitionũ tuarum: & constipare inter curas meas: ut uel discerem nõ esse inaniter cu/riosus: uel curiositatem tuam cibandam atq; nutriendam: imponere non auderes eis: quorum inter curas uel maxima cura est reprimere ac refrenare curiosos. Quanto em̃ melius: quãtoq; fructuosius: si in dandis ullis litteris temp⁹ atq; opera impẽditur: ad hoc potius impendit: ut resecent uanæ atq; fallaces cupiditates tuæ: quæ tãtoma/gis cauendæ sunt: quãto facilius decipiũt: nescio qua umbra honestatis: & liberalium studiorum nomine uelatæ atq; palliatæ: q̃ ut nostro ministerio (atq; ita dixerim) satel/litio induratũ: quo tam bonam tuam mentem præmant uehemẽtius excitentur. Ecce em̃ tot dialogi lecti: si ad uidendũ finem & capessendũ omniũ actionum tuarum nihil te adiuuerunt: quid p̃sunt: dic mihi. Nam ubi finem constitueris totius huius flagran/tissimi studij tui: & tibi infructuosi & nobis molesti: epistola tua satis indicas. Cũ em̃ de soluẽdis quæstionib⁹ quas misisti tu ad me: per litteras satageres: ita scripsisti: Possem te inquis plus & p multos charos tuos exorare: sed noui animũ tuũ: qui nõ rogari desi/derat: sed omnibus præstare: si tm̃ absit qd dedecet: qd in hac re penit⁹ nihil est dede/coris: tamen quodcunq; est peto præstes nauigaturo. In his uerbis epistolæ tuæ recte quidẽ de mẽ existimas: qd omnibus præstare desiderẽ: si absit qd dedecet. Sed ibac re nihil esse dedecoris: non mihi uidet: Nõ em̃ dedecora facies rerum attingit sensũ meum: cum cogito episcopũ ecclesiasticis curis circũstrepentib⁹: distractum atq; distẽ/tum: repente quasi obsurdescentẽ cohibere ab his omnibus: & dialogorum tulliano/rum quæstiũculas: uni scholastico exponere: Qd quantũ dedeceat: q̃q̃ tuoꝝ studiorũ raptus ardore prorsus nolis attendere: tu etiam sentis tamen: Quid em̃ aliud indicat: qd cum dixisses: in hac re penitus nihil esse dedecoris: statim adiunxisti: tm̃ quodcũq;

est peto præstes nauigaturo. Hoc enim sonat uideri tibi quidē nihil in hac re eē dede-
coris: tamē quodcūq; est dedecoris: petere te ut præstem nauigaturo. Sed qd ē quæ-
so te: qd addidisti nauigaturo? An ego: nisi nauigatur⁹ esses: præstare tibi aliquid dede
coris non deberem? Nimirum putas: q aqua marina dedecus abluatur? Qd si ita eēt:
Z mecum certe qui nauigaturus non sum: inexpiatum remaneret. Scribis etiam nosse
me: q̄ tibi molestissimum sit oneri esse cuipiam: & attestaris solum deum nosse: qd ni-
mia necessitate impulsus hoc feceris. Hic sane cum epistolam tuam legerem: satis ad-
uerti animū cognoscere necessitatem tuam. Cū ecce mihi affers & dicis: mores homi-
num non ignoratis: qui ꝓcliues sunt ad uituperādū: & qm̄ si interrogatus quis non re-
sponderit: indoctus & hebes putabit. Hoc loco uero exarsi ad rescribēdum tibi: Hoc
enim languore animi tui penetrasti mihi pectus: & irrupisti in curas meas: ut dissimu-
lare non possem: quātū me deus adiuuaret mederi tibi: nō ut de tuis quæstionib⁹ eno-
dandis explicandisq; cogitarem: sed ut fœlicitatem tuam pendētem ex linguis homi-
num atq; nutātem a tam infœlici retinaculo abrumperem: & cuidam sedi omnino in-
cōcussæ stabilique religarem. Tu ne o Dioscore nec Persium tuū respicis insultantē tibi Persius
contorto uersiculo: sed plane puerile caput: si sensus assit idoneo colapho: cōtūdētem
atq; coercētē: Scire tuū nihil ē nisi te scire hoc sciat alter. Tot ut superi⁹ dixi: legisti dia-
logos: tot philosophor̄ altercationibus cor inseruisti: Dic mihi qs eor̄ finem actionū
suarū constituerit in fama uulgi: aut in lingua hominū uel bonorū atq; sapientiū? Tu
autē (& qd magis pudendū est) iam nauigaturus? satis præclare te in Africā ꝓficiscere
testaris: cum aliam ob causam te oneri non esse asseris negocioſissimis: & in alia longe
distantia intentis episcopis: ut tibi exponā Ciceronē: nisi quia times homines ꝓcliues
ad uituperandū: ne interrogatus ab eis: si non responderis: indoctus & hebes puteris.
O rem dignam uigilijs & lucubrationibus ep̄or̄. Nō mihi uideris aliunde dies noctes
q; cogitare: nisi ut studijs tuis atq; doctrina æque lauderis ab hominib⁹. Qd & si semp
ad certa & recta tendentib⁹: periculosū esse iudicaui: nunc tū in te maxime experior:
Non em̄ aliunde q̄ ex eadem pernicie non uidisti: qua tadē re possemus moueri: ut ti-
bi qd petebas darem⁹. Q; enim puerse tuipse nō ob aliud ad ea discēda quæ interro-
gas raperis: nisi ut lauderis: aut nō uitupereris ab hominib⁹: tam puerse etiam nos pu-
tas in tua petitiōe talibus causis allegatis moueri: & utinā possem⁹ efficere: ut tu quoq;
tam inani atq; fallaci humanæ laudis bono minime mouereris: cū tibi nos indicarem⁹
non ad præstandū tibi qd petis (qm̄ hæc de te scribis) sed ad te corrigendum moueri.
Mores hominū inquis ꝓcliues sunt ad uituperandū. Qd deinde: si interrogatus quis
& non respōderit inquis: indoct⁹ & hebes putabit. Ecce ego te interrogo nō de Cice-
ronis libris aliquid: cuius sensum fortasse legentes indagare non possunt: sed de epla
ipsa tua: & de sentētia uerbor̄ tuor̄. Quæro em̄ cur non dixeris: qui non respōderit:
indoctus & hebes manifestabit: sed poti⁹ dixeris: qui non respōderit indoct⁹ & hebes
putabit: nisi quia satis etiā ipse intelligis: eū qui talia nō responderit: nō esse indoctum
& hebetē: sed putari. At ego te admoneo eū qui taliū putatorū linguis tanq̄ falcibus
concidi timet: lignū esse aridū: & ideo non putari tantū indoctū & hebetem: sed uere
esse atq; cōuinci. Fortasse dixeris: Sed cū hebes animo nō sim: & præcipue nō eē stu-
deam: nolo hebes animo uel putari: Recte: sed quo fine nolis: id quæro. Qd enim illis
quæstionib⁹ aperiendis tibi & explicandis: nec nobis oneri esse dubitasti: hāc causam
& hunc finem esse dixisti: et tā necessariū ut eam nimiā necessitatē appellares: ne sci-
licet de his interrogat⁹ neq; respōderis: ab hominib⁹ ad uituperādū ꝓcliuis & hebes
indoctusq; puteris. Ego aūt quæro: boccine totū sit: cur a nobis ista desideres: an etiā
indoctus & hebes putari ꝓpter aliud aliqd nolis? Si hoc totū ē: cernis ut arbitror hūc
esse finem tam uehemētis intentionis tuæ: qua nobis quoq; oneri es: ut fateris. Quid
autē a Dioscoro pōt nobis esse oneri: nisi q ipsum Dioscorū etiam nescientem onerat:
qd nō sentiet nisi cū surgere uoluerit: atq; utinam nō sic alligarēt hæc onera: & frustra
etiam humeros conetur excutere: qd nō ideo dico: quia istæ discunt quæstiones: sed
quia tali fine discunt. Hunc em̄ finem iam certe sentis esse nugatorium: inanem: uētosū.

Habet & tumorem: sub quo etiam tabes gignit: & pupilla mentis ad nō uidēdā opulentiam ueritatis offundit. Crede sic ē mi Dioscore: ita te fruar in ipsa uoluntate: & in ipsa cui⁹ umbra auerteris dignitate ueritatis: Vnde em̄ tibi: nisi uel hoc modo de hac re fidem faciā: non inuenio. Non em̄ uides eam: aut ullo modo q̄diu linguis humanis ruinosa gaudia construis: potes eam uidere. Si autē ibi non finis est bax actionū: atq; intentionis tuæ: sed propter aliud aliquid indoctus & bebes non uis putari: quæro qd illud sit: si ꝓpterea ne angustior tibi aditus ad acquirēdas temporales diuitias: uxorē impetrandā: honores capessendos: & cætera huiusmodi: præcipiti fluxu trāscurrentia: atq; in se lapsos in unum rapiētia? Neq; ad hunc finem tibi seruire nos decet: imo decet etiā binc te amouere. Nō em̄ sic te ꝓhibem⁹ in incerto fame finē ponere: ut tāq; de Myncio in Eridanū emigres: quo te ipse fortasse Mynci⁹ etiā nō emigrantē impingeret. Cum em̄ non satiauerit auidū spiritū uanitas laudis humanæ: qa nihil ad cibandum affert nisi iuane & inflatum: cogeat ea ipsa auiditas referre in aliud: quasi uberius atq; fructuosius: qd nihilominus si temporali lapsu prætерfluit: ita est q̄si fluuius ducat in fluuiū: ut non sit finis miseriæ: q̄diu finis officioꝝ nostrorum in re instabili collocat. In aliquo igit firmo atq; incōmutabili bono te figere uolumus cōstantissimæ intētionis domū: & securissimā requiem oīs bonæ atq; honestæ actionis tuæ. An forte istā ipsam terrenā fœlicitatē quā cōmemorauī: si ꝓsperi rumoris aura: aut etiā flatib⁹ uela pandendo ad eam potueris puenire: banc etiam cogitas referre in aliud certū & uerꝝ & plenū bonum? At mihi nō uidet atq; omnino ipsa ueritas negat: ul' tantis ad se amfractibus: quæ tam ꝓxima est: uel tantis sumptibus: quæ tam gratuita est: pueniri. An ipsa humana laude: tanq̄ instrumēto utendum existimas: ut aditum per hanc præpares ad animos hominū persuadendo uera atq; salubria: & caues te ne cum indoctum atq; bebetē putauerint: indignum arbitrent: cui aurem uel intentissimā uel patientissimam præbeāt: siue ad recte facta quenq̄ exhorteris: siue maliciam atq; nequiciā peccantis obiurges? Hunc tu finem iusticiæ ac benificētiæ: si in illis interrogandis quæstionibus cogitasti: nos de te male meruimus: quibus in epistola tua: nō id poti⁹ quo moueremur posuisti: ut aut libenter daremus qd petebas: aut ideo non darem⁹: quia causa quælibet alia fortasse ꝓhiberet. Non tamē quia tuæ uanæ cupiditati: nō solū seruire: uerūetiā non resistere puderet. Quāto em̄ melius atq; salubrius quæso te ipsas ueritatis regulas: multo certius & breui⁹ p seipsas accipis: quib⁹ falsa omnia possis ipse refellere: ne qd falsum & pudendum est: si multoꝝ annosas & decrepitas falsitates: studio iactantiori q̄ prudentiori didiceris: doctum atq; intelligētē te esse arbitreris: quod iam nō existimo tibi uideri. Nō em̄ frustra tamdiu tā uera Dioscoro diximus: ex quo A in hac epistola gradimur. Quapropter iam illud uideamus: cum te istaꝝ rerum ignorantia nequaq̄ indoctum atq; bebetē iudices: sed ipsius potius ueritatis: ut quisquis de his rebus scripsit uel scripserit: aut ea sint quæ iam certus tenes: aut si falsa sunt: securus ignores: neq; de diuersitate cognoscenda sententiaꝝ alienaꝝ: quasi ne indoctus & bebes remaneas: inani sollicitudine macereris. Cum ergo hæc ita sint: etiam illud si placet uideam⁹: utrum alioꝝ falsa existimatio: qui sunt ut scribis: ad uituperandū proclives: ita ut si te ista ignorare persenserint: indoctum atq; bebetem: falso quidē: sed tñ putēt: sic te mouere debeat: ut etiā ab epīs tibi hæc exponi: non incōgruenter petas: quādoquidē eo fine iam te ista cupere credimus: quo illis consulas ad psuadendā ueritatem uitamq; eoꝝ corrigendā: qui te si in illis Ciceronis libris indoctū bebetēq; putauerint: indignum babebūt: a quo aliquid utilis salubrisq; scientiæ sibi accipiēdū esse arbitrētur? Qd nō ita est: mihi crede. Primum quia esse aliquos in illis terris: ubi imperitus minimeq; acutus uideri times: qui te de istis quæstionib⁹ quicq̄ interrogent omnino nō uideo: quādoquidem hic quo ad ea discenda uenisti: & romæ expertus es: q̄ negligenter habeant: & ob hoc neq; doceant neq; discant: & in Africa usq;adeo de his interrogatorē pateris neminē: ut nec teipsum q patiat: inuenias: eaq; inopia epīs exponenda ea mittere cogaris: quasi uero epī isti etiā si adolescentes eodē quo tu raperis animi ardore: uel poti⁹ errore: quasi aliquid magnum hæc discere curarunt: usq;

ad canos episcopales: & usq; ad cathedras ecclesiasticas: ea sibi in memoria durare putarent: Aut si ipsi uellent: nō illa etiam de inuitoꝝ cordibus: curæ maiores grauioresq; secluderent: Aut si aliqua ex eis in animis eoꝝ nimia cōsuetudine remanerent: nō etiā ipsa obliuione sepelire mallent recordata: q̄ ineptia respondere quæsita: cum in ipsa etiā scholari lenitate & rhetoricis cathedris: ita obmutuisse atq; obtorpuisse uideantur: ut a carthagine hipponē: quo exponi possint mittēda existimētur: ubi tam insolita atq; omnino peregrina sunt: ut si uellem respondēdi curā suspicere: aliquid uolens uidere: quomodo ad sentētiam quæ mihi exponenda esset: desup ueniat: Aut ab ea deinceps quæ contexeret oratio: codicem prorsus inuenire non possem. Illi autē carthaginenses rhetores: si huic tuo studio defuerūt: nō modo a me non reprehenduntur: sed etiam approbantur: si forte iam recolunt: non romanoꝝ foroꝝ: sed græcoꝝ gymnasioꝝ ista solere eē certamina. Tu uero cū & in gymnasia cogitationē iniecisti: & ea quoq; ipsa inueniisti talibus rebus nuda atq; frigida: ubi has curas tuas deponeres: christianorum tibi basilica hipponēsis occurrit: quia in ea nūc sedet episcop⁹: qui aliqn̄ ista pueris uendidit: sed nec te uolo esse adhuc pueꝝ: & me iam esse puerilium reꝝ: sicut nō uenditorē: ita nec largitorē decet. Quæ cū ita sint: id ē cū duæ tātæ urbes latinaq;
B lia artifices: roma atq; carthago: nec tedio tibi sint: ut a te ista pgrāt: nec tedia tua curet: ut te ista pgrētē exaudiāt: Miror tātū quātū dici non pōt: uereri te tā boni ingenij iuuenē: ne i græcis atq; oriētalib⁹ urbib⁹ quēq̄ de his reb⁹ molestū iterrogatorē feras. Facilius quippe corniculas in Africa audieris: q̄ in illis partib⁹ hoc gen⁹ uocis. Deinde si fallor: & quisq̄ ibi forte huiusmodi quæstionū tanto utiq; odiosior: quāto in illis locis ineptior pcontator extiterit: Nōne magis caues ne multo facilius existāt: qui te græci homines in græcia constitutū: & græca imbutū primitus lingua: de ipsis philosophoꝝ libris aliqua interrogarent: quæ Cicero in suis litteris nō posuit: Qđ si acciderit: quid respōsurus es: potius te ista in latinorū auctorum libris: q̄ in græcorū nosse uoluisse:
C Qua respōsione: primo græciæ facies iniuriā: & nosti q̄ illi homies hoc nō ferāt. Deinde iam exulcerati & irati: q̄ cito te (qđ nimis non uis) & hebetē iudicabūt: qui græcorum philosophoꝝ dogmata: uel potius dogmatū particulas quasdam discerptas atq; dispersas in latinis dialogis: q̄ in ipsorum auctorum libris græcis torta atq; cōtexta discere maluisti: & indoctum qui cū tam multa in tua lingua nescias: earū rerum frustra in aliena colligere ambisti. An forte illud respondebis: non te græcos de his rebus libros cōtemplisse: sed prius latinos curasse cognoscere: nūc autem uelle te i latinis doctum: iam græce quærere: Si hoc non pudet hominem græcū latina puerū didicisse: nunc uelle discere græca barbatum: pudebit ne tādem in ipsis latinis ignorare aliqua quæ q̄ multi latini docti tecum nesciāt: Vel hocipso sentis: qđ te nobis magna necessitate dicis onerosum: in tāta doctorum multitudine apud carthaginē cōstitutus. Postremo fac te de omnib⁹ quæ a nobis quæris interrogatum: respōdere potuisse. Ecce iam doctissimus atq; acutissimus diceris: ecce iam te laudibus in cælum græculus flatus attollit: Tu tantū memēto grauitatis tuæ: & illam mereri laudem quo fine uolueris: ut scilicet eos leuiter leuia ista miratos: & beniuolentissime atq; auidissime iam in tua ora suspensos: grauissimū aliquid & saluberrimū doceas. Idipsum quicquid est grauissimum & saluberrimū: utrū teneas: & recte tradere noueris: uellē cognoscere. Ridiculum est em̄ cum ꝓpterea superflua multa didiceris: ut tibi aures hominum ad necessaria præparent: ipsa necessaria non tenere: quib⁹ excipiēdis eas p supflua præparaueris. Et dum occuparis ut discas unde facias intentos: nolle discere qđ infundatur
C intentis. Sed si hoc te scire iam dicis: idq; ipsū christianā doctrinā esse respondes: quā te oīmbus præponere nouimus: & in ea sola esse præsumere spem salutis æternæ: nō opus ē ei cognitione dialogoꝝ Ciceronis: & collectione emēdicataꝝ discordantium sentētiaꝝ alienaꝝ ꝓcurari auditores ut orib⁹ tuis intenti fiant: qui abs te aliquid tale
T accepturi sunt. Nolo prius aliquid doceas: qđ dediscendū est: ut uera doceas. Nam si alienaꝝ sententiaꝝ dissidētium & repugnantiū cognitio aliquid adiuuat insinuatorē christianæ ueritatis: ut nouerit quō aduersantes destruat falsitates: ad hoc dumtaxat

ne qs cōtra disserēs: nō nisi in refellendis tuis figat oculū: sua uero sedulo occultet. Nā cognitio ueritatis: oia falsa si modo ꝓferanť: etiā quæ prius inaudita erāt: & dijudicare & subuertere idonea est. Sed ut non solū aperta ferianť: sed etiā abscōdita eruanť: si alienos opus est cognoscere errores: erige oculos aureſq; oro te: & uide atq; auscultа: utrum aliquis aduersus nos de Anaximene & de Anaxagora ꝓferat aliqd: qñ iam ne ipsoꝝ quidem multo recentioꝝ: multūq; loquatiū stoicoꝝ aut epicureorū cineres caleant: unde aliqua contra fidem christianā scintilla excitеť: Sed circuli atq; conuenticula partim fugacia: partim etiam audacter ꝓmpta: uel donatistaꝝ: uel maximianēsium: uel manichæoꝝ: uel etiam ad quoꝝ greges turbamq; uenturus es arrianoꝝ: eunomianoꝝ: macedonianoꝝ: cataphygarum: cæterarūq; bestiarū inumerabiliť pstrepant: quorum omnium errores si cognoscere piget: quid nobis est ꝓpter defensionē christianæ religionis: quærere qd senserit Anaximenes: & olim sopitas lites inani curiositate recoquere: cum quorūdam etiam hæreticoꝝ: qui nomine christiano gloriari uoluerūt: ut marcionistarū & sabellianorum: multorumq; præterea iam dissensiones quæstionesq; sileanť: tamen si opus est ut dixi ueritati aduersantes prænoscere aliqs: & prætactatas hr̄e sentētias: de hæreticis potius q se christianos uocant: q̄ de Anaxagora & Democrito nobis cogitādū fuit. Ille aūt quisquis abs te quæsierit: quæ tu a nobis quæris: audiat q̄ ea doctius & prudentiꝰ nescias. Si em̄ Themistocles nō curauit q̄ est habitus indoctior: cum canere neruis in epulis recusasset: ubi cū se nescire illa dixisset: atq; ei dictū esset: quid igitur nostiꝰ respondit: rempublicā ex parua magnā facere: dubitandum est tibi dicere: te ista nescire: cum ei qui rogarit qd noueris: respondere possis: nosse te: quoniā etiam sine istis homo esse possit beatꝰ? Qd̄ si adhuc non tenes: tam peruerse ista conquiris: q̄ peruerse si aliquo corporis periculoso morbo grauareris: delitiosas & tenerrimas uestes potiꝰ q̄ medicamenta medicosq; conquireres. Non em̄ ullo modo differēda est ista cognitio: aut illa huic: a te præsertim iam in hac ætate uel discendi ordine: præferēda est. Vide autem q̄ facile posses hoc scire si uelles. Qui D em̄ quærit quō ad beatam uitam ꝓueniat: nihil aliud ꝓfecto quærit: nisi ubi sit finis boni: hoc est ubi constitutum sit: nō praua opinione atq; temeraria: sed certa atq; inconcussa ueritate summū hominis bonū: qd̄ a quolibet ubi constituať nō inueniť: nisi aut in corpore: aut in animo: aut in deo: aut in duobus aliquibꝰ boꝝ: aut certe in oīmbus. Qd̄ si didiceris: neq; summū bonū: nec aliquā partē summi boni omnino eē in corpore: duo restabūt: animꝰ & deus: quoꝝ uel in uno: uel in ambobus sit. Si aūt adieceris & didiceris hoc idem de animo qd̄ de corpore: quid aliud iam nisi deus occurret: in quo summū homis bonum constitutū sit: non quo alia bona nō sint: sed summū id dicitur quo cuncta referunť. Eo em̄ fruendo quisq; beatꝰ est ꝓpter qd̄ cætera uult habere: cū illud iam nō ꝓpter aliud: sed ꝓpter seipsū diligať. Et ideo finis ibi diciť: qa iam quo occurrat: & quo referať non inueniť. Ibi requies appetendi: ibi fruendi securitas: ibi tranquillissimū gaudiū optimæ uoluntatis. Da igiť qui cito uideat: nō corpꝰ esse animi bonum: sed animū potius esse corporis bonū. Recedeť iam ab inquirēdo: utrū summū illud bonum: uel aliqua eiꝰ pars sit in corpore: Qd̄ em̄ stultissime negať meliorem esse animū corpore. Item stultissime negať meliorē esse eum qui dat beatā uitam ul' partē aliquā beatæ uitæ: q̄ eum qui accipit. Non igiť accipit animus a corpore uel summum bonū uel partem aliquā sūmi boni. Hoc qui non uident: cæcati sūt dulcedine carnaliū uoluptatū: quā ex indigentia sanitatis uenire non intuenť. Sanitas autē pfecta corporis: illa extrema totius hois imortalitas erit. Tam potenti em̄ natura deus fecit animā: ut ex eius plenissima beatitudine quæ in fine temporꝝ sanctis ꝓmittitur: redūdet etiā in inferiorem naturā qd̄ est corpus: non beatitudo: quæ fruentis & intelligentis est ꝓpria: sed plenitudo sanitatis: id est incorruptiōis uigor. Qd̄ qui nō uident: ut dixi: belłant inquietis altercationibus: uarie ꝓ suo quisq; captu: in corpore cōstituētes summū hominis bonum: & carnaliū seditiosorum turbas concitant: Inter quos epicurei apud E indoctam multitudinem excellentiore auctoritate uiguerunt. Da item qui cito uideat animum quoq; ipsum non suo bono beatum esse: cum beatus est: Alioquin nūq̄ esset

miſer:& recederetur a querẽdo:utrum in animo ſit ſummũ illud:atq; (ut ita dixerim) beatificum bonum:uel aliqua pars eiꝰ. Nam cum ſeipſo ſibi quaſi ſuo bono animꝰ gaudet:ſuperbus eſt. Cum uero perſpicit ſe eſſe mutabilem: ul' hoc uno ſaltem ꝙ de ſtulto ſapiens efficitur:ſapientiamq; eſſe incõmutabilem cernit:ſimul oportet cernat eſſe illam ſupra ſuam naturam:eiuſq; participatione atq; illuſtratione ſe uberius & certius gaudere:q̃ ſeipſo:ita ceſſans atq; detumeſcens a iactatione atq; inflatione propria:inhærere deo atq; ab illo incõmutabili refici & reformari nititur a quo eẽ iam capit:non ſolum omnem ſpeciem rerum omniũ:ſiue quæ ſenſu corporis:ſiue quæ intelligentia mentis attinguntur:ſed etiam ipſam capacitatem formationis ante formationẽ:cum uel informe aliquid dicit' quod formari poteſt. Itaq; tanto minus ſe eſſe ſtabilem ſentit:quãto minus hæret deo qui ſumme eſt. Et ideo illum ſumme eſſe:quia nulla mutabilitate ꝓficit ſeu deficit:ſibi autem illam cõmutationem expedire qua ꝓficit:ut ꝓſecte illi cohæreat:eam uero commutationem quæ in defectu ẽ:eſſe uitioſam:omnem autem defectum ad interitum uergere:quo utrũ aliqua res ꝓueniat:tam& ſi nõ appareat:tamen apparere omnibus eo ducere interitum:ut non ſit qd' erat. Vnde colligit non ob aliud res deficere:uel poſſe deficere:niſi ꝙ ex nihilo factæ ſunt:ut quod in eis eſt qd' ſunt & manent:& pro defectibus etiam ſuis ad uniuerſitatis complexum ordinantur:ad eius bonitatem omnipotẽtiamq; pertineat qui ſumme eſt & conditor:qui potens eſt etiam ex nihilo:non tantũ aliquid:ſed etiam magnum aliquid facere. Primum autẽ peccatum:hoc eſt primum uoluntarium defectum eſſe:gaudere ad ꝓpriam poteſtatem. Ad minus enim gaudet:q̃ ſi ad poteſtatem dei gaudeat:quæ utiq; maior eſt. Hoc non uidentes:& potentias intuentes animi humani:magnamq; pulchritudinem factorum atq; dictorum:etiam ſi in corpore puduit ponere ſummum bonum:in ipſo tamen animo ponentes:infra utiq; poſuerunt:q̃ ubi ſinceriſſima ratione ponẽdum eſt. Inter hos qui ita ſentiunt apud græcos philoſophos:& numero & diſputãdi ſubtilitate ſtoici prævaluerunt:qui tamen in naturalibꝰ corporea omnia eſſe arbitrantes:magis a carne q̃ a corpore animum auertere potuerunt. Inter eos autem qui fruendum deo:a quo & nos & omnia facta ſunt:unum atq; ſummum bonum noſtrũ eſſe dicunt: Apud illos eminuerunt Platonici:qui nõ immerito ad officium ſuum ꝓtinere arbitrati ſunt Stoicis & Epicureis:maxime & prope ſolis omnino reſiſtere. Idẽ quippe Academici qui Platonici:quod docet auditorum ipſa ſucceſſio. Arceſilaus em̃ qui primꝰ occultata ſententia ſua:nihil aliud iſtos q̃ refellere ſtatuit. Quære cui ſucceſerit:Polemonem inuenies: Quære cui Polemon:Xenocratem. Xenocrati aũt diſcipulo academiã ſcholam ſuam reliquit Plato. Quantũ igitur pertinet ad quæſtionem de ſummo hominis bono:remoue perſonas hominum:atq; ipſam diſceptationem cõſtitue:profecto reperies duos errores ſe aduerſa fronte collidi. Vnum cõſtituentem in corpore:alium conſtituentem in animo ſummum bonum. Rationẽ autem ueritatis:qua ſummũ bonum noſtrum:deus eſſe intelligitur:utriq; reſiſtere:ſed non prius docentem uera q̃ praua dedocentẽ. Idipſum rurſum adiunctis perſonis conſtitue:reperies epicureos & ſtoicos inter ſe acerrime dimicantes. Eorum uero litem conãtes diiudicare platonicos:occultantes ſententiam ueritatis:& illorum uanã in falſitate fiduciam conuincentes & rearguentes:ſed non ſicut illi errorũ ſuorum:ita platonici ueræ rationis pſonam implere potuerunt. Omnibus enim defuit diuinæ humilitatis exemplum:qd' oportuniſſimo tempore per dominũ noſtrum Ieſum chriſtum illuſtratũ eſt:cui uni exemplo in cuiuſuis animo ferociter arrogantis:omnis ſuperbia cedit & frãgitur & emoritur. Ideoq; non ualentes illi auctoritate turbas terrenaꝝ rerum delectatione cæcatas ad inuiſibilium fidem ducere:cum eas uiderent epicureis maxime contentionibus cõmoueri:non ſolũm ad hauriendã quo ultro ferebantur:ſed etiam ad defenſitãdã corporis uoluptatem:ut in ea ſummũ bonum hominis conſtitueret'. Eos autem qui aduerſus hãc uoluptatem:uirtutis laude mouerentur:minus difficulter eã contemplari in animis hominũ:unde facta bona:de quibus utcunq; poterant iudicare:ꝓcederent:ſimul uidebant ſi eis conarẽtur inſinuare aliquã rem diuinam:& ſuper

Platonici

Academici Arceſilaus

Polemon Xenocrates Plato

oīa incōmutabilē: quæ nullo attingeret̄ corporis sensu: sed sola mēte intelligeretur: quæ tn etiā naturā ipsius mētis excederet: eumq; esse deum ꝓpositū animo humano ad fruendum: purgatum ab omni labe humanaꝝ cupiditatū: in quo uno acquiesceret omnis beatitudinis appetitus: & in quo nobis uno bonorū omniū finis esset: non eos intellecturos: sed repugnātibus uel epicureis uel stoicis: multo q̄ sibi facilius palmam daturos: id est uera salubrisq; sententia: qđ ꝓnitiosissimū est generi humano imperitorum populorum irrisione sordesceret: & hoc in moralibus. In naturalibus aūt quæstionibus si isti dicerent effectricem omniū naturaꝝ esse incorporeā sapientiā: Illi autē a corpore nusq̄ descederent: cum alij in atomis: alij quattuor elemētis: in quibus ad efficienda omnia ignis prævaleret: principia rerum darent: quis nō uideret stultorum abundantiā corpori deditā: cū incorporeā potentiā cōditricē reꝝ nequaq̄ ualeret intueri. In quoꝝ potī⁹ suffragiū raperet̄: restabat pars rationalium quæstionū. Nosti em quicqd ꝓpter adipiscendā sapiētiā quæriť: aut de moribꝰ: aut de natura: aut de ratione quæstionē habere. Cū ergo epicurei nunq̄ sensus corporis falli dicerent: stoici aūt falli aliqn̄ cōcederent: utriq; tamē regulā cōprehendendæ ueritatis in sensibus ponerent: quis istis contradicentibꝰ audiret platonicos? Quis nō modo in sapientium sed omnino in hominū numero habendos putaret si ab eis prompte diceret̄: non solum esse aliquid qđ neq; tactu corporis: neq; olfactu uł gustatu: neq; bis auribus aut oculis percipi possit: neq; omnino taliū reꝝ quæ ita sentirent̄ aliq̄ imaginatione cogitari: sed id solum uerum esse atq; id solum posse percipi: quia incōmutabile & sempiternū est: percipi aūt sola intelligentia qua una ueritas quomodo attingi potest attingiť? Cum ergo talia sentirent platonici quæ neq; docerent carni deditos homines: neq; tāta essent auctoritate apud populos: ut credenda persuaderent: donec ad eum habitū perduceret̄ animus quo ista capiuntur: elegerūt occultare sententiā suam: & contra eos disserere: qui uerum se inuenisse iactarent: cum inuentionē ipsam ueri in carnis sensibus ponerent: & eorum quidem cōsilium quale fuerit qd attinet quærere: diuinū certe uł diuina aliq̄ auctoritate præditū non fuit. Tm̄ illud attende: qm̄ Plato a Cicerone G
E sudãt: intelligentiæ perspicuitatem impetrãtes per fidei pietatem. Quæ cum ita sint: duo ista quæ in uno fiunt homine: nasci & renasci: ad duos homines ptinẽt. Vnum ad illum primum Adam: alterum ad scd̃m qui dicitur christus. Sed non prius: ait apostolus: quod spiritale est: sed qđ̃ animale postea spiritale. Prim⁹ homo de terra terrenus: secũdus homo de cælo cælestis: Qualis terren⁹ tales & terreni: & q̃lis cælestis tales & cælestes. Sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem eius qui de cælo ẽ. Item dicit: Per unum hominem mors: & per unum homine resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur: ita & in christo omnes uiuificabũť. Omnes & omes ideo dixit: quia in mortem nemo nisi per illum: in uitam nemo nisi p̃ istũ. In primo patuit qđ̃ hominis arbitrium ualeret ad mortem: in scd̃o autẽ qđ̃ dei adiutorium ualeret ad uitam. Deniq; primus homo non nisi homo: scd̃s uero deus & homo. Peccatum em̃ factũ est relicto deo: iusticia nõ fit sine deo: ac per hoc nec moreremur nisi per carnalem ꝓpaginem: de membris illius ueniremus: nec uiueremus nisi p̃ spiritalem connexionem membra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci & renasci: Illi aũt ꝓpter nos tãtũmodo nasci. Nos em̃ a peccato ad iusticiã renascendo transim⁹: ille autẽ a nullo peccato ad iusticiam transitum fecit: sed in eo qđ̃ baptiçatus ẽ: nostræ re-
generationis sacramentũ: sua humilitate altius cõmendauit: Vetere tn̄ hominem no-
F strum passione: nouũ autem resurrectione significãs. Inobedientia nanq; cõcupiscentiæ quæ habitat in carne mortali: qua fit ut eadẽ etiam mẽbra præter uolũtatis moueantur arbitriũ: ad eum modũ redigiť iusticia cõiugali: ut licite copulatis parentib⁹ generenť: quibus sit necessariũ regenerari. Non tamen p̃ huiusmodi cõuenientiam maris & fœminæ uenire uoluit carnem suã christus: sed de uirgine nihil tale in eius cõceptu cõcupiscẽte: similitudinẽ carnis peccati sumpsit ille ꝓ nobis: qua caro peccati mũ daret̃ in nobis. Sicut em̃ p̃ unius delictum: ait apl̃s: in oẽs hoies ad cõdemnationẽ: ita p̃ unius iustificationẽ in oẽs hoies ad iustificationẽ uitæ. Nemo em̃ nascit̃ nisi operãte cõcupiscentia carnali: quæ tracta est ex primo hoie qui est Adam: & nemo renascitur nisi operãte gratia spiritali: quæ data est p̃ scd̃m hoiem qui est christus. Quapropter si ad illũ nascendo ptinem⁹: ad hunc renascẽdo: nec renasci quisq̃ potest anteq̃ natus sit. Profecto ille singulariter natus est: cui renasci nõ opus fuit: quia nõ ex peccato in quo nunq̃ fuit: transitũ fecit: neq; iniquitate cõcept⁹ ẽ: aut eũ in delictis mater eius in utero aluit: quia spũssanctus superuenit in eam: & uirtus altissimi obumbrauit eam: unde qđ̃ natum est ex ea sanctum uocat̃ filius dei. Nuptiaq; enim bonũ non extinguit: sed modificat inobedientiũ membrorũ malum: ut limitata quodãmodo cõcupiscentia carnalis: fiat saltem pudicitia cõiugalis. Virgo autem maria cui dictum est: Et uirtus altissimi obumbrabit tibi: in sanctam concipiendo ꝓlem: sub tali umbraculo nullo ardore concupiscentiæ huius æstuauit. Hoc ergo excepto lapide angulari: non uideo quomodo ædificenť homines in domum dei ad habendum in se inhabitantem deũ: nisi cum fu-
G erint renati: qđ̃ nõ possunt esse anteq̃ nati. Quãlibet itaq; sententiã de prægnantibus

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

1. Cor. 15.

Ro. 5.

4. senten. dis. 6. cq. illud

Luc. 1.

immo de hominib⁹ habeam⁹ adhuc intra materna uiscera cōstitutis: utrū existimem⁹
eos nec ne donari posse aliquo sanctificatiōis modo: Vel ꝑpter Iohannē q nōdū in
Luc.1. hanc editus lucē: tñ exultauit in gaudio: qđ utiq; nisi opatione ſpūſſancti fieri potuisse
Hiere.1. quis credat: Vel ꝑpter Hieremiā cui dñs dicit: Priusq̄ exires de uulua sanctificaui te:
1.senten.dis. 6.ca.illud etiā Tñ illa sanctificatio qua efficimur: & singuli templa dei: & in unum oēs templū dei
non est: nisi renatoꝝ: qđ nisi nati boies ee nō possunt. Nullus aūt uitam in qua nat⁹ est
bene finiet: nisi renatus anteq̄ finiat. Q2 si quisq̄ dicit iam esse natum hominem: etiā cū
adhuc est in utero matris: testimoniūq; adhibet ex euangelio: quia dictū est ad Ioseph
Matth.1. de prægnāte uirgine dñi matre: Qđ em̄ in ea natum est: de spiritusancto est: Nūquid
nam huic natiuitati accedit secunda natiuitas: alioquin non erit iā scđa sed tertia: Dñs
Joh.3. aūt cum hinc loqueret: Nisi quis inquit renat⁹ fuerit denuo: eam scilicet cōputās pri/
mā natiuitatē: quæ fit matre pariente: non cōcipiēte atq; prægnāte quæ fit ex ea: non
quæ fit in ea. Neq; em̄ renatū dicim⁹ boiem quem mater peperit: tanq̄ iteꝝ natus sit:
qui iam semel natus fuerat in utero. Sed illa natiuitate nō computata quæ grauidam
facit: natus dicit homo partu: ut possit renasci ex aqua & spū. Scđm quā ex matre na/
Matth.1. tiuitatē: etiam ipse dñs in bethleem iudæ dicit natus. Si igit homo regenerari p gram
spūs in utero pōt: qm̄ restat illi adhuc nasci: renasci ergo anteq̄ nascitur: qđ fieri nullo
modo pōt. Proinde in cōpagem corpis christi tanq̄ in uiuā structurā tēpli dei quæ est
eius eccla: nati homies nō ex operib⁹ iusticiæ quæ fecerūt: sed renascēdo p gram trās/
ferūt: tāq̄ de massa ruinæ ad ædificij firmamētū. Præt hoc em̄ ædificiū: qđ beatificādū
cōstruit: ad æt̄nā habitationē dei uita bois ois ifœlix & mors ē poti⁹ appellāda q̄uita.
Quisqs ergo ihabitabit a deo: ne ira dei maneat sup eū: ab hoc corpe: ab hoc tēplo: ab
bac ciuitate: nō erit alien⁹. Ois aūt nō renat⁹ alien⁹ est. Sacramētū porro regeneratiōis H
nr̄æ manifestū esse uoluit: manifestatus mediator. Erat aūt antiqs iustis aliqđ occultū
cū tñ & illi eadē fide salui fierēt: quæ fuerat suo tpe reuelāda: Nō em̄ audemus fideles
tpis nr̄i p̄ferre amicis dei p quos nobis ista ꝑpbetata sunt: cū deū Abraā: & deū Isaac:
& deū Iacob: ita se deus esse cōmēdet: ut hoc dicat suū nomē æt̄nū. Q2 si circūcisio an/
tiquis sanctis ꝑ baptismo fuisse credit: quid respondebit de his: qui anteq̄ hoc præce/
Heb.11. ptū esset: deo placuerūt: nō tñ sine fide? Quia sine fide: ut scriptū est ad Hebræos: im/
2.Cor.4. possibile ē deo placere. Habētes aūt inqt apl's eūdē spiritū fidei: ꝑpter qđ scriptū est:
Ps.115 Credidi ꝑpē qđ & locut⁹ sū: & nos credim⁹: ꝑpter qđ & loqmur. Non diceret eundē:
nisi & illoꝝ idē ipse esset spūs fidei. Sicut autē illi qñ idē sacramentū occultū erat: cre/
debāt xp̄i incarnationē futurā: sic & nos credim⁹ factā. Et a nobis aūt & ab alijs: futur⁹
expectat ad iudiciū eius aduētus. Nō est em̄ aliud dei mysterium nisi christus: in quo
1.Cor.15. oportet uiuificari mortuos in Adā: quia sicut in Adā oēs moriunt: sic & in christo oēs
uiuificabūt: qrē admodū supius disseruim⁹. Q2brem de⁹ q ubiq; præsens ē: & ubiq; to I
tus: nō in oibus habitat: sed in eis tm̄ quos efficit beatissimū templū suum: uel beatiſſi/
Col.1. ma templa sua: eruēs eos a potestate tenebrarum: & transferens in regnum filij chari/
tatis suæ: qđ incipit a regeneratione. Aliter aūt dicit templū eius in significatiōe: cū fit
p manus boium de reb⁹ inanimis: sicut tabernaculū: lignis: uelis: pellib⁹ atq; hmōi mo/
bilib⁹: Sicut etiā p Salomonē regē: tēplum lapidib⁹: lignis: metallis cōstructū. Alit ue/
1.Petri.2 ro re ipsa uera: quæ illis significationib⁹ figurata ē. Vñ dicit: Et uos tanq̄ lapides uiui:
2.Cor.6. ædificamini dom⁹ spiritales. Et unde item scriptū ē: Nos em̄ tēpla dei uiui sum⁹: sicut
deus dicit: Qm̄ inhabitabo in illis & inambulabo: & ero illorum deus: & ipsi erūt mihi
plebs. Nec mouere nos debet q̄ p quosdā ad hoc templū non ptinentes uel nondum
ptinētes: id est in qbus non habitat: ul'nondū habitat deus aliqd uirtutis operat: sicut
p illum q in noie christi expellebat dæmonia: cū christū nō sequeret: quē pmitti iussit
ꝑpter multis utilem cōmendationē nois sui. Multos quoq; ait sibi in nouissima die di/
Matth.7. ctūros: In noie tuo uirtutes multas fecim⁹. Quibus utiq; nō respōderet: Nō uos nou:
Act.10 si ad templum dei qđ inhabitando beatificat ptinerent. Cornelius etiam Centurio an
teq̄ regeneratione incorporaret: huic templo missum ad se angelū uidet: auditq; dice/
tem: q̄ exauditæ sint oratiōes eius: & elemosynæ acceptæ. Agit em̄ hæc de⁹ tanq̄ ubiq;

præsens:uel p̃ sãctos angelos suos. Nam illa priusq̃ exiret de uulua sanctificatio Hieremiæ:q̃q̃ nõnulli hoc in typum saluatoris accipiant:qui regeneratione non eguit:tamẽ etiam si de ipso ꝓpheta accipiatur:põt & scd'm prædestinationẽ non incõuenienter intelligi:sicut filios dei appellat euangelium nõdũ regeneratos:ubi Caiphas dum de dño dixisset:Expedit uobis ut unus moriat' hõ ꝓ populo:& nõ tota gens pereat:mox euangeliũ secutum adiunxit:Hoc autem a semetipso nõ dixit:sed cum esset pontifex anni illius prophetauit:quia Iesus moriturus erat ꝓ gente:& non tm̃ pro gente:sed ut filios dei:qui erant dispersi congregaret in unũ:Filios dei appellauit utiq; præter hebræam gentem:in cæteris etiam omnibus gentibus constitutos:nondum fideles: nõ dum baptiçatos. Quomodo ergo dei filios:nisi scd'm prædestinationem: scd'm quã & apostolus dicit:q̃ nos elegerit de⁹ in christo:ante constitutionem mundi? Illa uero in unum congregatio:factura eos erat filios dei. Neq; enim in unum dictum est aliquem corporalem locum:cum de tali uocatione gentiũ ꝓpheta prædixerit:Et adorabũt eũ unusquisq; de loco suo:omnes insulæ gẽtium: Sed cõgregaret in unum dictum est:in unum spiritum:& in unum corpus:cuius unum caput est christus. Talis congregatio ædificatio est templi dei. Talem cõgregationẽ non generatio carnalis:sed regeneratio spiritalis facit. Habitat itaq; in singulis deus tanq̃ in templis suis:& in omnib⁹ simul in unum cõgregatis:tanq̃ in templo suo. Qd' tẽplũ q̃diu sicut arca Noe in hoc sæculo fluctuat:fit qd' in psalmo scriptum est:Dominus diluuium inhabitat. Quis & propter multos in omnibus gentibus populos fidelium:quos aquarum nomine Apocalypsis significat: possit itelligi congruenter: Dominus diluuiũ inhabitat. Sequitur autem:Et sedebit dominus rex in æternũ: Vtiq; in ipso templo suo iam in uita sua æterna post fluctuationẽ hui⁹ sæculi constituto. Deus igit' ubiq; præsens est:& ubiq; tot⁹ præsens: nec ubiq; habitans: sed in templo suo:cui per gratiam benignus est & ꝓpitius. Capitur autem habitans ab alijs amplius:ab alijs minus. De ipso uero capite nostro aposto
k lus ait: Quia in ipso inhabitat ois plenitudo diuinitatis corpaliter. Non ideo corporaliter:quia corpore⁹ est deus:sed aut uerbo translato usus est tanq̃ in templo manufacto:non corporaliter sed umbraliter habitauerit:id est præfigurantib⁹ signis:Nam illas omnes obseruatiões:umbras futuroꝝ uocat:etiam ipso translato uocabulo. Summus em̃ deus:sicut scriptum est:non in manufactis tẽplis habitat: Aut certe corporaliter dictum est:quia & in christi corpore qd' assumpsit ex uirgine:tanq̃ in templo habitat deus. Hinc est em̃ q̃ iudæis signum petẽtibus:cum dixisset:Soluite templum hoc: & in triduo resuscitabo illud: euangelista quid hoc esset consequenter exponens ait: Hoc autẽ dicebat de tẽplo corpis sui. Quid ergo ẽ? Hoccine inẽsse arbitramur inter caput & mẽbra cætera: q̃ in quolibet q̃uis præcipuo membro: uelut in aliquo magno ꝓpheta aut apostolo q̃uis diuinitas habitet: non tamen sicut in capite qd' est christus omis plenitudo diuinitatis? Nam & in nostro corpore inest sensus singulis membris: sed non tantus quãtus in capite: ubi prorsus omis est quinq̃partitus. Ibi em̃ & uisus: & auditus:& olfactus:& gustus:& tactus. In cæteris aũt solus est tactus. An etiam præter hoc q̃ tanq̃ in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis: est aliud qd' interfit inter illud caput:& cuiuslibet membri excellẽtiã? Est plane: qd' singulari quadam susceptione hominis illius una facta est persona cum uerbo. De nullo em̃ sanctorum dici potuit:aut potest:aut poterit: Verbum caro factum est. Null⁹ sanctorũ qualibet præstantiæ gratiæ unigeniti nomẽ accepit:ut qd' est ipsum dei uerbũ ante sæcula: hoc simul cum assumpto homnie diceret. Singularis est ergo illa susceptio:nec cũ hominib⁹ aliquib⁹ sanctis quãtalibet sapiẽtia & sanctitate præstantibus:ullo modo potest esse cõmunis:ubi diuinæ grãæ satis pspicuũ clarũq; documentũ est. Quis em̃ tam sit sacrilegus:ut audeat affirmare aliquã posse animã p̃ meritũ liberi arbitrii:ut alter sit christus efficere? Vt ergo ad psonã uerbi unigeniti pertinet: quo pacto p̃ liberum arbitriũ cõmuniter omnibus & naturaliter datum una sola anima meruisset:nisi hoc singularis
L gratia præstitisset:q̃ fas est prædicare:de qua nefas est uelle iudicare. Hæc si ꝓ uirib⁹ nostris quantũ dñs adiuuit rite tractauimus: qñ deum ubiq; præsentem & nõ spacijs

Lucas.11. 4.sentẽ. dis. 6.ca.illud Ioh.11. Apo.1. Psa.28. Col.2. Act.17. Ioh.2. 3.sentẽ. dis. 13.ca.1. Ioh.1.

distantibus:quasi aliqua mole uel dissensione diffusum:sed ubiq; totum cogitare te extendis:auerte mētem ab omnibus imaginib⁹ corporum: quas humana cogitatio uoluere consueuit. Non enim sic sapientia:non iusticia:non sic deniq; charitas cogitatur:
1.Joh.4. de qua scriptum est:De⁹ charitas est.Cum uero habitationem eius cogitas:unitatem cogita congregationēq; sanctorum:maxime in cælis:ubi propterea præcipue dicitur habitare:quia ibi sit uoluntas eius perfecta eoꝝ in quibus habitat obedientia. Deinde in terra ubi ædificans habitat domum suam:in fine sæculi dedicādam.Christū autem dominum nostrum unigenitum dei filium æqualem patri: eundemq; hominis filium: quo maior est pater: & ubiq; totum præsentem esse non dubites tanquā deum:& in eodem templo dei esse tanq̄ inhabitantem deum: & in loco aliquo cæli propter ueri corporis modum.Sed cum me delectat loqui tecum: nescio utrū seruauerim sermonis sufficientis modum:quasi diuturnum silentium loquacitate compensem. Verum quia religione & beniuolentia qua me præoccupasti:ita inuisceratus es cordi meo:ut tanq̄ cum amico uere colloquar. Quicquid in opere stili nostri utiliter elaboratū esse cognoscis:deo gratias age.Si qua autem uitia mea perspicis: uti charissimus amic⁹ ignosce: eadem scilicet sinceritate dilectionis mihi optans medicinam qua concedis & ueniam.

¶ Paulini ad beatum Augūstinū: Quid sit qđ in psalmo decimoquinto dicitur: Sāctis qui sunt in terra eius:mirificauit omēs uolūtates eius inter illos &c̄. Qui sint illi sancti qui sunt in terra:interrogantis:Et de quibusdā alijs dubitatiunculis ex psalmis:euāgelio & epl̄is sibi satisfieri desiderantis.Epl̄a.LVIII.

DE paucis quæ nunc iam ad nauem currente:litterarum perlatore:& mihi in ipsius festinatione properanti: in mentē uenerunt ne sine corollario mihi rescribas:aliqua ꝓponam: Quæ si forte lucida sunt & mihi uidētur obscura: nemo prudentum filiorū:qui forte de nostris in hora lectiunculæ huius circa te steterint de insipientia mea rideat:sed potius beniuolētia fraternæ charitatis faueat instruendo ut efficiar uidentiū particeps: & ex doctrina tua illuminatis mentibus considerantium mirabilia de lege domini.Dic ergo mihi benedicte doctor israel:quid sit quod di
Psē.15. citur in psalmo quintodecimo: Sanctis q in terra sūt eius: mirificauit oēs uolūtates suas inter illos. Multiplicatæ sunt em̄ omnes infirmitates eorū: postea accelerauerunt: Quos ait sanctos q in terra sint sancti.Num illos iudæos qui filij carnis Abraæ:& non filij repromissionis excludūtur a semine qđ in Isaac uocatum est? Ideo sanctos in terra: quia sancti genere carnali:uita autem sensuq; terreni sunt:qui terrena sapiunt & carnali obseruantia in uetustate litteræ cōseneścūt: Non renascentes in nouam creaturam: quia non receperunt eum:per quem uetera transierunt:& facta sunt omnia noua. Sic em̄ forte eos in hoc psalmo sanctos appellat:quomodo & in euāgelio iustos:ubi dicit:
Matth.9. Nō ueni uocare iustos sed peccatores: Id est illos iustos qui in sanctitate generis & lit
Matth.3. tera legis gloriantur: Quib⁹ dicitur:Nolite gloriari in patre Abraā:quia potens est deus de lapidib⁹ istis excitare filios Abraam. Quorū forma in illo pharisæo proponitur: qui iusticias suas tanq̄ nescienti domino recolens prædicabat in templo:non orans ut exaudiretur:sed exigens quasi debitum meriti ꝑ operibus bonis quidem sed ingratis deo: Quia qđ iusticia ædificauerat:superbia destruebat:nec idipsum silentio sed uoce clamabat:ut appareret eum non diuinis auribus loqui:qui & ab hominibus uellet audiri. Atq; ideo non placuit deo:quia placebat sibi: Quoniā dissipauit dñs ossa hominū sibi placentiū. Confusi sunt inquit:quia spreuit illos:qui cor humile & contribulatum
Luc.18. non spernit. Deniq; & in ipsa euangelij parabola:qua pharisæi & publicani persona cōferunt:euidēter ostēdit ipse domin⁹ qd in homine suscipiat:qd repellat:sicut scriptum
Jacobi.4. est:Quia de⁹ superbis resistit:humilibus autem dat gratiā. Ideo protestatur magis iustificatum abijsse e templo pūblicanū de cōfessione peccatoꝝ suorum:q̄ pharisæum de imputatiōe iusticiaꝝ suarum. Merito autem ille laudator sui repudiatus abscessit a facie dei:qui cum ipso nomine peritiam legis præferret:oblitus fuerat in prophetam di
Esa.66. cētem dominū:Sup quem habitabo nisi super humilem & quietū: & trementem ser-

mones meos. Ille autem in corde contrito sui accusator accipit: & obtinet ueniam de confessis peccatis, ppter gratiam humilitatis: sancto illo pharisæo (quales iudæi sancti sunt) reportāte sarcinam peccatorū de iactātia sanctitatis. Ipsius nimirū sunt forma iudæi illi: quibus apostolus ait: q̄ suam iusticiam statuere cupientes: quæ ex lege ē: iusticiæ dei non sunt subiecti: quæ est ex fide: quæ reputata est patri nostro Abraam ad iusticiā: nō ex operibus: quia scd̄m omnipotētiā dei credidit deo: Apud quē ille uere iustus est qui ex fide uiuit: nec sanctus in terra ē sed in cælo: quia non carne sed spiritu ambulat: cuius conuersatio in cælis est. Non glorianti in circumcisione carnis: sed i circūcisione cordis: quæ nō littera sed spiritu agit inuisibiliter: unde laus ei⁹ nō ex hominibus sed ex deo. Deinde qd̄ iungit in eodem uersiculo: Miras fecit uolūtates suas in ter illos: credo ex eo dicit q̄ ipsis primum lucernā legis accendit: & præcepta uiuendi dedit. Notas em̄ inquit fecit uias suas Moysi: & filijs israel uolūtates suas. Deinde ipsū pietatis suæ sacramentū in ipsis operatus est: Natus in carne ex uirgine deus in gente ipsorū: & de carne ipsorū fact⁹ ex semine Dauid homo. Deinde uirtutes sanitatū: quas in ipsis & coram ipsis pfecit. Qui p hæc nō modo creditus sit: sed & blasphemat⁹ ē ab eis cum dicerent: Hic homo si a deo esset: nō curaret sabbatis: Et non eijcit dæmonia nisi in beelçebub principe dæmoniorū. Propter hāc mentē obdurata impietate cæcatam: multiplicatæ sūt infirmitates & tenebræ eorū. Sed qd ē qd̄ ait: Postea acceleraūerunt: Vtrū in pœnitentiā: sicut illi in actibus apl'orū qui beati Petri prædicatione compūcti crediderūt in eū quē crucifixerūt: & festinātes tāto expiari peccato ad domum grāe cōcurrerūt: An uero quia uirtutes animæ: ex fide & charitate dei roborantur: illis impijs utroq; uacuis multiplicatæ sūt infirmitates animæ ex impietate sceleru⁹ mortiferis lāguorib⁹ occupatæ: Christus eteni lumē & uita credētiū est: & sanitas sub pennis eius. Vñ nō mirū si & tenebræ & infirmitates eorū multiplicatæ sūt in interitū: q uitam & lucē nō receperunt: neq; sub pēnis eius manere uoluerunt. Quos & ipse flens in euāgelio protestatur: sæpe uolui congregare ipsos sub alas suas: sicut gallina congregat pullos suos: & noluerunt. Multiplicatis ergo infirmitatib⁹ quo accelerauerūt: forte in crucē domini cōclamandā: & inuito Pilato nefarijs uocibus extorquēdam: ut adimplerent mensurā patrū suorū: ut isti dominū, ppbetarū occiderent: quorū patres ipsos, ppbetas interfecerūt: a qb⁹ hic mūdi saluator esse uenturus nūciabatur. Postea acceleraverūt: Veloces em̄ pedes eorū ad effundēdū sanguinē. Contritio & infœlici-
O tas in uijs eorū: & uiam pacis non cognouerūt: id est christū qui dicit: Ego sū uia. In cō-
sequenti psalmo illud mihi exponi desidero: quid dicat: De abscōditis tuis adimplet⁹ est uenter eorum. Saturati sunt porcina: uel sicut in qbusdam psalterijs scriptū audio: Saturati sūt filijs & reliquerunt quæ supfuerūt paruulis suis. Rursus in alio psalmo admirari soleo: filium ad patrē loqui itelligens: in psalmo quinq̄gesimooctauo: ubi de iudæis inimicis: de qbus supra dixerat: Ecce ipsi loquent in ore suo: & gladi⁹ in labijs eorum: Paulo infra dicit: Ne occideris eos: nequando obliuiscantur legis tuæ. Disperge illos in uirtute tua: & destrue eos dñe. Qd̄ in his usq; in hodiernū diē uidem⁹ impleri. Destructi sūt em̄ a ueteri sua gloria: sine tēplo & sine sacrificijs: ac sine, ppbetis: in omnium gentium dispersione uiuentes. Sed qd miramur qd̄ iam p, ppbetā, p eis nō occidendis rogabat: pro quibus & sub ipso tempore passionis iam ad crucē eum ducentibus precabat: dicens: Pater dimitte eis: nō em̄ sciūt qd faciūt. Verum qd̄ adiecit: Ne unq̄ obliuiscāt legis tuæ: tanq̄ ppter hoc necessaria esset etiam sine fide euāgelij uita eorū: Obscurū mihi fateor. Quid em̄ his ad salutē quæ sola fide quæritur, pdest in legis memoria & meditatione uersari: nisi forte, ppter bonorem legis ipsius uel generis Abraam: ut etiam in parte terrena carnalis seminis ei⁹ q̄ uidēt fm̄ harenā maris cōputari: legis antiquæ littera pseueret: ne forte aliqui legēdo legem: illuminentur ad fidē christi: q & legis &, ppbetarū finis est: & in oib⁹ eorū libris præfiguratus ac, ppbetatus elucet: Aut quia ex ipsis impijs eorū generatio uētura est electorū: q de singulis tribus electi: in duodenis milibus signabunt: quibus ipsa reuelatio beati Iohānis ex uoce angeli prænūciātis hoc testimoniū pbibet: qa comitatui regis æterni familiari⁹ adbæ-

Ro.10.

Psa.15.

Joh.9. Matth.12.

Act.2.

Psa.15.

Joh.14.

Psa.16.

Psa.58.

Luc.23.

Apoc.14. rebunt penitus imaculati: & humanæ coniunctionis exptes? De qb⁹ specialiter ait: Se-
quunt agnũ quocũq; ierit: qa cum mulieribꝰ se nõ coinquinauerũt: uirgines em̃ sũt. In
Ps.67. sexagesimoseptimo præter alia illud mihi obscurissimũ ẽ qđ ait: Verũtn̄ deꝰ conquas-
sauit capita inimicoꝝ suoꝝ: uerticẽ capilli pambulantiũ in delictis suis: quid sit uerticẽ
capilli pambulãtiũ in delictis. Non em̃ dixit: Verticẽ capitis: sed uerticẽ capilli: qui sine
sensu est: An repletũ peccatis hoiem uult ostendere? Scriptũ est: Om̃e cor in dolore
a pedibꝰ usq; ad caput. Et paulo infra qđ ait: Lingua canũ tuorũ ex inimicis ab ipso: A
Matth.15 quo ipso? Et nũqd canes dei dici possũt gẽtiles: quos ipse i euãgelio canes noiat? Aut
ne forte ipsos canes dei dicat: quales estimari possunt: si qui in noie christiano gentili-
ter uiuãt: quoꝝ pars cũ infidelibꝰ ponit̃: quia deũ quẽ uerbis colũt: factis negãt? Hæc P
interim de psalmis: nunc & de apl'o: qđ cũq; ꝓponã. Dicit ad Ephesios: qđ in alia epla
1.Cor.12. dixerat de gradibꝰ uel ordinibꝰ dispositionũ dei opante spiritusancto: Diuisiones gra-
tiarũ. Et quosdã quidẽ dedit apl'os: quosdã autẽ ꝓphetas: alios uero euãgelistas: alios
Eph.3. aũt pastores & doctores ad cõsũmationem sanctoꝝ: & reliqua. Hoc opto distinguas
mihi in hac diuersitate nominũ: quæ sit cuiq; nomini officiorum uel grãꝝ proprietas:
Quid ꝓprium sit apl'oꝝ: quid ꝓphetarum: quid euangelistarũ: quid pastorũ: quid ue
doctorum. In oibus em̃ his diuersis nominibꝰ simile & ꝓpe unum doctrinæ officiũ ui-
deo fuisse tractatũ. Hos autẽ ꝓphetas quos post apostolos posuit: non puto illos esse:
qui ordine temporum ante apostolos fuerunt: sed istos quibus iam sub apostolis per
gratiam donabatur: aut interpretatio scripturarum & inspectio mẽtiũ: aut prædictio
temporis (Si enim egoipse ut de his quid sentiam habeas: differẽtiam facturũ me spe-
Qõ sequit̃ vsq; ad: secuturi: vbi hoc signum iterum ponitur non habetur in alijs exemplaribus
rauerim: Certe apostolos uocitabo eos qui dum cæli ac terræ conditor unigenitus ma
riæ filius Iesus christꝰ has terras humaniter perambularet missi ab eo fuerãt atq; edo-
cti spirituq; sancto inflãmati: ut oues fide errantes sua doctrina ad unum ouile colligo-
rent. Vt enim ad uim termini ꝓficiscar: Apostolus græcum dicit̃ ab apos quod notat
augmentum uel præeminentiã: & stolon qđ est missio: quasi præeminenter missus ad
augmentationẽ scilicet fidei catholicæ. Vel Apostolꝰ quasi post missus: id est post chri
sti mortem missus ad prædicãdum. Propheta autem a pro: id est ꝓcul: & phor faris: Q
quasi quæ sunt: erunt uel fuerunt: locuturus. Hanc autem prophetãdi differentiã abs
me cognitam: perscribere uolui: orãs ut tibi si quippiam superesse uideatur: rescribas.
Prophetare enim inuẽtum est: significare futuraꝝ rerũ prædictionẽ. Vnde Esaiæ se-
ptimo: Ecce uirgo concipiet filiũ. Item prophetare est præterita narrare. Vñ Genesis
primo: In principio creauit deus cælum & terram. Et quarti Regum quinto: dicebat
Helisæus: Nõne cor meum in præsenti erat quando reuersus est homo in curru suo.
Est etiam prophetare ꝓphetias recitare. Vnde primi Paralipomenon uicesimoquin-
to: Magistratꝰ exercitus segregauit filios Asaph ꝙ ꝓphetarẽt in citharis & psalteriis.
Prophetare quoq; ẽ laudes dei canere. Vñ Numeri undecimo: Quis tribuat mihi ut
omis populꝰ ꝓphetet? Est quoq; ꝓphetare idẽ qđ docere. Vñ primæ Corinthioꝝ q̃r-
todecimo: Aemulamini spiritalia: magis aũt ut ꝓphetis. Et Actuũ tertiodecimo: Erãt
in ecclesia prophetæ & doctores. Item est exercere officium prælocutoris. Vñ Exodi
septimo: Aaron erit propheta tuus: id est prælocutor. Prophetare etiam inuenimus
idẽ quod figurare: quẽadmodũ Iosue dicit̃ ꝓpheta: quia figurabat christum. Est etiã
ꝓpheta q aliena refert: Sicut Saul q ꝓphetauit in medio domꝰ suæ: id ẽ aliena refere-
bat. Isto uero loco: nõ eos q uẽturũ i carne dn̄m christũ ꝓphetarunt ꝓphetas dicimꝰ:
Act.11.7.21. sed p aliquã grãm) secuturi: ut Agabꝰ cernebat: q & famẽ instantẽ p̄dixit: & quæ beatꝰ
Paulꝰ in hierosolymis passurꝰ esset: & uerbo denunciauit: & signo çonæ eius ostendit.
Inter pastores specialiter & doctores: quid interfit dinoscere uolo: quia præpositis ec-
1.Timoth.2. clesiæ utrũq; nomen ascribi solet. Itẽ qđ ait ad Timothæum: Obsecro igitur primum R
omniũ fieri obsecrationes: orationes: postulationes: gartiarumactiones: pro omnibus
hominibus: quæso exponas mihi quod discrimẽ sit in hac diuersitate uerborum: cum
omnia mihi quæ gerenda dixit: orationis officio conuenire uideantur. Item quod ad
Romanos ait: interrogo & rogo: ut edisseras mihi. Multum enim cæcutire me fateor

in hac apostoli sententia de iudæis quod ait: Scd'm euãgelium quidem inimici ꝓpter uos: scd'm electionem autẽ charissimi propter patres: quomodo idẽ & inimici ꝓpter nos qui credidimus ex gentib⁹: tanq̃ non potuerũt gentes credere: nisi iudæi nõ crediderint? Aut ipse un⁹ oium creator de⁹: qui omnes homies saluos fieri uult: & ad agnitionem ueritatis uenire: capax non fuit acquisitionis utriusq̃: nisi alterum pro altero possideret? Deinde si charissimi ꝓpter patres: quomodo aut unde charissimi si nõ credant: & inimici deo esse persistant? nõne inquit: Qui oderant te deus oderam illos & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderã illos? Certe hoc puto paterna uox loquitur ad filium per prophetã in eodem psalmo: ubi supra de parte credentiũ dixerat: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Quid autem illis ꝓdest ad salutem quæ non nisi per fidem & gratiam christi capitur: si ꝓpter fidem patrum charissimi non sunt: cui bono diliguntur: quos necesse est ꝓpter hoc damnari: q̃ propter suam infidelitatem: a ꝓphetarum & patriarchar̃ paretum fide discrepantes: inimici sunt euangelio christi? Si ergo charissimi deo: quomodo peribunt: & si non credunt: quõ non peribunt? Si propter patres sine suo merito diliguñt: quõ & ꝓpt̃ qd non saluabũt̃: sed & si fuerint Noe: Daniel: & Iob: S in medio eor̃: filios impios non saluabunt: soli salui erũt. Adhuc aliud obscurius mihi erue de profundo & in uadum ꝓfer. In epistola Colossensiũ omnino colligere nõ possum qd̃ ait: Nemo uos seducat: uolens in humilitate & religione angelorum quæ non uidit: ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ & non tenens caput: de quibus angelis dicit: si de inimicis & malis: quæ illorũ religio aut quæ humilitas: & quis sit magister seductionis huius: qui per obtentũ nescio cuius angelicæ religionis quasi uisa & cõperta doceat quæ non uidit? Sine dubio hæretici qui doctrinas dæmoniorum & sequũt̃ & ꝓmunt cõceptis ab eor̃ spiritu adinuentionib⁹ quæ nõ uiderũt phantasmata quasi uisa fingentes: & pestiferis disputationibus in corda male credula seminãtes. Hi sũt qui non tenẽt caput: id est christũ fontem ueritatis: cui⁹ doctrinæ q̃cquid aduersat̃ insanũ est: Et hi cæci duces cæcorũ: De q̃bus dici puto: Me dereliquerũt fontem aquæ uiuæ: & foderunt sibi lacus contritos q̃ non tenent aquã. Deinde in sequẽti capite adiecit: Ne tetigeritis: neq̃ gustaueritis: neq̃ cõtrectaueritis: quæ sũt oia in interitũ ipso usu ſm præcepta & doctrinas hoium: rationẽ qdem habẽtia sapientiæ in supstitiõe & humilitate ad non parcendũ corpori nõ in honore aliquo ad saturitatẽ carnis. Qui sũt isti quibus rationem sapientiæ inesse testatur magister ueritatis: & tamen ipsam ueritatem religionis inesse abneget: Ne forte de talib⁹ loquitur: de quibus ad Timotheũ dicit: Habentes autem speciem pietatis: uirtutem eius abnegantes? Rogo ergo speT cialiter hæc capitula duo de Colossensiũ epl'a per singula mihi uerba dissoluas: q̃a laudabilibus execranda permiscuit: Quid ẽ em̃ tam laudabile q̃ ratio sapiẽtiæ: & qd tam execrabile q̃ superstitio erroris? Humilitas quoq̃ & deo placita: & maxime in uera religione laudabilis: cum ratione sapiẽtiæ ipsis datur: De quorum doctrinis & actibus dicitur nobis: Ne tetigeritis neq̃ gustaueritis quæ sunt in interitum: q̃a nõ sũt ex deo: & omne quod non est ex fide peccatum est. Deus autẽ dissipauit consilia sapiẽtiũ: qui deo stulti sunt per prudentiã carnis: quæ non põt legi dei esse subiecta. Scit em̃ cogitationes hominũ q̃m uanæ sunt. Qualem humilitatem: qualemq̃ rationem sapientiæ superstitioni hominũ doctrinis ueniendi inesse dicat requiro. Et qd̃ ait: Ad nõ parcendũ corpori: nõ in honore aliquo ad saturitatem carnis: Prorsus hæc parum intelligo: quia in eadem sententia magna mihi uidetur esse discretio. Arbitror em̃ eum deabstinẽtia qualibet ficta uel inutili: qualis solet ab hæreticis affectari hoc dicere: ad non parcẽdũ corpori. Qd̃ autem adiecit: Nõ in honore aliquo: quia sancti operis speciem: non in fide ueritatis exercentes: nullius gloriæ honore uel fructu agunt: qd̃ in magna erroris peruersi reprehensione cõficiunt: transfigurãtes se in ministros iusticiæ. Sed qd̃ adiecit: Ad saturitatẽ carnis: cõtrariũ mihi uidet̃ illi quo dicit: ad nõ parcẽdũ corpi: Videt̃ em̃ mihi ille ñ parcere corpi q̃ carnẽ ieiunijs domat: sicut apl's dicit: Liuidũ facio corp⁹ meũ: & i fuitutẽ redigo: a quo ope saturitas carnis aliena ẽ: nisi forte & ipsam saturãdæ

Rom.11.
1.Timoth.2
Psal.138.
Ubi s
Ezech.14.
Coloss.2.
Matth.15
Dicre.2.
2.Timoth.3.
Coloss.2.
Rom.14.
Psal.32
Rom.8.
Psal.93.
Coloss.2.
1.Cor.9.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

carnis curã: quæ maxime obseruantiã religionis prætẽdentib⁹ ꝓbrosa est: non parce-
1. Thessal. 4. re corpori: dixit scd̃m illud honestatis præceptum qd̃ alibi dicit: ut unusquisq; suũ uas
honorifice possidere nouerit: ut hostiam uiuã & placentẽ deo suum corp⁹ exhibeat:
non in saturitate carnis: quia dissensio corporis animæ sobrietatem necat: & inimica
est castitati. Restat ut aliqd & de euangelicis locis suggeram beatitudini tuæ. Nõ qui- V
dem quanta legenti per ocium occurrere solẽt (Nec em̃ nunc uacabat dispersa per li-
bros quærere: aut in reminiscẽdis memoriã uentilare) sed uel pauca quæ ad boram di
ctationis huius in mentẽ ueniunt scisitabor. De resurrectionis forma non grandẽ: sed
plenam fidei instructiõe epl'am: qua secũdæ cõsultationi meæ: dũ carthagini byema-
rem rescripseras: si habes relictã in scedis: rogo ut mittas: aut certe retexas eã mihi: qd̃
tibi facile est. Nam & si scripta non extat: quia forte breuis epistola ut tumultuaris tibi
inter libros tuos haberi præsta sit: renoua eam mihi in eodem sensu promptã: de the-
sauro cordis tui: & mitte ad me inter alia responsa: quæ reddes mihi ut spero: præstã-
te mihi ac tibi cõmeatum dierũ christo: ut eã quo labor tuus in me fructificet accipiã.
Scd̃m hæc capitula scripturaꝝ: de quibus te qui uides quasi per deum interrogaui: ut
audiam quid in te uel ex te mihi loquatur deus. Hoc aũt rogo lucere mihi facias: quo-
modo uel qua ratione: dñs post resurrectionẽ: uel cũ mulieribus quæ primæ ad sepul-
chrum uenerũt: uel postea illis duobus in uia: deinde discipulis suis & non agnitus sit:
& agnitus. In eodem em̃ corpe resurrexit in quo & passus est. Et quõ non eadem erat
eiusdem corporis forma quæ fuerat: aut si eadem erat: quõ non agnoscebatur ab his
Luc. 24 qui eum nouerãt. Illud uero sacramenti esse credo: q; qui in uia ambulantib⁹ non fue-
rat agnitus: in fractione panis reuelatus est. Idipsum tamen tuo sensu uolo tenere non
Joh. 20 meo. Et qd̃ ad mariã ait: Noli me tangere: nõdum enim ascendi ad patrem: Si comin⁹
stantem non sinebatur attingere: quõ eum tangeret cum ascendisset ad patrem: nisi
forte fidei ꝓfectu & mentis ascẽsu: qua deus homini fit longinqu⁹ aut proximus: & il-
la dubitauerit de christo: quẽ hortulanũ putauerat: Ideo fortassis audire meruit: Noli
me tãgere. Indigna em̃ iudicabat' ut tãgeret manu christũ: quẽ necdũ fide apprehen-
derat: nec itellexerat deum cum hortulanũ putasset: de quo pauloante ab angelis au-
Luc. 24. dierat: Quid quæritis: uiuentem cum mortuis? Noli ergo me tangere: quia tibi nõdũ
ascendi ad patrem: cui adhuc tantũ homo uideor: postea me tanges: cũ ad agnoscen-
dum me credẽdo cõscẽderis. De illis etiã beatissimi Symeonis uerbis: qd sentias edis- X
sere mihi: ut sequar sensum tuũ: quibus cum ad uidendũ ex oraculo dei christũ agen-
te spiritu uenisset in templũ: & acceptũ sinu benedixisset infantẽ dñm: ait ad mariã:
Luc. 2. Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multoꝝ in israel: & in signum cui cõ-
tradicet': & tuã ipsius animam pertrãsibit gladius: ut reuelẽt' multorum cordiũ cogita
tiones: Nunquid de passione mariæ quæ nusq̃ scripta est: hoc propbetasse credendũ
est? An uero de materno ei⁹ affectu: quo postea in tempore passionis assistens cruci:
qua boc erat fixũm: qd̃ ipsa peperat maternoꝝ uiscerũ dolore cõfixa est: & aiam illi⁹
quã eius ſm carnẽ ipsa spectante cõfoderat: crucis rbompbæa penetrabat. Video em̃
Ps. 104. & in psalmis de ioseph ita dictũ eẽ: Humiliauerũt in compedibus pedes eius: ferrũ p-
transijt animã eius: sicut in euangelio dixit Symeon: Et tuam ipsius aiam pertransibit
gladius. Non ait carnem: sed animã: in qua pietatis affectio continet': & doloris acule⁹
quasi gladius opat': cum aut aliqua carnis suæ iniuria afficit' ut ioseph: q non mortis sed
iniuriarum pertulit passiones: in seruũ uenditus: & in reum uinculatus: & carceri dat⁹:
Aut cũ affectionis maternæ tristicia uel dolore cruciat': ut in maria: quã utiq; ad crucẽ
domini in quo tunc sui tm̃ corporis filium cogitabat: materna mens duxerat: ut cũ eũ
uidisset mortuũ: humana infirmitate lugeret: sepeliendũq; colligeret: nibil sibi de ipsi-
us resurrectione præsumẽs: quia subsecuturæ admirationis fidem: in oculis posita pas
sionis pœna cæcabat. Quis eandẽ astantem cruci suæ: dominus non morientis infir-
mitate trepidãs cõsolat⁹ sit: sed ipsã q̃ obibat nolẽs i potestatẽ babẽs mortẽ: plena uir-
tute uiuẽtis: & cõstãtia resurrecturi de cruce admonet dicẽs: de beato apl'o Iohanne:
Joh. 19. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Itẽq; illi ibidẽ cõsistenti: ecce mater tua. Iã scilicet ab hũana fragili-

tate qua erat natus ex fœmina: per crucis mortem demigrans in æternitatem dei: ut esset in gloria dei patris: delegat homini iura pietatis humanæ: & ex discipulis suis adolescentiorem eligit: ut conuenienter assignet uirgini apostolo uirginem matrem. Duo pariter in eadem sententia docens: formam pietatis relinquēs nobis cum est de matre sollicitus: ut quā relinquebat corpore: nō relinqueret cura. Sed nec corpore rectura quem uidebat moriētem: mox erat uisura rediuiuum. Et illud quod ad fidem omnium pertineret: salutiferum pietatis suæ sacramentum: arcana diuini rationc cōsilij sub hac uoce designans: ut & alij matrem delegaret pro matre habendam: & uice sua cōsolendam: atq; illi uicissim nouum filium uice corporis sui traderet: Immo ut ita dixerim gigneret: quo ostēderet eam præter se: qui ex ea uirgine natus esset: nec habuisse filium nec habere: quia nec saluator tantopere curā desolationis habuisset eius
y si illi unicus nō fuisset. Sed redam⁹ ad uerba Symeonis: in quorum clausula intellectū meum caligare fateor: Et tuam inquit animam pertransibit framea uel gladi⁹: ut reuelentur multorum cordium cogitationes. Scd'm litteram hoc mihi penit⁹ obscurū est: quia nec mariam beatissimā usq; legimus occisam: ut de corporali gladio sanctus ille ei futuram passionem ꝓphetasse uideatur. Sed & qd' subiecit: Vt reuelēt multorū cordium cogitationes. Scrutans enim inquit corda & renes de⁹. Et de futuro iudicio apostol⁹ ait: Quia tunc manifestabit de⁹ opta cordium & occulta tenebrarum. Itidē apostolus: spiritaliter exprimens arma cælestia: quibus in interiori nostro debeamus armari: gladium spirit⁹ dicit uerbum dei. De quo ad Hebræos ait: Viuus ē sermo dei & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingens inquit usq; ad diuisionē animæ ac spiritus: & reliqua quæ nosti. Quid ergo mirum si istius uerbi ignita uis & ancipitis gladij penetrabilior acies: & sancti Ioseph olim: & postea beatæ mariæ animam pertrāsiuit? Nā neq; in illius neq; in hutus corpore ferrum transisse cognouimus: atq; ut magis pateat ibi prophetam ferrū ꝓ uerbi gladio posuisse: statim subsequente uersiculo ait: Sermo domini igniuit illū. Sermo enim dei & ignis & gladius est uerbo ipso deo utrūq; dicēte de se: Ignem em̄ inquit ueni mittere in terram: & quid uolo nisi iam accendat? Item alibi dicit: Non ueni pacē mittere sed gladium: Vides eū unā uim doctrinæ suæ diuerso ignis & gladij nomine designasse: Aut quomodo mariæ illata ꝑ gladium passio uel tribulatio perstaret. Itaq; hoc scire cupio: quid ad mariam pertineret: ut reuelarent multorum cordium cogitatiōes: aut ubi apparuit: quia ex eo qd' animā eius: siue carnalis in ferro: siue spiritalis gladi⁹ in uerbo dei pertrāsiuit: exinde multoꝝ cordium cogitationes reuelatæ sunt. Expone ergo hāc maxime de uerbis Symeonis clausulam mihi: quia lucem nō dubito sanctæ animæ tuæ: quæ de interioris oculi puritate meruit illuminationē spiritussancti per quem scrutari & inspicere possit etiam alta dei. Deus misereatur mei per orationes tuas: & illuminet uultum tuū super me: per lucernam uerbi tui: sancte domine beatissime frater in domino christo unanimæ magister meus in fide ueritatis: & susceptor meus in uisceribus charitatis.

Luc⁹.2. Ps̄.7. 1.Cor⁹.4. Ephē.6. Hebē.4. Ps̄.104. Matthē.10.

Sancti Augustini ad Paulinū: quæstiunculis eiusdē in priori epla prælibatis: magna cū modestia & utilitate respondētis. Epla. LIX.

BEatissimo & uenerabiliter desiderabili & desiderabiliter uenerabili sancto sanctoq; charissimo fratri & coepo Paulino. Augustin⁹ in dño salutē. Q; de puentione tā ꝓspera fratris & cōpsbyteri nri Quinti: & qui cū eo nauigauerūt cito nos dominus exhilarauit: nunciantib⁹ litteris sanctitatis tuæ: gratias agēs ei qui recreat afflictos & humiles consolat: & sinceritati cordis tui occasione filij & cōdiaconi nostri Rufini quæ ꝓxima occurrit: nūc rescripta ꝑsoluo: De littore nāq; hipponēsi ꝓfect⁹ est: & approbo misericordiæ cōsiliū qd' tibi dns inspirauit: mihiq; insinuare dignat⁹ es. Ipse & hoc adiuuet: ipse prosperet qui iam curā nostrā ex magna parte leniuit: qa puctus & cōmēdat⁹ ē charissim⁹ hō nō solū bonis operib⁹: sed etiā factis orationib⁹ tuis. Litteræ sanæ uenerationis tuæ ubi multa quæsisti: & quærēda admonuisti: & quærendo docuisti: ad me puenerūt. Sed qs ipse cōtinuo rescripsi ꝑ hoies eorūdem factoꝝ solatioꝝ nroꝝ sicut bis tuis recentioribus cōperi: non sūt redditæ uenerationi tuæ. In qb⁹

quidem quatenus ad interrogata respõderim: recolere nõ ualui: nec eaꝝ exemplum cũ requisissem: ubi hæc oĩa possem recognoscere iueni. Ad nõnulla tñ me respõdisse certus omnino sum: & ideo nõ ad oĩa: quia ut cito finirẽ festinatio platoris urgebat. Simul etiã miserã sicut iusseras: & illius epistolæ exemplũ: quã tuæ charitati apud carthaginem de corporũ resurrectione rescripseram: ubi de usu membrorũ exorta erat quæstio. Nunc ergo & hoc misi: & alteꝝ alterius: quia nec ipsam in manus tuas peruenisse conieci: eo' ꝙ iterũ interrogasti quædam: quæ iã me in ea respõdisse lego & agnosco. Sed ista p quẽ dixerim nescio. Scripta quippe charitatis tuæ qb⁹ ea reddidi: sicut etiam ipsa indicãt: missa sunt mihi ab hippone a nr̃is: cũ essem apud sanctũ fratrem & coepiscopũ nr̃m Bonifaciũ. Nam eoꝝ platorẽ nõ uidi: & cõtinuo rescripta nõ distuli. & Quia ergo sicut tunc scripsi nõ potuerã inspicere codices græcos ꝓpter quædã psal-
Ps. 16 mi. xvi. inspexi: postea quos iueni: Et un⁹ habebat: qd' & latini nr̃i: Dñe perdẽs de terra dispertire eos. Ali⁹ sicut ipse posuisti: A paucis de terra. Et illud qdẽ apertũ habet sensum: Perdẽs de terra quã eis dedisti: dispertire eos in gentib⁹: qd' & factũ eis est: cum graui bello expugnati atq; subuersi sint. Illud aũt alterum quõ accipiendũ sit: non mihi occurrit: nisi qa ĩ cõparatiõe pditæ multitudinis eorũ reliquiæ saluæ factæ sunt utiq; in paucis: a qb⁹ eos dispertiẽdos hoc ẽ diuidẽdos atq; separãdos: scriptura p̃nũciauit dicẽs: Dñe a paucis: id est a reliquijs q̃s ex illa gẽte saluas fecisti: de terra dispertire eos: ut terrã intelligamus ecclesiã hæreditatẽq; fideliũ atq; sanctoꝝ: quæ dicit' terra uiuentium: & quæ etiam illo loco recte intelligi põt: Beati mites qm̃ ipsi hæreditate possi-
Matth. 5. debunt terrã. Cũ aũt dictum esset: A paucis de terra diuide eos: additũ est: in uita eorũ: ut in manifesto futurũ intelligeret' dum hic uiuũt. Separant' em̃ multi ab ecclesia: sed cum moriunt': qui tamẽ cum uiuunt per sacramentorum cõmunionem: unitatisq; catholicæ uidentur ecclesiæ copulati. Isti ergo diuisi sunt a paucis: q diuisi sunt de terra: quã sicut agrum suum excolit pater agricola. Diuisi aũt in uita sua: id est hic in manifesto sicut uidemus. Sequitur aũt: Et de absconditis tuis adimpletus est uenter eorũ: id est præter hoc ꝙ in manifesto diuisi sunt: etiã de absconditis tuis: quæ in occulto reddis retributionẽ malorũ adimpletus est uenter eoꝝ: Vẽtrẽ posuit ꝓ internoꝝ latentiumq; secretis. Qd' uero sequit': Saturati sũt sarcina: alias porcina. Iam qd mihi ex hoc uideret' aperui. Sed qd' alij codices habent: & ueruis habere phibentur: qui diligentiora exemplaria p accẽtus notam eandẽ uerbi græci ambiguitatẽ græco scribẽdi more dissoluũt: obscurius est qdem: sed electiori sentẽtiæ uidetur aptius cõuenire. Quia em̃ dixerat: Et de abscõditis tuis adimpletus est uẽter eoꝝ: quibus uerbis occulta dei iudicia significata sunt. Occulta quippe sũt miseris: q etiã gaudent in malis quos tradidit deus in cõcupiscẽtias cordis eorum: uelut quæreret' unde possint cognosci: qui in
Matth. 7. abscondito ira dei adimpleti sunt: & responderet' qd' in euangelio dictum est: Ex fructibus eorũ cognoscetis eos: cõtinuo subiunctũ est: Saturati sunt filijs: hoc est fructib⁹:
Ps. 7. qd' euidentius dicit' opib⁹ suis: Vnde alibi legit': Parturiuit iniusticiã cõcepit dolore:
Iacobi. 1. & peperit iniqtatem. Et alibi: Dein cõcupiscentia cũ cõceperit parit peccatum. Mali ergo filij mala opera qb⁹ cognoscunt': & q de abscõditis dei iudicijs internis cogitationũ suaꝝ tãq; ĩ uẽtrẽ adimpleti sũt. Bona opa boni filij sũt. Vnde ad spõsã eccl'iam dicit':
Cant. 4. Dentes tui sicut grex detonsaꝝ ascendẽs de lauacro: quæ oẽs geminos creãt: & sterilis non est in illis. In quo gemino fœtu: geminum opus dilectionis agnoscit': dei scilicet
Matth. 22. & proximi. In quibus duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Iste aũt sensus quo ita exponit' qd' scriptum est: Saturati sunt filijs: nõ mihi occurrerat: cum antea scriberem: sed recensui breuissimam quãdam eiusdem psalmi expositionem quã iam olim dictaueram: & hoc satis breuiter a me positum reperi. Inspexi etiã codices græcos: utrum datiuus casus esset ꝙ dictum est filijs an genitiuus: quo illa lingua utitur ꝓ ablatiuo: & iueni genitiuũ. Quod si ad uerbum interpretaretur: scriptũ esset: Saturati sunt filioꝝ: sed recte interpres sententiam secut⁹ est: & latino more dixit: Saturati sunt filijs. Qd' uero sequitur: Et reliquerunt reliquias paruulis suis: Existimo paruulos accipiendos manifestos carnis filios. Vnde etiam fm istam: nõ de porcina: sed de filijs

expositionem: manet illa sententia qua dixerunt: Sanguis huius super nos & super fi/ Matth.27.
lios nostros. Ita em̃ reliquerunt opeꝝ suoꝝ reliquias paruulis suis. In quindecimo aũt
A psalmo: qđ scriptũ est: Mirificauit: uel mirificet omes uoluntates suas inter illos: nihil Ps̃.15.
ꝓhibet intelligi: imo & cõuenientius uidetur non inter illos: sed in illis. Sic em̃ & græ/
ci codices habent. Sæpe autem qđ habet illa lingua in illis: nr̃i interꝑtantur inter illos
ubi uidetur sentẽtiæ conuenire. Accipiam⁹ ergo: Sanctis qui sunt in terra eius: mirifi/ Ubi s̃
cauit omnes uoluntates suas in illis: qđ plærique codices habent. Et intelligamus uolun
tates eius: munera gratiæ: quæ gratis data est: id ẽ: qa uoluit: nõ quia debebat. Vnde Ps̃.5.
est: Scuto bonæ uolũtatis tuæ custodisti nos: Et in uoũltate tua deduxisti me. Et uolũ/ Ps̃.72.
tarie genuit nos uerbo ueritatis: Et pluuiã uoluntariã segregãs de⁹ hæreditati tuæ: Et Jacobi.1.
diuidens ꝓpria unicuiq; ꝓut uult: & alia inumerabilia. Proinde: Mirificauit oẽs uolũ/ Ps̃.67.
tates suas in illis: In quibus nisi in sanctis qui in terra sunt eius? Si enim terra sicut supra 1.Cor.12.
ostendimus potest accipi in bono: & ubi non additum est eius: quãtomagis ubi dicit̃ Ps̃.15.
terra eius? Miras em̃ fecit omnes uolũtates suas in illis. Miras omnino fecit: qa eos ex
desperatione mirabiliter liberauit. Ex hac admiratiõe exclamat apls: O altitudo diuiti/ Ro.11.
arum sapientiæ & scientiæ dei. Supra quippe dixerat: Cõclusit ergo de⁹ omnes in infi Ubi s̃.
delitate ut omniũ misereatur. Nam hoc etiam hic sequit̃: Multiplicatæ sunt infirmita/ Ps̃.15.
tes eoꝝ postea accelerauerũt. Infirmitates posuit ꝓ peccatis: sicut ad Romanos apls Ro.5.
dicit: Si em̃ christus cũ infirmi essemus adhuc iuxta tempus pro impijs mortuus est:
bos dixit infirmos quos impios. Deinde paulopost eandẽ sententiã repetẽs: Cõmen
dat inquit suam charitatẽ deus in nobis: qm̃ cum adhuc peccatores essemus: christ⁹ ꝓ
nobis mortu⁹ ẽ. Quos infirmos supra: eos hic peccatores appellauit. Item in cõsequẽ
tibus hoc idẽ alijs uerbis uersans: Si em̃ cũ inimici essem⁹ inquit recõciliati sum⁹ deo
ꝑ mortem filij eius. Ac ꝓ hoc in eo qđ dictum est: Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ:
intelligũt̃ multiplicata pcta eoꝝ. Lex em̃ subintrauit ut abũdaret delictũ. Sed qm̃ ubi
abundauit delictũ supabundauit gra: Ideo postea accelerauerũt. Non em̃ uenit ille uo Matth.9.
care iustos sed peccatores: quia nõ est opus sanis medic⁹ sed ægrotãtib⁹: quoꝝ scilicet
multiplicatæ sũt infirmitates: ut eis sanãdis esset necessaria tantæ grã medicina: Et cui
dimittũt̃ peccata multa diligeret multũ. Hoc cinis uaccæ & aspersio sãguinis: & cruen
tarũ multiplicatio uictimaꝝ significabat: nõ efficiebat. Ideo deinceps dicit: Nõ congre Ps̃.15.
gabo cõuẽticula eoꝝ de sanguinib⁹: id est illoꝝ sacrificioꝝ quæ imolabãtur in figura
sanguinis christi. Nec memor ero nominũ eorum ꝓ labia mea. Nomina quippe illorũ Ephe.5.
erant in multiplicatiõe infirmitatum: Fornicatores: idolis seruientes: adulteri: molles:
masculorũ concubitores: fures: auari: raptores: ebriosi: maledici: & quicũq; alij regnũ
dei non possidebunt. Sed ubi abũdãte peccato superabundauit gratia: postea acce/
lerauerũt. Hæc qdẽ fuerũt sed abluti sũt: sed sãctificati sũt: sed iustificati sũt in noie dñi
nr̃i Iesu christi: & in spiritu dei nr̃i. Ideo nõ memor erit nominũ illoꝝ ꝓ labia sua. Sane
codices emẽdatiores & electioris auctoritatis: nõ habẽt uoluntates suas: sed uolũtates
meas: qđ tantũdẽ ualet: quia ex ꝑsona filij dei dicit̃. Ipse ꝙppe loquitur: quẽ uerba illa
euidẽter ostẽdũt. Quib⁹ & apli usi sunt: Nõ derelinques aiam meã in inferno: nec da/ Act.2.
bis sãctũ tuum uidere corruptionẽ. Eadẽ sunt utiq; munera grã patris & filij & spũs̃ã/
B cti. Et ideo rectissime & filius eas põt dicere uoluntates suas. Qđ ueroin psalmo. lvíij. Ps̃.58.
de iudæis intelligitur dicente: Ne occideris eos ne quando obliuiscãtur legis tuæ: cõ/
uenienter mihi uidet̃ intelligi ita esse prænunciatũ: eandẽ gentẽ etiã debellatam atq;
subuersam in populi uictoris superstitiones nõ fuisse cessurã: sed in ueteri lege mansurã:
ut apud eam esset testimoniũ scripturarũ toto orbe terraꝝ: unde ecclesia fuerat euo/
canda. Nullo em̃ euidẽtiore documẽto ostendit̃ gentib⁹: qđ saluberrime aduertit̃: nõ
inopinatũ & repentinũ aliqd institutũ spiritu præsũptionis humanæ: ut christinomen
in spe salutis æternæ: tanta auctoritate præpolleat: sed olim fuisse prophetatũ atq; cõ/
scriptũ. Nam ipsa ꝓphetia qđ aliud nisi a nr̃is putaret̃ esse cõficta: si nõ de inimicorum
codicibus probaretur? Ideo ne occideris eos: ne ipsius gentis nomẽ extinxeris: ne qñ
obliuiscantur legis tuæ. Qđ utiq; fieret si ritus & sacra gentiũ colere compulsi penitus

qualecũq; nomen religionis ſuæ minime retinerent. Qđ in eorũ figura etiam de Cain
Gen.4. ſcriptum eſt: ꝙ conſtituit in eo dominus ſignum: ne quis occideret eum. Deniq; cum
Ps.58. dixiſſet: Ne occideris eos ne quãdo obliuiſcãt legis tuæ: uelut quæreretur: qd de illis eſſet faciendũ: ut in aliquos uſus teſtimonij ueritatis nõ occidant: id eſt nõ cõſumant neq; obliuiſcant legis dei: cõtinuo ſubiũxit: Diſperge illos in uirtute tua. Si em̃ in uno loco eſſent terraꝝ: non adiuuarẽt teſtimonio prædicationẽ euangelii: quæ fructificat toto orbe terrarũ: Ideo diſperge illos in uirtute tua: ut ei⁹ ipſius cuius fuerunt negatores: pſecutores: interfectores: ubiq; ſint teſtes per ipſã legẽ quã nõ obliuiſcunt: in qua eſt ille ꝓphetatus quẽ non ſequũtur. Neq; em̃ eis aliquid ꝑdeſt ꝙ eã non obliuiſcunt. Aliud ẽ em̃ legem dei hr̃e in memoria: aliud in itellectu & effectu. In.lx.aũt &.vij.pſal. C
Ps.67. mo: qđ quæris quid ſit: Verũtamẽ de⁹ cõquaſſabit capita inimicoꝝ ſuorum: uerticem capilli perambulantiũ in delictis ſuis: non mihi uidetur aliud dictum: q̃ deus cõquaſſabit capita inimicoꝝ ſuoꝝ: nimiũ ſuperbientiũ: nimiũ ſe extollentiũ in delictis ſuis. Per byperbolẽ quippe ſignificauit ſupbiam: tãtum ſe extollentẽ: & tanta elatione incedẽtem: quaſi capilli uerticem perambulando calcaret. Item in eodem pſalmo: qđ ſcriptũ
Ubi ũ eſt: Lingua canum tuoꝝ ex inimicis ab ipſo: non ſemp in malo accipiendi ſunt canes:
Eſa.56. Alioquin nõ reprehenderent apud ꝓphetam canes: neſciẽtes latrare: & amantes dormitare. Profecto em̃ laudabiles canes eſſent: ſi & latrare ſcirent: & uigilare amarẽt. Et certe illi trecenti in numero per crucis litterã ſacratiſſimo nõ eligerẽtur ad uictoriam
Judic.7. faciendã: qui tanq̃ canes lamberent aquã: niſi aliquid magnũ ſignificarent. Vigilãt em̃ & latrant boni canes: & ꝑ domo & ꝑ dño & ꝑ grege & ꝑ paſtore. Deniq; & hic in eccleſiæ laudibus: cũ ꝓphetia exereret: lingua canum eſt cõmemorata nõ dẽtes: Tuorum aũt canũ dixit ex inimicis: id eſt ut qui erant inimici tui ſierẽt canes tui: & latrarẽt ꝑ te qui ſæuiebãt in te. Addidit autẽ: Ab ipſo: ut non a ſeipſis hoc factũ itelligerẽt: ſed
Eph.4. ab ipſo: id eſt miſericordia ei⁹ & gratia. De ꝓphetis qđ ait apl̃us: Quoſdã quidẽ dedit D
de⁹ in eccl̃ia apl̃os: quoſdã aũt ꝓphetas: hoc ita itelligo qđ ipſe ſcripſiſti: ꝓphetas eos dictos iſto loco ex qbus Agabus erat: non illos q uenturũ in carne dn̄m ꝓphetauerũt. Euangeliſtas uero iuenim⁹ quos apl̃os fuiſſe nõ legim⁹: Sicut fuerũt Lucas & Marc⁹. Paſtores aũt & doctores quos maxime ut diſcernerẽ uoluiſti: eoſdem puto eſſe ſicut & tibi uiſum ẽ: ut nõ alios paſtores: alios doctores itelligam⁹: ſed ideo cũ prædixiſſet: paſtores: ſubiũxiſſe doctores: ut intelligerẽt paſtores ad officiũ ſuũ ꝓtinere doctrinã. Ideo em̃ non ait: Quoſdã aũt paſtores quoſdã uero doctores: ſed cum ſupiora ipſo locutionis genere diſtingueret dicẽdo: quoſdã aũt apl̃os: quoſdã aũt ꝓphetas: quoſdã uero euãgeliſtas: hoc tanq̃ unũ aliquid duob⁹ nominib⁹ amplexus eſt: quoſdã aũt paſtores & doctores. Illa plane difficilime diſcernũt: ubi ad Timotheũ ſcribens ait: Ob- E
1.Timoth.2. ſecro itaq; primũ oium fieri obſecrationes: oratiões: iterpellatiões: gratiarũactiones. Scđm græcũ em̃ eloquiũ diſcernẽda ſunt. Nã noſtri interpretes uix reperiunt: qui ea diligẽter & ſciẽter trãſferre curauerint. Ecce em̃ ſicut ea ipſe poſuiſti: Obſecro fieri obſecrationes: nõ eodẽ uerbo utrũq; dixit apl̃s: q utiq; græcæ illã ſcripſit epl̃am: ſed ꝑ eo qđ i latino ẽ obſecro: ille græce dixit παράκαλεώ. Pro eo uero qđ latin⁹ ueſter habet obſecratões: ille poſuit Δέησις. Proinde alij codices i qb⁹ & nr̃i ſũt: ñ habẽt obſecrationes: ſed deꝑcationes. Tria porro quæ ſequũt: orationes: iterpellatiões: gratiarũactiones: plæriq; latini codices ſic habẽt. Vnde ſi uelim⁹ ꝼm latinæ linguæ ꝓprietates iſta diſcernere: more loquẽdi nr̃am ut̃l q̃lẽcũq; ſciẽtiã fortaſſe tenebim⁹. Sed mirũ ſi ſententiã græci ꝼmonis uel conſuetudinis obtinebimus: p̃cationẽ & deprecationẽ: multi nr̃i hoc idẽ putãt: & hoc quotidiano uſu iã oino præualuit. Qui aũt diſtincti⁹ latine locuti ſũt: p̃cationib⁹ utebant in optandis bonis: deꝑcationib⁹ uero in deuitãdis malis. Precari em̃ dicebãt eſſe p̃cãdo & bona optare. Imꝑcari mala: qđ uulgo iã dicit maledicere. Deꝑcari aũt mala p̃cando depellere. Sed uſitatũ iam loquẽdi modum poti⁹ ſequamur: & ſiue p̃cationes ſiue deꝑcatiões iuenerim⁹: qđ græci Δέησις uocãt: nõ putem⁹ emendandũ eſſe. Orationes uero: q̃s græcus habet πρόσευχάς: diſtinguere a p̃cib⁹ uel p̃cationibus oino difficile eſt. Quod uero quidam codices non habent orationes

sed adoratiões: qa nõ dictũ ẽ in græco εὐχάς: sed προσεύχας: nõ arbitror scient in/
terptatũ. προσεύχας em oões dici a græcis notissimũ ẽ. Et utiq; aliud ẽ orare: aliud ẽ
adorare. Deniq; nõ isto uerbo: sed alio legit in græco: Dominũ deũ tuũ adorabis: Et ad Matth. 4. Lu. 5.
orabo ad templum sanctum tuũ: & siqua similia. Pro interpellationib⁹ aũt quod nostri
habent: fm codices credo uestros postulatiões posuisti. Hæc interim duo: id ẽ qđ alij
postulatiões: alij interpellatiões interpretati sunt: unũ uerbum transfere uoluerũt qđ
græc⁹ habet ἐντεύξεις: Et profecto aduertis: Sed nosti aliud esse interpellare: aliud po
stulare. Non em solem⁹ dicere: postulant interpellaturi: sed interpellant postulaturi:
Verũtamẽ ex uicinitate uerbum usurpatũ: cui propinquitas ipsa impetrat intellectũ:
nõ est uelut censoria notatione culpandũ. Nam & de ipso domino Iesu christo dictũ
est: q interpellat pro nobis. Nunquid non interpellat & nõ etiam postulat? Immo ue/ Ro. 8.
ro quia postulat: pro eo positũ est: interpellat. Euidẽter quippe alibi de eo dicit: Et si qs 1. Joh. 2.
peccauerit aduocatũ habem⁹ ad patrem Iesum christum iustum: ipse est exoratio pro
peccatis nostris. Quãquam fortassis codices apud uos etiam in eo loco de domino Ie
su christo nõ habẽt interpellat pro nobis: sed postulat pro nobis. In græco em quo uer
bo hic positæ sunt interpellatiões: quas ipse posuisti postulatiões: ipsum & illic uerbũ
F est ubi scriptum est: interpellat pro nobis. Cum igit & qui precat: & q orat precetur:
& qui interpellat deum: ad hoc interpellet ut oret & precet: quid sibi uult q ista ita po
suit apostolus: ut non sit eor negligenda distinctio? Excepto itaq; noie generali: & sal/
ua loquendi cõsuetudine: fm quam siue dicas precationem: siue orationem: siue inter
pellationem: uel postulationem: una eadẽq; res intelligit. Aliqua etiam singulor istor
proprietas inquirenda est: sed ad eã liquido peruenire difficile est. Multa quippe hinc
dici possunt quæ improbãda nõ sint: sed eligo in his uerbis hoc intelligere: qđ omis uel
pene omis frequentat ecclesia: ut precationes accipiam⁹ dictas quas facim⁹ in celebra/
tiõe sacramẽtor ante q illud qđ est in dñi mensa incipiat benedici: oratiões cum benc/
dicit & sanctificat: & ad distribuendũ cõminuitur: quã totã petitionẽ fere omis eccle/
sia dñica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam uerbi græci origo nos adiu/
uat. Nam eam quã dicunt εὐχήν: raro ita scriptura ponit ut intelligat oratio: sed plæ/
rumq; & multo usitatius uotũ appellat εὐχήν. προσεύχην uero: qđ uerbum ita posi
tum est unde tractam⁹: semper orationẽ uocat. Vnde hanc uerbi originem sicut supe/
rius dixi: nõnulli min⁹ erudite intuẽtes: προσεύχην nõ orationem sed adorationem
dicere uoluerũt: quæ potius προσεύμεσιον dicit. Sed quia oratio interdũ dicit: uocat
εὐχήν: adoratio putata ẽ: προσεύχην. Porro si usitati⁹ ut dixi in scripturis uotũ appel/
latur εὐχή: excepto noie generali oratiõis: ea proprie intelligenda est oratio quã faci
mus ad uotũ: id est προσεύχην. Vouentur aũt oia quæ offerunt deo: maxime sancti
altaris oblatio: quo sacramẽto prædicat nostrũ aliud uotum maximũ: quo nos uouim⁹
in christo esse mansuros: utiq; in compage corporis christi: Cui⁹ rei sacramentũ est: q 1. Cor. 10.
unus panis unũ corpus multi sum⁹. Ideo in hui⁹ sanctificatiõe & distributiõis præpara/
tione: existimo apl'm iussisse proprie fieri προσεύχας: id ẽ oões: uelut nõnulli min⁹
perite interpretati sunt adoratiões: hoc est em ad uotũ: qđ usitati⁹ in scripturis nuncu/
patur εὐχή. Interpellatiões aũt siue ut uestri codices habent postulatiões fiunt cũ po/
pul⁹ benedicit: Tunc em antistites uelut aduocati: susceptos suos per man⁹ impositio/
nem misericordissimæ offerũt potestati. Quib⁹ peractis & participato tãto sacramẽto:
gratiarũactio cuncta concludit: quã in his etiam uerbis ultimam commendauit apl'us.
Hæc aũt causa præcipua fuit ista dicendi: ut his breuiter perstrictis atq; significatis nõ 1. Timoth. 2.
putaret negligendũ esse quod sequit: Pro omibus hominibus: pro regib⁹ & his qui in
sublimitate sunt: ut quietam & tranquillam uitam agam⁹ in omi pietate & charitate: ne
quisq; sicut se habet humanæ cogitatiõis infirmitas: existimaret nõ esse ista faciẽda pro
his a quibus persecutionem patiebatur ecclesia: cum membra christi ex omi essent ho
minũ genere colligenda. Vnde adiungit & dicit: Hoc enim bonum & acceptum ẽ co Ubi s
ram saluatore nostro deo: qui omes homines uult saluos fieri: & in agnitionem uerita/
tis uenire. Et ne quisquam diceret posse esse salutis uiam in bona conuersatiõe: & uni⁹

1.Timoth.2. dei omnipotētis cultu: siue participatiōe corporis & sāguinis christi: Vnus em̄ deꝰ in/
quit: & unꝰ mediator dei & hoim: homo christus Iesus: ut illud qđ dixerat: Oēs homi/
nes uult saluos fieri: nullo alio mō intelligatur præstari nisi per mediatorē: nō deū qđ
Ioh.1. semper uerbū erat: sed hominē Christum Iesum: cum uerbū caro factum est & habita
Ro.11. uit in nobis. Vnde nec illud moueat te: qđ de iudæis idē apostolus ait: Scđm euāgeliū G
quidē inimici ꝓpter uos: ſm electionē aūt dilecti ꝓpter patres. Altitudo quippe illa di
uitiarū sapiētiæ & scientiæ dei: & illa inscrutabilia iudicia eius: & inuestigabiles uiæ eiꝰ
hinc fidelibꝰ cordibus magnā ingerunt admirationē: q de illius sapiētia ptingēte a fi/
ne usq; ad finē fortiter & oīa suauiter disponēte nō dubitant: quid sit qđ ei placet: ut
nascanť: crescant ac multiplicētur: bi quos & si malos ipe non fecit: tamē malos futu/
ros esse præsciuit. Nimis em̄ cōsiliū eius in abdito est: quo etiā malis bene utitur ad ꝓ
fectū bonorū: etiam in hoc mirificans omnipotentiā bonitatis suæ: quia sicut illorū ne/
quiciæ est male uti bonis operibus eius: sic illius sapiētiæ ē bene uti malis operibꝰ eoꝝ.
Ubi.s. Hanc igiť altitudinē sacramēti sic cōmēdat apostolus: Nolo uos ignorare fratres hoc
sacramentū: ut non sitis uobis sapientes: quia cæcitas ex parte in israel facta est: donec
plenitudo gētium intraret: & sic omnis israel saluus fieret. Ex parte dixit: quia nō om/
nes excæcati sunt. Erant enim ex illis qui christum cognouerūt. Plenitudo autē gen/
tiū in his intrat: q ſm propositū uocati sunt: & sic ois israľ saluꝰ fiet: qa & ex iudæis & ex
gētibus qui scđm propositū uocati sunt: ipsi uerꝰ sūt israel. De quo dicit idē apls: Et su/
per israel dei. Illos aūt dicit israľ ſm carnē: Videte inqt israľ ſm carnē. Deinde interponit
Esa.59. testimoniū propbetæ: Veniet ex syon q eripiat & auertat impietatē ab Iacob: & boc
illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum: non utiq; omnium iudæorum
sed electoꝝ. Hinc adiūgit ea quæ inquirenda posuisti: Scđm euangeliū quidem inimi
ci propter uos. Precium quidem redemptiōis nostræ sanguis est christi: qui utiq; nō H
nisi ab inimicis potuit occidi. Hic est ille usus maloꝝ in prouectum bonoꝝ. Quod ue/
ro adiungit: Scđm electionē aūt dilecti propter patres: hinc ostēdit nō illos inimicos:
sed electos esse dilectos. Sed scripturæ mos est ita loq de parte tanq̄ de toto: Sicut co
rinthios in primis epistolæ suæ partibꝰ: ita laudat tanq̄ oēs tales sint: cum essent lau/
dabiles quidam eoꝝ: & postea in nōnullis epistolæ ipsius locis: ita reprehendit tanq̄
oēs culpabiles essent propter quosdā qui tales erant. Istam diuinarū scripturaꝝ cō/
suetudinē per oīe corpus litteraꝝ euis creberrime sparsam: quisqs diligenter aduer/
terit: multa dissoluit quæ inter se uidēť esse cōtraria. Inimicos ergo alios dicit: alios di
lectos: Sed qui in uno populo erant uelut eosdēipsos dicere uidetur: q̄q̄ & ex ipis ini/
micis qui crucifixerūt dominū plæriq; conuersi sunt & apparuerūt electi. Tunc electi
qñ conuersi quantū ad salutis initiū: quantū uero ad dei præscientiā nō tūc electi: sed
Eph.1. ante cōstitutionē mūdi: sicut idem dicit apostolus: ꝙ elegerit nos ante mūdi constitu/
tionem. Duobus itaq; modis: ipsi inimici qui dilecti: siue quia in uno populo utriq; fue
rant: siue quia ex inimicis sæuientibus usq; ad sanguinē christi: quidam eoꝝ dilecti fa/
cti erant scđm electionē quæ latebat in præscietia dei. Ad boc em̄ addidit: propter pa/
tres: quia id quod patribus promissum est oportebat impleri: sicut circa finem episto/
Ro.15. læ ad Romanos ait: Dico em̄ christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueri/
tatem dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia
glorificare deū. Scđm istam misericordiā dictum est: Inimici propter uos: quod & su/
pra dixerat: illorum delicto salus gentibꝰ. Cum aūt dixisset: Scđm electionem propter
Ro.11. patres: addidit: Sine pœnitētia enim sunt dona & uocatio dei. Vides certe illos signifi
cari: qui pertinent ad numerū prædestinatorum: De quibus alio loco dicit: Scimꝰ quia
Ro.8. diligentibꝰ deū oīa cooperanť in bonum: bis qui scđm propositū uocati sunt sancti.
Matth.22. Multi em̄ sunt uocati: pauci uero electi. Qui uero electi: ipsi sunt scđm propositum uo
cati: in quibus dei proculdubio præscientia falli non potest. Hos præsciuit & prædesti
nauit cōformes imaginis filij sui: ut sit ipse primogentus in multis fratribus: Quos aūt
prædestinauit: illos & uocauit. Hæc uocatio est scđm propositū: bæc est sine pœnitē/
tia. Quos aūt uocauit: illos & iustificauit: Quos autem iustificauit: illos & glorificauit:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si deus pro nobis: quis contra nos? Non sunt in ista uocatione qui in fide quæ per di-
lectionem operatur: etiam si aliquātulū ambulant non perseuerant usq; in finē: & utiq;
potuerunt rapi: ne malicia mutaret intellectum eorum: si ad illam prædestinationem Sap. 4.
& uocationem quæ scd'm propositū & sine pœnitētia est: pertinerēt. At ne quisq; præ
sumptor ita de occultis iudicet alienis ut dicat: ideo non rapti sunt ex hac uita anteq;
essent fidei desertores: quia in eadē uita non fideliter ambulabāt: & hoc in eoꝝ cordi-
bus nouerat dominus: q̄us hominib⁹ aliter appareret: qd dictu⁹ est de infantulis par-
uulis qui plæriq; accepto in illa ætate christianæ gratiæ sacramēto: cum sine dubio per
tinerent ad uitam æternam regnūq; cæloꝝ si cōtinuo ex hac uita emigrarent: sinunt
crescere: & nōnulli etiam apostatæ fiunt: unde nisi quia nō pertinent ad illam præde-
stinationē & scd'm propositū: ac sine pœnitentia uocationē? Cur aūt ad eam alij perti-
neant alij nō pertineāt: occulta causa esse potest iniusta nō potest. Nunquid em̄ iniq-
tas apud deū? Absit. Nam & hoc ad illā pertinet altitudinē iudicioꝝ: quā mirans tanq̄
expauit apostolus. Ideo quippe illa iudicia uocat: ne quisq̄ talia fieri putet: siue iniqui-
tate: siue temeritate facientis: siue casu & fortuito labentibus ullis partibus iam dispo-
l sitoꝝ sub tanta sapientia dei sæculorū. In epistola porro ad Colossenses qd' scriptū est:
Nemo uos seducat uolēs in hūilitate: & cætera quæ sequūt': quousq; tibi obscura esse Col. 2.
dixisti: nec ego adhuc sine caligine intelligo: atq; utinam præsēs de me ista quæsisses.
In eo quippe sensu: quē mihi in his uerbis habere uideor: adhibēda est quædā pronū-
ciatio in uultu & modo uocis: qui exprimi litteris non potest: ut ex aliqua parte ape-
riatur: quod ideo fit obscurius: quia non recte sicut existimo pronunciatur. Quod
em̄ scriptum est: Ne tetigeritis: ne gustaueritis: ne attaminaueritis: tanquam præce-
ptum putatur apostoli: nescio quid tangere: gustare: attaminare prohibentis. Contra
est aūt: si tn̄ in tanta obscuritate ista non fallor. Per irrisionē quippe uerba posuit eoꝝ:
a quib⁹ eos nolebat decipi atq; seduci: qui discernentes cibos scd'm culturam angeloꝝ
atq; ita de hoc mūdo decernētes dicūt: Ne tetigeritz: ne gustaueritis: ne attaminaueri
tis: cum sint omnia munda mundis: & omnis creatura dei bona sit: Quod in alio loco
ipse euidenter commēdat. Totam ergo ipsius sententiæ circūstantiam uideamus. Ita
enim apostoli intentione perspecta: sensum eius quantum ualemus fortasse tenebim⁹.
k Quibus enim ita scribit: metuebat eos seduci umbris rerum dulci nomine scientiæ: &
auerti a luce ueritatis: quæ est in christo Iesu domino nostro. Hāc autem sub nomine
sapientiæ uel scientiæ curam uanarum superfluarum ue obseruationum: & de super-
stitiōe gentilitatis: maximeq; ab eis qui philosophi sunt nuncupati: & a iudaismo cauē
da esse cernebat: ubi erant umbræ futurorum remouendæ: quoniam lumen earum
iam christus aduenerat. Cum ergo commemorasset & commendasset quātum cer- Col. 2.
tamen pro eis haberet: & pro his qui Laodiciæ fuerant: & quicūq; non uiderant faciē
eius in carne: ut cordibus consolarētur copulati in charitate: & in omnibus diuitijs ple
nitudinis intellectus: ad cognoscendum mysterium dei quod est christus: in quo sunt
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscōditi: Hoc dico inquit ut nemo uos circum
ueniat in ueriſimili sermone: quia ueritatis amore ducebant': ueriſimiltudinem illis ti-
muit ne deciperentur. & ideo commendauit in christo: qd' dulcissimum habebāt the-
saurū: scilicet sapientiæ & scientiæ: cuius nomine & promissione induci poterāt in er-
rorem. Nam & si corpore inquit absens sum: spiritu uobiscū sum: gaudēs & uidens ue-
stram ordinationē: & id quod deest fidei uestræ in christo. Ideo illis timebat: quoniā
quid eis adhuc deesset uidebat. Sicut ergo accepistis inquit Iesum christum dominum
nostrum: in ipso ambulate radificati & superædificati in ipso: & cōfirmati in fide sicut
& didicistis: abundantes in ea gratiūactione: uult eos fide nutriri: ut capaces fiant par-
ticipandorum thesaurorum sapientiæ & scientiæ qui sunt abscōditi in christo: ne an-
tequam sint ad hæc idonei: ueriſimili sermone capiantur & a ueritatis itinere deuient.
Deinde apertius quid eis timeat ostendēs: Videte inquit ne quis uos decipiat per phi
losophiā & inanē seductionē fm traditionē hoim fm elemēta mūdi: & non scd'm chri-
stum: quia in ipso inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Ideo corporaliter

dixit:quia illi umbraliter seducebant:translato uerbo usus:sicut etiam umbræ nomen in his rebus nō est utiq; uerbū proprium:sed quadam similitudinis ratione translatū.
Col.2. Et estis in illo inquit repleti: qui est caput omnis principat⁹ & potestatis. Per principatus enim & potestates superstitio gentilium uel philosophi seducebant: prædicantes illam quam uocant theologiam per elementa huius mūdi. Caput autem omniū chri-
Joh.8. stum: principiū omniū uoluit intelligi: sicut ipse ait cū ei dictum esset: Tu quis es? Re-
Joh.1. spōdit: Principium qui & loquor uobis. Omnia enim per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Mirabiliter autem uult eos esse boŋ uelut mirabiliū cōtemptores: cū eos ostēdit corpus factos illius capitis: dicēdo: Et estis in illo repleti: qui est caput om-
Col.2. nis principatus & potestatis. Hinc iam ne umbris iudaismi seducantur adiūgit: In quo etiam circumcisi estis: circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: Vel sicut aliqui habent: In expoliatione corporis peccatorum carnis circumcisionis christi: consepulti ei in baptismum: in quo & consurrexistis per fidem operatiōis dei: qui suscitauit illum a mortuis. Vide quēadmodum & hic corp⁹ christi eos ostendit: ut ista contemnant: cohærentes tāto capiti suo: mediatori dei & hominū christo Iesu: & nullum falsum uel inualidum medium per quod deo cohæreant requirētes. Et uos inquit cum essetis mortui in delictis & præputio carnis uestræ: Præputiū uocauit quod significatur præputio: hoc est delicta carnalia quibus expoliādi sumus: Viuificauit inquit cum illo donās uobis omnia delicta: delens quod aduersus nos erat chirographū in decretis: qđ erat contrariū nobis: quia reos lex faciebat: quæ subintrauerat ut abundaret delictum. Tollens inquit illud de medio & affigens illud cruci: exuens se carnem principat⁹ & ptātes exemplauit: fiducialiter triūphās eos in semetipso: nō utiq; bonos sed malos principat⁹ & malas potestates: diabolicas scilicet & dæmoniacas exēplauit: id est exemplum de illis dedit: ut quemadmodum ipse se exuit carne: sic suos ostenderet exuendos carnalibus uitijs: per quæ illi eis dominabant. Iam hic diligenter attende quemadmodū inferat propter quod cuncta ista cōmemorauim⁹. Nemo ergo uos
Joh.8. inquit iudicet in cibo: tanq̄ propterea omnia illa dixerit: quia isti per huiusmodi observationes seducebantur a ueritate qua liberi fiebāt. De qua dictum est in euangelio: Et ueritas liberabit uos: id ē liberos faciet. Nemo ergo uos inqt iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniæ aut sabbatoŋ: qđ est umbra futurorū: hoc propter iudaismū. Deinde sequitur propter superstitiones gentiliū: Corpus autem christi inqt: nemo uos cōuincat. Turpe est inquit & nimis incongruū: & a generositate uestræ libertatis alienum: ut cum sitis corpus christi: seducamini umbris: & cōuincī uideamini ueluti peccantes: si hæc obseruare negligitis. Corpus ergo christi: nemo uos cōuincat uolens in humilitate cordis. Hoc si per uerbū græcū diceretur: & in latina cōsuetudine populari: sonaret usitatius. Sic em̄ & uulgo dicit: Qui diuitē affectat θελώ diues: & qui sapientem θέλω sapiens: & cætera huiusmodi. Ergo & hic θελώ humilis: quod plenius dicitur θέλω humilis: id est uolens humilis: affectans humilitatem: quod intelligitur: uolēs uideri humilis: affectans humilitatem. Hoc em̄ in talib⁹ observationibus agitur: ut cor hominis uelut religione humile reddatur. Addidit aūt & cultura angeloŋ: ul' sicut uestri codices habēt: religionē angeloŋ: quæ græce θρησκεία dicitur: angelos uolens intelligi principatus: quos elementoŋ mundi huius præpositos: in his obseruationibus colendos esse arbitrant. Nemo ergo uos inquit conuincat cum sitis corpus christi: uolens uideri humilis corde in cultura angelorum: quæ nō uidit inculcans: Vel sicut quidam codices habent: Quæ uidit inculcans. Aut enim sic dicere uoluit: Quæ nō uidit inculcans: quia homines ista suspitionibus & opinionibus agunt: non q̄ uiderint ista esse facienda. Aut certe quæ uidit inculcās: ideo magna existimans: qa uidit ea quibusdā locis obseruari alibi ab hominibus quoŋ auctoritati haberet fidem etiam ratione non reddita: & ideo sibi magnus uidetur: quia ei contigit quorundā sacroŋ uidere secreta. Sed plenior sensus est: quæ non uidit inculcans: frustra: inflatus mente carnis suæ. Mirabiliter ibi eum dixit inflatum mēte carnis suæ: ubi θέλω humilem supradixerat. Fit em̄ miris modis in anima hominis ut de falsa humili-

tate magis inflet̃ur: q̃ si apertius superbiret. Et nō tenens inquit caput: quod uult chri- Col. 2.
stū intelligi: ex quo omne corpus compactum: & connexum subministratum & copu
M latū crescit in incrementū dei. Si ergo mortui estis cum christo ab elementis hui⁹ mū-
di: qd adhuc uelut uiuētes de hoc mūdo decernitis? His dictis inserit uerba eoꝝ qui
decernūt de hoc mūdo per has obseruatiōes quasi rationabiles affectata uanitate hu-
militatis inflati: Ne tetigeritis: ne gustaueritis: ne attaminaueritis. Recolam⁹ quod di-
ctum est superius: ut hoc intelligamus. Non uult enim eos in his obseruationib⁹ iudi-
cari ubi dicit̃: Ne tetigeritis: ne gustaueritis: ne attaminaueritis: quæ sunt oīa inqt in Ubi s.
corruptionem per abusionem. Oīa hæc inquit magis ad corruptionem ualent: cum
superstitiose ab his abstinetur: ut eis homo abutatur: id est non eis utatur scd̃m præ-
cepta & doctrinas hominū. Hoc planū est: sed quod sequitur multum requiris: Quæ
sunt quidē rationem habentia sapientiæ in obseruatione & humilitate cordis & uexa
tione corporis: Vel sicut alij interpretati sunt: Ad non parcendū corpori: non in bono
re aliquo ad saturitatē carnis. Cur inqs hæc dicit rationē habere sapiæ: quæ ita repre-
hēdit? Dicā q̃ & i scripturis potes aduertere: sæpe sapiam positā etiā in sedib⁹ mūdi bu
ius: quā dicit expressi⁹ sapiam hui⁹ mūdi. Nec moueat q̃ h̄ nō addidit: mūdi. Nō em̃ & 1. Cor. 1.
alio loco: cū ait: Vbi sapiēs: ubi scriba addidit hui⁹ mūdi: ut diceret ubi sapiēs hui⁹ mū-
di: & tamen hoc intelligitur. Sic & ista ratio sapientiæ. Nihil enim ab eis dicitur in hu-
iusmodi superstitiosis obseruationibus: ubi non mundi huius elementa naturarūq; re-
rum: ratio quædam sapientiæ reddi uideat̃. Nam & cum dicit: Cauete ne quis uos de-
cipiat per philosophiam: non ait: hui⁹ mūdi. Et quid est philosophia latine nisi studiū
sapientiæ? Sunt ergo inquit ista rationem quidem habentia sapientiæ: id est de quib⁹
aliqua ratio reddatur: scd̃m elementa mūdi huius: & principatus ac potestates in ob-
seruatione & humilitate cordis. Id enim agunt ista: ut superstitionis uitio cor humiliet̃
ad non parcendum corpori: dum fraudatur istis escis: quibus compellitur abstinere:
non in bonore aliquo ad saturitatem carnis: non q̃ honoratius illo magis q̃ illo cibo
caro saturaretur: cum ad eius necessitatem non pertineat: nisi a quolibet ualitudi-
N niapto alimento refici atq; fulciri. De euangelio inquisitio tua solet multos mouere:
quomodo dominus post resurrectionem: cū in eodem corpore surrexerit: a quibusdā
q̃ eū nouerāt: utriusq; sex⁹ hominibus & agnitis nō sit & agnit⁹ sit. Vbi primū quæri so
let: utrū in eius corpore: an potius in illoꝝ oculis aliqd factum sit: quo nō posset agno-
sci? Cum enim legitur: Tenebant̃ oculi eorum ne agnoscerent eum: impedimētum Luc. 24.
quoddam agnoscendi uidetur in luminibus factum esse cernentium. Cum uero aper- Marci. 16.
te alibi dicit̃: Apparuit eis in alia effigie: utiq; in ipso corpore cui⁹ alia erat effigies: ali-
quid factum fuisse quo impedimēto tenerentur: id est moram agnoscendi paterentur
oculi illorum. Sed ego miror cum duo sint in corpore: quib⁹ cuiusq; species agnoscat̃:
liniamenta & color: Cur ante resurrectionē: q̃ in monte ita transfiguratus est ut fieret
uultus eius splendidus sicut sol: neminem mouet eum usq; ad tantam excellētiam ful
goris & lucis colorem sui corporis mutare potuisse: & post resurrectionem mouet ali-
quatenus: liniamenta mutata esse ut non posset agnosci. Et rursum eadem potētiæ fa-
cultate: sicut tunc pristinum colorem: sic & post resurrectionem pristina liniamenta re
uocasse. Nam & illi tres discipuli ante quorum oculos in monte transfigurat⁹ est non
eum agnoscerent si ad eos talis aliunde uenisset: sed quia cum illo erant ipsū esse cer-
tissime retinebant: At enim corpus ipsum erat in quo resurrexit: quid hoc ad rem? Nā
illud utiq; ipsum corpus erat: in quo in monte transfiguratus est: & ipsum erat iuuenis
in quo natus est: & tamen si quis eum repente iuuenem uidisset: qui non nisi infantulū
nosset non utiq; agnosceret: An uero ad liniamenta mutanda non potest celeriter dei
potestas: quod potest per annorum moras hominis ætas? Quod autem mariæ dixit: Joh. 20.
Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem: nihil aliud noueris me intellexisse
q̃ tu. Ita enim significare uoluit tactū̃ specialem: id est accessum fidei se requirere: qua
creditur eum excelsum esse cum patre: Et q̃ ab illis duobus in fractione panis est
agnitus: sacramentum esse quo nos in agnitionem suam congregat: nullus debet am-

Luc.2. bigere. De uerbis Symeonis: ubi ait uirgini matri domini: Et tuam ipsius animam per
transibit framea: In alia epistola cui⁹ exemplū etiam modo misi: dixi qd mihi uideat:
qd etiam tibi inter cætera uisum est. Et quod adiūxit: Vt denudentur multoꝝ cordiū
cogitatiōes: hoc intelligendū puto: quia per domini passionem: & insidiæ iudæorū: &
discipulorum infirmitas patuit. Tribulationem igit: gladij nomine significatā esse cre
dibile est: quo materna anima uulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore per, O
Ps.58. secutoꝝ: de quibus in psalmo dicit: Et gladius in ore eorum. Ipsi enim erant filij homi/
Ps.56. num: quorum dentes arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus. Nam & ferrum
quod pertransijt animā Ioseph: pro dura tribulatione positū ferrū mihi uidet. Aper/
Ps.104. te quippe dicit: Ferrū pertransijt animam eius donec ueniret uerbum ei⁹: id est tam/
diu fuit in dura tribulatione donec fieret qd prædixit. Hinc em̄ magn⁹ est habitus: &
ab illa tribulatione liberat⁹. Sed ne humanæ sapientiæ tribueret qd uenit uerbū eius:
id est factū est quod prædixit: more suo scriptura sancta deo inde dat gloriam: Et con/
tinuo subiūgit: Eloquiū dñi igniuit eū. Vt potui nō defui interrogatiōib⁹ tuis: adiutus P
oratiōib⁹ tuis: & ipsis q̄s misisti disputatiōib⁹ tuis. Cū em̄ interrogādo disputas: & quæ/
ris acriter: & doces humiliter. Vtile est autem ut de obscuritatib⁹ diuinarū scriptura/
rum: quas exercitationis nostræ causa deus esse uoluit: multæ inueniantur sententiæ:
cum aliud alij uidetur: quæ tamen omnes sanæ fidei doctrinæq; concordent. Dabis
sane ueniam stilo meo multū festinanti: ut iam in naui constituto occurrerem perlato/
ri. Filium autem nostrum Paulinū in christi charitate dulcissimū: in hac poti⁹ epistola
resaluto: & paucis ut festinus exhortor ut misericordiæ domini qui sciens dare auxiliū
de tribulatione: eum turbulentissima tempestate misit in portū: quo tu pelago tran/
quilliore permeasti: ipsi marinæ tranquillitati minime credens: & qui eius rudimen/
tis excipiēdis atq; nutriendis te dedit: gratias agat quantas potest: & omnia ossa eius
dicāt: Domine quis similis tibi? Non enim uberiore fructu legit uel audit me docentē
ac differentē: uel quibuslibet exhortationibus accendentem q̄ inspicit te uiuentē. Re
salutant sanctam & sincerissimam benignitatem tuam conserui mei qui mecum sunt.
Condiaconus autem noster Peregrinus: exquo a me profectus est: cum sancto fratre
nostro Vrbano quando episcopat⁹ sarcinam subire perrexit: nondum remeauit hip/
ponem. Saluos eos tamen in nomine christi & litteris eorū & fama nunciante cogno/
scimus. Compresbyterum Paulinū: & omnes qui tua præsentia in domino perfrunt̄
germano salutamus affectu.

¶ Sancti Augustini ad Cecilianū præsidē: ut circa hipponēsem diocesim ita inuigilare
uelit cōtra hæreticos: quēadmodū in alijs Africæ partib⁹ fecerit: exorātis. Epla. LX.

Domino eximio: & in christi charitate uere merito honorabili ac suscipiendo Q
filio Ceciliano: Augustinus. Administratiōis tuæ claritas & fama uirtutum:
pietatis quoq; christianæ laudāda diligentia & fida sinceritas: quæ tibi diui/
na munera eo donante gaudes tributa: a quo speras promittente potiora:
excitauerunt me ut hoc epistolari alloquio: æstus causarum mearum excellentiæ ape
rirem tuæ. Quantum enim per alias Africæ terras te unitati catholicæ mirabili effica/
cia consuluisse gaudemus: tantum dolemus regionem hipponensiū: & ei uicinas par/
ter: confines numidiæ: præsidali edicti tui uigore: nondū adiuuari meruisse: domine
eximie & in christi charitate meritoq; honorabilis ac suscipiēde fili. Qd ne meæ poti⁹
neglientiæ deputetur: qui episcopalem sarcinam hippone sustineo: tuæ magnificen/
tiæ non tacendum putaui. Quantum etiam in campo hipponēsi hæretica præsumat
audacia: si ex fratribus & collegis meis: quæ hæc tuæ sublimitati narrare potuerint: uel
ex presbytero quem cum litteris misi: fueris audire dignatus: adiuuante domino deo
nostro: proculdubio prouidebis ut tumor sacrilegæ uanitatis: terrendo sanetur poti⁹:
q̄ ulciscendo resecetur.

¶ Beati Augustini ad Dulcitiū tribunū: quemadmodū oporteat hæreticis respōdere
qui cū cædibus ecclesiam uastare non possint: In seipsos tamen crudelissimi: proprio
exitio eam terrere se credant instituentis: Ac deinde auctoritatibus plurimis: nemini
sibijpsi mortem inferre licere: edocentis. Epistola. LXI.

De isto Dulcitio vide. 2. Collat. trac. 59. et. 63.

Rd DOmino eximio & honorabili filio Dulcitio: Augustin⁹ salutē in domino. Non debui contemnere petitionem tuam: qua desideraſti a me inſtitui: quēadmodum te oporteat hæreticis reſpondere: quorū ſalus in domini miſericordia: inſtantia quoq; tuæ ſtrenuitatis inquirit. Quāuis enim ingētes eoꝝ multitudines: unde plurimū gratulamur: quidam tamen eoꝝ & deo & hominib⁹ miſerabili inſtinctu furoris ingrati: niſi ſuis cædibus nos uaſtare non poſſunt: ſuo nos exitio terrere ſe credunt: aut lætitiam ſuam quærentes de mortibus noſtris: aut triſtitiam noſtram de mortibus ſuis. Sed non debet cor tantorūq; populorū ſalutem: furioſus error hominū impedire paucorum: quid eis uelimus non ſolū deus & prudentes homines: uerūetiam ipſi cum ſint nobis inimiciſſimi ſentiūt. Cum enim ſuæ prouinciæ terrendos putant: non dubitant nos timere ne pereant. Sed quid faciamus uidentes: q̄ multi adiuuante domino per occaſionem ueſtram uiam pacis inueniant. Nunquid prohibere nos poſſumus uel debemus ab hac unitatis inſtantia: dum metuimus ne quidam duriſſimi & in ſeipſos crudeliſſimi: non noſtra ſed propria uoluntate ſe perdant? Optaremus quidem ut omnes qui contra chriſtum portant ſignum chriſti: & contra euāgelium de ipſo euangelio quod non intelligunt gloriantur: a ſua peruerſitate diſcederent. Sed qm̄ de⁹ occulta ſatis diſpoſitione: ſed tn̄ iuſta nōnullos eorum pœnis prædeſtinauit extremis: proculdubio melius incomparabili numeroſitate: plurimis ab illa peſtifera diuiſione & diſperſione redintegratis atq; collectis: quidam ſuis ignibus pereunt: quoniam pariter uniuerſi ſempitenis ignibus gehennarum merito ſacrilegæ diſſenſionis ardebunt. Sic enim pereuntes dolet eccleſia: quemadmodum rebellem filium: ſanct⁹ dauid de cuius ſalute ſeruanda: ſollicita dilectione mandauerat. Nam eum merito nefandæ impietatis extinctum: etiam cum teſtimonio lacbrymoſæ uocis ingemuit: Verumtamen ſuperbo & maligno diſcedente: in locum ſuum populus dei qui fuerat illi⁹ tyrannidæ diuiſus agnouit regem ſuū: Et de amiſſo filio mœrorem patris perfectio cō
S ſolata eſt unitatis. Non itaq; reprehendimus domine eximie & honorabilis fili: q̄ tales homines apud taniugadem: prius edicto admonendos exiſtimaſti: ſed quod ibi dixiſti: noueritis uos debitæ neci dandos: putauerūt ſicut eorū reſcripta indicant: hoc te fuiſſe comminatum: q̄ tu illos apprehenſos fueras occiſurus: non intelligentes de illa nece: quam ipſi ſibi uolūt ingerere te locutum. Non enim tu in eos ius gladij ullis legibus accepiſti: aut imperialib⁹ conſtitutis: quorum tibi iniūcta eſt executio: hoc præceptum eſt ut necentur. Secundo ſane edicto dilectionis tuæ plani⁹ quid uolueris aperuiſti. Q̄ autem etiam ipſum epiſcopum illorum putaſti litteris alloquendum: humaniſſime oſtendiſti: quanta manſuetudine temperati ſint in catholica eccleſia: etiam q̄ poteſtate chriſtiani imperatoris: ſiue terrendo ſiue plectendo corrigendis præficiuntur erroribus: niſi q̄ bonorificentioribuſ eū uerbis tractaſti q̄ decebat hæreticum. Sed q̄ eius reſponſioni me reſpondere uoluiſti: credo te arbitratum etiam hoc taniugadenſibus debere præſtare: ut fallax doctrina ipſius a quo ſeducebantur aliquanto diligentius refellatur: uerum nos & occupatiſſimi ſum⁹: & iam plurimis opuſculis noſtris huiuſmodi uaniloquia refutauimus. Iam enim neſcio quotiēs diſputando & ſcribendo monſtrauim⁹: non eos poſſe habere martyrum mortem: q̄ chriſtianorū nō habēt uitā: cū martyrē nō faciat pœna ſed cauſa. Docuim⁹ etiā liberū arbitriū ſic homini datū: ut tn̄ & diuinis legib⁹ & humanis rectiſſime: grauiū ſupplicia cōſtituta ſint peccatorum: & pertinere ad religioſos reges terræ: nō ſolū adulteria uel homicidia ul' hui⁹modi alia flagicia ſeu facinora: uerūetiam ſacrilegia: ſæueritate congrua cohibere. Multū q̄ illos falli qui putant a nobis iſtos tales ſuſcipi: quales ſunt q̄ non eos rebaptiçamus. Quomodo enim tales ſuſcipiūt quales ſunt cū ſint hæretici: & ad nos tranſeūdo fiant
T catholici? Neq; enim propterea corda deprauata non licet corrigi: q̄ ſacramenta ſemel data nō licet iterari. De mortib⁹ aūt furioſiſſimis: q̄s q̄dam eoꝝ ipſi ſibi inferūt: de quib⁹ ſolent deteſtabiles & abominabiles eſſe: multis etiā ſuis quoꝝ mentes dementia non tanta poſſedit: eis ſcd'm ſcripturas rationemq; chriſtianorum ſæpe reſpondimus: quoniam ſcriptum eſt: Qui ſibi nequam cui bonus? Aut certe in eiſdem poſitum tem Eccl. 14.

ptationibus:mori uolentem occidit:& proximū qui ſibi expedire & licere putat occi/
Leuit.19. re ſeipſum:quoniam ſcriptura dicit:Diliges proximum tuum tanquam te ipſum.Nul
Matth.22. lis autem iubentibus legibus uel legitimis poteſtatibus:non licere alterum occidere:
etiam uolentem & petentem:& uiuere iam nō ualentē:ſatis indicat ſcriptura Regno/
2.Reg.1. rū:Vbi rex Dauid regis Saulis interfectorem iuſſit occidi:cū ille dixiſſet ab eo iam ſau
cio atq; ſemiuiuo petitum ſe fuiſſe ut hoc faceret:& animā corporeis nexibus obluctā/
tem ſoluiq; cupiētem:uno ictu uulneris ab illis cruciatibus liberaret.Proinde quia om
nes qui ſine ulla legitimæ poteſtatis auctoritate hominē occidit: homicida eſt: quiſq;
ſeipſum occidit non ſit homicida ſi non homo eſt.Hæc omnia multimodis in aliis plu
2.Machab.14 rimis noſtris ſermonibus & litteris dixim⁹: Verūtamen quod fatēdum de iſto Raçio V
ſeniore:quem ſūma exemplorum inopia coartati ſe in machabæorū libris quaſi ad au/
ctoritatem ſceleris: quo ſeipſos perdunt perſcrutatis omnibus eccleſiaſticis auctorita/
tibus:uix aliquādo ſe inueniſſe gloriatur:adhuc eis nunq̄ reſpōdiſſe me recolo: ſed qđ
tuæ charitati & prudentibus quibuſq; ſufficiat ad iſtos redarguendos:ſi ad uitam chri
ſtianorum de iudæa gente:atq; illis litteris parati ſunt omnium ſanctorum exēpla trā/
ſfere:tunc & hoc tranſferant.Si autem illic ſunt plurima eorum quoq; hominū: qui lit/
terarum illarū ueritate laudati ſunt: uel huic iam tempori nō conuenientia:uel etiam
illo tempore nō recte facta: tale etiam hoc eſt quod in ſe ipſum Raçius iſte cōmiſit:qui
cum eſſet & apud ſuos nobilis & multū in iudaiſmo profeciſſet: quæ ſibi in compara/
tiōe iuſticiæ chriſtianæ: damna & ſtercora fuiſſe dicit apoſtol⁹: & propter hoc idē Ra
çius iudæoq; p̄ appellat:qd mirū eſt ſi tanq̄ boi elatio ſuperba ſubrepit:ut mallet manu
ppria perimi:q̄ poſt illā in ſuoq; aſpectib⁹ celſitudinē ſuſtinere indignā:in boſtiū mani
bus ſeruitutē? Solēt in lr̄is gætiū iſta laudari.In bis aūt machabæoq; libris:quis hō fue/
rit ipſe laudatus: factū tn̄ eius narratū eſt nō laudatū:& indicandū potius q̄ imitandū:
q̄ſi ante oculos conſtitutū: nō ſane nr̄o iudicio iudicandū: quod nos quoq; ut homies
babere poſſem⁹: ſed iudicio doctrinæ ſobriæ: quæ in ipſis quoq; libris ueterib⁹ clara e:
Eccl.2. longe quippe fuit iſte Raçius a uerbis illis ubi legit: Oīne quod tibi applicitū fuerit ac/
cipe & in dolore ſuſtine:& in humilitate tua patientiā habe. Non ergo fuit iſte uir cli/
2.Machab.14 gendæ mortis ſapiens: ſed ferendæ humilitatis impatiens. Scriptum eſt: q̄ uoluerit
nobiliter & uiriliter mori:ſed nūqd ideo ſapiēter? Nobiliter ſcilicet:ne libertatē ſui ge/
neris captiu⁹ amitteret. Viriliter aūt:q̄ tantas uires animi haberet:quib⁹ idoneus eſſet
ut ſe ipſe perimeret:qđ gladio cum implere non poſſet de muro ſe præcipitem dedit.
& ſic adhuc uiu⁹ abruptā cucurrit ad petram: atq; ibi exanguis inteſtina ſua produxit:
quæ utraq; manu diſſipata ſpargebat ī ppl'm:ac deinde poſtea defeſſus occubuit.Ma
gna bæc ſūt:nec tn̄ bona:Nō em̄ bonū ē oē qđ magnū ē:qm̄ ſūt magna etiā mala. De⁹
Exo.23. dixit:Innocētē & iuſtū ne occidas.Si ergo iſte inocēs & iuſt⁹ nō fuit:cur ,pponiē imitā
dus? Si aūt inocēs & iuſt⁹ fuit:q̄re interfector inocētī & iuſti.i.ipſi⁹ Raçij inſup putaē eſſe
laudād⁹? Hæc interi ne nimiū ,plixa fiat huic epl'æ implēdæ ſatis ſint.Debeo aūt taniu
gadēſib⁹ eiuſmodi miniſteriū charitatī:qm̄ mihi & noto tuo & ab honorabili & chariſſi
2.Retrac.59. mo filio meo Eleuſino: qui tribuatū apud eos egit bene inſinuati ſunt: ut ambab⁹ epi/
ſtolis Gaudentij donatiſtaq; epiſcopi:& maxime poſteriori:quā f̄m ſcripturas ſanctas
ſe feciſſe arbitrat:ita reſpondeā ne aliqd prætermiſſum putet.

¶ Sancti Auguſtini ad Cæleſtinū diaconū: Quō charitas libēter gaudeterq; recipiēda
ſit:receptaq; repetenda:& q̄ cū reddit:adhuc debeat:explanantis.Epl'a.LXII. X

Domino uenerabili nimiumq; deſiderabili:ſancto fratri & condiacono Cæleſti/
no: Auguſtinus in domino ſalutem. Quamuis longe abſens fuerim: quando
per Proiectum clericum ad me directa hipponem ſanctitatis tuæ ſcripta uene/
runt: Tamen poſtea q̄ ueni: eiſq; lectis: reſcriptorum debitorem me factum eſſe co/
gnoui:reddendi tempus operiebar: & ecce ſubito profecturi a nobis chariſſimi fra/
tris noſtri Albini acolythi: gratiſſima occurrit occaſio. De tua igit quæ mihi exopta/
tiſſima eſt ſalute lætatus:ſanctitati tuæ ſalutationem debitam reddo.Semper aūt de/
beo charitatem: quæ ſola etiam reddita:ſemper detinet debitorem. Redditur enim
cum impenditur:debet autem etiam ſi redddita fuerit:quia nullū eſt tempus quando

impendenda iam nō sit: nec cum redditur amittitur: sed potius reddendo multiplicatur: habendo enim redditur non carendo. Et cum reddi non possit nisi habeatur: nec haberi potest nisi reddatur: Immo etiam cum redditur ab homine crescit in homine: & tanto maior acquirit̄: quanto pluribus reddit̄. Quō aūt negetur amicis: quæ debet̄ & inimicis? Sed & inimicis tāta impēditur: amicis secura rependit̄. Agit tn quantū potest: ut ab his etiam quibus pro malis bona retribuit: id recipiat qđ impendit. Optam⁹ quippe fieri amicū quē ueraciter diligimus inimicū: quia nō eum diligim⁹ nisi uelimus bonū: qđ utiq; nō erit nisi amiserit inimicitiaꝝ malū. Nō ergo sic impēditur charitas ut pecunia. Excepto em̄ qꝺ impendendo illa diminuit̄ hæc augetur: etiam illo inter se differūt: qꝺ pecuniā cui dederim⁹ tūc ei beniuolētiores erim⁹ si recipe nō quæram⁹?: Nō aūt potest esse uerus charitatis impensor nisi fuerat benignus exactor: qm̄ pecunia cū recipitur accedit cui datur: sed recedit a quo dat̄: Charitas uero nō solū apud eum crescit qui hanc ab eo quē diligit exigit: etiā si nō recepit: sed etiam ille a quo eam recepit tunc incipit habere cū reddit. Proinde dñe frater mutuā tibi charitatem libens reddo gaudensq; recipio: quā recipio adhuc repeto: quā reddo adhuc debeo. Vnū em̄ magistrum apud quē condiscipuli sum⁹?: per eius apl'm docibiles audire debem⁹ præcipiētem ac dicentē: Nemini quicq̄ debeatis: nisi ut inuicē diligatis. Ro. 13.

¶ Sancti Augustini ad eūdem Cælestinū: libros suos quos contra manichæos conscripsit repetentis: Et de triplici naturaꝝ distributiōe disserētis. Epl'a. LXIII.

VGustin⁹ Cælestino. O utinā possem assidue tibi aliquid dicere: Id aūt aliquid est: ut curis exueremur inanibus & curis indueremur utilibus. Nam de securitate nescio utrū quicq̄ in hoc mūdo sperandum sit. Scripsi nec recepi ulla rescripta. Misi aduersum manichæos libros quos paratos & emendatos mittere potui: nec quicq̄ ex illis iudicij motusq; nr̄i notū mihi factū est. Nūc eos repetere iā me: uos aūt restituere conuenit. Peto itaq; ne differatis eos remittere cum rescriptis quib⁹ nosse cupio qđ de illis geritis: uel adhuc ad illū errorē expugnandū quid armaturæ uobis op⁹ esse arbitremini. Sane quoniam te noui: accipe hoc quoddā grande & breue. Est natura per locos & tempora mutabilis: ut est corpus. Et est natura p locos nullo modo: sed tm̄ per tempora etiā ipsa mutabilis: ut anima. Et est natura quæ nec per locos nec p tpa mutari pōt: hoc de⁹ est. Qđ hic insinuaui quoquo modo mutabile creatura dicit̄: qđ imutabile creator. Cum aūt om̄e qđ esse dicim⁹: inquātū manet dicam⁹?: & inq̄ntū unum est. Omnis porro pulchritudinis forma unitas sit: uides profecto in ista distributione naturarum: quid summe sit: quid infime: & tamē sit quid medie: mauisq; infimo & minus sūmo sit. Summū illud est ipsa beatitas. Infimū quod nec beatum esse potest nec miserū. Quod uero medium: uiuit inclinatione ad infimū misere: conuersione ad summū beate uiuit. Qui christo credit: non diligit infimū: non superbit in medio: atq; ita sūmo inhærere fit idone⁹?: & hoc ē totū qđ agere iubemur: monemur: accēdimur. 8. de Gen. ad litterā. ca. 25 et 26. 1. sentē. dis. 37. ca. et duob⁹ &c.

¶ Beati Augustini ad Aurelium episcopum: eidem de sua beniuolentia gratias agentis: de illius sagacitate & integritate in ecclesia Africana plurimum fructū sperantis: Atq; de conuiuationibus & comessationibus ab ecclesia proijciendis sæuere laborantis. Epistola. LXIIII.

HVrelio episcopo: Augustinus presbyter. Qua gratia responderē litteris sanctitatis tuæ: cum diu hæsitans non reperirem. Omnia enim uicit affectus animi mei: quem iam sponte surgentem lectio epistolæ multo ardentius excitauit. Commisi me iam deo qui pro uiribus meis operaretur in me: ut ea rescriberem: quæ utriq; nostrum studio in domino & cura ecclesiastica pro tua præstantia & mea obsecundatione congruerent. Atq; illud primum: quod orationibus meis te adiuuari credis: non solum non defugio: uerumetiam libenter amplector: Ita enim & si non meis uel certe tuis me dominus nunc exaudiet. Q2 fratrem Alipiū in nostra cōiunctione mansisse: ut exemplo sit fratribus curas mūdi huius uitare cupientib⁹ beniuolentissime accepisti: ago gratias quas nullis uerbis explicare possim: dominus hoc rependat in aiam tuā. Omis itaq; fratrū cœtus q apud nos cœpit coalescere: tanta

tibi prærogatiua obstrictus est: ut locis terrarum tantum longe disiunctis ita nobis cō/
suleris tanq̄ præsentissimus spiritu. Quapropter precibus quantum ualemus incum/
bim⁹: ut locū tibi cōmissum tecū dns sustinere dignetur: nec te uspiā deserere: sed ad/
esse adiutor in oportunitatib⁹: faciens cū ecclesia sua misericordiā per sacerdotiū tuū:
quale spiritales uiri ut faciat lachrymis eum gemitibusq̄ interpellant. Scias itaq̄ dñe
beatissime & plenissima charitate uenerabilis: nō desperare nos: imo sperare uehemē
ter q̄ dns & de⁹ noster p auctoritatē personæ quā geris: quā non carni: sed spiritui tuo
impositā esse confidim⁹: nullas carnales fœditates & ægritudines quas Africana ec/
clesia in multis patit̄ in paucis gemit: consilio⁹ grauitate & tua possit sanare. Cum em̄ &
apl's tria breuiter genera uitio⁹ detestanda & uitāda uno in loco posuerit: de quib⁹ in
numerabiliū peccato⁹ exurgit seges: unū horum qd̄ secūdo loco posuit acerrime in
ecclesia uindicat̄: duo aūt reliqua: id est primū & ultimū: tolerabilia uident̄ hominib⁹:
Ro.13. atq̄ ita paulatim fieri potest: ut nec uitia iam putent̄. Ait em̄ uas electionis: Non in co/
messationib⁹ & ebrietatibus: nō in cubilibus & impudicitijs: nō in contentiōe & dolo:
sed induite uos dñm iesum christū: & carnis curā ne feceritis in concupiscētijs. Ho⁹
ergo triū cubilia & impudicitiæ tā magnū crimē putant̄: ut nemo dign⁹: nō modo ec/
clesiastico ministerio: sed ipsa etiā sacramēto⁹ cōmuniōe uideat̄: q̄ se isto peccato ma
44.dis.ca. comessatiōes culauit: Et recte oino. Sed quare solū? Comessatōes em̄ & ebrietates ita cōcessæ & lici
te putant̄: ut in honorē etiā beatissimo⁹ martyrū: non solū per dies solennes q̄ ipsum
quis nō lugendū uideat qui hæc nō carnis oculis inspicit: sed etiā quotidie celebrent̄.
Quæ fœditas si tm̄ flagitiosa & nō etiam sacrilega esset: quibuscūq̄ tolerantiæ uirib⁹
sustentandā putarem⁹. Quāq̄ ubi est illud: q̄ cum multa uitia enumerasset idem apl's:
1.Cor.5. inter quæ posuit ebriosos: ita concluſit: ut diceret cū talibus nec panē edere. Sed fera
mus hæc in luxu & labe domestica: & eo⁹ conuiuio⁹ quæ priuatis parietib⁹ continē/
tur: accipiamusq̄ cū eis corpus cū quibus panē edere prohibemur: saltem de sanctō⁹
corporū sepulchris: saltem de locis sacrorū: de domib⁹ orationū tm̄ dedecus arceat̄.
Quis em̄ audet negare priuatim qd̄ cum frequentatur in sanctis locis honor martyrū
noiat̄? Hæc si prima Africa temptaret auferre a cæteris terris: imitatiōe digna esse de
beret. Cū uero & p italiæ maximā partē: & in alijs oībus aut prope oīb⁹ trāsmarinis ec/
clesijs: partim quia nunq̄ facta sunt: partim quia uel orta uel inueterata sanctō⁹: & ue/
re debita futura cogitantiū ep̄o⁹ diligentia & aiauersiōe extincta atq̄ delecta sint: du
bitamus quō possum⁹ tantā morū labem: uel proposito tam lato exemplo emēdare:
& nos quidē illa⁹ partiū hoiem habemus ep̄m: unde magnas deo agimus gratias: q̄q̄
eius modestiæ atq̄ lenitatis est: ei⁹ deniq̄ prudētiæ & sollicitudinis in dño: ut etiā si at
ferrēt cito illi de scripturis p̄suaderet̄ curandū qd̄ licentiosa & male libera cōsuetudo
uulnus inflixit. Sed tanta pestilētia est huius mali: ut sanari prorsus quantū mihi uide/
tur nisi cōcilij auctoritate nō possit: Aut si ab una ecclesia inchoāda est medicina: sicut
uidet̄ audaciæ mutare conari qd̄ carthaginēsis ecclesia tenet: sic magnæ impudentiæ
est uelle seruare: quē carthaginēsis ecclesia correxit. Ad hanc aūt rem quis alius ep̄us
esset optādus: nisi ea quæ diacon⁹ execrabatur? Sed quod erat tunc dolendum: nunc
Gal.6. auferendum est non aspere: sed sicut scriptum est: In spiritu lenitatis & māsuetudinis.
Dant enim mihi fiduciam litteræ tuæ indices grauissimæ charitatis: ut tecum tanquā
44.dis.ca. comessatiōes mecum audeam colloqui. Non ergo aspere quantum existimo; non duriter: non mo/
do imperioso ista tolluntur: magis docendo q̄ iubendo: magis monendo q̄ minando.
Sic em̄ agendū est cū multitudine peccantiū: Seueritas aūt exercenda est in peccata
paucorum. Et si quid minamur cum dolore fiat: de scripturis comminando uindictam
futuram: ne nosipsi in nostra potestate: sed deus in nostro sermone timeatur. Itaq̄ pri
us mouebunt̄ spiritales uel spiritalibus proximi: quorum auctoritate & leniſſimis qui/
dem sed instantissimis admonitionibus cætera multitudo frangatur. Sed quoniā istæ
in cimiterijs ebrietates & luxuriosa conuiuia: non solum honores martyrum in car/
nali & imperita plebe credi solent: sed etiam solatia mortuorum mihi uidetur facili/
us illi dissuaderi posse istam fœditatem ac turpitudinem: si & de scripturis probi/

beatur: & oblationes pro spiritibus dormientium: quas uere aliquid adiuuare credendum est: super ipsas memorias nō sint sumptuose: atq; omīb⁹ petentib⁹ sine typo & cū alacritate præbeant nec; uendant. Sed si quis aliqd pecuniæ offerre uoluerit: in præsenti pauperib⁹ eroget. Ita nec deserere uidebunt memorias suoꝝ: quod pōt gignere non leuem cordis dolorem: & id celebrabit in ecclesia quo pie & honeste celebratur. Hæc eī interim de comessatiōib⁹ & ebrietatib⁹ dicta sint. De contentiōe aūt & dolo quid me attinet dicere: qñ ista uitia nō in plebe: sed in nostro numero grauiora sunt:
A Horum aūt morboꝝ mater superbia est: & humanæ laudis auiditas: quæ etiam hypocrisim sæpe generat. Huic nō resistitur nisi crebros diuinoꝝ librorꝝ testimonijs incutiatur timor & charitas dei: si tamē ille qui hoc agit seipsum præbeat patiētiæ atq; humilitatis exemplū: minus sibi assumendo q̄ offertur: sed tamen ab eis qui se honorant nec totū nec nihil accipiēdo: & id quod accipitur laudis aut honoris: nō propter se q totus coram deo esse debet & humana contemnere: sed propter illos accipiatur quibus consulere nō potest si nimia dei ectiōe uilescat. Ad hoc eī pertinet quod dictum est: Nemo iuuentutē tuam contemnat: cum hoc ille dixerit: qui alio loco ait: Si hominibus placere uellem: christi seruus nō essem. Magnū est de honoribus & laudibus hominū non lætari: sed omnē pompam inanem præcidere: & si quid inde necessariū retinetur: id totum ad utilitatē honorantiū salutēq; conferre. Non eī frustra dictum ē: Deus confringet ossa hominū placere uolentiū. Quid eī languidi⁹: quid tam sine stabilitate ac fortitudine qđ ossa significāt q̄ homo: quē male loquētium lingua debilitat cum sciat falsa esse quæ dicuntur? Cuius rei dolor nullo modo animæ uiscera dilaniaret: si non amor laudis ossa eius confringeret. Præsumo de robore animi tui. Itaq; ista quæ tecum confero mihi dico: dignaris tñ credo mecū cōsiderare: q̄ sint grauia: q̄ difficilia. Non eī huius hostis uires sentit: nisi qui ei bellū indixerit: quia & si cuiquam facile est laude carere dum denegat: difficile est ea nō delectari cum offertur: & tamen tanta mētis in deū debet esse suspensio: ut si nō merito laudemur: corrigam⁹ eos quos possum⁹: ne arbitrent aut in nobis esse qđ non est: aut nostrū esse qđ dei est: aut ea laudent quæ q̄uis nō desint nobis: aut etiā superfint: nequaq̄ tñ sunt laudabilia: uelut sunt bona oia quæ uel cū pecoribus habem⁹ cōmunia uel cū impijs hominib⁹. Si aūt merito laudamur: propter deū gratulemur eis quib⁹ placet uerum bonū: non tñ pro bis qa placem⁹ hominib⁹: sed si corā deo tales sum⁹ quales nos esse credunt: & non tribuitur nobis sed deo: cuius dona sunt oīa quæ uere meritoq; laudant. Hæc mihi ipse canto quotidie; uel poti⁹ ille cuius salutaria præcepta sunt quæcūq; siue in diuinis lectionib⁹ inueniunt: siue quæ intrinsecus aio suggerunt: & tñ uehemēter cum aduersario dimicās: sæpe ab eo uulnera capio: cū delectationē oblatæ laudis mihi auferre nō possum.
B Hæc propterea scripsi: ut si tuæ senectuti iam nō sunt necessaria: siue q̄ plura huiusmodi ipse cogites atq; utiliora: siue q̄ tuæ sanctitati medicina ista nō opus sit: mala tñ mea nota sint tibi: sciasq; unde ꝓ mea infirmitate deū rogare digneris: qđ ut impensissime facias: obsecro per humanitatē illi⁹ qui præceptū dedit: ut inuicē onera nostra portemus. Multa sunt quæ de uita nostra & conuersatione deflerem: quæ nollem per litteras ad te uenire: sed inter cor meum & cor tuum: nulla essent ministeria præter os meū & aures tuas. Si autem uenerabilis nobis omniūq; nostrum tota sinceritate charissimus: cuius in te uere fraternam cum præsens essem benignitatem studiūq; perspexi: senex Saturninus dignatus fuerit: quādo oportunum uidebit ad uos uenire: quicquid cum eius sanctitate & speciali affectu colloqui potuerimus: aut non multum distabit: ac si cum tua dignatione id ageremus. Qđ si uobiscū ab eo petere atq; impetrare digneris: tantis precibus posco: quantis uerba nulla sufficiūt. Absentiam enim meā tantū longe hipponēses uehemēter nimisq; formidant: neq; ullo modo mihi sic uolūt credere: ut & ego uobis. Agrum fratrib⁹ datū prouisione & liberalitate tua didicim⁹ ante epistolam tuam: per sanctum fratrem & conseruum nostrum Parthenium: a quo multa alia quæ audire desiderabam⁹ audiuimus. Præstabit dominus ut etiam cætera quæ adhuc desideramus impleantur.

1. Timoth. 4. Gal. 1.

Psal. 52.

¶ Sancti Augustini ad Paulinū & Therasiam: ꝙ quæstiunculam sibi propositam nimis breuiter explicuerit cōquerētis: & qualiter nostræ uolūtati diuinā uolūtatē præferre debeam⁹ enodantis. Epla. LXV.

SAnctis & deo dilectis merito uenerabilib⁹: & multū desiderabilib⁹ fratrib⁹ Paulino & Therasiæ: Augustin⁹ in dño salutē. Charissimus frater Celsus cū rescripta repeteret: debitū reddere festinaui. Sed uere festinaui. Cum em̄ eū putarem adhuc aliquot dies nobiscū remoraturꝝ: repente comperta occasione nauigij: mihi prodianā suam professionē iam nocte suggessit. Quid facerē cum eū tenere non possem: & quia ad uos cū quib⁹ ei melius esset properabat: nec si possem deberē. Proinde pauca illico hæc arripui dictanda atq; mittenda: prolixioris epl'æ me confidēs debitorē: cum post reditū uenerabiliū fratrum nostroꝝ collegaꝝ Theasij & Euodij: primū nostri ex parte satiat⁹ fuero: Verius em̄ ad uos in eoꝝ pectorib⁹ & oratiōib⁹ nos esse uenturos. Iamiamq; in christi nomine atq; adiutorio sperem⁹. Cum hæc scriberemus etiā p unanimē filiū nostrū Carthaginēsis ecclesiæ presbyterum Fortunatianū romā nauigaturꝝ: aliam epl'am paucis ante dieb⁹ iam dederā. Nunc ergo qđ soleo rogo: ut qđ soletis faciatis. Oretis pro nobis ut uideat deus humilitatē nostrā & laborē nostrū: & dimittat oia peccata nra. Colloqui aūt uobiscū talia cupio: si digneminilitteris qualia colloqui possemus si corā uestris sensib⁹ adessemus. Ecce illā quæstiunculam quā nuper proposuerā: tanq̄ si præsens præsenti inter dulces loquelas obderem plane christiano intellectu & deuotiōe soliusti: sed nimis cursim & breuiter posset quippe aliq̄nto diuti⁹ & uberi⁹ habitare gra oris tui: si cū dixisses ita te illo quo fœliciter uteris loco perseuerare decreuisse: ut si quid de te aliud dño placuerit: ei⁹ uoluntatē præferas tuæ: Idipsum aliquanto aperti⁹ explicares: quo nam modo uolūtatem dei quæ nostræ uolūtati præponenda est nouerim⁹: Vtrum tm̄ in ea re quā propterea præferre debeā rem⁹ quia & inuiti cogeremur. Ibi em̄ fit quidem qđ uolum⁹. Sed ideo nos cogimur ut uelim⁹: quia ille uult cuius uolūtatis nec excellentiā fas est recusare: nec oīpotentiā licet euitare: sicut Petrū alter cinxit & tulit quo noluerat: uerūtamen quo nollet ijt: sed uolens mortē subegit. Aspera manet ibi ubi ē potestas nō mutare sententiā q̄uis aliud occurrat: in quo poti⁹ appareat uolūtas dei ad imitandā sententiā nos uocantis: nō qa nōstra mala erat: sed in qua recte permaneret: nisi ab illo in alterā uocaremur. Neq; em̄ malū fuit Abraæ nutrire & educare filiū: quo posset q̄ntū in ipso esset usq; ad finē uitæ suæ: sed repēte iuss⁹ occidere: mutauit utiq; nō pri⁹ malā sniam: sed quæ mala eēt sipoti⁹ submutata nō eēt. Hinc quoq; nō dubito nihil aliud uideri tibi: sed plārūq; nō uoce de cælo: nō p ,ppham: nō p reuelationē: uel sonnij uel excessu mētis: q dicit extasis: sed rebus ipsis accidentib⁹: & ad aliud q̄ statueram⁹ uocātibus cogimur agnoscere dei uoluntatē aliā q̄ erat nostra. Quod si proficisci statuerem⁹ & aliquid oriret qđ consulta de officio nro ueritas uetaret deserere: aut decernētib⁹ ibi manere nūciaret aliqd qđ eadē ueritate cōsulta nos cōpelleret proficisci: ex hoc tertio genere causaꝝ mutādæ sententiæ: qd tibi uideat peto mecū plenius & enodatius colloquaris. Sæpe nos quippe cōturbat & difficile est nos aliquid qđ magis faciendū erat omittere: dū illlud mutare uolum⁹: in quo prius permanere statueram⁹: non quidē malum: uerū iam ideo malum: quia id qđ poti⁹ agendū est occurrens deserit. Qđ si nō occurreret: nō solū sine uituperatiōe sed etiā cum laude: in illo priore perduraret: Hic nō falli difficile est: hic
Ps. 18. oīno uox ,ppbetica præualet: Delicta qs intelligit: Hinc oro participē me facias cogitationum tuarū: quid in talibus uel facere soleas ul' faciēdum esse reperias.

¶ Sancti Augustini & Alipij ad Maximū medicum ciuem: ut suos q ecclesiæ catholicæ nōdum sunt incorporati: docere nō differat: quēadmodū unū deū in trinitate cultu latriæ adorare debeant rogantis. Et quomodo de trinitate credere & sentire oporteat explanantis Epistola. LXVI.

DOmino eximio meritoq; honorabili & religioso frī Maximo: Alipi⁹ & Augustin⁹ in dño salutē. Cum a sctō fratre & coepiscopo nro Peregrino de tua tuorūq;: nō corporali sed spiritali salute præcipue quærerem⁹: de tua qdē lætos:

de tuoꝝ uere triſtes nos eꝝ reſponſa fecerꝫ:q̄ non ſunt eccleſiæ catholicæ ſalubri cor/
rectione ſociati. Et quia id cito futurū ſperabamꝰ: adhuc non eſſe factū dolemus:domi
ne eximie meritoq̄ honorabilis & religioſe frater. Proinde charitatē tuam in domini
pace ſalutantes:& præcipimꝰ & rogamꝰ:ut eos qđ didiciſti docere non differas:unum
ſcilicet deum eſſe ſolū cui ſeruitus illa debeaꝫ: quæ latria græco uocabulo nuncupaꝫ.
Ipſum enim uerbū eſt in lege ubi ſcriptū eſt: Dominū deum tuū adorabis:& illi ſoli ſer Matth.4
uies: quē ſi deū patrem tantūmodo dixerimꝰ:reſpondebiꝫ nobis:ergo latria filio non
debeaꝫ:qđ nefas eſt dicere. Si aūt debeaꝫ:quomodo ergo uni tantū debeaꝫ deo ſi & pa/
tri & filio debeaꝫ:niſi quia unus cui per latriam ſeruire iuſſi ſumꝰ:ita diciꝫ ſolus ut & pa/
ter intelligaꝫ & filius:imo uero etiam ſpūſſanctus. De illo quippe dicit aplʼs:Neſcitis qa 1.Cor.6.
corpora ueſtra templū ſunt in uobis ſpūſſancti quem habetis a deo & non eſtis ueſtri.
Empti enim eſtis magno precio:glorificate deū & portate in corpore ueſtro. Quem
deū niſi ſpiritūſanctū:cuiꝰ corpora noſtra dixerat eſſe templū? Debeaꝫ ergo latria ſpiri
tuſancto. Nā ſi templū facere:ſicut Salomon fecit de lignis & lapidibꝰ iuberemur:uti
q̄ faciendo templū latriā exhibere conuinceremur:quantomagis latriā debemus cui
nō templū facimꝰ ſed ſumꝰ? Ac p̄ hoc ſi patri & filio & ſpūſancto latria debeaꝫ & exhi/
beaꝫ a nobis:de qua dictū eſt: Dominū deum tuū adorabis & ſoli illi ſeruies:proculdu/
bio dominꝰ deus noſter cui ſoli per latriam ſeruire debemꝰ non eſt pater ſolus: nec fi/
lius ſolus:nec ſolus ſpirituſſanctus: Sed ipſa trinitas unus deꝰ ſolus pater & filiꝰ & ſpiri/
tuſſanctus:non ut pater ſit ipſe q̄ filius uel ſpūſſanctus ipſe ſit: aūt pater aut filius cū ſit
in illa trinitate pater filij ſolius:& filiꝰ patris ſolius:ſpūs aūt ſanctus & patris & filij ſit ſpi
ritus:ſed propter unam eandēq̄ naturam atq̄ inſeparabilem uitam:ipſa trinitas quan/
tū ab homine poteſt fide præcedēte intelligiꝫ unus dominꝰ deus noſter:de quo dictū
eſt:Dñm deū tuū adorabis & illi ſoli ſeruies:Et quem prædicat apoſtolꝰ. Ait emī: Quo Ro.11.
F niam ex ipſo & in ipſo & per ipſum ſunt oīa: ipſi gloria in ſæcula ſæculoꝝ amē. Non
enim ſic ex deo patre unigentꝰ filius quemadmodū ex illo eſt uniuerſa creatura quam
ex nihilo creauit. Hunc quippe de ſua ſubſtantia genuit non ex nihilo fecit:nec eū ex
tempore gennit:per quem cuncta tempora condidit. Quoniam ſicut flāma ſplendo/
rem quem gignit tempore non præcedit:ita pater nunq̄ ſine filio fuit. Ipſe eſt quippe
ſapiētia:de qua ſcriptū eſt: Splendor eſt enim lucis æternæ. Luci ergo cuiꝰ candor eſt: Sap.7.
id eſt deo patri ſine dubio coæterna eſt. Et ideo non ſicut in principio fecit deꝰ cælū &
terram:ita in principio fecit uerbū:ſed in principio erat uerbū: Spūs quoq̄ ſanctus nō
ſicut creatura ex nihilo ē factꝰ. Hæc trinitas uniꝰ eſt eiuſdēq̄ naturæ atq̄ ſubſtātiæ: nō
minor in ſingulis q̄ in oībꝰ: nec maior in oībꝰ q̄ in ſingulis:ſed tāta in ſolo pr̄e uel in ſolo
filio:q̄nta in pr̄e ſilʼ & filio:& tanta in ſolo ſpūſctō:q̄nta ſilʼ in pr̄e & filio & ſpūſctō. Neq̄
em̄ pater ut haberet filiū de ſeipſo:minuit ſeipſum:ſed ita genuit de ſe alterū ſe ut totꝰ
maneret in ſe: & eſſet in filio tantus q̄ntus & ſolus. Similiter & ſpūſſanctus integer de
integro:nō præcedit unde procedit:ſed tantꝰ cū illo quantꝰ ex illo:nec minuit eū pro/
cedendo nec auget bærendo. Et hæc oīa nec confuſe unū ſunt:nec diſtincte tria ſūt:
ſed cū ſint unū tria ſunt:& cū ſint tria unū ſunt. Proinde quia tam mlʼtis cordibꝰ fideliū
ſuoꝝ donauit ut eſſet cor unū:quantomagis conſeruat in ſeipſo ut ſint hæc tria & ſin/
gula deus & ſimilis oīa non tres diij ſed unus deus. Hic eſt unus dominꝰ deus noſter:
cui uniuerſa pietate ſeruiꝫ:cui ſoli latria illa debetur: qui cum in rebus quæ naſcuntur
in tempore ſua bonitate effecerit:ut ſuæ ſubſtantiæ prolem quælibet res gignat:id eſt
homo hominem: non alterius naturæ ſed eius cuius ipſe eſt: uide q̄ impie dicaꝫ ipſe
G non genuiſſe id quod ipſe eſt. Hæc enim propinquitatis ſunt nomina non naturæ: &
ideo ad aliquid uel relatiue dicuntur quæ aliquando eadem ſunt: aliquando diuerſa.
Eadem ſcilicet cū frater referꝫ ad fratrem: amicus ad amicū:uicinus ad uicinū:cogna/
tus ad cognatum:& ſi qua ſimilia: quæ infinita eſt uelle omnia percurrere. In his enim
qđ eſt iſte ad illum:hoc eſt ille ad iſtū. Diuerſa ſunt autem:ſicut pater ad filium:filiꝰ ad
patrem:ſocer ad generum:gener ad ſocerum:dominꝰ ad ſeruum:ſeruus ad dominū.
Non eſt quidem hoc iſte ad illum: quod ille ad iſtum: ſed ambo tātum homines ſunt.

Relatio diuersa est nō natura: quoniam si attendas quid sit alter ad alterū: non est hoc ad illum iste: qđ ad istū ille: quia iste pater: ille filiꝰ: aut iste socer: ille gener: aut iste dominus: ille seruus. Si autem attendas quid quisq; sit: uel ad seipsum uel in se: hoc est & ille: quia ille homo est sicut iste. Vnde intelligit prudentia tua nō ab eis rationabiliter dici quorum errore te dominus liberauit: ideo dei patris & dei filij naturā esse diuersam: quia iste pater est: ille filius. Et deum patrem non genuisse id quod est ipse: quia non genuit patrem filij sui: quod est ad illum ipse. Quis enim non uideat ista uocabula non in seipsis demonstrare naturas: sed alterius ad alterum significare personas? Tale est etiam illud quod simili loquūtur errore: Ideo filium alteriꝰ esse naturæ: diuersæq; substātiæ: qa pater deꝰ nō est de altero deo: filiꝰ aūt deus est quidē sed de patre deo: & hic enim nō indicatur substantia sed origo: id est non quid sit sed unde sit quisq; uel nō sit. Neq; enim Abel & Adam ideo nō unius naturæ atq; substantiæ fuerūt: quia iste fuit homo de homine illo: ille de nullo. Si ergo utriusq; natura quæritur: homo Abel: homo Adam. Si aūt origo: primꝰ homo ex quo Abel: nullus homo ex quo Adā Item in deo patre & deo filio: si utriusq; natura quærat': uterq; deus: nec magis magnus alter altero deus. Si aūt origo: pater est deus de quo filius deus: de quo aūt pater nullus est deus: frustra itaq; ad hoc respondere conantes dicūt: sed homo cum passione genuit: deus autem sine passione genuit filium. Hoc enim nō solum ipsos nihil sed nos adiuuat plurimum. Nam si temporalibus & passibilibus rebus deꝰ tribuit: ut qđ sunt hoc generēt: q̄ntomagis ipse æternꝰ & impassibilis: nō aliud q̄ est ipse generauit unus unicum. Ideo nostra inenarrabili admiratione: quoniā sine passione: & tanta secum æqualitate: ut eū nec potestate præcederet nec ætate. Sed ideo totū quod habet: quod potest nō tribuit sibi sed patri: quia nō est a seipso sed a patre: Aequalis est em̄ patri: sed hoc quoq; accepit a patre: nec sic accepit unde esset æqualis: quasi prius fuerit inæqualis: sed natus æqualis: sicut semper natus: ita semper æqualis. Non utiq; inæqualem genuit: & æqualitatem iam nato addidit: sed gignēdo eam dedit: quia æqualem non imparem genuit. Ideo in forma dei æqualē esse deo: nō ei rapina fuerat sed natura: qm̄ id
1. senten. dis. 16. notandū nascendo sumpsit: nō superbiendo præsumpsit. Propterea non patrem dicit esse maiorem: quia seipsum exinaniuit: formam serui accipiens nō amittens dei: propter quā formam serui: nō tantum patre: uerumetiam seipso & spirituisancto minor factus est. Nec tantum hac excellentissima trinitate: sed etiam minoratus est paulominus ab angelis: hominibus quoq; minor fuit: quādo parentibus subditus fuit. Propter hanc itaq; formam serui quam ueniente plenitudine temporis exinanitus accepit: dixit: Pa-
Joh. 14. Joh. 10. ter maior me est. Propter illam formam uero quam nec exinanitus amisit: dixit: Ego & pater unum sumus: & homo scilicet factus: & permanens deus. Homo enim assumptꝰ est a deo: non homine consumptus est deus. Ideo ualde rationabiliter & patre minor est homo christus: & patri æqualis est idemipse deꝰ christus. Cum igitur huic rectæ atq; catholicæ fidei præsentibus nobis cum magna exultatione populi dei consociatum te esse gaudeamus: quare adhuc de tuorum segnitia tristes sumꝰ. Obsecramus te per misericordiam dei: ut ipso adiuuāte auferas istū mœrorem de cordibus nostris. Neq; enim credendum est auctoritatem tuam ad peruersitatem tuorum plurimū ualere potuisse: & ad correctionem nihil ualere posse: An forte contemnūt te: quia in ecclesiæ catholicæ participationem hac ætate uenisti: cū te amplius debeant admirari atq; uenerari quia uetustissimū errorem senili quadam iuuentute uicisti. Absit ut ipsi resistant tibi uera dicenti: cui consenserant a ueritate deuianti. Absit ut nolint tecum recta sentire: cū quo eos delectauit errare: tu tm̄ ora pro eis & insta eis: Immo uero adduc eos ad domū dei tecum: qui in domo tua sunt tecum: uel te nō pigeat in domū dei cum illis uenire: qui in domum tuam soliti fuerant conuenire: præsertim cum catholica mater aliquos a te petit: aliquos repetit. Petit eos quos apud te inuenit: repetit eos quos p te perdidit. Nō excrutiet' damnis sed potius lætet' lucris. Acquirat filios quos nō habuit: nō plangat quos habuit. Oramus ad deum ut facias quod hortamur: & speramꝰ de misericordia eius: qđ litteris sancti fratris & coepiscopi nostri Peregrini: & reseri-

ptis dilectiõis tuæ: cito de hac re gaudio replebit cor nostrũ: & lingua nra exultatiõe.

Beati Augustini ad Alipium senem: de Gabiniani & Dioscori ad fidem catholicam conuersione plurimũ gratulantis. Epistola. LXVII.

HAugustinus Alipio seni. Frater Paulus hic est incolumis apportat negociorum suorũ secũdas curas: præstabit dominꝰ ut etiam ipsæ ultimæ sint: multũ nos salutat & narrat gaudia de Gabiniano: qđ ab illa sua causa: misericordia dei liberatus: nõ solum christianus sed etiam fidelis sit ualde bonus: per pascha proxime baptizatus: in corde atq; in ore habẽs gratiã quam percepit. Quantũ eum desiderẽ quando explicabo? Sed nosti ut eum diligam. Archibeater etiã Dioscorꝰ christianus fidelis ẽ simul gratiam cõsecutus. Audi etiam qutẽ admodũ: neq; em̃ ceruicula illa uel lingua nisi aliquo prodigio donarent̃: filia eius in qua unica acquiescebat ægrotabat: & usq; ad totam desperationẽ salutis temporalis: eodẽ ipso patre renũciante peruenit. Dicit̃ ergo & cõstat: cũ mihi hoc & ante fratris Pauli reditũ: comes Peregrinꝰ uir laudabilis & bene christianus: qui cum eis eodẽ tempe baptizatus est: indicarit. Dicitur ergo ille sẽ nextandẽ conuersus ad implorandam christi misericordiã: uoto se obligasse christianum fore si illam saluã uideret: factũ est. At ille qđ uouerat: dissimulabat exoluere: sed adhuc manus excelsa. Nam repentina cæcitate suffundit̃: statimq; uenit in mentẽ unde illud esset: exclamauit confitẽs: atq; iterum uouit: se recepto lumine impleturũ esse quod uouerat. Recepit: impleuit: & adhuc manꝰ excelsa: Symbolũ non tenuerat: aut fortasse tenere recusauerat & se nõ potuisse recusauerat: deus uiderat. Iam tñ post festa oña receptiõis suæ in paralysim soluit̃ multis ac pene oĩbus mẽbris. Tunc somno admonitus confitet̃ per scripturã ob hoc sibi dictũ esse accidisse q̃ symbolũ nõ reddiderit. Post illã confessionẽ reddunt̃ officia omniũ mẽbroꝝ nisi linguæ solius: se tamẽ didicisse symbolum: Ideoq; memoria iam tenere nihilominus in eadem temptatione litteris fassus est: oñis est ab eo deleta nugacitas: quæ ut scis multũ decolorabat naturalẽ q̃ndam eiꝰ benignitatẽ: eũq; insultantẽ christianis: faciebat ualde sacrilegũ. Quid dicã dño nisi hymnũ canamꝰ & superexaltemus eũ in sæcula?

Clericorũ catholicoꝝ regionis hipponæ: ad Ianuariũ primæ sedis partis Donati: de nouo genere & inauditæ crudelitatis persecutiõe donatistaꝝ & circũcellionũ: contra catholicos perpetrata conquerẽtium: Simul & iustas pœnas eisdẽ p imperiales leges impositas declarantiũ. Epla. LXVIII.

LIanuario: Clerici catholici regiõis hipponẽsium. Clerici & circũcellones uestri noui generis & inauditæ crudelitatis persecutiõe in nos sæuiũt. Qui si malũ ꝓ malo redderẽt: etiam sic cõtra legẽ facerẽt christi: Nunc uero cõsideratis oñibus factis nostris & uestris: innenimur hoc pati quod scriptũ est: Retribuebãt mihi mala pro bonis. Et in alio psalmo: Cum his qui oderãt pacẽ eram pacificus: cũ loquebar debellabãt me gratis. Nam cum sis in tam grandi constitutꝰ ætate: arbitramur te optime nosse: q̃ pars Donati quæ primo apud carthaginẽ pars maiorini dicebat̃: ultro accusauit Cecilianũ tunc episcopũ ecclesiæ carthaginẽsis: apud imperatorẽ illũ antiquũ Constantinum. Sed ne forte aut oblita hoc sit grauitas tua: aut te nosse dissimules: aut etiam qđ non putamus forsitan nescias exemplũ relationis tunc Anulini proconsulis quẽ pars maiorini tũc interpellauit: ut ea crimina quæ obĵciebat Ceciliano ad mẽora tum imperatorẽ ab eodẽ proconsule mitterẽtur: his nostris litteris inseruimus Anulinꝰ tũc ꝓcõsul africæ scripta cælestia maiestatꝫ uræ: accepta atq; adornata: cecilianoq; & his q sub eodẽ agũt quiq; clerici appellant̃: deuotio paruitatis meæ insinuare curauit: eosdẽq; hortata est: ut unitate consensu omniũ facta: cũ omni oñino munere indulgẽtiæ maiestatis uræ liberati esse uideant̃ catholici: custodita sctitate legis debitæ reuerẽtiæ ac diuinis rebꝰ inseruiãt. Verũ post paucos dies extiterũt qdã adunata secũ ppli multitudine: q Ceciliano cõtradicere dũ putarẽt quiq; fasciculũ in aluta insignatũ obtulerũt dicatiõi nræ: atq; impẽdio postularũt: ut ad sacrũ & uenerabilẽ comitatũ nominis uri dirigerẽ: quæ manẽte Ceciliano in statu suo subiectis eorũdẽ actis: quæ cũcta maiestas uestra possit dinoscere: paruitas mea dirigere curauit: Transmissi libelli duo:

Ps. 34.

Ps. 119.

unus in aluta subscriptus ita: Libellus ecclesiæ catholicæ criminũ Ceciliani traditº a patre maiorini. Item alius sine sigillo cohærẽs eidẽ alutæ: datus die. xvij. kl. maias carthagine domino nostro Constantino augusto: tertius. Post hãc relationem ad se missam: M iussit imperator uenire partes ad episcopale iudicium in urbe Roma faciendum: ubi quemadmodum causa dicta atq; finita sit: & Cecilianus innocens iudicatus sit: indicãt gesta ecclesiastica. Iam utiq; post pacificum moderamẽ iudicij episcopalis: omnis contentiõis & aiositatẽ pertinacia debebat extingui. Sed rursus maiores uestri ad imperatorẽ redierũt: & nõ recte iudicatã neq; oẽm causam auditã esse conquesti sunt: Vnde ille alterũ episcopale iudiciũ dedit habendũ in Arelatẽsi galliæ ciuitate: Vbi mlti uestri uana & diabolica dissensione damnata: cũ Ceciliano in concordiã redierũt. Alij uero pertinacissimi & litigiosissimi: ad eundẽ imperatorẽ appellauerũt: postea & ipse coactº episcopalẽ causam inter partes cognitã terminauit: & prius contra uestrã partẽ legem constituit: ut loca congregationũ uestraq; fisco uendicarent: quaq; omniũ rerũ documenta: si uellemus inserere: nimiũ longas litteras faceremus. Illud tñ nullo modo prætermittendũ est: quomodo Fœlicis aptũgensis: quẽ fontem maloq; in concilio carthaginensi: ab secundo tigisitano primate patres uestri fuisse dixerũt: urgentibº apud imperatorẽ uestris publico iudicio causa discussa atq; finita sit. Nã memoratº imperator in hac ipsa causa uõs apud se accusatores: & assiduos interpellatores: litteris suis fuisse testat: quaq; exemplũ infra scripsimus. Imperatores: cæsares: flauij: Constãtinº maxi- N mus & Valerianus licinius: ad Probianũ proconsulẽ Africæ. Helianº prædecessor tuus: merito dum uir perfectissimus: uerus uicarius prætorioq; tũc per Africã uestrã: in cõmoda ualitudine teneret: eiusdẽ partibus functus: inter cætera etiã id negociũ uel inuidiã quæ de Ceciliano episcopo ecclesiæ catholicæ uidet esse cõmota ad examen suũ atq; iussionẽ credidit esse reuocãdã. Etem cũ tã Superiũ cẽturionẽ & cecilianũ magistratuũ aptũginoq; & Saturniũ excuratorẽ & Calibiũ iuniorẽ eiusdẽ ciuitatis curatorẽ: atq; solũ seruũ publicũ suprascriptæ ciuitatis: præsentes esse fecisse audientiã præbuit competentẽ: adeo ut Ceciliano fuisset obiectum: qd a Fœlice eidẽ episcopatus uideret esse delatus: cui diuinaq; scripturaq; ꝓditio atq; exustio uideret obiecta: innocẽtem de eo Fœlicẽ fuisse constiterit. Denicq; cũ maximus uigentiũ decurionẽ ciquensiũ ciuitatis: epistolã Ceciliani ex diuino iure falsasse cõtenderet: eundẽ ipsum Vigentiũ suspensum actis quæ suberãt peruidimus: & ideo minime certũ quod se decurionẽ ciquensiũ asseuerauerit. Vnde uolumus ut eundẽ ipsum Vigentiũ sub idonea prosecutione ad comitatũ meũ Constantini augusti mittas: ut illis qui impræsentiarũ agũt: atq; diurnis diebus interpellare nõ desinũt:: audientibus & corã assistentibus: apparere & intimari possit: frustra eos Ceciliano episcopo inuidiã comparare: atq; aduersus eum uiolenter insurgere uoluisse. Ita eñ fiet ut omissis sicut oportet eiusmodi contentionibus: populus sine dissensione aliq religioni propriæ cum debita ueneratiõe deseruiat. O Hæc cum uideas ita se habere: quid est qd uobis de imperatoq; iussionibus: quæ contra uos constituunt inuidiã concitatis: cum hoc totũ uos potiº antea feceritis? Si nihil debent in his causis imperatores iubere: si ad imperatores christianos hæc cura pertinere nõ debet: quis urgebat maiores uestros causam Ceciliani ad imperatorẽ ꝑ proconsulẽ mittere: & episcopũ cõtra quẽ absentẽ iã sententias quoquo modo dixeratis: iterum apud imperatorẽ accusare: quo innocente pronũciato ordinatori eius Fœlici: alias apud eundẽ imperatorẽ calumnias machinari: & nunc quid alius q̃ ipsius maioris Constãtini iudiciũ contra uestrã partẽ uiuit: qd maiores uestri elegerũt: qd assiduis interpellationibus extorserũt: qd episcopali iudicio prætulerũt: si displicerẽt imperialia iudicia qui primitus imperatores ad ea uobis excitãda coegerũt? Sic eñ modo cõtra catholicã clamatis in his quæ contra uos ab imperatoribus decernunt: quẽadmodum si uellent aduersus Danielẽ clamare: qui liberato illo: eisdẽ leonibus consumendi
Prouer. 19. missi sunt: a quibus tñ ipsi primitus consumi noluerũt. Scriptũ est eñ: Nibil interest inter minas regis & irã leonis. Danielẽ calumniosi inimici in lacũ leonũ mitti coegerunt: uicit innocẽtia eius illoq; malicią: illæsus inde leuatus est: ipsi illuc missi perierũt. Simi-

liter maiores uestri Cecilianũ & eius societatẽ: regiæ iræ consumendã obiecerũt: cui⁹ innocẽtia liberata ab eisdẽ regib⁹: eadem uos patimini: quæ illos uestri pati uoluerũt: p qm̃ scriptũ est: Qui parat proximo foueã: ipse incidet in eam. De nobis ergo qd quere/ Eccl. 27.
ramini nõ habetis: & tñ ecclesiæ catholicæ mãsuetudo: etiã ab bis imperator⁹ iussionibus oino cõquieuerat: nisi uestri clerici & circũcelliões per suas imanissimas improbitates: furiosasq; uiolentias quietem nostrã perturbãtes atq; uastantes: hæc in uos recoli & moneri coegissent. Nam priusquã recentiores leges istæ: de quib⁹ modo querimini: uenissent in Africã: insidias in itineribus nostris episcopis tetenderũt: conclericos nostros plagis immanissimis quassauerunt: laicis quoq; & plagas grauissimas inflixerunt: & intulerũt eorum ædificijs incendia. Presbyterum etiam quendã quia propria libera uoluntate: unitatem nostræ communionis elegit: de domo sua raptum: & pro arbitrio immaniter cæsum: in gurgite etiã cœnoso uolutatũ: burda uestitum: cum quibusdam dolendum: quibusdã ridendum in pompa sui facinoris ostentassent: abductũ inde quo uoluerũt: uix post dies duodecim dimiserũt. Vnde conuentus municipalib⁹ gestis a nostro episcopo Proculianus: cum ab inquirenda causa dissimulasset: & iterũ continuo conuentus esset: nihil se dicturum amplius gestis expressit. Et bodie illi qui hoc fecerũt presbyteri uestri sũt. Adhuc nos insuper territãtes: & sicut potuerũt persequentes. Nec tamen de bis iniurijs & persecutionibus: quas ecclesia catholica in regione nostra tunc pertulit: imperatoribus conquestus est episcopus noster: Sed facto concilio placuit ut pacifice conueniremini: quæ si fieri posset: haberetis inter nos collationem: & errore sublato: fraterna charitas pacis in uinculo lætaretur. Et in ipsa conuẽtione quid Proculianus primo responderit q; conciliũ facturi essetis: & alias & illic uiQ suri quid respondere deberetis. Deinde quid postea cum propter suam promissionẽ denuo conuent⁹ esset: actis expresserit: recusans pacificam collationem: ipsa gesta instruant grauitatem tuã. Deinde cum uestrorum clericor⁹ & circũcellionum notissima omnibus non cessaret: immanitas dicta causa est: cum Cryspinus iudicat⁹ hæreticus: nec pœna decem librarum auri quæ in hæreticos ab imperatoribus fuerat constituta per mansuetudinem catholicam feriri permissus est: & tamen ad imperatores appellandum putauit. Cuius appellationi q; ita responsum est: Nonne uestror⁹ præcedens improbitas: & eadem ipsius appellatio extorsit ut fieret: nec tamẽ etiã post ipsum rescriptũ intercedentib⁹ apud imperatorẽ nostris episcopis: eadem auri condemnatiõe multatus est. Ex concilio aũt uestri epi legatos ad comitatum miserũt: qui impetrarẽt ut non omnes episcopi & clerici partis uestræ ad eandem condemnationẽ decem librarum auri: quæ in oms hæreticos constituta est tenerent: sed bi soli in quorum locis aliquas a uestris uiolentias ecclesia catholica pateretur. Sed cum legati romã uenerunt: iam cicatrices episcopi catholici: bacaitani borrenda ac recentissima imperatorẽ cõmemorãt: ut leges tales mitterentur: quales & missæ sunt. Quibus in Africã uenientibus cum utiq; non ad malum sed ad bonum cœpisset is urgeri: quid facere debebatis nisi & uos mittere ad episcopos nostros: ut quomodo uos ipsi conuenerant: sic conuenirentur a uobis & poti⁹ collatiõe ueritas appareret? Non solũ aũt nõ fecistis: sed peiora mala nobis uestri nunc faciunt: non tantum nos fustibus quassant ferroq; concidunt: uerũetiam in oculos extinguendos: calcem mixto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt. Domus insuper nostras compilantes: arma sibi ingentia & terribilia fabricarunt: quibus armati per diuersa discurrunt comminantes atq; anbelantes cædes: rapinas: incendia: cæcitates. Quibus rebus compulsi sum⁹ tibi primit⁹ conqueR ri. Consideret grauitas tua q̃ multi uestrũ: immo uos oms qui uos pati dicitis persecutionem sub ipsis quasi terribilib⁹ imperator⁹ catholicor⁹ legibus: in possessionibus uestris & alienis securi sedeatis: & nos a uestris tã inaudita mala patiamur: uos dicitis pati persecutionem: & nos ab armatis uestris fustibus & ferro cõcidimur. Vos dicitis pati persecutionem: & nostræ dom⁹ ab armatis uestris compilando uastantur: Vos dicitis pati persecutionem: & nostri oculi ab armatis uestris calce & aceto extinguuntur. Insuper etiã si quas mortes sibi ultro ingerunt: nobis uolunt esse inuidiosas: nobis glo

p 3

rioſas. Quod nobis faciunt ſibi nō imputant: & qđ ſibi faciunt nobis imputant. Viuūt ut latrones: moriuntur ut circumcelliones: honorātur ut martyres: & tamē nec latrones aliquando audiuim⁹: eos quos deprædati ſunt excæcaſſe: occiſos auferunt luci: uiuis auferunt lucem. Nos interim ſi quando ueſtros tenem⁹ cum magna dilectione ſeruamus illæſos: loquimur illis: & legimus omnia quibus error ipſe conuincitur: qui fratres a fratribus ſeparat: facimus quod dominus per Eſaiam prophetā præcepit dicēs: Audite qui pauetis uerbum domini: dicite fratres noſtri eſtis his qui uos oderūt: & q uos execrantur: ut nomen domini honorificetur & appareat illis in iocunditate: ipſi autem erubeſcant: ac ſi aliquos eorum conſiderantes euidentiam ueritatis & pulchritudinem pacis nō baptiſmo quem iam ſicut regalem characterem tanquam deſerto/res acceperant: ſed fidei quæ illis defuit: & ſpiritu ſancti charitati & chriſti corpori ſo/
Act. 15. ciamus. Scriptum eſt enim: Fide mundās corda eorum. Itemq; ſcriptum eſt: Charitas
1. Petri. 4. cooperit multitudinem peccatorum. Si autem uel nimia duricia: uel pudore non ferē/tes eorum inſultationem: cum quibus contra nos tam multa falſa iactabant: & tā multa mala excogitabāt: uel magis timore: ne q̄lia nobis antea faciebāt: talia nobiſcū iā patiāt: unitati xpi cōſētire nolueŕt: ſicut illæſi retēti ſūt: ſic a nob dimittūt illæſi: hoc q̄ntū poſſum⁹ monemus etiā laicos nr̄os ut eos illæſos teneāt: & nobis corripiēdos inſtruē doſq; perducant. Sed aliqui nos audiunt: & ſi poſſunt faciunt. Alij cum illis quemadmodum cum latronibus agunt: quia eos reuera tales patiuntur: Aliqui ictus eorum ſuis corporibus imminentes feriendo repellunt: ne ab eis ante feriātur: Aliqui apprehenſos iudicibus offerunt: nec nobis intercedentibus eis parcunt: dum ab eis pati mala immania pertimeſcunt. In quibus omnibus illi non deponunt facta latronum: & honorem ſibi exigūt martyrū. Hoc eſt ergo deſiderium noſtrū qđ tuæ grauitati per has S litteras & per fratres quos miſimus allegam⁹. Primum ſi fieri poteſt ut cum epiſcopis noſtris pacifice conferatis: ut in quibus fuerit inuent⁹: non homines ſed error ipſe tollatur: ut homines non puniantur ſed corrigantur: ut uos modo conueniatis: quia eorum conuentionem antea cōtempſiſtis. Quanto melius enim hoc inter uos facitis: ut qđ egeritis cōſcriptū & ſubſcriptum impatori mittatis: q̄ ut hæc apud terrænas poteſtates fiant: quæ non poſſūt niſi iam datis cotra uos legibus inſæuire? Veſtri enim collegæ qui nauigauerant apud præfectos: dixerūt ſe audiri ueniſſe. Et nominauerūt ſanctum patrem noſtrum catholicum epiſcopum Valentinum: qui tunc in comitatu erat dicentes cum illo ſe uelle audiri: quod eis nō poterat iudex concedere: qui iam fm leges quæ contra uos conſtitutæ ſunt iudicabat: nec ille epiſcopus ita uenerat: aut aliqđ tale mādatum a ſuis epīs acceperat. Quanto ergo meli⁹ ipſe imperator: q nō eſt eiſdē legibus ſubditus: & qui habet in poteſtate alias leges ferre: cum ei collatio ueſtra fuerit recitata: de tota ipſa cauſa poterit iudicare: quāuis iam olim dicta fuerit terminata? Sed ideo nos conferre uolumus: ut eis qui neſciūt iam finita monſtretur. Quod ſi hoc facere ueſtri epiſcopi uoluerint: quid inde perditis: & non potius acquiritis: quia uolūtas ueſtra innoteſcit: ne diffidentia merito reprehendatur? An forte putatis nō licere fieri: cum nō uos lateat: q̄ domin⁹ chriſtus etiam cum diabolo de lege locutus eſt? Q̄ cum Paulo nō ſolum iudæi: ſed etiam de hæreſi ſtoicorū & epicureorum philoſophi gentium contulerūt? An forte iſtæ leges imperatoris: uos non permittūt noſtros epiſcopos cōuenire? Ecce interim epiſcopos noſtros qui ſunt in regione hipponenſi: ubi a ueſtris tanta mala patimur cōuenire. Quanto enim licentius & liber⁹ ad nos: per ueT ſtros ueſtra ſcripta q̄ eorū arma peruenīūt? Poſtremo per iſtos ipſos fratres noſtros quos ad uos miſim⁹ talia reſcribite. Si autem & hoc nō uultis: ſaltem cum ueſtris a quibus talia patimur nos audite. Oſtendite nobis ueritatem pro qua uos pati dicitis perſecutionem: cum patiamur nos ueſtrorum tātam crudelitatem. Si enim nos eſſe in errore conuiceritis: forte conceditis nobis ut non rebaptiçemur a uobis: iuſtum exiſtimantes: ut nobis hoc præſtetis: qui baptiçati ſumus ab eis: quos nullo iudicio damnaſtis: quod præſtitiſtis eis: quos Fœlician⁹: Muſtican⁹: & Prætextat⁹: Aſſuritan⁹ per tam longum temp⁹ baptiçauerant: q̄n eos per iudicū iuſſa de baſilicis pellere conaba/

mini: quia Maximiano communicabant: cum quo a uobis in concilio Bagaitano expresse nominatimq; damnati sunt. Quæ omnia gestis iudicialibus & municipalibus demonstramus: ubi & ipsum concilium uestrum allegastis: dum uultis iudicibus ostendere: q̄ sciſmaticos uestros de basilicis pelleretis. Et tamen qui ab ipso semine Abraæ: in quo omnes gentes benedicunt sciſma feciſtis: de basilicis pelli nō uultis: nō per iudices sicut sciſmaticis nostris uos feciſtis: sed per ipsos reges terræ qui complet a prophetia christum adorant: apud Cecilianum accusantes uicti receſſiſtis. Si autem nec audire nec docere nos uultis: uenite aut mittite nobiscum in regionem bipponēsium: qui uideant armatum exercitum uestrum: quamuis nullus miles numero armorum suorum calcem & acetum addidit ad oculos barbarorū. Si neq; ad hoc uultis: saltem scribite ad illos: ut iam ista non faciant: ut iam se a cædibus nostris: a rapinis: ab excæcatione compescant. Nolum⁹ dicere: damnate illos: Vos enim uideritis quomodo uos non inquinent: quos modo ostendimus in uestra communione latrones: & nos inquinent quos nunquam potuiſtis ostendere traditores. Ex bis omnibus eligite quod uolueritis. Si autem querelas nostras contempſeritis: nos minime pœnitebit ordine pacifico agere uoluiſſe. Aderit dominus ecclesiæ suæ: ut uos potius humilitatem nostram contempſiſſe pœniteat.

¶ Beati Augustini ad Reſtitutum diaconū: quomodo in ecclesia dei si qua forte peruersa uel etiā scelerata corrigere aut extinguere nō ualeam⁹: saluo unitatis uinculo toleranda sint: pertractātis. Epla. LXIX.

VDomino desiderantiſſimo & honorifica sinceritate chariſſimo fratri & diacono Reſtituto: Augustinus in domino salutē. Aestus indicantes piam flammā cordis tui iudicauit: mihi fideliſſim⁹ ut sis particeps eorum frater: Deo gratias. Letaq; Tytonium quem bene noſti: niſi quidem omnia probaturus: Nam quæ in illo cauenda sint bene noſti. Hanc tamen quæſtionem quomodo in ecclesia dei si qua forte peruersa uel etiam scelerata corrigere aut extinguere non ualem⁹: saluo unitatis uinculo toleranda sint ſtrenue uidetur mihi tractauiſſe atq; soluiſſe: quāquam in euis litteris tantummodo intentiōe correcta: ad ipsos diuinarum scripturarum fontes recurrere nos oportet: ut ibi uideamus q̄ plurima de hac re teſtimonia sentētiarum: uel exempla geſtorum: & quoniam nemo poſſit omnia ponere: niſi qui pene omnes sanctorum librorum paginas in sua scripta trāſferre uoluerit. Ita prope nulla eſt: quæ nos non admoneat intus in ipsa societate sacramētorum: quib⁹ imbuimur ad uitam æternam: cum bis qui oderūt pacem eſſe debere pacificos: donec ingemiſcēdo noſtra longinqua peregrinatio tranſeat: atq; in uirtute hieruſalem matris æternæ ſecuriſſima pace perfruamur: & in turrib⁹ eius abūdantia uerorum fratrum: quorum nūc inter multos falſos gemim⁹ paucitatem. Quæ eſt aūt uirtus illius ciuitatis: niſi deus ei⁹ deus noſter. Vides igitur in quo ſolo fiat pax: & ſingulis hominibus qui ſecum ſine illo bellum gerūt: & in nullo extrinſecus aborto ſcandalo: & omnib⁹ ſimul qui quāquam in hac ſe uita diligāt & amicitiæ fide nexib⁹ teneant: tn̄ nec præſentia corpis nec confeſſiōe animi sūme perfecteq; copulāt. Confortet cor tuū in dño: memor noſtri.

¶ Beati Augustini ad Bonifaciū comitē: Cur poſt prioris uxoris obitū: alterā non baptiçatam ducere uoluit: & filiam ex ea genitā per hæreticos baptiçari permiſerit: Cur etiam cōcubinali commixtione & uanitatib⁹ hui⁹ ſæculi ſe polluerit: paterne corrigētis: & ad ſaniorem uiuēdi normā allicietis. Epla. LXX.

XDomino filio in præſenti & in æterna salute dei miſercordia protegēdo & regēdo Bonifacio: Augustin⁹. Fideliorem hominē & qui faciliores haberet acceſſus ad aures tuas ferēs litteras meas nunq̄ potui reperire: q̄ nunc obtulit dominus ſeruum & miniſtrum christi: diaconum Paulum: ambob⁹ nobis chariſſimum: ut aliquid tibi loquerer: nō pro potentia tua & honore quē geris in iſto ſæculo maligno: nec pro incolumitate carnis tuæ corruptibilis atq; mortalis: qa & ipſa tranſitoria eſt: & q̄ diu ſit ſemper incertū eſt: ſed pro illa ſalute quā nobis promiſit christus: qui propterea hic exhonoratus atq; crucifixus eſt: ut doceret nos bona huius ſæculi: magis cōtē-

nere q̃ diligere: & hoc amare & sperare ab illo: quod in sua resurrectione monstrauit.
Ro.6. Resurrexit enim a mortuis iam nec moriturus: & mors ei ultra nō dominabitur. Scio non deesse homines qui te ſm uitam mundi huius diligunt: & ſm ipsam tibi dant consilia: aliquando utilia: aliquando inutilia: quia homines sūt: & sicut possunt ad præsens sapiunt: nescientes quid contingat sequēti die. Scd'm autem deū ne pereat anima tua: non facile tibi quisq̃ consulit: nō quia desunt qui hoc faciant: sed quia difficile est inuenire quando tecum ista possint loqui. Nam & ego semper desideraui: & nūq̃ inueni locum uel tempus: ut agerem tecum quod me agere oportebat cum homine quē multum diligo in christo. Scis autem qualē me apud hipponem uideris: quādo ad me uenire dignatus es: quia uix loquebar imbecillitate corporis fatigat⁹. Nunc ergo fili audi me saltē per litteras tibi sermocinātem: q̃s in periculis tuis nunq̃ tibi mittere potui: periculum cogitās perlatoris: & cauēs ne ad eos ad quos nollem mea epistola perueniret. Vnde peto ut ignoscas si me putas plus timuisse q̃ debui: Tamē dixi qd' timui. Audi ergo me: immo dn̄m nostrum per ministeriū infirmitat̃ meæ: Recole qualis fueris y adhuc in corpore constituta religiosæ memoriæ priore cōiuge tua: & recenti eius obitu: quomodo tibi uanitas sæculi hui⁹ horruerit: & quomodo cōcupieris seruitutē dei.
17.q.2.nos nouimus Nos nouimus: nos testes sumus qd' nobiscū apud tubunas de aio & uoluntate tua fueris collocutus. Soli tecū eramus ego & frater Alipi⁹. Non enim existimo tātum ualuisse terrenas curas quibus impletus es: ut hoc de memoria tua penit⁹ delere potuerint. Nempe oēs actus publicos quib⁹ occupatus eras: relinquere cupiebas: & te in ociū sanctum conferre: atq; in ea uita uiuere in qua serui dei monachi uiuūt. Vt autem non faceres: quid te reuocauit: nisi qa considerasti ostendētibus nobis: q̃ntū prodesset christi ecclesijs qd' agebas: si ea sola intentiōe ageres: ut defense ab infestatiōib⁹ barbarorum: quietam & trāquillam uitam agerēt: sicut dicit apostolus: In oēi pietate & castitate. Tu autem ex hoc mūdo nihil quæreres: nisi ea quæ necessaria essent huic uitæ sustendandæ tuæ: ac tuorum accinctus balthco castissimæ continētiæ: & inter arma corporalia spiritalibus armis tutius fortiusq; munitus. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderem⁹: nauigasti: uxorēq; duxisti: sed nauigasse obedientiæ fuit: quā ſm apostolū debebas sublimioribus potestatibus: uxorem autem nō duxisses nisi susceptam deserens continētiam concupiscētia uictus esses: quod ego cū comperissem: fateor mirat⁹ obstupui: dolorem aūt meum ex aliqua parte consolabat̃: q; audiui te illam ducere noluisse: nisi prius catholica fuisset facta: & tamen hæresis eorum qui uerum filium dei negāt tm̄ prævaluit in domo tua: ut ab ipsis filia tua baptiçaret̃. Iam uero si ad nos nō falsa perlata sunt: quæ utinam falsa sint: q; ab ipsis hæreticis q; etiā ancillæ a deo datæ rebaptiçatæ sint: quantis tm̄ malum plāgendum est fontib⁹ lachrymarum: ipsam quoq; uxorem nō tibi suffecisse: sed cōcubinaꝝ nescio quaꝝ commixtiōe pollutum loquunt̃ homines: & forsitan mentiūtur. Ista oēibus patent: tot & tanta mala: quæ te posteaq̃ coniugat⁹ es consecuta sunt. Quid ergo dicam? christianus es: cor habes: deū times: tu ipse considera quæ uolo dicere: & inuenies de quātis malis debeas agere pœnitētiam: propter quā tibi credo dn̄m parcere: & a periculis oēibus liberare: ut agas eam sicut
Eccli.5. agenda est. Sed si illud audias qd' scriptū est: Ne tardes conuerti ad dn̄m: neq; differas Z de die in diem: iustam quidem dicis habere causam cuius iudex ego non sum: Sed qualiscūq; sit tua causa: de q̃ modo quærere uel disputare nō opus est: nūquid coram deo potes negare: q; in istā necessitatē nō peruenisses: nisi bona sæculi hui⁹ dilexisses: quæ tanq̃ seru⁹ dei quem te ante noueram⁹ contemnere oīno: & pro nihilo habere debuisti: & oblata quidē sumere ut eis utereris ad pietatē: nō autē negata uel delegata sic quærere: ut ꝓpter illa in istā necessitatē ꝓducereris: ubi cū amātur uana perpetrātur mala: pauca quidē a te: sed multa propter te: & cū timent̃ quæ ad exiguū temp⁹ nocent: si tm̄ nocēt committūtur ea quæ uere in æternum nocēāt? De quib⁹ ut unū aliqd dicam: quis nō uideat q; multi boies tibi cobæreāt ad tuendam tuam potētiā uel salutem: qui etiam si tibi oēs fideles sint: nec aliquoꝝ ullæ timeāt̃ insidiæ? Nempe tamē ad ea bona quæ ipsi quoq; nō ſm deū sed ſm sæculū diligūt: per te cupiūt peruenire:

ac per hoc qui refrenare & cõpescere debuisti cupiditates tuas: explere cogeris alie-
nas. Qđ ut fiat: necesse est multa quæ deo displicent fiant: nec sic tamen explentur ta
les cupiditates. Nam facilius resecãtur q̃ in eis qui mũdum diligũt aliquando satiãtur.
Propter quod dicit diuina scriptura: Nolite diligere mundũ: nec ea quæ in mũdo sũt. 1. Joh. 2.
Si quis dilexerit mũdum: dilectio patris non est in eo: Quia omne quod in mũdo est:
concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculorum & ambitio sæculi: quæ nõ est a
patre: sed ex mundo est. Et mundus transit & cõcupiscẽtia eius. Qui autẽ facit uolun-
tatem dei manet in æternum. Quãdo ergo poteris tot hominũ armatorũ quoꝝ fouẽ-
da est cupiditas: timetur atrocitas: Quando inquã poteris eorũ cõcupiscentiã qui di-
ligunt mundum: nõ dico satiare: qđ fieri nullo modo potest: sed aliqua ex parte pasce-
re: ne uniuersa plebs pereat: nisi tu facias quæ deꝰ prohibet: & facientibꝰ cõminatur?
& Propter qđ uides tam multa contrita: ut iam uile aliquid quod rapiatur uix inueniat.
Quid autem dicam de uastatione Africæ: quam faciũt Afri barbari resistente nullo:
dum tu talis tuis necessitatibꝰ occuparis: nec aliquid ordinas unde ista calamitas auer-
tatur? Quis autem crederet: quis non timeret Bonifacio domesticorũ: & Africæ comi
te in Africa constituto: cum tam magno exercitu & potestate: qui tribunꝰ cum paucis
fœderatis omnes ipsas gentes expugnãdo & terrendo pacauerat? Nunc tantũ fuisse
barbaros ausuros: tantum progressuros: tanta uastaturos: tanta loca quæ plena popu
lis fuerant deserta facturos. Qui non dicebant quandocumq; tu comitiuam sumeres
potestatem: Afros barbaros: nõ solũ domites: sed etiam tributarios fururos Romanæ
rei publicæ. Et tunc q̃ in cõtrariũ uersa sit: spes hominum uides: nec diutius hinc tecũ
loquendum est: quia plus ea tu potes cogitare q̃ nos dicere. Sed forte ad ea respon-
des: illis hoc esse potius imputandum qui te læserunt: qui tuis officiosis uirtutibꝰ non
paria: sed contraria reddiderũt. Quas causas ego audire & iudicare nõ possum: tuam
causam potius aspice & inspice: quam nõ cum hominibus quibuslibet: sed cũ deo ha-
bere te cognoscis: quia in christo fideliter uiuis: ipsum debes timere ne offẽdas. Nam
causas ego superiores potius attẽdo: quia ut Africa tãta mala patiatur: tuis debẽt ho-
mines imputare peccatis. Verumtamen noli te ad eorum numerum pertinere: quos
malos & iniquos deus flagellat pœnis temporalibꝰ quos uoluerit. Ipsis nãq; iniquis si
correcti non fuerint seruat æterna supplicia: qui eorum malicia iuste utitur: ut alijs ma
la ingerat temporalia: Tu deum attende: Iesum christum cõsidera: qui tãta bona præ-
stitit: & tanta mala pertulit. Quicũq; ad eius regnum cupiunt pertinere: & cum illo ac
sub illo semper beate uiuere: diligunt etiam inimicos suos: bene faciunt illis q̃ eos ode Matth. 5.
runt: & orant pro eis a quibus persecutionem patiuntur. Et si quando adhibẽt pro di-
sciplina molestam sæueritatem: non tamen amittunt sinceriſſimam charitatem. Si er-
go tibi bona sunt præstita: q̃is terrena: transitoria ab imperio romano: quia & ipsũ ter
renum est non cæleste: nec potest præstare nisi quod habet in potestate. Si ergo bo-
na in te collata sunt: noli reddere mala pro bonis. Si autem mala tibi irrogata sunt: noli
reddere mala pro malis. Quid istoꝝ duorũ sit: nec discutere uolo: nec ualeo iudicare: 1. Thessal. 5.
ego christiano loquor: Noli reddere uel mala ꝓ bonis: uel mala pro malis. Dicis mihi
fortasse intãta necessitate: qd uis ut faciã? Si consiliũ a me ſm hoc sæculũ quæris: quõ
ista salꝰ tua trãsitoria sit: & potẽtia atq; opulẽtia: ul' ista seruet quã nũc habes: uel etiã
maior addatur: quid tibi respõdeã nescio. Incerta quippe ista: certũ cõsiliũ brẽ nõ pos
sunt. Si autem ſm deũ me cõsulis: ne aia tua pereat: & times uerba ueritatis dicentis:
Quid prodest homini si totum mũdum lucretur: animæ autem suæ detrimentum pa- Luc. 9.
A tiatur: Habeo plane qđ dicã: Est apud me cõsilium quod a me audias. Quid aũt opus
est ut aliud dicã q̃ illud quod supra dixi: Noli diligere mundũ: nec ea quæ in mũdo sũt:
Si quis aũt dilexit mũdum: nõ est charitas patris in illo: Qm̃ omnia quæ in mũdo sunt:
concupscentia carnis est: & cõcupiscentia oculoꝝ & ambitio sæculi: quæ nõ est ex pa-
tre: sed ex mundo est. Et mũdus transit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit uo-
luntatem dei manet in æternum: sicut & deus manet in æternum. Ecce consilium arri-

pe & age. Hic appareat si uir fortis es: uince cupiditates quib⁹ iste diligitur mūd⁹: age pœnitentiam de præteritis malis: quando ab eis cupiditatibus uictus per desideria bona trahebaris. Hoc cōsiliū si acceperis: si tenueris: atq; seruaueris: & ad bona illa certa p
B uenies: & cum salute animæ tuæ inter ista incerta uersaberis. Sed forte iterum quæris a me: quomodo ista facias tātis mūdi hui⁹ necessitatibus implicat⁹? Ora fortiter & dic deo quod habes in psalmo: In necessitatib⁹ meis erue me. Tunc enim finiūtur istæ necessitates: quando uincuntur illæ cupiditates. Qui exaudiuit te & nos pro te: ut liberaret de tot tantisq; periculis: uisibilium corporaliūq; bellorum: ubi sola ista uita quādoq; finienda periclitatur: anima uero non perit: si non malignis cupiditatibus captiua teneat. Ipse te exaudiet ut interiores & inuisibiles hostes: id ē ipsas cupiditates inuisibiliter & spiritaliter uincas: & sic utaris hoc mūdo tanquam non uteris: ut ex bonis eius bona facias non malus fias: quia & ipsa bona sunt: nec dantur hominib⁹ nisi ab illo qui habet omniū cælestium & terræstrium potestatem. Sed ne putent mala: dātur & bonis: ne putentur magna uel summa bona: dantur & malis. Itemq; auferuntur ista & bo
C nis ut probentur: & malis ut crucientur. Quis enim nesciat: quis ita sit stult⁹: ut non uideat q̄ salus huius mortalis corporis & membrorum corruptibilium uirtus & uictoria de hominbus inimicis: & bonor atq; potentia temporalis: & cætera istius mūdi bona terræna & bonis dantur & malis: & bonis auferuntur & malis. Salus uero animæ cum immortalitate corporis uirtusq; iusticiæ & uictoria de cupiditatib⁹ inimicis: & gloria & bonor & pax in æternum non dantur nisi bonis. Ista ergo dilige: ista concupisce: ista omnib⁹ modis quære. Propter hæc acquirenda & obtinenda fac elemosynas: funde orationes: exerce ieiunia quantū sine læsiōe corpis tui potes. Bona uero illa terræna noli diligere quantalibet tibi abundet. Sic eis utere: ut bona multa ex illis: nullum aūt malum facias. Propter illa omnia quippe talia peribunt: sed bona opera non pereunt: etiam quæ de bonis parentibus fiūt. Si enim coniugem non haberes: dicerem tibi qd
D & tribuno dixim⁹: ut in quantitate continentiæ uiueres: Adderem quod tūc fieri prohibuimus: ut iam te quantum rerum humanarum salua pace potuisses: ab rebus bellicis abstraberes: & ei uitæ uacares in societate sanctorum: cui tūc uacare cupiebas: ubi in silentio pugnant milites christi: non ut occidant homines: sed ut expugnent principes & potestates & spiritalia nequiciæ: id est diabolum & angelos eius. Hos enim hostes sancti uincūt: quos uidere non possūt: & tamen quos non uident uincunt: ista uincendo quæ sentiūt. Sed ut te ad istam uitam non exborter: coniūx impedimento est: sine cui⁹ consensione continēter tibi nō licet uiuere: qa & si tu eam post illa tua uerba tubunensia ducere non debebas: illa tibi tamen nihil eorum sciens: innocenter & simpliciter nupsit: Atq; utinam posses ei persuadere continentiam: ut sine impedimento redderes deo quod te debere cognoscis. Sed si cū illa agere nō potes: serua saltem pudicitiam coniugalem: & roga deum: qui te de necessitatib⁹ eruat: ut quod non potes modo: possis aliquando. Verūtamen ut deū diligas: non diligas mūdum: ut in ipsis bellis (si adhuc in eis te uersari opus est) fidē teneas: pacē quæras: ut ex mūdi bonis facias bona opa: & propter mūdi bona nō facias opa mala: aut non impedit coniūx: aut impedire nō debet. Hæc ad te fili dilectissime ut scriberem: charitas iussit qua te scd̄m deum: non scd̄m hoc sæculum diligo: quia & cogitans quod scriptum est: Corripe sa-
Prouer. 9. pientem & amabit te: Corripe stultum & adijciet odisse te: nō te utiq; stultū: sed sapientem debui cogitare.

Nebridij ad sanctū Augustinū de phantasia & memoria inquirētis. Epla. LXXI.

HAugustino: Nebridius. Epistolas tuas perplacet ita seruare ut oculos meos. E Sunt enim magnæ: non quātitate sed rebus: & magnarum rerū magnas cōtinēt probatiōes. Illæ mihi christum: illæ Platonem: illæ Plotinum sonabūt. Erūt igitur mihi: & ad audiendum propter eloquentiam dulces: & ad legendum propter breuitatem faciles: & ad intelligendum propter sapientiam salubres. Curabis ergo quod tuæ menti sanctum bonū ue fuerit uisum me docere. His autem litteris respōdebis: cū de phantasia & memoria subtili⁹ aliquid disputaris. Mihi cm̄ ita ui-

det: ꝙ quãuis nõ omnis phantasia cũ memoria sit: omis tamẽ memoria sine phantasia esse non possit. Sed dicis: quid cum recordamur nos intellexisse aut cogitasse aliquid? Contra hæc ego respõdeo & dico: propterea hoc euenisse: quia cum intelleximus uel cogitamus: corporeũ aut temporale aliquid gerimus: quod ad phantasiam pertinet: Nam aut uerba intellectui: cogitationibusq; nostris adiũximus: quæ uerba sine tempore non sũt: & ad sensum uel phantasiam pertinẽt: Aut tale aliqd intellectus noster cogitatione passus est: qd̃ in aio phantasticam memoriã facere potuisset. Hæc ego inconsiderate ac perturbate (ut soleo) dixi: tu explorabis: & falso reiecto: ueritatem in litteris conferes. Audi aliud: Cur quæso te: a se potius q̃ a sensu phantasiam habere oẽs imagines dicimus? Potest enim: quemadmodum animꝰ intellectualis ad intelligibilia sua uidenda a sensu admonetur potius q̃ aliquid accipit: ita & phãtasticus animus ad imagines suas contemplandas: a sensu admoneri potius q̃ aliquid assumere. Nã forte contingit: ut ea quæ sensus nõ uidet: ille tamẽ aspicere possit: qd̃ signũ est in se & a se habere oẽs imagines. De hac re quoq; qd sentias respõdebis.

Beati Augusti ad Nebridiũ ad priora interrogata perpulchre respõdẽtis: & de triplici ui imaginatiua pertractãtis. Epla. LXXII.

HVgustinus Nebridio. Proœmio supersedebo: & cito incipiã: quod iamiamq; uis dicere: præsertim non cito desiturus. Memoria tibi nulla uidetur esse posse sine imaginibus uel imaginarijs uisis: quæ phantasiarũ nomine appellare uoluisti: Ego aliud existimo. Primũ ergo uidẽdum est: nõ nos semper reũ prætereũtium meminisse: sed plærumq; manẽtium: cum sibi memoria præteriti temporis uendicet tenacitatem: constat eam tamen partim eorum esse quæ nos deserunt: partim eorum quæ deserũtur a nobis. Nam cum recordor patrem meũ (id utiq; recordor) ꝙ me deseruit: & nunc non est: Cum autem carthaginem: id quod est & quod ipse deserui: In utroq; tamen generum horum: præteritum tempꝰ memoria tenet. Nam & illum hominem & istam urbem ex eo ꝙ uidi: non ex eo ꝙ uideo memini. Hic tu fortasse quæris: quorsum ista: præsertim cum animaduertas utrumlibet horum non posse in memoriam uenire: nisi uiso illo imaginario? At mihi satis est sic interim ostẽdisse posse dici earum etiam rerum: quæ nondum interierũt memoriam: Verum qd̃ me adiuuet facito intentus accipias. Nonnulli calumniantur aduersus socraticum illud nobilissimũ inuentum: quo asseritur: non nobis ea quæ discimus ueluti noua inferri: sed in memoriam reuocari: dicentes memoriam præteritarum rerum esse: hæc autem quæ intelligendo discimus: Platone ipso auctore: semper esse: nec posse interire: ac per hoc non esse præterita: qui non attendũt illam uisionem esse præteritam: qua hæc aliquando uidimus mente: a quibus quia defluximꝰ: & aliter alia uidere cœpimus ea nos reminiscẽdo reuisere: id est per memoriam. Quãobrem si alia omittam: ipsa æternitas semper manet: nec aliqua imaginaria figmenta conquirit: quibus in mentem quasi uehiculis ueniat: nec tamen uenire posset nisi eius meminissemus: potest etiam quarũdam rerum sine ulla imaginatiõe memoria. Iam uero ꝙ tibi uidetur anima etiam non usa sensibus corporis corporalia posse imaginari: falsum esse conuincit isto modo. Si anima priusquam corpore utatur ad corpora sentienda eadem corpora imaginari potest: & melius qd̃ nemo sanꝰ ambigit affecta erat antequam his fallacibus sensibus implicaretur: melius afficiuntur animæ dormientium q̃ uigilantium: melius freneticorum q̃ talipeste carentium: His enim afficiũtur imaginibus: quibꝰ ante istos sensus uanissimos nũcios afficiebantur: & uerior erit sol quem uident illi q̃ ille quem sani atq; uigilantes: & erũt ueris falsa meliora. Quæ sibi absurda sũt. Nihil ẽ aliud illa imaginatio mi Nebridi q̃ plaga inflicta per sensus: quibꝰ nõ ut tu scribis commemoratio quædam fit ut talia formẽt in anima: sed ipsa huiꝰ falsitatis illatio: siue ut expressiꝰ dicat impressio. Quid sane te mouet quo fiat ut eas facies formasq; cogitemꝰ quas nũq̃ uidimꝰ acute mouet. Itaq; faciã ꝙ ultra solitũ modũ banc epistolã porrigat sed nõ apud te cui nulla est pagina gratior q̃ quæ me loquaciorẽ apportat tibi. Oẽs has imagines q̃s phantasias cũ multis uocas: in tria genera cõmodissime ac uerissime distribui uideo. Quoꝝ ẽ unũ sensi

rebus impressum:alterū putatis:tertium ratis. Primi generis exempla sunt:cum mihi tuam faciem uel carthaginem:uel familiarem quendā uestrum uerecūdum: & si quid aliud manentium uel mortuarū rerum quas tamen uidi atq; sensi in se animus format. Alteri generi subijciantur illa quæ putamus ita se habuisse uel ita se habere:uelut cū disserendi gratia quædam ipsi fingimus nequaquam impedientia ueritatem:uel quæ lia figuramus cum legitur historia:& cum fabulosa uel audimus uel componimus uel suspicamur. Ego em̄ mihi ut libet atq; ut occurrit animo: Aeneæ faciē fingo: ego Medeæ cum suis anguibus alitibus iunctis iungo:ego Cremetis & alicuius Parmenonis. In hoc genere sunt etiam illa:quæ siue sapientes aliquid ueri talibus inuoluentes figuris:siue stulti uariarum superstitionum conditores pro uero attulerunt:ut est tartare⁹ phlegethon:& quinq; antra gētis tenebrarū:& stilus septentrionalis contīēs cælum: & alia poetarum atq; hæreticorum mille portenta. Dicimus tamen & inter disputandum puta esse tres super inuicem mundos:qualis hic unus est. Et puta quadrata figura terram contineri: & similia. Hæc enim omnia ut se cogitatiōis tempestas habuerit: fingimus & putamus. Nam de rebus qd̄ ad tertium genus attinet imaginum numeris maxime atq; dimensionibus agitur:quod partim est in rerum natura:uelut cum totⁱ mūdi figura inuenit̄: & hāc inuentionē in animo cogitātis imago sequit̄:partim in disciplinis tāq̄ in figuris geometricis & rhythmicis musicis:& infinita uarietate numerorū:quæ quālis uera:sicut ego autumo comprehendātur: gignūt tamē falsas imaginationes:quibus ipsa ratio uix resistit:tametsi nec ipsam disciplinam disserēdi carere hoc malo facile est:cum in diuisionibus & conclusionibus quosdam quasi calculos imaginamur. In hac tota imaginū silua credo tibi non uideri primū illud genus ad animam priusquam inhæreat sensibus pertinere:neq; hinc diutius disserendū:de duob⁹ reliquis iure adhuc quæri posset:nisi manifestum esset:animam minus esse obnoxiam falsitatibus nondum passam sensibilium sensuumq; uanitatem. At istas imagines quis dubitauerit istis sensibilib⁹ multo falsiores? Nā illa quæ putam⁹ & credim⁹ siue fingim⁹:& ex oī parte oīno falsa sūt:& certe lōge ut cernis peiora sūt quæ uidem⁹ aq; sentim⁹. Iam in illo tertio genere qd̄libet spaciū corporale aio figuranti uero: quāq̄ id ronib⁹ disciplinarum minime fallentibus cogitatio peperisse uideatur:ipsis rursum rationibus arguentibus:falsum esse conuinco. Quo fit ut nullo pacto animam credam nondum corpore sentientem:nōdum per sensus uanissimos mortali & fugaci substantia uerberatam nitanta falsitatis ignominia iacuisse. Vnde ergo euenit ut quæ non uidimus cogitemus. Quid putas esse nisi uim quandam minuendi & augendi animæ insitam: quā quocūq; uenerit necesse est afferat secum? Quæ uis in numeris præcipue animaduerti potest: hac fit:uerbi gratia:ut corui quasi ab oculis imago cōstituta:quæ uidelicet aspectib⁹ nota est demendo & addendo: quædam ad quamlibet omnino nūquam uisam imaginē perducatur. Hinc euenit ut per consuetudinem uoluentibus sese in talibus animis figuræ huiuscemodi: uelut sua sponte cogitatiōib⁹ irruant. Licet igitur animæ imaginati ex his quæ illi sensus inuexit:demēdo ut dictum est: & addēdo ea gignere quæ nullo sensu attingit tota:partes uero eorum in alijs atq; alijs reb⁹ attigerat. Ita nos pueri apud mediterraneos nati atq; nutriti:uel in paruo calice aqua tusa: iam imaginari maria poteramus. Cum sapor fragorum & cornorum antequā in italia gustaremus:nullo modo ueniret in mentem. Hinc est q̄ a prima natiuitate cæci: cum de luce coloribusq; interrogantur: qd̄ respondeant non inueniūt. Non enim coloratas ullas patiūt imagines qui senserunt nullas. Nec mirare quo pacto ea quæ in rerum natura figurantur & fingi possunt:non primo in anima quæ omnibus ineſt comixta uoluantur: cum ea nunq̄ extrinsecus senserit. Nam etiam nos cum indignādo aut lætādo:ceteriscq; huiuscemodi animi motibus:multos in nostro corpore uultus coloresq; formamus: pn⁹ nostra cogitatio q̄ facere possumus tales imagines concipit. Consequuntur ista mirabilis modis:& cōmittendis cogitatiōi tuæ:cū in anima sine ulla corporali figura falsitatū numeri agitāt occulti. Ex quo intelligas uelim cū tam multos animi mot⁹ esse sentientes expertes omnium de quib⁹nūc quæris imaginum quolibet alio motu animam sortiri

corpus q̄ sensibilium cogitatiõe formarum: quas ea priusquam corpore sensibusq; uta/
tur: nullo modo arbitror pati posse. Quamobrem pro nostra familiaritate: & pro ipsi⁹
diuini iuris fide sedulo monuerim charissime mihi ac iocundissime: nullã cum istis in/
fernis umbris copules amicitiã: ne ue illam quæ copulata est cogaris diuellere. Nullo
enim modo resistitur corporis sensibus: quæ nobis sacratissima disciplina ẽ: si per eas
inflictis plagis uulneribusq; blãdimur.

¶ Beati Augustini ad Possidiũ & qui cũ eo sunt: an & quibus liceat se ornare auro uel
uestibus determinãtis. Epla. LXXIII.

K Domino dilectissimo & uenerabili fratri & consacerdoti Possidio & qui tecum
q sunt fratribus: Augustinus & qui mecũ sunt fratres in domino salutem. Magis
quid agas cum eis qui obtemperare nolunt cogitãdum est: q̄ q̄emadmodum
eis ostendas non licere quod faciunt. Sed nunc epistola sanctitatis tuæ: & occupatissi/
mũ me reperit: & celerrimus baiuli reditus: neq; non rescribere tibi: neq; ad ea quæ cõ
suluisti: ita ut oportet respõdere p̄misit. Nolo tñ de ornamẽtis auri uel uestis præpro/
perã habeas in ꝓhibẽdo sententiã: nisi in eos q neq; cõiugati neq; coniugari cupientes:
cogitare debeãt quomodo placeant deo: Illi aũt cogitãt quæ sunt mundi: quomodo 1.Cor.7.
placeãt uel uiri uxorib⁹: uel mulieres maritis: nisi ꝙ capillos nudare fœminas (quas etiã
caput uelare apostol⁹ iubet) nec maritatas decet. Fucari autem pigmentis: quo uel ru
bicundior uel cãdidior appareat: adulterina fallacia est: q̄ non dubito etiã ipsos mari/ De conse. dis.
tos se nolle decipi: quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari: ꝑm ueniã non scẽm 5. fucare
imperium. Nã uerus ornatus maxime christianoꝝ & christianaꝝ: non tm̃ nullus fuc⁹
mendax: uerum ne auri quidem uestisq; pompa: sed mores boni sunt. Execrãda autẽ
superstitio ligaturarum: in quibus etiã inaures uirorum: in summis ex una parte auri/
culis suspensæ deputãtur: non ad placendũ hominibus: sed ad seruiendum dæmoni/
bus adhibẽtur. Quis autem possit speciales nefariarum superstitionũ prohibitiões in
scripturis inuenire: cũ generaliter apostolus dicat: Nolo uos socios fieri dæmoniorũ?
Et iterum: Quæ enim consonãtia christi ad belial? Nisi forte quia belial nominauit: & 2.Cor.6.
generalem societatẽ dæmoniorum prohibuit: licet christianos sacrificare neptuno:
quia nihil proprie de neptuno uetitũ legimus. Moneãtur interim miseri ut si obtempe
rare nolunt præceptis salubrioribus: saltem sacrilegia sua non defendãt: ne maiori se
scelere implicent. Quid aũt cum eis agendum sit: si soluere inaures timent: & corpus
christi cũ signo diaboli accipere nõ timent? De ordinando aũt qui in parte Donati ba
ptiçatus est: auctor tibi esse non possum: Aliud est enim facere si cogaris: aliud consu/
lere ut facias.

¶ Beati Augustini ad Deuteriũ ep̄m: de errore & explusieõ Victorini subdiaconi ma
nichæi: & de electis & auditorib⁹ manichæoꝝ & eoꝝ hæresi ptractãtis. Epla. LXXIIII.

L Domino beatissimo & uenerabiliter charissimo fratri & coepiscopo Deuterio:
d Augustinus in domino salutẽ. Nihil melius me facere posse arbitratus sum: q̄
ut tuæ sanctitati potissimũ scribere: ne per negligentiã in nostra prouincia do/
mini nostri Iesu christi ouile uastet inimicus: q non desinit insidiari: ut perdat animas tã
magno precio cõparatas. Mallianensem quendã subdiaconũ Victorinũ: apud nos cõ/
stitit esse manichæum: & ita sacrilego errore sub nomine clerici latitabat: Nam est etiã
ætate iam senex. Ita est autem manifestatus: ut etiam ipse a me interrogatus: anteq̄ a
testibus coargueretur: negare non posset. Tot enim & tales esse sciebat: quibus se in/
cautus effuderat: ut nihil aliud si negare temptaret: q̄ nõ dico impudentissimus: sed in
sanissimus appareret: Auditorẽ sane manichæoꝝ: nõ electũ se esse cõfessus est. Audi/
tores aũt qui appellãtur apud eos: & carnibus uescunt & agros colunt: & si uoluerint
uxores habent: quoꝝ nihil faciũt qui uocantur. Sed ipsi auditores: ante electos genua
figunt: ut eis manus supplicib⁹ imponat: nõ a solis episcopis uel presbyteris aut diaco
nis: sed a quibuslibet electis. Solem etiã uel lunã: cum eis adorãt & orãt. Die quoq; dñi/
co cũ illis ieiunãt: & oñes blasꝑbemias cũ illis credũt: quib⁹ manichæoꝝ hæresis dete/
stãda ẽ: negãtes scilicet xp̄m natũ esse de uirgine: nec ei⁹ carnẽ uerã confitẽtes fuisse:

ſed falſã: ac ꝓ hoc & falſã eiꝰ paſſionẽ: & nullã reſurrectionẽ fuiſſe cõtẽdũt: patriarchas ꝓphetaſq; blaſphemãt: legẽ ꝓ famulũ dei Moyſẽ datã: nõ a uero deo dicãt: ſed a prin/cipe tenebraꝝ animas nõ ſolum hominũ ſed etiã pecorũ: de dei eſſe ſubſtãtia: & oĩ/no partes dei eſſe arbitrant. Deum deniq; bonum & uerum: dicunt cum tenebrarum gente pugnaſſe: & partẽ ſuam tenebraꝝ principib⁹ miſcuiſſe: eamq; toto mũdo inqui/natam & ligatam per cibos electoꝝ ſuorum: ac per ſolem & lunam purgari aſſeuerãt: & ꝙ purgari de ipſa ꝑte dei nõ potuerit: in fine ſæculi æterno ac pœnali uinculo colli/gari: ut nõ ſolũ uiolabil' & corruptibil' & cõtamiabil' credat⁹: cui⁹ pars potuit ad ma la tanta perduci: ſed nõ poſſit ſaltẽ totus a tanta coinquinatiõe & immũdicia & miſeria uel in fine ſæculi purgari. Has cũ illis intolerabiles blaſphemias: ſubdiacon⁹ iſte ꝙſi ca/tholicus: nõ ſolum credebat: ſed quibus uiris⁹ poterat edocebat. Nam docens pateſa/ctus eſt: cum ſe quaſi diſcẽtibus credit. Rogauit me quidẽ poſteaq; ſe manichæoꝝ au/ditorẽ eſſe confeſſus eſt: ut eum in uiã ueritatis doctrinæ catholicæ reuocarem. Sed fa teor: eiꝰ finctionẽ ſub clerici ſpecie uehemẽter exhorrui: eũq; coercitum pellendũ de ciuitate curaui. Nec mihi hoc ſatis fuit: niſi & tuæ ſanctitati eum meis litteris intimarẽ: ut a clericorũ gradu congrue: & eccleſiaſtica ſæueritate deiectus: cauẽdus omnib⁹ in/noteſcat: Petenti aũt pœnitentiæ locum: tunc credat⁹ ſi & alios quos illic nouit eſſe ma nifeſtauerit nobis: nõ ſolũ malliana: ſed in ipſa oĩno prouincia.

¶ Beati Auguſtini ad Auxilium epiſcopum: An pro peccato patris/filius: aut mariti/uxor: aut domini/ſeruus poſſit excommunicari: Et quæ ſit cauſa iuſtæ excõmunica/tionis: explanãtis. Epla. LXXV.

Domino dilectiſſimo & uenerabili fratri & conſacerdoti Auxilio: Auguſtinus. M
d Vir ſpectabilis filius noſter Claſſitianus: grauiter apud me litteris quæſtus eſt: ꝙ ſit anathematis iniuriã a tua ſanctitate perpeſſus: Narrans ꝙ uenerit ad ec/cleſiam: apparitione paucorum ſuæ poteſtati congrua comitatus: & egerit tecum ne contra ſalutem ſuam faueres eis qui per euãgelium peierando adiutorium uiolandæ fidei: in ipſa fidei domo requirebãt: Quos tamen conſiderãtes quid male fecerint: nõ inde uiolenter abductos: ſed ſponte dicit egreſſos: atq; hinc uenerationem tuam ita ſi/bi ſuccenſuiſſe: ut eccleſiaſticorũ confectione geſtorũ cum oĩ domo ſua anathema/tis ſentẽtia feriretur. Quibus litteris lectis: nõ mediocriter æſtuatis cogitationib⁹ ma/
24.q.3.ſi bẽs gna cordis tempeſtate fluctuantib⁹: apud charitatem tuã tacere nõ potui: ut ſi habes de hac re ſententiã: certis rationibus uel ſcripturarũ teſtimonijs exploratã: nos quoq; docere digneris: quõ recte anathematiçet⁹ pro patris ꝑtõ filius: aut pro mariti uxor: aut ꝙ dñi ſeru⁹: aut quiſq; etiã in domo nõdũ nat⁹: ſi eodẽ tempe quo uniuerſa domus eſt anathemate obligata naſcat⁹: nec ei poſſit per lauacrũ regeneratiõis: in mortis peri culo ſubueniri. Neq; eĩ hæc corporalis eſt pœna: qua legim⁹ quoſdam cõtemptores dei cũ ſuis oĩbus: qui eiuſdẽ impietatis participes non fuerũt pariter interfectos: tunc quidẽ ad terrorẽ uiuẽtiũ mortalia corpora perimebãt⁹: qñq; utiq; moritura: Spiritalis
Matth.16 aũt pœna: q̃ fit qd' ſcriptũ ẽ: Quæ ligaueritꝭ in terra erũt ligata & in cælo: aĩas obligat:
Ezech.18. de qb⁹ dictũ ẽ: Aĩa pris mea ẽ: & aĩa filij mea ẽ. Aĩa quæ peccauerit ipa morie⁹. Audiſti fortaſſe aliquos magni nois ſacerdotes: cũ domo ſua quẽpiã anathematiçaſſe peccã/tiũ: ſed forte ſi eſſent interrogati: reperirentur idonei reddere inde rationẽ. Ego aũt quoniam ſi quis ex me quærit utrum recte fiat: quid ei reſpondeam non inuenio: nũq; hoc facere auſus ſum: cum de quorundam facinoribus immaniter aduerſus eccleſiam perpetratis: grauiſſime permouerer. Sed ſi tibi q̃ iuſte fiat dominus reuelauit: nequa/quam iuuenilẽ ætatẽ tuam: & honoris eccleſiaſtici rudimenta contemno. En aſſum ſe nex a iuuene coepiſcopo: & epiſcop⁹ tot annorum a collega nec dum anniculo parat⁹ ſum diſcere: quomodo uel deo uel hominibus iuſtã poſſum⁹ reddere rationẽ: ſi aĩas in nocentes pro ſcelere alieno: ex quo non trahũt ſicut ex adam (in quo omnes peccaue/runt) originale peccatum: ſpiritali ſupplicio puniamus. Etenim Claſſitiani filius: & ſi traxit ex parte primi hois culpã: ſacro fonte baptiſmatis expiandã: tñ quicqd poſtea q̃ genuit: peccati pater ei⁹ admiſit ubi particeps ipſe nõ fuit: ad eum non pertinere quis

ambigit? Quid de tot animab⁹ in uniuersa familia? Vnde si una anima per istā sæuerí/
tatem qua tota domus ista anathematiçata est sine baptismate de corpore exeundo
perierit: innumerabilium mors corporum: si de ecclesia homines innocentes uiolēter
abstrahantur & interficiantur huic damno nō potest comparari. Si ergo de hac re po
tes reddere rationem: utinam & nobis rescribendo præstes: ut possimus & nos: Si aūt
non potes: quid tibi est inconsulta commotione animi facere? Vnde si fueris interro/
gatus: rectam rationem non uales inuenire. Hæc autem dixi etiā si filius noster Classi/
Ntianus aliquid admisit: qđ tibi anathemate plectendum iustissime uideretur. Cæterum
si ueras ad me litteras misit: nec solus in domo sua debuit ista sententia coerceri. Sed
hinc cum tua sanctitate nihil ago nisi tantum peto ignoscas petenti ueniam si agno/
uerit culpam: Si autem nihil eum peccasse prudenter agnoscis: quoniam ipse in do/
mo fidei iustius flagitabat fidem debere seruari: ne ibi frangeretur ubi docetur: fac
quod sanctum uirum facere oportet: ut si tibi cōtigit tanquam homini: quod utiq; ho/
mo dei dicit in psalmo: Turbatus est præ ira oculus meus: exclames ad deum: Misere Ps. 6.
re mei domine: quoniam infirmus sum: ut porrigat dextram suam: & comprimat ira/
cundiam tuam: & tranquillet mentem tuam: ad uidendam faciendāq; iusticiam. Sicut
enim scriptum est: Iracūdia uiri iusticiam dei nō operat̄. Nec arbitreris ideo nobis nō Jacobi. 1.
posse subrepere iniustam commotionem: quia episcopi sumus: Sed potius cogitem⁹
inter laqueos temptationum nos periculosissime uiuere: quia homines sumus. Au/
feritaq; gesta ecclesiastica quæ perturbatior fortasse feci̇sti: & redeat inter nos chari/
tas quam cum illo & catbecuminis habuisti. Aufer litem & reuoca pacem: ne tibi pere
at bomo amicus: & de uobis gaudeat diabolus inimicus. Potens est autem misericor/
dia dei nostri: quæ & me exaudiat orantem: ne mea tristicia de uobis augeatur: sed po
tius quæ est exorta sanetur: & erigat per gratiam suam: & lætificet iuuētutem tuā nō
cōtemnētem senectutē meam. Vale.

¶ Beati Augustini ad Aureliū: q⁹ monachi desertores monasterio⁹ ad militiā clerica/
tus eligi nō debeāt determinātis. Epl'a. LXXVI.

O Domino beatissimo & debita obseruantia: uenerabili sinceriterq; charissimo fra 16. q. 1. legt
dtri & consacerdoti papæ Aurelio: Augustin⁹ in domino salutē. Litteras nullas epistolam
tuæ uenerabilitatis: exquo ab inuicē corporaliter digressi sumus accepi. Nūc
uero legi epistolam benignitatis tuæ de Donato & fratre eius: & quid respondere diu
fluctuaui: Sed tamē etiā atq; etiam cogitanti quid sit utile saluti eorum quibus in chri/
sto nutriēdis seruim⁹: nihil mihi aliud occurrere potuit: nisi nō esse istam uiam dandā
seruis dei: ut se facilius putēt elegi ad aliquid melius: si facti fuerint deteriores. Et ipsis
enim facilis lapsus & ordini clericor⁹ fit indignissima iniuria: si desertores monasterio/
rum ad militiam clericatus eligantur: cum ex his qui in monasterio permanēt: non ta
mē nisi probatiores atq; meliores in clerum assumere soleamus: nisi forte sicut uulga/
res dicūt: Malus coraula: bon⁹ symphoniacus est. Ita idem ipsi uulgares de nobis ioca/
buntur dicētes: Malus monachus: bonus clericus est. Nimis dolēdum si ad tam ruino
sam supbiā monachos surrigam⁹: & tā graui cōtumelia clericos dignos putam⁹. In quo
rū numero sumus cū aliquādo etiā bonus monachus uix bonū clericū faciat: si adest ei
sufficiēs continētia: & tamē desit instructio necessaria: aut psonæ regularis integritas.
Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua: q⁹ nr̄a uolūtate ut suis pot⁹ corregionali/
bus utiles essent de monasterio recessisse: Sed falsū est: spōte abierūt: sponte deserue/
rūt: nobis q̄ntū potuim⁹ pro eor⁹ salute renitētib⁹: & de Donato quidē qa iam factū est
ut anteq̄ de hac re aliqd i cōcilio statuerem⁹: ordinaret̄: si forte a supbiæ puersitate cor
rectus est: qđ uult prudētia de tua faciat: de fratre uero ei⁹ uel maxima causa de mona
sterio etiā ipse Donatus absces̄sit: cū intelligas qd sentiā nescio qd respondeā. Contra/
dicere tū prudentiæ bonori charitatiq; nō audeo: & sane spero id te facturū: qđ mem/
bris ecclesiæ salubre perspexeris.

¶ Beati Augustini & Alipij ad Aureliū papā: gratiarūactiōes deo agentiū: pro fructuo
so incremēto ministror⁹ eccliæ deuotor⁹: p eundē institutor⁹. Epl'a. LXXVII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pō.125. Domino beatissimo & uenerabiliter suscipiendo sincerissimeq; charissimo fratri p
& uere sancto papæ Aurelio: Alipius & Augustinus in domino salutem. Impletum est gaudio os nostrum & lingua nostra exultatione: nunciantibus litteris tuis sanctam cogitationem tuam: adiuuāte domino qui eam inspirauit: & ad effectum esse pductā: de oīb⁹ ordinatis fratrib⁹ nostris: & præcipue de sermone presbyterorū qui te præsente pplo infundiē: per quoꝝ linguas clamat charitas tua maiore uoce in cordibus hominum: q̄ illi in auribus: Deo gratias. Nam quid meli⁹ & animo geramus: & ore promamus: & calamo exprimamus q̄ Deo gratias: Hoc nec dici breui⁹: nec audiri lætius: nec intelligi grandius: nec agi fructuosius potest. Deo gratias qui te & tam fideli pectore ditauit erga filios tuos: & id qđ in intimo animæ habebas: quo human⁹ oculus nō penetrat: eduxit in lucē: donando tibi nō solū ut bene uelles: uerūetiam in
Matth.5. quibus posset apparere quod uelles. Ita plane fiat: luceāt hæc opera coram hominib⁹: ut uideant: gaudeāt: glorificent patrem qui in cælis est. Talibus delecteris in domino ut ipse te pro eis orantem dignetur exaudire: quoniam tu per eos loquentem nō dedignaris audire. Eatur: ambuletur: curratur in uia domini: benedicātur pusilli cum ma
Pō.121. gnis: iocūdati in bis qui dicūt eis: In domū dñi ibim⁹: præcedāt illi: & sequantur isti: imitatores facti eorum sicut & illi christi: ferueat iter sanctarum formicarum: fragrent opera sanctarum apium: feratur fructus in tolerātia cum salute perseuerandi usq; in finem.
1.Cor.10. Nec sinat dominus temptari supra q̄ possumus ferre: sed faciat cum temptatiōe etiam exitum ut possimus sustinere. Orate pro nobis digni exaudiri: cum tanto sacrificio accediti ad deum sincerissime dilectiōis: & laudis eius in operib⁹ uestris. Orate ut etiam nobis hæc liceant: quoniam nouit ille quem oratis: cum quanto uestro gaudio uobis luceant. Hæc sunt uota nostra: hæ multitudines solatiorum: secūm multitudinem dolorum nostrorum in corde nostro: iocūdant animam nostram. Ita est quia ita promissum est: ita erit quod restat sicut promissum est. Obsecram⁹ te per eum qui tibi ista donauit: & populum cui seruis: ac per te benedictiōe profudit ut iubeas singulis quos uolueris: sermones eorum conscriptos & emendatos mitti nobis. Nam & ego quod iussisti nō negligo & de Titonij septem regulis uel clauibus sicut sæpe iam scripsi cognoscere quid tibi uideaē expecto.

¶ Beati Augustini ad Esyciū de propbeticis dictis siue prædictis & fine sæculi: mētem suā post beati Hieronymi scripta aperiētis. Epla. LXXVIII.

Q Domino beatissimo Esycio: Augustinus. Ad sanctitatem tuam filio tuo compresbytero nostro remeāte Cornuto: per quem litteras tuæ uenerationis accepi: quib⁹ exiguitatem meam uisitare dignatus es: & tandem rescripta persoluo: & debitū resalutationis obsequium: multum me commēdans acceptissimis domino precibus tuis domine beatissime frater. De propbeticis autem dictis siue prædictis: de q̄bus uoluisti ut aliquid scriberē: meli⁹ mihi uisum est: sancti Hieronymi hominis doctissimi: expositiōes eorūdem uerboꝝ (ne illas forte nō babeas) de opusculis eius excerptas: dirigere beatitudini tuæ. Si autem iam eas babebas: nec inquisitiōi tuæ satisfaciēbāt: qd de bis sentias: peto mihi rescribere nō graueris: & quēadmodū ipse eadē ppbetica oracula intelligas. Ego em̄ maxie illud de bebdomadib⁹ Danielis: fm tps qđ iā trāsactum est intelligendū puto. Nam de saluatoris aduētu: qui expectaē in fine: tempora dinumerare nō audeo: nec aliquē propbetā de bac re numerū annoꝝ existimo præfi
Act.1. nisse: sed illud potius prævalere qđ ipse domin⁹ ait: Nemo potest cognoscere tempo-
Matth.24. ra: quæ pater posuit in sua potestate. Quod em̄ in alio loco ait: De die autem illa & bora nemo scit: sunt qui sic accipiūt: qui putant se posse tempora computare: diē uero R tantūmodo ipsum & boram neminem scire: ubi omitto dicere: quemadmodum soleant scripturæ diem uel boram etiam pro tempore ponere. Sed certe illud de ignorantia temporum apertissime dictum est. Nam cum binc dominus interrogatus esset a discipulis suis: Nemo inquit potest cognoscere tempora quæ pater posuit in sua potestate: Nō enim dixit: diem uel boram: sed tempora quæ in breui spacio nō solēt dici sicut dies uel bora: maxime si græcum intueamur eloquium: ex qua lingua in nostrū

eundem librum: ubi hoc scriptum est: scim⁹ translatum: quāuis latine satis exprimi nō potuerit. Ibi enim græce legitur χρόμούό ἐκαλρόύἐ. Nostri autē utrumq; hoc uerbum tempora appellāt: siue χρόμούό siue ἐκάλρόύἐ: cum habebant hæc duo inter se nō negligendū differentiā. ἐκάλρόύἐ quippe appellāt græci tempora quædā: non tamē quæ in spacioꝝ uoluminib⁹ transeunt: sed quæ in rebus ad aliquid oportunis uel importunis sentiūtur: sicut messis: uindemia: calor: frig⁹: bellū: & si q̄ similia. χρόμούό autem ipsa spacia temporꝝ uocāt. Et hoc certe ipsi apostoli nō ita quæsierūt: quasi unū nouissimū diem uel horā exiguā dici partem scire uoluissent: sed utrū iam esset oportunū tempus quo regnum repræsentaret israel: Tunc audierūt: Nemo potest cognoscere tempora quæ pater posuit in sua potestate: id est: χρόμούό ἐκάλρούἐ: qđ si latine diceret: tpa aut oportunitates: nec sic qđ dictū ē: eēt expressū: qa siue oportuna siue importuna sint tpa ἐκαλρόύἐ dicūtur. Tempora ergo computare: hoc est χρόμούό: ut sciam⁹ quādo sit finis huius sæculi uel aduent⁹ domini: nihil mihi aliud uidet q̄ scire uelle qđ ipse ait scire neminem posse. Oportunitas uero illius temporis profecto non erit anteq̄ prædicet euāgelium in uniuerso orbe in testimoniū omnib⁹ gentib⁹. Apertissima enim de hac re legit sententia saluatoris dicentis: Et prædicabit hoc euangeliū regni in uniuerso orbe in testimoniū omniū omnib⁹ testibus: & tunc ueniet finis. Tūc ueniet: quid est: nisi ante nō ueniet? Quāto post ergo ueniat: incertū nobis est: ante tn non esse uenturū dubitare utiq; non debem⁹. Sic ergo susciperēt hunc laborem serui dei: ut peragrato orbe terraꝝ quantū possent colligerēt qđ remanet gentium ubi nōdum est euangeliū prædicatū: hinc aduertere utcunq; possemus quantū hoc tempus longe sit a fine sæculi. Quod si ꝓpter quædā loca inaccessibilia & inhospita fieri posse nō credit: ut a seruis dei peragret orbis: & quot quātæq; sint adhuc gētes sine christi euāgelio fideliter renūcietur: multomin⁹ existimo scripturis posse comprehendi: q̄nta usq; ad finem futura sint tempora: q̄nquidem in eis legim⁹: Nemo potest cognoscere tpa: quæ pater posuit in sua potestate. Vnde si iam nobis certissime nunciatū fuisset in om̄ib⁹ gentibus euāgeliū prædicari: nec sic possem⁹ dicere q̄ntum temporis remaneret usq; ad finem: sed magis magisq; iam propinq̄re merito dicerem⁹: Nisi quis forte respondeat tanta celeritate prædicato euāgelio: romanas gentes & plærasq; barbaras occupatas: atq; ita nōnullas non paulatim sed subito ad fidem christi fuisse conuersas: ut nō sit incredibile paucis annis: & si nō uitæ nostræ qui iā senuim⁹: certe iuuenum q uenturi sunt ad senectā uniuersas omnino residuas gentes euangelio posse compleri. Sed si ita erit: facili⁹ cum factum fuerit probati experiendo q̄ legēdo anteq̄ fiat inueniri potest. Hoc me compulit dicere cuiusdā opinio: quem presbyter quoq; Hieronym⁹ temeritatis notat: ꝙ ausus fuerit Danielis hebdomadas: de aduentu christi futuro nō de præterito exponere. Si quid autem pro meritis potiorib⁹ sanctæ humilitati cordis tui dn̄s meli⁹ reuelauit siue reuelauerit: peto nobiscū cōmunicare digneris: & hæc nostra rescripta sic accipere tanq̄ hominis q mallem quidē eoꝝ quæ a me iuquisisti habere scientiā: q̄ ignorātiam: quia id nondū potui: magis eligo tantā ignorantiā confiteri q̄ falsam scientiā profiteri.

Esycij ad Augustinū: Quid ipse de fine sæculi & aduentu dn̄i sentiat declarantis: Et utrū signa euāgelica & ꝓphetica quæ in nobis completa sunt: finē mūdi proxime instare manifestent: inquirētis. Epla. LXXIX.

TOmino beatissimo & charitate sincerissima uenerādo fratri & coepiscopo Augustino: Esycius in dn̄o salutē. Desiderāti & expectanti mihi sanctus cōpresbyter noster Cornutus lras pertulit tuas: quæ me lætificārt: quia memoriā nostri bonā habere dignat⁹ es: q & mihi paucis sermone ꝓprio sanctæ mētis tuæ de his quæ petierā in trāsitu significasti. Aliq̄nta aūt de opusculis sancti cōpresbyteri Hieronymi adiūxisti: ut meā quæstionē lectiōe ei⁹ operis de sanctis scripturis explere possē. Et qa dignat⁹ es id petere a nobis: ut qd sentirem⁹ de ipsis quæstionib⁹ per lras tuæ sincerissimæ charitati insinuarem⁹. Ad ea de qbus scripta legi: prout intellectus exigu⁹ meæ mediocritatis sentire potuit aut intelligere infra scripsi. Cum dei omnipotentis cōditoris

Act. 1.

Matth. 24

totius creaturæ arbitrio & potestate cuncta gerant: uel quæ facta sunt uel quæ etiam futura sunt: sanctorum prophetarum uocibus cognoscuntur priusq; fierent ea quæ futura erant: uoluntate diuina hominib⁹ sunt locuti. Vnde satis admiratione plenū est: si ea deus quæ prædici uoluit: ad hominū sensus penitus nō posse peruenire cōstituit:
Act.1. sc̄m hoc capitulum: quod dominus beatis apostolis locutus est dicens: Nemo potest cognoscere tempora quæ pater posuit in sua potestate. Primū quia in antiquissimis libris ecclesiarū: nō ita scriptū est: Nemo potest: sed scriptum est: Nō est uestrum nosse tēpora uel momēta: quæ pater posuit in sua potestate: Quæ ratio sermonis sequenti uerbo recte completur cum dicit: Sed eritis mihi testes in hierusalē: & in iudæa: & in samaria & usq; ad ultimū terræ. Nō ergo apl'os testes consūmatiōis mūdi: sed nois & V
resurrectionis suæ uoluit intelligi. Nam de temporbus cognoscēdis ipse dns monet:
Luc.12. Quis nam est fidelis seruus & prudēs: quē constituit domin⁹ super familiā suā: ut det illis cibum in tempore. Sanctus ille seruus quē ueniēs domin⁹ eius inuenerit sic faciē tem. Familia christi uerbo prædicatiōis pascit: & fidelis famulus inuenit: qui in tēpore: expectantib⁹ dominū: necessariā escam credētibus præstat. Malus em̄ seru⁹ sicrepprehendit: Q; si dixerit malus seruus: morā facit domin⁹ meus uenire: ueniet domin⁹ eius in die qua nescit: & hora qua ignorat: & reliqua. Item arguit quare temp⁹ nō agno-
Ubi s scatur dicēdo: Hypocrite: faciē cæli nostis probare: temp⁹ hoc quare non agnoscitis:
2.Timoth.3. Item apl's: In nouissimis diebus instabūt tempa periculosa: & reliqua. Item apostolus:
1.Thessal.5. De temporibus aūt & momētis nō necesse babem⁹ uobis scribere: Vos em̄ ipsi diligēter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cum em̄ dixerint: pax & securitas: tūc subitaneus illis apparebit interitus: quomodo dolores parturientis: & non effu-
2.Thessal.2. gient. Item apostolus: Non retinetis memoria: quia cum essem apud uos hæc dicebā uobis: & nūc quid detineat scitis: ut reueleť in suo tempe. Nam mysterīū iniquitatis iā operať tm̄: ut q tenet modo teneat: donec de medio fiat: & tunc reuelabit̄ ille iniqⁿ:
Luc.19. quē dns Iesus interficiet spiritu oris sui. Item dns in euāgelio increpat iudæos: Et tu si cognouisses tempus uisitatiōis tuæ: forsitan permansisses: nūc aūt abscondita sunt ab
Marci.1. oculis tuis. Et dns sic prædicat ad iudæos: Pœnitētiā agite: completa sūt tempora: credite in euāgelio. Et ad iudæos quidē recte completa dicebat: quia eoꝝ tempora post ei⁹ prædicationē & triginta & quinq; uel quadraginta annos finita sunt. Et in Daniele:
Daniel.7. Quoadusq; interfecta est bestia: perijt: & corpus eius datū est ut comburať: & reliquarum bestiaꝝ regnū translatū est: & magnitudo uitæ data est eis: usq; ad tempus quod græce dicit̄ χρομόυό ἑκάλρούέ. Et insequit̄: Et ecce cū nubib⁹ cæli q̄si filius hominis ueniēs. Mysteriū bestiæ e reliquaꝝ bestiaꝝ translatiōe: intelligentib⁹ scripturā manifestū est: Aduentus dni diligēdus est & expectandus. Est etiā magna beatitudo diligē X
2.Timoth.4 tib⁹ ei⁹ aduentū: sicut testimoniū perhibet beat⁹ apl's Paulus: De cætero inquit reposita est mihi corona iusticiæ: quā reddet mihi dns iustus iudex in illa die: nō aūt mihi so-
Matth.13. lum: sed & bis qui diligūt aduentū dni. Et dns in euāgelio: Tunc iusti fulgebunt sicut
Esa.60 sol in regno patris sui. Item propheta: Ecce em̄ tenebræ & caligo operiēt terrā sup gē-
Esa.40 tes: in te uero apparebit domin⁹ & maiestas eius in te uidebit̄. Item propheta: Qui uero expectant dominū exultabūt cū uirtute: producēt pennas sicut aquilæ: currēt & nō laborabūt: ambulabūt & nō esurient: Et plurima talia quæ ad beatitudinē eoꝝ pertinēt qui diligunt aduentū dni inueniunt̄. Q; aūt nemo possit mensuras temporꝝ colligere
Matth.24. manifestū est. Euangeliū quippe dicit: De die illa & hora nemo scit: Ego aūt pro possibilitate intellectus mei dico: neq; diē: neq; mensem: neq; annū aduentus ipsius scripsi se: sed signa quæ sunt aduentus uidēdo & credendo & expectare me cōuenit: & cre-
Ubi s dentibus escā banc retribuere ut expectantes diligant aduentum eius: qui dixit: Hæc oīa cū uideritis: scitote quoniā prope ē in ianuis. Signa ergo euāgelica & prophetiY
ca quæ in nobis completa sunt: aduentū domini manifestāt. Nam frustra aut qui quærunt aut qui calumniant̄ dies & annos in computo comprebēdere quærūt: cū scriptū sit: Quia nisi abbreuiati fuissent dies illi: nō fieret salua oīs caro: sed ꝓpter electos breuiabunt̄ dies illi. Certū est tempus carere computo qđ breuiandū est a dño q tempa

constitūit. Appropinquasse aūt aduētum eius cui⁹ signa aliqua uidimus ex his quæ fa/
cta sunt esse completa: & iteꝝ dicit: His autem fieri incipiētibus respirabitis & leuabi/ Luc.21.
tis capita uestra: quoniam appropinquabit redemptio uestra. Quæ autem signa dixit
uidēda: manifestū est in euangelio sancti Lucæ: Et hierusalē calcabit̄ a gētibus donec Ubi ꝫ
impleantur tempora gentiū: hoc factum est: & fieri nulli dubium est. Et insequitur: Et
erunt signa in sole & luna & in stellis & in terra præssura gentium: causa quæ patimur
& pœna compellit: si forte nō curet uolūtas. Nam in uno tempore & signa in cælo &
præssura gentium in terris ab hominib⁹ uideri & sustineri manifestū est. Et insequitur:
Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniēt uniuerso orbi:
nullam patriam: nullum locū nostris temporib⁹ nō affligi aut humiliari certū est: sicut
dictum est: Præ timore & expectatiōe quæ inperueniēt uniuerso orbi: & omnia signa
Z quæ superius euangelium legentibus manifestat: ex maxima parte completa sūt. Qd̄
autem dictū est: Et prædicabit̄ euangelium in uniuerso mūdo: & tūc ueniet finis. Pri/ Matth.24.
mū ꝙ ipsius domini repromissio talis fuit: ut ipsi apostoli: eius nominis & resurrectio/
nis testes fierent in hierusalē & in iudæa & in samaria & usq; ad extremū terræ. Et apo
stolus hac auctoritate docet: Sed dico nunqd nō audierunt? In omnem terram exiuit Ro.10
sonus eorum & in in fines orbis terræ uerba eorū. Item propter spem quæ reposita est Col.1.
uobis: quā ante audistis in uerbo ueritatis euangelij: qd̄ aduenit in uos: sicut & in oīm
mūdo est fructificans & crescens: Sed ab apostolis nūciata fides in gētibus habuit mul
tos persecutores: ut retētata tardius inualesceret: ut illud impleretur: Ante hæc oīa
primū in uos manus imittent suas: & psequētur & tradēt uos in synagogas & in custo
dias ducētes ad reges & ad præsides propter nomē meū: ut illud impleret̄ qd̄ scriptū
erat: Et uelociter reædificaberis a quib⁹ destructa es. Nam ex quo clementissimi impe
ratores christiani dei uolūtati esse cœperūt: quicquā paulatim fides causa persecutio/
nis crescebat in sæculis factis regibus christianis: ubiq; in paruo tēpore christi euange/
lium penetrauit: Expositio sane beati Danielis de hebdomadib⁹: qua uir sanctus com/
presbyter noster Hieronymus exposuit: q̄liter doctores ecclesiaꝝ tradidissent: lecto/
rem suspendit. Nam si ipse doctissimus uir cōpresbyter noster ait periculosum esse de
magistroꝝ ecclesiaꝝ iudicare sententijs & alteꝝ præferre alteri: quātomagis hoc le/
ctor facere nō potest: qd̄ magister facere dubitauit. Nos aūt credim⁹ qd̄ dns ait: Quia Matth.5.
cælū & terra trāsiet: iota aūt unū uel un⁹ apex nō trāsiet a lege donec oia fiāt. Quō er/
go mysteriū hebdomadaꝝ sit impletū usq; ad natiuitatē & passionē xpi: admiror: cū il
lud qd̄ in dimidio hebdomadæ ,ppha locut⁹ est: dicēdo: In dimidio hebomadæ tollet̄ Daniel.9.
sacrificiū meū: & desolationū supplicatio iterit⁹ & ad sacrificiū aboiatio. Hæc ergo ab/
oiatio si iā cōpleta fuerat: quō dns monet & dicit: Cū uideritis aboiationē desolatiōis Matth.24.
ꝙ dictū est p Danielē prophetā stantē in loco sancto: qui legit intelligat. Ego aūt ne pe
titiōis beatitudinis tuæ cōtemptor essem: hæc quēadmodū sensi scripsi ad tuā charita
tem. Plenius aūt dignare nos uerbo gratiæ tuæ rescribēdo instruere & lætificare.

Beati Augustini ad Esyciū: declarantis ꝙ singula scripturaꝝ testimonia nō sint suffi
cientia ad indicandū certū & determinatū temp⁹ aduentus dni. Et quēadmodū ille de
siderandus uel expectandus sit docentis. Epla. LXXX.

&. Domino beatissimo & uenerabiliter suscipiēdo fratri & coepiscopo Esycio: Au
ꝙ gustinus in domino salutem. Accepi litteras uenerationis tuæ: quibus ualde
salubriter exhortaris ut saluatoris nostri diligatur & desideretur aduētus. Fa/
cis hoc ut seruus bon⁹ eiusdem patrisfamilias auidus lucroꝝ dni tui: & uolens habere
plurimos socios dilectiōis qua ipse præcipue & perseuerāter accēderis. Intuentes igit̄
qd̄ cōmemorasti de apl'o: quia dnm dixit redditurꝝ coronā iusticiæ: non tm̄ sibi sed & 2.Timoth.4.
oīmbus qui diligūt manifestationē eius: ita recte uiuim⁹: & in hoc sæculo tanq̄ peregri
ni agimus: cū se in hac dilectiōe cor nostrū proficiēter extendit: siue citius siue tardius
ueniat q̄ putat̄: cui⁹ manifestatio fideli charitate diligit̄: & pio desiderat̄ affectu. Serū⁹
quippe ille qui dicit: Morā facit domin⁹ meus: & percutit conseruos suos: māducat & Luc.12.
bibit cū ebriosis: nō utiq; diligit manifestationē eius: Ex moribus em̄ apparet animus

eius: Quos mores licet breuiter ideo magister bon⁹ curauit exprimere: id ē superbiā atq; luxuriam: ne qd dicebat: Morā facit domin⁹ me⁹: desiderio dñi sui dicere crede/
Ps. 4. retur: quo ardebat ille qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum uiuū: quando ueniā & apparebo ante faciē dei. Dicendo em̄ quando ueniam: moras se perpeti moleste fere bat: quia etiā quod tempore accelerat: desiderio tardum uidet. Quomodo aūt tard⁹ est eius aduētus: uel quomodo longe futur⁹ est: cum ipsi apostoli tempore quo adhuc erant in carne dixerint: Nouissima hora est: q̄is a dño audierint: Non est uestrū scire tempora? Hoc ergo nesciebāt qd nescim⁹ & nos. Quantū ad me attinet dico & eos q hoc mecū nesciunt: & tamen quib⁹ dictum est: Non est uestrū scire tempora quæ pa/ter posuit in sua potestate: diligebāt eius manifestationē: & dabant conseruis in tem/pore cibaria: nec percutiebant eos dominando eis: nec luxuriabant cum amatoribus mūdi dicentes: Moram facit domin⁹ meus. Alia est ergo ignorātia tempoꝝ: alia labes
2. Thessal. 2. morū amorq; uitioꝝ. Nā & apostol⁹ Paulus q̄n dicebat: Non cito moueamini mente neq; terreamini: siue per uerbū: siue per epistolā tanq̄ per nos missam quasi instet dies domini: nolebat utiq; ut crederent eis qui iam propinquare dñi arbitrabant aduen/
Luc. 12. tum. Nec tamē uolebat ut tanq̄ seruus ille diceret: Moram facit domin⁹ meus uenire: & traderet se superbiæ luxuriæq; perdēdos: sed sic eos nolebat de propinquāte die no uissimo falsis auscultare rumorib⁹: ut tñ uellet eos paratos ad aduētum dñi sui lumbis
1. Thessal. 5. accinctis: & lucernis ardentibus operiri: quibus dicit: Vos aūt fratres non estis in tene/bris ut uos dies ille tanq̄ fur cōprebēdat. Omēs em̄ uos filij lucis estis & filij diei: nō su/mus noctis neq; tenebraꝝ. Ille aūt qui sic dicit: Moram facit domin⁹ meus uenire ut p/cutiat seruos suos: epulet cum ebriosis: nō est lucis sed tenebraꝝ: & ideo eum tan/quam fur dies ille comprehendet: qd unusquisq; debet etiam de die hui⁹ uitæ suæ no/ A
uissimo formidare. In quo em̄ quēq; inuenerit su⁹ nouissim⁹ dies: in hoc eū comprehē/det mūdi nouissimus dies: quoniā qualis in die isto quisq; morie: talis in die illo iudica/bie. Ad hoc pertinet qd in euangelio scd̄m Marcum ita scriptū est: Vigilate ergo quia
Marci. 13. nescitis q̄n dominus domus ueniat: sero: an media nocte: an gallicantu: an mane: ne cū uenerit repēte: inueniat uos dormiētes. Quod aūt uobis dico: omnib⁹ dico: uigilate. Quibus enim omnibus dicit: nisi electis & dilectis suis ad corpus eius ptinētibus: quod est ecclesia? Non solū ergo illis dixit quibus tunc audiētibus loquebat: sed etiam illis q fuerūt post illos ante nos & ad nosipsos & qui erūt post nos usq; ad eius nouissimū ad uentum. Nunquid autem omnes inuēturus est dies ille in hac uita: aut quisq̄ dictur⁹ est q̄ ad defunctos etiam pertineat qd ait: Vigilate: ne cum repente uenerit inueniat uos dormiētes? Cur itaq; oib⁹ dicit: qd ad eos solos ptineat q tūc erūt: nisi qa eo mō ad oēs ptinet quō dixi? Tunc enim unicuiq; ueniet dies ille cū uenerit ei dies ut talis binc ex/eat qualis iudicandus est illo die. Ac per hoc uigilare debet omis christianus: ne impa ratum inueniat eum domini aduētus. Imparatum aūt inueniet ille dies: quē imparatū inuenerit suæ uitæ huius ultimus dies. Certe em̄ hoc saltē manifestum erat apostolis non eorum temporibus cum hic in carne uiuerēt dominū esse uenturū: & tamen quis dubitet eos præcipue uigilasse & seruasse qd omnibus dixit: ne imparatos repēte ue/niens inueniret? Nondum sane intelligo quomodo accipi debeat qd scripsit sanctitas B tua: propterea dixisse dominū apostolis: Non est uestrum nosse tempora uel momēta quæ pater posuit in sua potestate: quoniam secutus adiunxit: Sed eritis mihi testes in hierusalem & in iudæa & in samaria & usq; ad ultimum terræ. Quē scripturæ sensum sic exponis: ut dicas nō esse apostolos testes consūmatiōis mūdi: sed nominis & resur/rectionis suæ uoluit intelligi. Non quidē ille ait: Nō est uestrum prædicare tpa: sed nō est uestrū nosse. Verū si ita uis intelligi qd ait: Non est uestrū scire: ac si diceret: nō est uestrum scientes facere: id est non est uestrum hoc docere: quis nostrum docere au/deat: uel scire præsumat: qd deus ille magister nec eos discipulos docuit: a quibus præ sentibus interrogatus est præsens: nec illi tam sancti magniq; doctores ecclesiam doce re potuerūt? An respondebit: hæc nō docuisse apl̄os: sed prophetas. Hoc em̄ aisti & ue rū est: q̄ ea quæ futura sūt sanctoꝝ ꝓphetaꝝ uocibus cognoscunt: qui priusquā fierēt

inquis: ea quæ futura erãt uolũtate diuina hominib⁹ sũt locuti. Sed si ueneratio tua sa/
tis admiratione plenũ esse dicit: si ea de⁹ quæ prædici uoluit ad hoim sensus penit⁹ nõ
posse puenire cõstituit: q̃nto maiore admiratione plenum est: si ea quæ prophetæ ho/
minibus sunt locuti: hæc apostoli uel scire sunt prohibiti uel docere? Quomodo autẽ
prophetæ ista de quibus agiẽ tempora docẽtes: non intelligerẽtur ab apostolis: si in/
telliguntur a nobis? Aut si eos apostoli intellexerunt istam mensuram temporis pro/
phetantes: quomodo non docerẽt quod intellexerunt: quando per eorum præconiũ
& ipsi prophetæ innotescebant: qui eos suis libris ista docuerũt? Et ideo per quas litte/
ras ea ipsi didicerant: p eas dẽ poterãt alij quoq; in his gentibus discere: in quibus apli
auctoritatẽ propheticam commẽdabãt. Cur ergo eis dictum est: Non est uestrũ scire:
uel si ita intelligendũ est: Non est uestrũ docere tempora: quæ pater posuit in sua po/
testate: quandoquidem sic ea docebant: cum hi in quorum litteris discerentur per il/
los innotescebant? Vnde credibili⁹ est: non deũ noluisse scire: sed uoluisse prædicari:
C quod noluit prædicari quod uidebat non utiliter sciri. Cur ergo inquis de temporib⁹
cognoscendis ipse dominus monet ubi dicit: Quis nam est fidelis seruus & prudens Matth.24.
que constituit domin⁹ super familiam suam ut det illis cibũ in tempore? &c. Immo ue
ro monet: non ut bonus seru⁹ cognoscat temporũ finem: sed ut omni tempore in ope/
re bono uigilet: quia nescit tempo⁹ finẽ. Non monet ut tempora quæ pater posuit in
sua potestate assequamur super apostolos: sed monet ut quoniam nescimus quando
ueniat dominus: in cordis præparatione imitemur apostolos. Vnde iam supra satis lo
cutus sum. Arguit aũt iudæos: quare tempus non cognoscant: dicẽs: Hypocrite faciẽ Luc.12.
cæli potestis probare: & reliqua: Quoniam illud temp⁹ non agnoscebant: qd iam uo/
lebat agnosci: id est primi aduentus sui quo in eum crederẽt: qui alterum eius aduen/
tum uellent expectare uigilantes quandocũq; futurus esset. Qui enim aduentum do
mini non cognouerit primum: præparare se non potuit ad secũdum: credẽdo in eum
fideliterq; uigilando: ne illum tanquam fur in tenebris comprehendat: siue tardius ue/
D nerit: siue citius q̃ speratur. Dicit etiam sicut admones apostolus Paulus: In nouissimis 2.Timoth.3.
temporibus instabunt tempora periculosa: & reliqua. Sed nunquid ideo docet tem/
pora: quæ pater posuit in sua potestate? Aut ideo quisquã nouit q̃ longa ul' breuia sint
eadẽ ipsa quæ fatẽdũ est esse nouissima? Cogitare quippe debem⁹ q̃ olim dictũ sit: Fra/ 1.Joh.2.
tres nouissima hora est. Rursus eũdem apostolum dixisse commemoras: De tempo/ 1.Thessal.5.
ribus autem & momẽtis non necesse habem⁹ scribere uobis: uos enim ipsi diligenter
scitis quia dies domini sicut fur ita in nocte ueniet. Et cum dixerint: pax & securitas: tũc
subitaneus illis apparebit interitus: quomodo dolores parturiẽtis & non effugient. Et
hic nõ dixit post q̃ntũ tpis hoc futurũ sit: sed quõ futuꝝ sit: id ẽ nõ q̃nta erit ætatis bre/
uitas uel prolixitas: sed quantũlibet interuallum sit spaciũq; temporis: non tamen eis
hoc ueniet malum nouissimũ: nisi cum dixerint: pax & securitas. Quib⁹ uerbis uidet
apostolus hui⁹ nouissimi diei uel spem uel timorẽ ab hoc nostro tempore remouisse.
Non enim uidem⁹ ipsos amatores huius sæculi: quibus subitaneus apparebit interit⁹:
iam dicere: pax & securitas. Quid ergo scire sufficiat satis ipse demonstrat apostolus:
dicendo: De temporib⁹ & momentis: non opus habem⁹ uobis scribere: Vel sicut alij
codices habent: Non op⁹ habetis uobis scribi. Hæc secutus adiunxit: Vos enim ipsi di
ligenter scitis quia hora domini sicut fur in nocte ita ueniet. Hoc ergo scire opus est: ut
curẽt filij lucis esse & parato corde uigilare: qui nolũt ab illa hora sicut a nocturno fure
comprehendi. Nam si ad cauẽdum hoc malum: id est ne hora domini tanquam fur in/
ueniat imparatũ: opus esset nosse temporũ spacia: non diceret apostol⁹: non opus esse
ut hoc scriberet: sed hoc pot⁹ eis esse scribẽdum tanquam doctor prouidentissimus iu
dicaret. Nunc autem nec illis hoc op⁹ esse monstrauit: quibus sufficiebat ut scirẽt im/
paratis atq; dormiẽtibus horam domini sicut furẽ esse uẽturam: atq; hoc sciẽdo essent
ipsi uigilãter parati: post q̃ntalibet tpa ueniret: & suũ seruauit modũ: ut licet apls: nõ tñ
E præsumeret alios docere qd apls dñm dixisse cognouerat: Non est ũrm scire. Ponis
etiã qd idẽ ipse dixit apls: Non retinetis memoria qa cũ essem apud uos hæc dicebã 2.Thessal.2.

uobis? Et nūc qd detineat scitis ut reueleť in suo tempore. Nam mysteriū iam operať iniquitatis: tantum qui tenet modo teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabiť ille
20. de Ciuitate dei. ca. 19. iniquus: quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui. Quæ uerba apostolica utinam non tantūmodo ponere: uerūetiam exponere dignareris. Ita sane obscura sunt & mystice dicta: ut tamen appareat eum nihil de statutis dixisse temporibus: nullūq; eorum interuallum spaciūq; aperuisse. Ait enim: Vt reueleť in suo tempore: nec dixit post q̄n tum temporis hoc futurū sit. Deinde subiunxit: Iam enim mysterium operať iniquitatis. Hoc iniqtatis mysteriū quomodolibet intelligať quid sit: ab alio sic: ab alio aūt sic: quādiu tamē opereť occultum est. Neq; id expressit apostolus tanquā homo ex eoꝝ numero: quib⁹ dictum est: Nō est uestrum scire tempora. Quāuis em̄ nondū inter eos erat quando eis hoc dictum est: ad eorum tamē collegium atq; societatē etiam ipsum non ambigim⁹ pertinere. Item quod sequiť: Tantum q̄ modo tenet teneat donec de medio fiat: & tunc reuelabiť ille iniquus: quē dominus iesus interficiet spiritu oris sui: docet nos anticbristum manifestum futuꝝ. Siquidem ipsum uideť aliquanto euidentiori significatione tetigisse interficinedum spiritu oris domini iesu cbristi: sed post q̄ntum temporis istud erit: nec saltem obscure locutus est. Quis nam sit enim qui modo tenet: uel quid teneat: uel quid sibi uelit qd̄ ait: de medio fiat: potest quisq; se coartare ut intelligat: uel aliquaten⁹ suspiceť: quoniam quoquo modo scriptum legit: Quādiu autem teneat: & post q̄nta tempoꝝ spacia de medio fiat: hic omnino taceť. Item do- F
Luc. 19. minus inquis in euangelio increpat iudæos dicens: Et tu si cognouisses tempus uisitationis tuæ: forsitan pmansisses: nunc aūt abscondita sunt ab oculis tuis. Sed hoc ad tempus primi aduētus domini pertinet non secūdi: de quo nunc quæstio est. De secundo quippe aduētu suo dixit: Non est uestrū scire tempora: non de primo. De illo enim ab eo quæsierūt discipuli quē sperabant: non de isto quē iam uidebant. Si enim primū ei⁹
1. Cor. 2. aduentū iudæi cognouissent: nūquam dominū gloriæ crucifixissent: & ideo nō euer-
Marci. 1. ti sed permanere potuissent. Iam uero qd̄ ait ad eos: Pœnitētiam agite: completa sunt tempora: credite euangelio: etiam ipse firmasti de bis temporib⁹ dictū esse iudæorū: quæ continuo post paucos annos fuerant transitura: & nūc nouim⁹ iam esse transacta: euersa scilicet ciuitate: in qua regnū eoꝝ fuerat constitutū. Proinde qd̄ ex Daniele de interfecta bestia posuit uenerabilitas tua: & de reliquaꝝ bestiaꝝ regno: & inter hæc de filio hominis ueniēte cum nubib⁹ cæli: manifestū esse dixisti intelligētibus scriptura. Sed si dignatus fueris exponere: quomodo ista pertineant ad cognoscendū tempoꝝ spacium: post qd̄ erit saluatoris aduētus: ita ut inueniāť sine ulla ambiguitate manifesta: fatebor etiam ipse cum magna actione gratiaꝝ: illud qd̄ ait dominus: Non est uestrū scire tempora: tantūmodo apostolis esse dictū nō posteris eoꝝ q̄ ea fuerant co- G
guituri. Diligendus ergo est & expectandus domini sicut sancte bortaris aduentus: magnamq; dicis esse beatitudinē dilīgētib⁹ ei⁹ aduentū: & adbibes apostoli testimo-
2. Timoth. 4. niū: cui⁹ uerba sic ponis: De cætero reposita est mihi corona iustitiæ: quā reddet mihi domin⁹ iustus iudex in illa die. Non solum aūt mihi: sed & bis qui diligūt aduētum do-
Matth. 13. mini. Tunc enim sicut ex euangelio commemoras: iusti fulgebūt sicut sol in regno pa-
Esa. 60 tris sui: Et qd̄ propbeta dicit: Ecce enim caligo & tenebræ operiēt terram super gētes:
Esa. 40 in te uero apparebit domin⁹: & maiestas eius in te uidebiť. Item qd̄ scriptum est: Qui uero expectant dominū: exultabūt cum uirtute: producent pennas sicut aquilæ: current & non laborabūt: ambulabūt & non esurient. Hoc plane pijssime & uerissime dicis: commēdans eoꝝ beatitudinē: qui diligūt aduentum domini. Sed & illi quibus di-
2. Thessal. 2. cebat apostolus: Non cito moueamini mente: quasi instet dies domini: diligebāt utiq; aduentū domini. Nec eos boc docēs doctor gētiū ab illa dilectione frangebat: qua ut inflāmarenť uolebat: & ideo nolebat ut crederēt eis: a quib⁹ audiebant instare diē domini: ne forte cum transisset temp⁹: quo eum crediderant esse uenturū: & uenisse non cernerēt: etiam cætera fallaciter sibi promitti arbitrantes: & de ipsa mercede fidei desperarēt. Non ergo ille diligit aduētum domini q̄ eū asserit propinquare: nec ille q eū asserit nō propinquare: sed ille poti⁹ qui eū siue prope siue longe sit: sinceritate fidei:

firmitate spei:ardore charitatis expectat. Nã si tãtomagis diligiẽt dñs: quãtomagis credit & prædicat citiꝰ esse uẽturꝰ:magis eũ diligebãt q eiꝰ aduẽtũ iam instare dicebãt: q̃ Hbi quos aplꝰ eis credere ꝓhibebat:uel ipse aplꝰ q hoc utiq; nõ credebat. Si aũt onerosa nõ est infirmitas mea sanctitati tuæ:peto apertiꝰ non graueris exponere: quõ dixeris neminẽ posse tpoꝝ mẽsuras colligere:ne forte & hoc mihi uideat:qd etiã charitati tuæ:& frustra quilibet nostrũ instrui expectet ab altero. Cum hoc em̃ dixisses: deinde subdidisti & aisti:Euãgelium quidẽ dicit: De die & hora nemo scit. Ego aũt inquis propter impossibilitate intellectus mei dico:neq; mẽsem neq; annũ aduẽtus ipsiꝰ sciri posse. Ita enim hoc uideat sonare: tanq̃ non possit sciri: quo anno uẽturus sit:sed possit sciri quo hebdomade annoꝝ: uel qua decade:tanquã dici possit atq; definiri intra illos uel illos septẽ annos:aut intra illos uel illos decẽ annos. Qd siue hoc qdẽ comprehẽdi potest: quæro utrum sic saltẽ possit definire tempus aduẽtus eius: ut eum uenturũ esse dicamus: intra istos(uerbi gratia)quinquaginta uel centũ annos:uel quotlibet seu maioris nũeri:seu minoris annoꝝ:sed in quo eoꝝ nos ignorare. Hoc si iam cõprehẽdisti:multum est qd comprehẽdere potuisti. Idipsum est aũt quod rogo: ut nobis benignꝰ impertias:adhibẽs idonea documẽta:quibꝰ id potueris indagare. Si aũt neq; hoc te comprehendisse præsumis:hoc sentis qd ego. Nouissima enim esse ista tempora:multis rerum signis apparentibus quæ dominum prædixisse legimus:omnes qui ea credimus: cernimus: Sed & mille annorum tempus: si eorum finis esset sæculi finis: posset uniuersum dici nouissimum tempus:uel etiam nouissimus dies: quia scriptum est: Mille anni ante oculos tuos:tanquam dies unus:ut quicquid per eosdem mille annos geretur:nouissimo tempore uel nouissimo die diceretur geri. Iterum enim dico quod in I hac causa sæpe dicendum est: Consideremus ante q̃ multos annos dixerit beatus Iohannes euangelista:Nouissima hora est. Nam si tunc essemus hoc audito: quando crederemus tot annos postea transituros: ac non potiꝰ ipso adhuc Iohanne in corpore cõstituto dominum speraremus esse uenturum? Neq; enim dixit:nouissimũ tempus est: aut nouissimꝰ annus:aut mensis:aut dies:sed nouissima hora est. Et ecce ista hora q̃ longa est:nec tamen est ille mentitus:sed utiq; intelligendus est horam pro tempore posuisse. Qd nonnulli sic accipiunt: ut sex annorum milia constituant uelut unum diem: eumq; in partes uelut horas duodecim partiantur:ut sic quingẽtos annos postremos: hora uideatur habere postrema. In quibus annis iam Iohannes inquiunt loquebatur: quando nouissimam horam esse dicebat. Sed aliud est nosse aliqd:aliud suspicari. Cur enim non potius si sex annorum milia deputandus est unus dies:non duodecima:sed uicesimaquarta pars eius una hora est:id est non quingenti:sed ducenti quinquaginta anni? Totus enim dies:totus circũitus solis uerius nuncupatur:non ab oriente usq; in occidentem: sed ab oriente usq; in orientem:unde toto die peracto: id est uiginti & quattuor horis: rursus exoritꝰ: Ac per hoc hora ista nouissima:ex quo tempore id locutus est Iohannes:ante ferme septuaginta annos:ut minimum iam reperitur esse transacta: & nondũ uenit terminꝰ sæculi. Huc accedit qa inspecta diligenter ecclesiastica historia:reperit Iohannes apostolus longe ante fuisse defunctꝰ: q̃ quinq; milia quingenti anni: a generis humani exordio complerentur. Nondum erat itaq; hora nouissima: si sex milium annorum pars duodecima:id est quingenti anni: uelut unius horæ spacium deputatur. Porro si secundũ scripturas unum diem mille annos esse ponamus: multomagis olim transijt tam longe diei hora nouissima: nõ dico si uicesimaq̃rta pars eius: qui sunt anni paulo amplius quadraginta: sed si duodecima deputetur: quæ illos annos duplos habet. Vnde conuenientius ille apostolus creditur horam posuisse pro tempore: quæ hora q̃ longa sit iguoramus: quia non est nostrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate:quamuis eam nouissimam esse nouerimꝰ: multomagis utiq; nos q̃ qui fuerunt ante nos: ex quo esse, uel dici cœpit hora nouissima. Quod autem ideo uidetur uenerationi tuæ comprehendi non posse temporum mensuras:ut definiatur quo anno futurus est finis: quia secundum promissionem domini

Psa.89.

breuiabuntur dies illi: prorsus non intelligo. Si enim sic breuiabuntur: ut fiant ex pluribus pauciores: quæro scd'm quam ueritatem futuri erant plures: nisi breuiarentur? Hebdomades enim sancti Danielis: non ad primū domini aduentum: sicut pluribus uisum est: sed ad secūdum potius existimas pertinere. Ita ne ergo breuiabunt ut uel una in eis hebdomada minus futura sit: & falsa erit propbetia: quæ tanta diligentia numerū bebomadaꝝ definire curauit: ut quiddam diceret etiam dimidio bebdomadis implendum? Miror si per propbetiam christi destruit propbetia Danielis. Deinde quale est ut pūtem⁹ ignorasse Danielem: uel potius angelum a quo ista discebat: breuiaturum dominū dies illos: & errasse ut boc diceret: uel scisse quidem: sed ei quē docebat fuisse mētitum? Quod si absurdū est: cur non pot⁹ credim⁹: scd'm id quod breuiaturus est dominus dies illos: tot bebdomadas propbetasse Danielē: si tamē ad secūdum domini aduētum: qd' nescio quēadmodum possit ostendi ille numer⁹ referr annoꝝ? Postremo multo certi⁹ securiusq; dicit domini aduentū intra septuaginta: aut ut plurimū intra centum annos futurū: si bebdomades iste ipsum prænunciant. Anni enim quadringenti nonaginta: sunt in bebdomadib⁹ septuaginta. A natiuitate aūt domini bodie computant anni ferme quadringēti uiginti. A resurrectione aūt uel ascensione ei⁹ anni plus minus. cccxc. Ac p̄ boc si ex quo natus est computet: septuaginta sunt reliqui. Si ex quo passus est circiter centū remanēt: intra quos Danielis oēs bebdomades: si de nouissimo ei⁹ aduentu propbetatæ sunt implebunt. Qui ergo dicit intra tot annos erit: tūc falsum dicit si ultra erit. Sed quia breuiabunt pauciores poterūt esse nō plures. Recte itaq; dicit intra bos erit: qm̄ quantūlibet breuient uerum erit. Ipsa nāq; breuiatio si eo modo intelligēda est ut pauciores fiant: ultra eos diem domini uenire non patit: sed magis magisq; intra eos q̄nto fuerint pauciores. Non igit ista breuiatio turbat computatorē: qui eo modo definierit: ut dicat intra tot annos diē domini esse uenturū: sed adiuuat pot⁹: qm̄ q̄ntomagis ad paucitatē redigent dies: tantomagis erit intra & ultra esse nō poterit: atq; ideo uerū erit qd' ita definit: ut dicat intra tot annos erit: quāuis nesciat quo anno futuꝝ sit. Proinde tota quæstio est: utrū Danielis bebdomades: primo aduētu domini impletæ sint: an finē sæculi propbetauerint: an ad utrūq; pertineāt. Neq; em̄ qui etiam boc saperēt defuerūt: dicentes: tempore primi aduētus christi esse cōpletas: & inde usq; ad finē sæculi totidē rursus esse cōplēdas. Equidē uideo quia si prim⁹ eas non compleuit aduent⁹: necesse est ut secūdus eas compleat: qm̄ propbetia illa non potest esse falsa: quæ si tempore primi aduētus impleta est: nō cogit intelligi q̄ etiam de fine sæculi implebitur. Ac p̄ boc incertū est etiam si uerū est: neq; negandū quidē: sed neq; præsumēdū est id futuꝝ. Relinquit itaq; ut qui uult cogere istam propbetiam credi sæculi fine complendam: contendat quantum potest & ostendat si potest primo aduētu domini non fuisse completam: contra tot expositores diuinoꝝ eloquioꝝ: qui boc nō solū computatione temporꝝ: uerūetiam rebus ipsis
Daniel. 9. cōpletā fuisse demonstrāt: maxime q̄ ibi scriptū est: Et unget sanct⁹ sanctoꝝ: uel propter quod in eadē propbetia hebræi codices expressi⁹ habēt: Occidet christus & nō erit eius: id est non erit eius ciuitatis: qm̄ sic alienatus est a iudæis: qui eum propterea saluatorē redemptorēq; suū non esse crediderūt: quia occidere potuerūt. Neq; em̄ in fine sæculi ungēdus: aut occidendus est christus: ut ista propbetia Danielis tunc expectetur implenda: quæ nondū credit impleta. Q̄ aūt de signis euangelicis & propbeticis quæ fieri cernim⁹: propinquū domini aduētū sperare debeam⁹ quis negat? Quoti die quippe magis magisq; fit proxim⁹. Sed quanto interuallo ꝓpinquet boc dictū est:
Ro. 13. Nō est uestrū scire. Vide q̄n dixit apostol⁹: Nunc em̄ propior est nostra salus q̄ cū credidimus: Nox præcessit: dies autem appropinquabit: Ecce quot anni transierūt: nec tamen quod dixit falsum est: Quantomagis nunc dicendum est propinquare domini
1. Timoth. 4. aduentū: quando tant⁹ est ad finem factus accessus? Apostolus certe: Spiritus inquit manifeste dicit: quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide: Nondū utiq; erant eadem tempora bæreticorum scilicet & talium: quales eodem sermone describit: sed iam uenerūt: ac p̄ boc in nouissimis temporib⁹ uidemur etiam p̄ ipsos de fine

sæculi cōmoneri. Itemq; alibi dicēs: Hoc aūt scitote qm̄ in nouissimis diebus instabunt 2. Timoth. 3.
tpa sæua: uel sicut alij codices habēt: periculosa. Deinde qualia futura sint exprimens:
Erūt em̄ homines inqt seipsos amātes: amatores pecuniæ: elati: superbi: blasphemi: parētib⁹
nō obedientes: ingrati: scelesti: irreligiosi: sine affectiōe: detractores: incōtinētes: imites:
sine benignitate: proditores: procaces: cæcati: uoluptatum amatores magis q̄ dei: ha-
bentes speciē pietatis: uirtutē aūt eius abnegantes. Mirum si tales homines aliquando
defuerunt. Denicq; quia & tunc erant: adiungit ac dicit: Et hos deuita. Ex his enim sunt
qui penetrant domos. Non ait: Penetrabunt: tanquam & hic futurum prænuncians:
sicut supra dixerat: Instabunt tempora periculosa: sed ait: Penetrant domos: & capti-
uas ducūt mulierculas. Non ait: ducēt uel ducturi sunt: sed iā ducūt. Nec putādus est
hoc loco: p tps futuri uerbis: præsētis tpis uerba posuisse: q̄nquidē illos ab eo cui scri-
bit euitari admonebat. Nec tn̄ frustra dixit: In nouissimis diēb⁹ instabūt tpa piculosa: &
hinc ea piculosa futura demōstrās: tales homines futuros esse prædixit: nisi ga tāto plures
erūt: magisq; abundabūt: q̄ntomagis propinquaē ad finē. Videm⁹ ergo tales nūc abū
N dare. Sed quid si abundātiores erūt post nos: & oīno abundātissimi: q̄n iam iamq; ipse
finis instabit: qui quādiu aberit ignoraē? Nouissimi quippe dies dicti sūt: & in ipsis pri-
mis apl'oꝝ diebus: cum domini in cælum recēs esset ascensus: quādo die pentecostes Actj. 2.
misit promissum spūsanctū: & quidā stupebāt admirātes eos: qui linguis q̄s nō didice
rant loquebanē: Quidā uero irridētes musto plenos esse dicebāt. Quo die Petrus lo-
quens ad illos: qui de hac re uarie mouebanē: Non em̄ sicut inqt suspicamini ebrij sunt
isti cum sit hora diei tertia: Sed attendite qm̄ hoc est qđ dictum est per prophetā: Erit Joheł. 2.
in nouissimis diēb⁹ dicit dns: Effundā de spiritu meo sup oēm carnē. &c. Iam tūc ergo
erant dies nouissimi: quātomagis nunc etiā si tm̄ dieꝝ remansit usq; in finē: quātum ad
hunc diē a domini ascensiōe trāsactum est: uel aliquid siue minus restet siue amplius:
qđ profecto nescimus: quia nō est nostrum scire tpa quæ pater posuit in sua potestate:
cum tn̄ sciam⁹ in nouissimis temporib⁹: in nouissimis diēb⁹: in nouissima hora nos age-
re sicut apli: sed multomagis q fuerūt post illos ante nos: & multomagis nos: & magis q̄
O nos q erūt post nos: donec ad illos ueniaē qui erunt: si dici potest nouissimoꝝ nouissi-
mi: atq; ad ipsum oīno nouissimū quē uult intelligi dns ubi dicit: Et resuscitabo eum in Joh. 6.
nouissimo die: qui q̄ longe absit comprehendi nō potest. Signa quæ in euāgelio futu-
ra prædicta sūt: sicut cōmemorat sanctitas tua: fm Lucā: eadē sunt fm Matthæū & fm
Marcum. Hi em̄ tres narrāt quæ dixerit dns cum interrogat⁹ esset a discipulis suis: q̄n
futura essent quæ de templi euersione prædixerat: & qđ signum esset aduētus eius &
consūmationis sæculi. Non em̄ discrepant rebus si alius aliquid dicit qđ alius tacet: aut
alio modo dicit: magis autem collata inuicē iuuant: ut legentis intellectus regaē. Sed
de oīb⁹ disputare nunc longum est. Interrogantib⁹ em̄ dns: ea respōdit quæ iam ex
illo tempore fuerāt secutura: siue de excidio hierusalē: unde orta est ipsius interroga-
tiōis occasio: siue de aduētu suo per ecclesiā in qua usq; ad finē uenire nō cessat. In suis
em̄ ueniēs agnoscit: dum eius quotidie mēbra nascunē: de quo aduētu ait: Ammodo Matth. 26.
uidebitis filiū hois uenientē in nubib⁹: de quib⁹ nubib⁹ dictū est per prophetā: Man- Esa. 5.
dabo nubib⁹ meis ne pluāt super eā: siue de ipso fine in quo apparebit uiuos iudicatur⁹
& mortuos. Cū itaq; signa dicat quæ ad ista tria pertinēt: id est ad excidiū illi⁹ ciuitatis:
ad aduentū eius in corpore suo quod est ecclesia: ad aduentū eius in capite ecclesiæ
qđ est ipse: quid eoꝝ signoꝝ: ad qđ horꝝ trium referendū sit: diligenti consideratiōe
cernēdum est: ne forte qđ pertinet ad euersionē hierusalē: ad finē sæculi referendum
putem⁹: Aut econtrario qđ ad finē sæculi pertinet: affirmem⁹ ad ciuitatis illius excidiū
pertinere: Aut qđ pertinet ad eius aduētum in corpore suo quod est ecclesia: dicamus
pertinere ad eius aduētum nouissimū in corpore suo qđ est caput ecclesiæ: Aut rursus
quod pertinet ad aduētum ei⁹ nouissimū: p seipsum ad eum ptinere asseuerem⁹ aduē-
tum qui est p ecclesiā. In quib⁹ oīb⁹ sunt quædā manifesta: quædā uero sic obscura: ut
uel laborosum sit ea dijudicare: uel temerariū q̄diu nō intelligūē de his aliqd definire.
P Quis em̄ nō uideat ad illā ciuitatē ptinere quod dictū est: Cum aūt uideritis circūdari

ab exercitu hierusalē: tunc scitote qa appropinq̄bit desolatio ei⁹. Item qs nō uideat ad aduentū dn̄i nouissimū ptinere qđ dictū est: Cum uideritis hæc fieri scitote qm̄ prope est regnū dei. Illud aūt qđ dictū est: Væ prægnantib⁹ & nutriētibus in illis dieb⁹: Orate autē ut non fiat fuga uestra byeme uel sabbato. Erit enim tūc tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio mundi neq; fiet: sic est positū scđm Matthæum: & scđm Marcū: ut incertum sit: utrū de excidio illius ciuitatis: an de sæculi fine intelligi debeat. Sic em̄ boc
Marci.13. ipsum legit̄ apud Marcū: Væ autē prægnantibns & nutrientibus in illis diebus: Orate ut byeme nō fiāt. Erūt em̄ dies illi tribulatiōis tales: quales nō fuerīt ab initio creaturæ quā condidit de⁹ usq; nunc: neq; fient. Et nisi breuiasset dom⁹ dies illos nō fuisset sal-
Matth.24. ua oīs caro: sed ꝓpter electos quos elegit breuiabit dies. Nō dissil'r & Matthæus. Hoc
Luc.21. aūt Lucas ita posuit: ut appareat ad illius ciuitatis excidiū ptinere. Nam sic apud eum legit̄: Væ aūt prægnātibus & nutriētibus in illis dieb⁹. Erit em̄ pressura magna sup terram & ira populo huic: & cadēt in ore gladij: & captiui ducent̄ in oēs gentes: & hieru-
Matth.24. salē calcabit̄ a gētibus: donec impleant̄ tpa nationū. Vnde aūt ad hoc uētum est: Matthæus ita scribit: Cum ergo uideritis abominationē desolatiōis: quæ dicta est a Daniele propheta stantem in loco sancto: q legit intelligat: tunc qui in iudæa sunt fugiant in montes: & qui in tecto nō descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro nō reuertat̄ tollere tunicā suā. Væ aūt prægnātib⁹ & nutriētib⁹ in illis dieb⁹: &c̄. Marcus uero ita: Cum uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet: qui legit intelligat: tunc qui in iudæa sunt fugiāt in montes: & qui sup tectum ne descendat in domū: nec introeat ut tollat quid de domo sua: & qui in agro erit nō reuertat̄ retro tollere uestimētum suū: Væ aūt prægnātib⁹ & nutriētibus in illis dieb⁹: & reliqua. Lucas uero ut ostēderet̄ tunc factam fuisse abominationē desolationis quæ a Daniele prædicta est: quando expugnata est hierusalē: hæc eodē loco domini uerba cōmemorat: Cum aūt uideritis circūdari ab exercitu hierusalē: tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Apparet itaq; tūc ibi positam desolatiōis abominationē: de qua duo illi euāgelistæ locuti sunt. Denicq; etiā iste simil'r sequit̄: Tunc qui in iudæa sunt fugiāt in montes. Et pro eo qđ dixerūt illi: Et qui sup tectū: ne descēdat in domū: nec introeat ut tollat quid de domo: Iste dixit: Et qui in medio ei⁹ sunt discedāt: ut ostenderet̄ illis uerbis apud alios euāgelistas posit̄: festinationē fugæ fuisse præceptā: & ꝓ eo qđ illi posuerīt: Et q in agro erit nō reuertat̄ retro tollere uestimētū suū: aperti⁹ iste ait: Et q in regiōib⁹ nō intret in eā: qa dies ultiōis hi sunt ut impleant̄ oīa quæ scripta sunt. Deinde silr etiā iste sequit̄: ut prorsus manifestū sit de hac ipsa re oim triū esse hunc euāgelij locū: Væ aūt prægnātib⁹ & nutriētib⁹ in illis dieb⁹: & cætera: ad hoc pertinētia: quæ iam cōmemorauī superi⁹. Lucas ergo patefecit qđ esse posset incertū: nō ad sæculi finē sed ad expugnationē hierusalē pertinere. Id qđ dictū est de abominatiōe desolationis: & qđ dictum est de dieq; breuiatiōe ꝓpter electos: qa & si ea ipse nō dixit: dixit tamē apertius cætera de hoc ipso quo & ista ptinere monstrauit. Non em̄ debem⁹ ambigere; quādo Q
euersa est hierusalē fuisse in illo populo electos dei: qui ex circūcisione crediderāt: siue fuerant credituri electi ante constitutionē mūdi: propter quos breuiarent̄ dies illi: ut tolerabilia mala fierēt. Nam quidā conueniēti⁹ intellexisse mihi uidēt̄: mala ipsa significata noie dieq;: sicut dicti sunt dies mali in alijs diuinæ scripturæ locis. Neq; em̄ dies ipsi mali sunt: sed ea quæ fiunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breuiari ut deo donante tolerantia min⁹ sentirient̄: ac sic quæ magna essent breuia fierent. Sed siue isto modo intelligēda sit dierū illa breuiatio: siue ꝙ ad paucitatem redigerent̄: siue ꝙ cursu solis celeriore bretiarent̄: non em̄ desunt q & hoc existimēt: ita scilicet dictos breuiores dies futuros: sicut fuit longior dies orante Iesu naue: Tamen Lucas euāgelista & banc dierum breuiationem & abominationem desolationis: quæ duo ipse non dixit: sed Matthæus Marcusq; dixerunt: ad euersionem hierusalem docuit pertinere: alia cum eis di-
Iosephus cens apertius de hac eadem re: quæ illi posuerunt obscurius. Nam Iosephus qui iudaicam scripsit historiam: talia mala dicit illi populo tunc accidisse: ut uix credibilia uideantur. Vnde non immerito dictum est: talem tribulationem nec fuisse a creaturæ ini-

tio nec futuram. Sed & si tempore antichristi talis aut maior forsitan erit: intelligendum est de illo populo dictum q ei talis amplius futura nō erit. Si enim antichristum illi primitus & præcipue recepturi sunt: facturus est tunc idem populus tribulationē R potius q̄ passur⁹. Non est ergo cur putem⁹ hebdomadas prophetæ Danielis: uel propter dieꝝ breuiationē fuisse turbatas: uel illo iam tempore non fuisse cōpletas: sed in fine sæculi esse cōplendas. Nō enim ante passionem domini impletæ sunt. Qd' qui putant: rectissime tua sententia refellunt quia dixisti: Hæc ergo abominatio si iam cōpleta fuerat: quomodo dominus monet & dicit: Cum uideritis abominationē desolatiōis: Matth.24. qd dictum est per Danielem prophetam stantē in loco sancto qui legit intelligat? His uerbis beatitudinis tuæ illi merito corrigendi sunt: qui dicūt eam cum hæc dns loqueretur: uel ante passionē resurrectionēq; ei⁹ fuisse completā. Qui aūt dicunt: sicut apertissime etiā Lucas euangelista testat: tūc fuisse factam q̄n euersa est hierusalē: quid eis respōdeat uidere debēt: q in fine sæculi uel circa finē existimāt hæc futura: quāq̄ ipsa desolatiōis abominatio ꝓpter obscuritatē dicti nō uno modo ab hominibus potuerit intelligi. Et quod dictum est: Qui est in tecto: nō descendat tollere aliquid de domo suā: Matth.24. & qui in agro nō reuertat tollere tunicā suam: potest congruenti⁹ intelligi spiritaliter: Marci.13. qd in tribulatiōib⁹ oīibus est cauendū: ne quisq; deiectus ad carnalē uitam de spiritali sublimitate descendat: aut qui profecerat in anteriora se extendēs: deficiendo in posteriora respiciat. Qd' si in oī tribulatione: quantomagis in illa cauēdum præcipi debuit: quæ talis futura prædicta est illi ciuitati: q̄lis nō fuit ab initio neq; fiet? Et si in ista: quātomagis in illa quæ nouissima futura est orbi terræ: id est ecclesiæ toto orbe diffusæ? Nam & ipse Lucas: nō quidē quādo a discipulis suis de aduētu suo dns interrogatus est: ubi hoc Matthæus commemorauit & Marcus: sed alio loco ubi pharisæi quæsierūt ab illo: quando ueniet regnū dei: tale aliquid eum dixisse narrauit. In illa inquit Luc.17. hora: qui fuerit in tecto & uasa eius in domo: & qui in agro similiter non redeat retro. Sed nūc propter computationē temporū de Danielis hebdomadib⁹ agit': quæ si circa tempora primi aduētus dni completæ nō sunt: atq; in fine complendæ sūt: apostolos hoc ignorasse uel scisse qdē: sed docere ꝓhibitos fuisse qs credat? Q̄q̄ si hoc ita ē: utiliter nesciūt gētes q dns docere ꝓhibuit eos: quos gentiū uoluit esse doctores. Si aūt iā cōpletæ sunt: qa iā est unctus sanctussanctoꝝ: iam occisus est christus: ut nō esset ciuitatis eius: iam de templo illo sublatū est sacrificiū: sublata est unctio: merito apostolis de fine quærētibus responsum est: Non est uestrū scire tempora quæ pater in sua potestate posuit: quoniā tempora quæ per Danielis prophetiā scire poterāt: non ad finem S sæculi de quo quæsierāt pertinebant. Signa uero de cælo & terra: nūquid maiora nos uidimus: q̄ qui fuerūt ante nos? Nonne si gētium legat' historia: tanta mira reperiunt' extitisse de cælo terraq;: ut aliqua etiā non credant'? Sed ut multa omittam: quæ prosequi longū est: Duos soles quādo nos uidim⁹: quos uisos litteris mandauerūt: q tunc fuerūt anteq̄ dns uenisset in carne? Quādo nos uidim⁹ solē sic obscuratū quēadmodū obscuratus est cū lumē mūdi penderet in ligno: nisi forte defectus solis & lunæ: quos cōsuerunt computatores siderū annotare atq; prædicare: inter cælestia prodigia numerabim⁹? Quia lunā sæpius in sua plenitudine: solem uero rarius: sed tn uidim⁹ in fine lunæ scd'm eoꝝ computū defecisse. Non erat talis solis ille defectus q̄n crucifix⁹ est christus: & ideo uere mirabilis erat & prodigiosus. Pascha quippe fuerat iudæoꝝ: qd' nō nisi in plenitudine lunæ celebrat'. Scd'm astrologoꝝ aūt numeros certū est solem quādo luna plena est nō posse deficere: sed quādo finis est lunæ: nō quidem semper: sed aliter nūq̄ cū ꝑm illos numeros deficit. Quid ergo tale unquā quisq̄ meminit apparuisse de cælo ex quo dns illa prædixit quale apparuit q̄n passus est? Quare sic apparebūt etiā talia: si nō spiritaliter poti⁹ intelligēda sūt? Tunc apparebūt: q̄n finis sic approT pinquabit ut debeāt apparere. Bellis aūt per diuersa interualla temporū & locoꝝ: q̄n non terra contrita est? Nam ut nimis antiqua prætream: sub imperatore Galieno: cū romanas ꝓuincias barbaries usq;quaq; ꝓuaderet: q̄ multos fratres nostros q tunc erāt in carne: putam⁹ propinquū finē credere potuisse: quoniā longe postascensionē do-

minifactum est:ac per hoc etiam ista qualia futura sint: cum fuerit oino finis proximus ignoramus: si tamen hæc non ita prædicta sunt:ut in ecclesia potius intelligi debeant. Duæ quippe gentes sunt:& duo regna:unũ scilicet christi: & alterũ diaboli:de quibus
Marci.13. dici potuit:Exurget gens super gentẽ:& regnum super regnũ:qđ non desinit fieri:ex
Matth.1. quo dictũ est: Agite pœnitentiã: appropinquabit em̃ regnũ cælorꝝ. Qđ uide quando dictum est: & ex illo quot anni transierũt: & tñ uerissime dictũ est. Nouissimis em̃ diebus dñs per uirginẽ uenit:Nec diceret ista hora nouissima: nisi regno appropinquãte cælorꝝ: per quã totam horam fiunt quæ dñs propinquãte suo regno futura prædixit.
Act.1. Sed hæc hora quãto spacio protẽdat: si apostolis dictum est: Non est uestrũ scire: q̃n/tomagis quilibet homo qualis ego sum modũ suum debet agnoscere: ne plus sapiat q̃ oportet sapere? Sed cõfiteri nos inquis:pœna nostra cõpellit:adesse iam finẽ dum im
Luc.21. plet quod prænunciatũ est: Arescentib⁹ hominib⁹ præ timore & expectatiõe quæ superuenient uniuerso orbi. Nullã inquis patriã:nullũ locum nostris temporib⁹ nõ affligi aut tribulari certũ est: sicut dictũ est: Præ timore & expectatiõe quæ superuenient uniuerso orbi. Si ergo ista mala quæ nunc patitur genus humanum:certa sunt indicia iam V
1.Thessal.5. dominum esse uenturum:quid est qđ ait apostolus: Cũ dixerint pax & securitas? Cũ em̃ dixisset euangeliũ: Arescentib⁹ hominib⁹ præ timore & expectatiõe:cõtinuo subiunxit:Nam uirtutes cælorꝝ mouebunt:& tunc uidebũt filiũ hominis uenientẽ in nube cũ potestate magna & maiestate. Videam⁹ itaq; ne forte melius intelligatur: nõ eo modo impleri:quæ prædicta sunt illis uerbis:sed tunc poti⁹ esse uentura q̃n sic erit tribulatio uniuerso orbi: ut ad ecclesiã ptineat quæ uniuerso orbe tribulabit: nõ ad eos qui tribulabunt eam. Ipsi em̃ dicturi sunt: Pax & securitas:ut repentinus illis superueniat interitus:& eos aduentus dñi sicut fur in nocte comprehẽdat:q̃n econtrario gaudebũt & exultabũt:qui diligũt manifestationem domini. Nunc aũt ista mala quæ tanq̃ sũma & extrema creduntur:utræq; genti & utriq; regno:& xp̃i scilicet & diaboli uidem⁹ esse communia. Pariter quippe bis & boni affligimur & mali:nec est qui dicat: pax & securitas ubicũq; contingunt:uel metuit ne contingant. Inter quæ tamẽ mala adhuc usq;quaq; frequẽtant luxuriosa cõuiuia: feruet ebriositas: auaricia grassat: perstrepũt lasciui:cantus:organa:tibiæ:lyræ:citharæ:tesseræ:multa & uaria genera sonorꝝ atq; lu dorũ. Hoccine est arescere præ timore:an poti⁹ madescere præ libidine? Sed hæc filij tenebrarꝝ abundanti⁹ habebũt: & exercebũt cum dixerint:pax & securitas. Quid ipi filij lucis & filij diei:qui nõ sũt in tenebris:ut eos tanq̃ fur dies ille cõprehendat: Nõne adhuc utunt hoc mũdo tanq̃ nõ utẽtes? Quia & si ante multos annos apl'os tempib⁹ dictũ est:pia tñ sollitudine cogitãt qđ dictũ est: Temp⁹ breue est. Nõne a maxima parte eorꝝ nouellat: ædificat:emitur:possidet: gerunt adhuc honores: ducunt uxores: de bis loquor qui expectantes dñm suũ:q̃n ueniat a nuptijs: nõ se abstinẽt a carnalib⁹ nuptijs:sed obedientissima charitate audiũt apl'm præcipiẽtem quemadmodũ uiuere debeãt uxores cũ uiris: uiri cũ uxorib⁹: filij cũ parẽtib⁹:parẽtes cũ filijs:serui cũ dominis:dñi cum seruis? Nõne bi omes in bis oib⁹ utunt hoc mũdo? Arant:nauigãt:cõparant:generant:militant:administrant: Puto q̃ non erunt sic quando erunt quæ in euãgelio prædicta sũt signa in sole & luna & stellis:& in terris præssuræ gentiũ præ cõfusione sonit⁹ maris & fluctuũ:arescẽtibus hominibus præ timore & expectatiõe quæ superuenient uniuerso orbi: nam uirtutes cælorũ mouebũtur. Hæc quippe in ecclesia melius existimo intelligi: ne dominus Iesus appropinquãte secundo aduentu suo ea pro X
magno prædixisse uideatur quæ huic mundo: & ante primũ eius aduentũ consueuerant euenire:& irrideamur ab eis qui hæc quæ uelut nouissima & omniũ maxima horrescimus: Plura in historia gentium:& multa maiora legerunt. Ecclesia est em̃ sol & lu
Cant.6. na & stellæ:cui dictũ est: Speciosa sicut luna: electa sicut sol. Ab hac adorat Ioseph noster in hoc mũdo uelut in egypto ex humillimo sublimatus. Nam illum Ioseph mater certe adorare nõ potuit:quæ ante defuncta est q̃ Iacob uenisset ad filium: ut illius somnij prophetici ueritas adimplenda christo domino seruaretur. Quando em̃ sol obscurabit & luna nõ dabit lumen suũ & stellæ cadẽt de cælo & uirtutes cælorꝝ commoue/

buntur: sicut ab his duobus euangelistis hic locus commemoratꝰ est: ecclesia non apparebit impijs tunc persecutoribꝰ ultra modū sæuientibus: & remoto timore tanq̄ arridēte mūdi fœlicitate dicētibus: Pax & securitas: tunc stellæ cadēt de cælo & uirtutes cælorū commouebunt: quoniā multi qui gratia fulgere uidebant perseqūtibus cedent & cadent: & quidam fideles firmissimi turbabuntur. Idem aūt scd'm Matthæum & Marcum: post tribulationē dierum illorum dicit hoc futurū: non quia transacta tota illa persecutione accidēt ista: sed quia præcedet tribulatio: ut sequat quorūdam defectio: & quia per omnes dies illos ita fiet: propterea post tribulationem dierum illorum: sed tamen in eisdem diebꝰ fiet. Qd ergo dictū est scd'm Lucam: Et in terris præsuræ gentium: gētes uoluit intelligi non pertinētes ad semē Abraæ: in quo benedicentur omnes gētes: sed gētes quæ ad sinistram stabūt: quando congregabunt ante iudicem uiuorum & mortuorū omnes gētes. Vtraq; pars enim erit in omnibꝰ gētibꝰ: una quæ præmat: altera quæ præmat. Vna quæ dicat: Pax & securitas: altera in q̄ sol obscuret: & nō det luna lumē suum: & de qua cadent stellæ: & in q̄ uirtutes cælorū mouebantur: & tunc uidebūt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. Quod uideo duobꝰ modis accipi posse: Siue in ecclesia tanquā in nube uenientem: sicut etiam nūc uenire nō cessat: scd'm id quod ait: Ammodo uidebitis filiū hominis sedētem a dextris uirtutis: & uenientem in nubibꝰ cæli: Sed ideo tūc cum potestate magna & maiestate: quia maior potestas & maiestas illius apparebit sanctis: quibꝰ magnam uirtutem dabit: ne tanta persecutiōe uincant: Siue in corpore suo in quo sedet ad dextram patris: In quo etiam mortuus est: & resurrexit: & ascendit in cælum: scd'm qd scriptum est in actibꝰ apostolorū: His dictis nubes suscepit eum & sublatꝰ est ab eis. Et quia illic etiam dictum est ab angelis: Sic ueniet quomodo eū uidetis euntem in cælum: merito credēdus est: non solum in eodem corpore: uerūetiam in nube uenturꝰ: quoniam sic ueniet sicut abijt: & nubes eum suscepit abeuntē. Sed horum duorū quid hic potiꝰ legendū sit iudicare difficile est: Promptior qdē sensus est: ut qsq; cū audierit uel legerit: Et tunc uidebūt filiū hominis uenientem in nube cū potestate magna & maiestate: ipsum prorsus accipiat eiꝰ aduentū: nō per ecclesiā: sed per seipsū: quādo uēturus est ad uiuos & mortuos iudicandos. Sed quoniam scripturæ scrutandæ sunt: nec earū superficie debemꝰ esse contenti: quæ ad exercitationē nostram ita modificatæ sunt: ut altius se penetrari uelint: diligēter sunt inspicienda sequētia. Cum enim dixisset: Et tūc uidebūt filiū hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate: adiunxit atq; ait: His autem fieri incipiētibꝰ: respicite & leuate capita uestra: quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneam & omes arbores: cū producūt iam ex se fructū: scitis quoniam prope est æstas: Ita & uos cum uideritis hæc fieri scitote quoniam prope est regnum dei. Cum ergo dicit: Cum uideritis hæc fieri: quæ intelligere poterimꝰ: nisi ea quæ supra commemorata sūt: In his est aūt etiam qd ait: Et tunc uidebūt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. Proinde etiā hoc cū uisum fuerit: nō iam erit regnū dei: sed erit prope. Hunc ordinem uidemus & duos alios euangelistas tenere. Apud Marcum enim cum dictum esset: Et uirtutes quæ sunt in cælis mouebunt: Et tunc (inquit) uidebūt filium hominis uenientem in nubibꝰ cum uirtute multa & gloria. Deinde subiungit: qd Lucas non dixit: Et tunc mittet angelos suos & congregabit electos suos a quattuor uentis: a sūmo terræ usq; ad summū cæli. Tūc qd ille de ficu & de alijs arboribꝰ: iste de sola ficu ponēs. A ficu aūt discite inquit parabolam: cum iam ramus eiꝰ tener fuerit: & nata fuerint folia: cognoscetis quia in proximo sit æstas: sic & uos cū uideritis hæc fieri scitote q̄ in proximo sit in ostijs. Quid est: cum uideritis hæc fieri: nisi ea quæ supra dixit: In qbꝰ est etiam illud qd ait: Et tunc uidebūt filiū hominis uenientem in nubibꝰ cū uirtute multa & gloria: Et tūc mittet angelos suos: & cōgregabit electos suos. Non itaq; tūc erit finis: sed tūc erit in proximo. An dicēdū est: nō omia quæ supra commemorata sunt esse intelligēda: ubi ait: Cum uideritis hæc fieri: sed aliqua eorū: hoc uidelicet excepto quod dictum est: Et tunc uidebūt filium hominis uenientem: & c̄; Ipse quippe

Luc. 21.

Matth. 26.

Act. 1.

Luc. 21.

Marci. 13.

finis erit:non tunc proximuus erit. Sed Matthæus aperuit:nullis exceptis: esse accipiendum:qđ positũ est: Cum uideritis hæc fieri. Nam & apud ipsum cum dictũ esset:
Matth.24. Et uirtutes cælorum mouebũtur:& tũc apparebit (inquit) signũ filij hominis in cælo: & tunc planget omnes tribus terræ: & uidebũt filium hominis uenientem in nubibus cæli in uirtute multa & maiestate: & mittet angelos suos cum tũba & uoce magna: & congregabũt electos eius a quattuor uentis: a summis cælorum usq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: Cum iam ramus eius tener fuerit:& folia nata:scitis quia prope est æstas:Ita & uos cum uideritis hæc oñia:scitote quia prope est in ianuis. Tunc ergo scimus prope esse cum uiderimus: non aliqua eorum sed hæc omnia: in quibus hoc est q̃ uidebitur filius hominis ueniens: & mittet angelos suos: & de quattuor mundi partibus: id est de toto orbe terrarum congregabit electos suos:qđ tota hora nouissima facit:ueniẽs in suis membris tãquam in nubibus: uel in tota ipsa ecclesia quod est corpus ei⁹: tanquam in nube magna fructificãte atq; crescente in uniuerso mũdo:ex quo cœpit prædicare & dicere: Agite pœnitentiam:
Matth.3. propinquauit enim regnum cælorũ: Ita ut fortasse omnia quæ ab his tribus euangelistis dicta sunt de eius aduentu:diligentius inter se collata atq; discussa:inueniantur ad hoc pertinere: qđ quotidie uenit in corpore suo:qđ est ecclesia. De quo aduentu suo
Matth.26. dixit:Ammodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis:& uenientem in nubibus cæli:exceptis his locis:ubi ab eo ille aduentus ultim⁹ in ipso quando est uiuos iudicaturus & mortuos: ita promittitur ut propinquare dicat. Et qđ in ultimo sermonis scđm Matthæum ipse omnino aduentus euidenter exprimitur:cuius superius quibusdam signis propinquitas intelligenda monstratur: Ad hoc quippe apud Mat-
Matth.25. thæum sermo ipse concluditur: Cum autem uenerit filius hominis (inquit) in maiestate sua: & omnes angeli cũ eo:tũc sedebit super sedem maiestatis suæ: tunc congregabũtur ante eũ omnes gentes:& cætera usq; ad illud:ubi ait: Et ibũt hi in suppliciũ æternũ:iusti aũt in uitam æternam. Hoc enim null⁹ ambigit de christi aduentu nouissimo: & de fine sæculi prædictum fuisse. Nam & illas quinq; & q̃nq; uirgines:non defuerunt qui non contemptibili disputatione docere uoluerint: ad hunc ei⁹ aduentum qui nũc fit per ecclesiam pertinere. Sed hæc nõ sunt temere pollicenda:ne aliquid occurrat qđ ualide contradicat:præsertim quia in talibus diuinorum eloquiorum obscuritatibus: quib⁹ nostras intelligentias deo placuit exercere: non solum alius alio mouet acutius eorum qui scripturas sanctas:non improbabiliter tractant: sed etiam quilibet unus illorum:aliquando minus:aliquando meli⁹ intelligit. Nescio tamẽ utrum intueri aliquid certius in hac quæstione possemus (si ulla ratione seu facultate possemus) q̃ illud quod in epistola priore iam posui:quãdo euangelio mũdus uniuersus impleat. Quod enim & putat uenerabilitas tua:iam hoc per ipsos apostolos factum: non ita esse certis documentis probaui. Sunt enim apud nos: hoc est in Africa: barbaræ innumerabiles gentes:in quibus nondum esse prædicatum euangelium:ex his qui ducũtur inde captiui: & romanorum seruitijs iam miscent: quotidie nobis addiscere in promptu est. Pauci tamen anni sunt:ex quo quidam eorum rarissimi atq; pauciss̃imi:qui pacati romanis finibus adhærent:ita ut habeant reges suos: sed super eos præfecti a romano constituantur imperio: & illi ipsi eorum præfecti christiani esse cœperunt. Interiores autem qui sub nulla sũt potestate romana: prorsus nec religione christiana in suorum aliquibus detinentur:neq; ullo modo recte dici potest istos ad promissionem dei non pertinere. Non enim romanos:sed omnes gentes dominus semini Abraæ:media quoq; iuratione promisit:Ex qua promissione iam factum est: ut nonnullæ gentes quæ non tenentur ditione romana: reciperent euangelium & adiũgerent ecclesiæ:quæ fructificat & crescit in uniuerso mũdo. Adhuc enim habet quo crescat donec fiat: qđ de chri-
Ps.71. sto in Salomonis figura propbetatum est:Dominabitur a mari usq; ad mare: & a flumine usq; ad terminos orbis terræ. A flumine scilicet ubi baptiçat⁹ est:quia inde cœpit euangelium prædicari. A mari autem usq; ad mare totus est orbis cum omnib⁹ gentibus: quoniam mari oceano cingitur uniuersus. Quomodo autem implebitur ali-

ter illa prophetia: Omnes gentes quotquot feciſti ueniẽt & adorabũt coram te dñe? Non enim de locis ſuis migrando uenient: ſed in locis ſuis credendo. De credentibus quippe dominus dixit: Nemo poteſt uenire ad me: niſi datum fuerit ei a patre meo. Propheta autem dicit: Et adorabũt eum unuſquiſq; de loco ſuo omnes inſulæ gentiũ. Omnes inſulæ dixit: tanq̃ diceret etiam oẽs inſulæ: hinc oſtendens q̃ nulla pars relinquat orbis terrarum: ubi nõ ſit eccleſia quando nulla relinquit inſularũ: quarũ nõnullæ etiam in oceano ſũt conſtitutæ: & quaſdam earum euangelium iam ſuſcepiſſe dicim⁹: atq; ita & in inſulis ſingulis qbuſq; impleꝛ qd dictũ eſt: Dominabit a mari uſq; ad mare: quo unaquæq; inſula cingitur: ſicut in uniuerſo orbe terrarum: quæ tanq̃ omnium quodammodo maxima eſt inſula: quia & ipſam cingit oceanus: ad cuius litora in occidentalibus partib⁹ eccleſiam perueniſſe iam nouimus: & quocũq; litorum eius nondũ peruenit: peruẽtura eſt utiq; fructificãdo atq; creſcẽdo. Si ergo qa ꝓphetia ueritatis mentiri nõ põt: neceſſe eſt ut oẽs gẽtes quotquot fecit de⁹ adoret eũ. Quomõ adorabũt eũ niſi inuocent eũ? Quõ aũt inuocabũt in quẽ nõ crediderẽt? Aut quõ credẽt ei quem non audierũt? Quomodo aũt audient ſine prædicante? Aut quomodo prædicabũt niſi mittant? Mittit enim angelos ſuos & congregat electos ſuos a quatuor uentis: id eſt ab uniuerſo orbe terrarum. In quib⁹ ergo gentibus nondum eſt eccleſia: oportet ut ſit: non ut omnes q ibi fuerint credant. Omnes enim gentes promiſſæ ſũt: nõ omnes homines omniũ gentiũ: Non enim omniũ eſt fides. Credit itaq; omnis gens in omnib⁹ q electi ſũt ante conſtitutionem mũdi: in cæteris non credit & credentes odit: Quomodo enim & illud implebitur: Eritis odio omnibus gentibus propter nomẽ meũ: niſi in oĩb⁹ gentib⁹ ſint: & q oderint: & quos oderint? Quo pacto igit ab aplis eſt prædicatio iſta cõpleta: qñ adhuc uſq; ſũt gẽtes: qd certiſſimũ ẽ nobis in quibus mõ cœpit & in qb⁹ nondũ cœpit impleri? Nõ itaq; ſic dictũ eſt aplis: Eritis mihi teſtes in hieruſalẽ & in tota iudæa & ſamaria & uſq; in extremũ terræ: tanq̃ ipſi ſoli quibus tũc loquebat tm̃ mun⁹ fuerint impleturi: ſed ſicut eis ſolis uidet dixiſſe qd dixit: Ecce ego uobiſcũ ſum uſq; in conſũmationem ſæculi: qd tamen eũ uniuerſæ eccleſiæ promiſiſſe: quæ aliis morientibus alijs naſcẽtib⁹ hic uſq; in ſæculi conſũmationẽ futura eſt: qs nõ intelligat: ſicut eis & illud ait quod ad eos omnino non pertinet: & tamen ſic dictũ eſt: tanq̃ ad ſolos etiã pertineret: Cũ uideritis hæc oĩa: ſcitote qa prope eſt in ianuis? Ad quos enim hoc pertinet: niſi ad eos qui in carne tũc erũt cũ omnia complebũtur? Quẽtomagis illud qd ex magna parte per eos agendũ fuit: q̃is & poſteris eorũ eadẽ actio ſeruaret? Qd aũt dixit apls: Nũqd nõ audierũt: In omnẽ terrã exijt ſon⁹ eoꝝ: & in fines orbis terræ uerba eoꝝ: q̃is locut⁹ ſit præteriti tpis uerbis: tamẽ qd futurũ fuerat dixit: non qd iam factum atq; completũ: ſicut ipſe propheta quo uſus eſt teſte: non ait: In omnem terram exiturus: ſed exijt inquit ſonus eorum: quod utiq; nõdũ factum erat: Quale eſt etiam illud: Foderunt manus meas & pedes meos: qd tam longe poſtea actũ nouim⁹. Sed ne iſtas tm̃ ꝓpheticas locutiones nõ & apoſtolicas fuiſſe credamus: nonne idem apoſtolus ait: Quæ eſt eccleſia dei uiui columna & firmamentũ ueritatis? Et ſine dubio magnũ eſt pietatis ſacramentum: quod manifeſtatum eſt in carne: iuſtificatum eſt in ſpiritu: apparuit angelis: prædicatũ eſt in gentibus: creditum eſt in mũdo: aſſumptum eſt in gloria. Nempe manifeſtum eſt hoc quod in extremo poſuit: etiam nunc nondum eſſe completum: quantomagis tunc quando iſta dicebantur. Eccleſia quippe tunc aſſumetur in gloria quando dicetur: Venite benedicti patris mei percipite regnum: & tamen tanquã factum fuiſſet: dictum eſt q certo ſciebatur futurum. Multo minus mirandum eſt qd etiam uerbis præſentis temporis uſus eſt in eo q illum identidem dixiſſe memoraſti: propter ſpem quæ repoſita eſt nobis quam ante audiſtis in uerbo ueritatis euangelij: quod aduenit in uos: ſicut & in omni mundo eſt fructificans & creſcens: quamuis euangelium nondum tenebat uniuerſum: ſed fructificare illud in uniuerſo mundo dixit & creſcere: ut ita ſignificaret: quouſq; fuiſſet fructificando & creſcendo uenturum. Si ergo latet quando eccleſia fructificante atq; creſcente uniuerſus omnino a mari uſq; ad mare orbis implebit:

Pſ. 85.
Joh. 6.
Ro. 10
Matth. 24.
Act. 1.
Matth. 28.
Ro. 10.
Pſ. 21.
1. Timoth. 3.
Matth. 25

proculdubio latet quando finis erit: ante q̄ppe non erit. Vt autem tibi tanq̄ sancto bo A
mini dei: & sinceriſſimo fratri aperiam de hac quæſtione quod ſentiam: error quidem
in utroq; uitand⁹ eſt: quantū ab homine uitari poteſt: ſiue citius ſiue tardius q̄ futurum
eſt: domin⁹ uēturus eſſe credatur. Sed mihi quiſquam non uidetur errare cū aliquid
neſcire ſe ſcit: ſed cum ſe putat ſcire quod neſcit. Remoueamus itaq; de medio ſeruū
Luc.12. illū malū: qui dicēs in corde ſuo: Moram facit domin⁹ me⁹ uenire: dominat̄ conſertis
ſuis: & ebrioſis conuiuando miſcetur: Iſte quippe proculdubio domini ſui odit aduen
tum. Quo ſeruo malo remoto: conſtituam⁹ ante oculos tres ſeruos familiam domini
cam diligenter ſobrieq; tractantes: aduentū domini ſui ſitienter deſiderantes: uigilan
ter expectantes: fideliter amantes: Si unus eorum citius: alter tardius dominum pu
tat eſſe uenturum: tertius uero ſuam de hac re ignoratiam confitetur: quāquā omnes
conſonent euangelio: quia omnes diligūt manifeſtationem domini: & eam deſiderā
ter & uigilanter expectant: uideamus tamen quis amplius conſonet. Vnus dicit: uigile
mus & oremus: quia citius uenturus eſt domin⁹. Alter dicit: uigilemus & oremus quia
breuis & incerta eſt iſta uita: q̄uis tardius uenturus ſit domin⁹. Tertius dicit: uigilem⁹
& orem⁹ qa & breuis & incerta eſt iſta uita: & neſcim⁹ temp⁹ quādo uenturus eſt dñs.
Marci.13. Euāgeliū dicit: Videte: uigilate & orate: neſcitis em̄ qn̄ temp⁹ ſit: Obſecro te qd aliud
dicere audimus būc tertium q̄ qđ dicere audimus euangelium? Omnes quidem præ
deſiderio regni dei hoc uolunt eſſe uerum quod putat primus: ſed hoc ſecundus ne
gat: tertius uero non negat aliquid horum: ſed ignorare ſe fatet̄ quis uerum dicat il
lorum. Proinde ſi hoc factum fuerit quod prædixerat primus: gaudebunt cum illo ſe
cundus & tertius. Omnes enim manifeſtationem domini diligunt. Exultabūt itaq; ci
tius ueniſſe quod diligunt. Si autem factum non fuerit: & apparere cœperit hoc poti⁹
eſſe uerum quod dicebat ſecūdus: metuendum eſt ne inter ipſas moras perturbent̄:
qui crediderant quod dixerat primus: & incipiant domini aduentum non tardum pu
tare ſed nullum: qui uides quantus ſit interitus animarum. Quod ſi tantæ fidei fuerint
ut ſe ad ſecūdi prædicta conuertant: & dominum etiam tardantem fideliter & patien
ter expectent: abundant tamen opprobria & inſultationes atq; irriſiones inimicorū
multos infirmos a chriſtiana fide auertentium: dicendo tam fallaciter eis regnum eſſe
promiſſum: q̄ fallaciter dicebatur cito eſſe uenturum. Qui autem credunt quod ſecū
dus dicit: tardius dominum eſſe uenturum: ſi falſum fuerit inuentum citius domino
ueniente: nullo modo qui ei crediderant turbabūt̄ in fide: ſed inopinato gaudio per
fruentur. Quapropter qui dicit dominum citius eſſe uenturū: optabilius loquitur: ſed
periculoſe fallitur. Vtinam ergo ſit uerum: quia erit moleſtum ſi non erit uerum. Qui
autem dicit dominum tardi⁹ eſſe uenturum: & tamen credit: ſperat: amat eius aduen
tum: profecto de celeritate eius: etiam ſi fallitur: fœliciter fallitur. Habebit enim maio
rem patientiam ſi hoc ita erit: maiorem lætitiam ſi non erit: Ac per hoc ab eis qui di
ligunt manifeſtationem domini ille auditur ſuauius: iſte creditur tutius. Qui aūt quid
borum ſit uerum ignorare ſe confitetur: illud optat: hoc tolerat: in nullo eorum errat:
quia nihil eorum aut affirmat aut negat. Obſecro te ut me talem non ſpernas: quia &
ego te diligo id affirmātem quod uerū eſſe deſidero: & tanto magis nolo fallaris: quā
tomagis amo quod polliceris: & quantomagis uideo periculoſū ſi falleris. Da ueniam
ſi oneroſus fui ſanctis ſenſibus tuis. Quanto enim rarius prouenit: tanto me tecum ſal
tem per litteras loqui diutius delectauit.

Sancti Auguſtini ad Eudoxiū abbatem Inſulæ Capraríæ: & qui cum eo ſūt fratres:
exhortantis ut memores ſui & fratrum ſuorum ſint in orationibus: Atq; ut officia ec
cleſiaſtica ita ſubeant: ut neq; auida elatione affectaſſe: neq; blandiente deſidia reſpue
re uideantur: admonentis. Epl'a. LXXXI.

DOmino dilecto & exoptātiſſimo fratri & compreſbytero Eudoxio & qui tecū B
ſunt fratribus: Auguſtin⁹ & qui mecum ſūt fratres: in domino ſalutem. Quan
do quietem ueſtram cogitamus quam habetis in chriſto: etiā nos q̄uis in labo
ribus uarijs aſperiſq; uerſemur: in ueſtra charitate requieſcim⁹: Vnū enim corpus ſub

uno capite sum⁹: ut & nos in uobis negocioſi: & uos in nobis ocioſi ſimus: Quia ſi patiē 1.Cor.12.
unum membrū: compatiūtur omnia membra. Admonemus ergo & petimus & ob-
ſecram⁹ per chriſti altiſſimam humilitatem & miſericordiſſimam celſitudinem: ut no-
ſtri memores ſitis in ſanctis orationibus: quas uos uigilantiores & magis ſobrias habe-
re credim⁹. Noſtras enim ſæpe ſautiat & debilitat caligo & tumult⁹ ſæcularium actio-
num: quas & ſi noſtras non habem⁹: eorum tamen qui nos angariant mille paſſus: & iu Matth.5.
bemur ire cum eis alia duo: caute nobis ingeruntur: ut uix reſpirare poſſim⁹: Creden-
tes tamen q̄ ille in cuius conſpectu intrat gemit⁹ compeditorum: perſeuerantes nos
in eo miniſterio: in quo dignatus eſt collocare cum promiſſa mercede: adiuuātib⁹ ora-
tionib⁹ ueſtris ab omni anguſtia liberabit. Vos autem fratres exhortamur in domino
ut propoſitū ueſtrum cuſtodiatis: & uſq; in finem perſeueretis. At ſi qua opera ueſtra 16.q.1.vos
mater eccleſia deſiderabit: nec elatione auida ſuſcipiatis: nec blandiente deſidia reſpu- aūt fratres
atis: ſed miti corde obtemperetis deo: cum manſuetudine portantes eum qui uos re-
git: qui dirigit mites in iudicio: qui docet manſuetos uias ſuas. Nec ueſtrum ociū ne-
ceſſitatib⁹ eccleſiæ præponatis: Cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare uellēt: quomo-
do naſceremini non inueniretis. Sicut aūt inter ignem & aquam tenēda eſt uia: ut nec
exuratur homo nec demergat: ſic inter apicem ſuperbiæ & uoraginem deſidiæ iter
noſtrum temperare debem⁹: ſicut ſcriptū eſt: Non declinantes neq; ad dextram neq; Prouer.4.
ad ſiniſtram. Sunt enim qui dum nimis timent ne quaſi in dexteram rapti extollatur:
in ſiniſtram lapſi demerguntur. Et ſunt rurſus qui dū nimis ſe auferūt a ſiniſtra: ne tor-
pida uacationis mollicie ſorbeantur: ex altera parte iactantiæ faſtu corrupti atq; con-
ſumpti in fauillā fumūq; uaneſcūt. Sic ergo dilectiſſimi diligite ociū: ut uos ab omi ter-
rena delectatiōe refrenetis: & memineritis nullū locū eſſe: ubi nō poſſit laqueos tēde-
re qui timet ne reuelem⁹ ad deum: & inimicum omnium bonoꝝ cuius captiui ſumus
iudicemus: nullamq; nobis eſſe perfectam requiem cogitemus: donec tranſeat iniqui-
C tas: & in iudicium iuſticia conuertat. Item cum aliquid ſtrenue atq; alacriter agitis &
impigre operamini: ſiue in orationib⁹: ſiue in ieiunijs: ſiue in elemoſynis: uel tribuētes
aliquid indigentib⁹: uel donantes iniurias: ſicut & deūs in chriſto donauit nobis: ſiue
edomantes pernicioſas conſuetudines caſtigantesq; corpus: & ſeruituti ſubijcientes:
ſiue ſufferētes tribulationem: & ante omnia uoſipſos inuicem in dilectione: Quid em̄
ſufferet q fratrem non ſuffert? Siue proſpicientes aſtutiam atq; inſidias temptatoris:
& ſcuto fidei iacula ei⁹ ignita repellentes & extinguentes: ſiue cantantes & pſallentes
in cordibus ueſtris domino: uel uocibus a corde non diſſonis: omnia in gloriam dei fa-
cite: qui operatur omnia in omnibus. Ita feruente ſpiritu ut in domino laudetur ani-
ma ueſtra: Ipſa eſt enim actio recti itineris: quæ oculos ſemper habet ad dominū: quo-
modo ipſe euellet de laqueo pedes. Talis actio nec frangitur negocio: nec frigida eſt
ocio: nec turbulenta: nec marcida eſt: nec audax: nec fugax: nec præceps: nec iacens. 2.Cor.13.
Hæc agite & deus pacis erit uobiſcum. Nec importunū me exiſtimet charitas ueſtra:
qa uobis uel per epiſtolam loqui uolui. Non em̄ hoc uos monui qđ uos nō arbitror fa-
cere: ſed credidi me non parum commendari deo a uobis ſi ea quæ munere illius fa-
citis: cum allocutionis noſtræ memoria faciatis. Nam & ante iam fama & nūc fratres
q uenerūt a uobis: Euſtachi⁹: alias Euſtaſi⁹ & Andreas: bonū chriſti odorem de ueſtra
ſancta cōuerſatiōe ad nos attulerūt. Quoꝝ Euſtaſi⁹ in eam requiē præceſſit quæ nul-
lis fluctib⁹ ſicut inſula tūdit: nec caprariā deſiderat: qa nec cilicio iā quærit induí.

¶ Beati Auguſtini ad Largū: ut fallaces ſuauitates hui⁹ ſæculi & uanos eiuſdem appeti
tus & amores cōtemnat: admonētis, Epla. LXXXII.

D Omino inſigni & præſtantiſſimo & deſiderātiſſimo filio Largo: Auguſtin⁹ in
d domino ſalutem. Accepi litteras eximietatis tuæ: quib⁹ me ad te petis ut ſcri-
berem. Qđ qdem nō deſiderares: niſi & hoc qđ me poſſe ſcribere exiſtimaſti:
gratū haberes atq; iocūdū. Id autem eſt ut uana ſæculi hui⁹ ſi inexperta cōcupiſti: ex-
perta cōtemnas. Fallax eſt em̄ in eis ſuauitas etiā & infructuoſus labor & ppetu⁹ timor
& periculoſa ſublimitas: Initium ſine prudentia: & finis cum pœnitentia. Ita ſe habent

omnia quæ in ista mortalitatis erumna cupidius q̄ prudentius appetūtur. Alia est aūt spes piorum: alius laboris fructus: alia periculorum merces. Nam in hoc mūdo non timere: non dolere: non laborare: nō periclitari impossibile est. Sed plurimum interest qua causa: qua expectatione: quo termino ista quisq; patiatur. Ego quidem cum amatores sæculi huius intueor: nescio quando possit esse ad eorum animos sanādos opportuna sapientia: Quando enim res uelut prosperas habent: fastu respuūt salubres monitus: & q̄si anilem reputant cantilenam. Quando autem in aduersis agunt: magis cogitant euadere: unde ad præsens agūtur: q̄ capere unde curent: & unde perueniant ubi angi omnino non possint. Aliquando tamen quidam cordis aures admouēt: atq; abbibent ueritati rarius inter prospera: crebrius inter aduersa: sed tamen pauci sunt. Ita enim prædicti sūt: inter quos te esse cupio: quia ueraciter diligo domine insignis & præstantissime ac desiderantissime fili. Hæc admonitio tibi sit mea resalutatio: quia & si te deinceps talia perpeti q̄lia pertulisti nolo: plus tamē doleo hæc ipse te sine aliqua in meli⁹ uitæ mutatiōe fuisse perpessum.

¶ Beati Augustini ad Crysinum: illum propter impatiētem mœrorem amissionis rerum temporaliū: & stultam eius propemodum desperationem increpantis: & ad meliora exhortātis. Epl'a. LXXXIII.

DOmino uere ac merito charissimo & prædicādo fratri Crysino: Augustin⁹ in E d domino salutem. Rumor ad me detulit (deus faciat ut nō sit) sic te animo perturbatum: ut multum mirer prudentiam tuam & christianum animū: parum cogitare rerum terrænarum conditionem: nullo modo æquari posse cælestibus: ubi cor nostrum & spes nostra collocanda est. Vir cordate: nūquid aut totum bonum tuum: in his rebus erat: quas nūc uideris amittere? Aut tam magnum bonum illa deputabat: ut eo subtracto sic tenebrescat mens nimia tristicia: quasi lumen eius: non deus: sed terra sit? Audiui enim (iam dixi: deus faciat ut falsum audierim) q̄ tibi manus etiam uelles inferre: quod melius non credo: aut ascendisse in cor tuum: aut exisse de ore tuo. Sed tamen quia ita perturbat⁹ es: ut hoc de te dici potuerit: grauiter de te cōtristat⁹: hoc litterarum alloquio putaui consolandam charitatem tuam: quāquam nō dubitem dominū deum nostrum: in corde tuo loqui meliora. Noui enim q̄ pio studio semper audieris uerbū ei⁹. Erige itaq; animū frater in christo charissime: de⁹ noster nō perit a suis: nec perdet suos: uult autem monere nos: q̄ sint hæc fragilia & incerta: quæ nimis diligūt homines: ut soluamus ab eis uinculum cupiditatis: per quod implicatos nos trahūt: ut totum amorem nostrum consuefaciamus in eum currere: in quo nulla damna timeamus: Ipse te hortatur per ministeriū nostrum: uiriliter cogites te fidelem esse christianum: & eius redemptum esse sanguine: qui non solum æterna sapientia: sed etiam per mala præsentia: docuit nos temperanter prospera sæculi huius contemnere: & fortiter aduersa tolerare: eius fœlicitatis mercem pollicens quā nemo possit a nobis auferre. Scripsi sane etiam ad uirū laudabilem comitem: quam epistolam in tuo arbitrio si dare uelis. Nam per quem det nō dubito deesse nō posse: adiuuāte dño uel episcopū uel presbyterū uel quēlibet.

¶ Beati Augustini ad Gaiū: scripta sua familiariter illi cōmendātis: & sil'q̄d in his sentire: aut cui ascribere debeat declarātis. Epl'a. LXXXIIII.

GAio Augustinus. Vt abs te abscessim⁹: dici non potest quāta suauitate nos per F g fuderit recordatio tui: ac sæpe perfundat. Recolimus enim ardorem inquisitionis tuæ: cum esset mirabilis non fuisse perturbatam modestiam disputandi. Nam neq; flagranti⁹ percunctantem: neq; tranquillius audientem: quēq; facile inuenerim. Vellē itaq; tecū multū loq: Non em̄ multū esset: q̄ntūcūq; esset si tecū loquerer. Sed qa difficile est: qd op⁹ est causas quærere? Prorsus difficile est: Erit fortasse aliqñ facillimū: ita de⁹ uelit: nūc certe aliud ē. Dedi ergo negociū fratri: p quē lras misi: ut oia nra legēda præbeat prudētissimæ charitati tuæ. Nō em̄ aliqd meū inculcabit inuito: Noui enim qd benignitatis in nos animo geras: quæ tamē lecta p̄baueris: uera proūideris: nostra esse non putes: nisi quia data sūt: eoq; te cōuertas licet: unde tibi quoq;

est ut ea probares datum. Nemo enim quod legit: in codice ipso cernit uerũ esse: aut in eo qui scripserit: sed in seipso potius si eius menti quoddam non uulgariter candidum: sed a fæce corporis remotissimum lumen ueritatis impræssum est. Quod si falsa aliq̃ atq; improbanda compereris: de humano nubilo irrorata scias: & ea uere nostra eẽ dubites. Hortarer aũt te ad quærẽdũ: nisi uidere mihi uiderer hiãtia quædã ore cordis tui: Hortarer etiã ut qđ uerũ cognoueris uiriliter teneas: nisi patefeceris euidẽtissimum robur animi & consilij tui. Totũ enim se mihi breui tempore discussis corporeis tegumẽtis: quod in te uiuit aperuit. Neq; ullo modo siuerit domini nostri misericordissima prouidentia: ut catholico christi gregi tu uir tam bonus & egregie cordatus alienus sis.

¶ Sancti Augustini ad Consentiũ: de tribus generib⁹ rerum quæ uidẽtur: Vnũ corporaliũ: Secũdũ simile corporalib⁹: Tertiũ ab utroq; discretũ: quo ipa sola trinitas uideť: & quædam pulchra de ipsa trinitate pertractãtis: Epla. LXXXV.

HAugustinus: Consentio. Cogitationis carnalis compositionem uanũq; figmentum: ubi uera ratio labefactare incipit: continuo illo intus adiuuante atq; illuminante: qui cum talib⁹ dolis in cordib⁹ nostris habitare non uult: ita ista confringere atq; a fide nostra quodãmodo excutere festinam⁹: ut ne puluerẽ qdem ullũ phantasmatũ illic remanere patiamur. Quãobrẽ nisi rationẽ disputatõis q̃ forniscⁿ admoniti: ipsa intrinsecⁿ ueritate lucente hæc falsa esse perspicimⁿ: fides in corde nr̃o antecessisset: quæ nos indueret pietate: incassũ quæ uera sunt audiremus. Ac p hoc quoniam id quod ad eam pertinebat fides egit: Ideo subsequens ratio aliquid eorum quæ inquirebat inuenit: falsæ itaq; rationi: non solum ratio uera: qua id quod credimⁿ intelligimus: uerumetiam fides ipsa rerum nondum intellectarum: sine dubio præferenda est. Melius est enim quamuis nondũ uisum credere quod uerũ est: q̃ putare te uerum uidere quod falsum ẽ. Habet nãq; fides oculos suos: quib⁹ quodammodo uidet uerũ esse qđ nondum uidet: & quibus certissime uidet nondum se uidere qđ credit. Porro autem qui uera ratione iam qđ tantũmodo credebat intelligit: profecto præponendⁿ est ei qui cupit adhuc intelligere qđ credit. Si autem nec cupit & ea quæ intelligenda sũt: credenda tantũmodo existimat: cui rei fides prosit ignorat. Nam pia fides sine spe
H & sine charitate esse nõ uult. Sic igiť homo fidelis debet credere qđ nõdum uidet: ut uisionem & speret & amet. Et uisibilium quidem rerum præteritarum quæ temporaliter transierũt sola fides est: quoniã nõ ad hoc uidenda sperantur: sed facta & transacta ctedũtur: sicut est illud: ꝙ christus semel pro peccatis nostris mortuⁿ est & resurrexit: nec iam moritur: & mors ei ultra non dominabiť. Ea uero quæ nondum sunt sed futura sunt: sicut nostrorum spiritalium corporum resurrectio: ita creduntˇ ut etiam uidenda sperentˇ: sed ostendi modo: nullo possunt modo. Quæ uero ita sunt ut neq; prætereant neq; futura sint: sed æterna permaneant: partim sunt inuisibilia: sicut iusticia: sicut sapietia: partim uisibilia: sicut christi immortale iam corpⁿ: sed inuisibilia intellecta conspiciũtur: ac per hoc & ipsa modo quodam sibi congruo uidentˇ: & cum uidentur multo certiora sunt q̃ ea quæ corporis sensus attingit: sed ideo dicũtur inuisibilia: quia oculis istis mortalib⁹ uideri omnino non possunt. At illa quæ uisibilia sunt permanentia: possunt si ostendãť etiã bis mortalib⁹ oculis conspici: sicut se discipulis post resurrectionem dominⁿ ostendit: sicut & iam post ascensionem apostolo Paulo & Stephano diacono: Proinde ista uisibilia permanentia credimus: ut etiam si non demonstrentur: speremⁿ ea nos quandoq; uisuros. Nec ea tenemur ratione intellectuq; cõprehendere: nisi ut ea quia uisibila sunt ab inuisibilibus distinctius cogitemus: & cum cogitatione qualia sint imaginamur: satis utiq; nouimus ea nobis nota non esse. Nam & antiochiam cogito incognitam: sed nõ sicut carthaginem cognitam. Illam quippe uisionẽ cogitatio mea fingit: hanc recolit: nequaq̃ tamen dubito siue qđ de illa testibus multis: siue qđ de ista meis aspectibus credidi. Iusticiam uero & sapientiã & quicqd eiusmodi est: non aliter imaginamur: aliter cotuemur: sed hæc inuisibilia simplici mentis atq; ratiõis intentiõe intellecta conspicimⁿ sine ullis formis & molib⁹ corporalib⁹: sine ullis

liniamẽtis figurisq; mẽbroꝝ: sine ullis localib⁹ finibus: sine spacijs infinitis. Ipsumq; lumen quo cuncta ista discernimus: In quo nobis satis apparet: quid credamus incognitũ: quid cognitũ teneamus: quã formã sensu corporis recordaremur: qua cogitatione fingam⁹: quid corporis sensus attingit: quid imaginetur anim⁹ simile corpori: quid certũ & oĩm corpoꝝ dissimiliũ intelligẽtia cõtempleť. Hoc ergo lumẽ ubi hæc cũcta dijudicãť: nõ utiq; sicut hui⁹ solis & cuiusq; corporei luminis fulgor p localia spacia circũq; diffunditur mentemq; nostram quasi uisibili candore collustrat: sed inuisibiliter & ineffabiliter: & tamen intelligibiliter lucet: tamq; nobis certum est: q̃ nobis efficit certa quæ fm ipsum cuncta conspicimus. Cum igitur tria sint rerum genera quæ uidentur: Vnum corporaliũ: sicut hoc cælũ & terra: & quicquid in eis corpore⁹ sensus cernit & tangit. Alterũ simile corporalib⁹: sicut sunt ea quæ spiritu cogitata imaginamur: siue recordata uel oblata quasi corpora contuemur: unde sunt etiã uisiões quæ uel in somnis: uel in aliquo mentis excessu bis localibus quantitatibus ingeruntť. Tertiũ ab utroq; discretum: quod neq; sit corpus neq; habeat ullam similitudinem corporis: sicut est sapientia: quæ mente intellectu conspicitur: & in cuius luce de bis omnibus ueraciter iudicatur. In quo istorum genere credendum est esse istam quam nosse uolumus trinitatem: profecto aut in aliquo: aut in nullo. Si in aliquo: eo utiq; quod est alijs duob⁹ præstantius: sicut est sapientia. Quod si donũ eius in nobis est: & minus est q̃ illa sũma & incõmutabilis quæ dei sapientia dicitur: puto q̃ non debem⁹ dono suo inferius cogitare donantem. Si autem aliquis splendor eius in nobis est: quæ nostra sapientia dicitur: quantumq; eius per speculum & in ænigmate capere possumus: oportet eam & ab omnibus corporum similitudinibus secernamus. Si aũtem in nullo istorum genere esse putanda est ista trinitas: & sic est inuisibilis ut nec mẽte uideatur: multominus de illa huiusmodi opinionem habere debemus: ut eam rebus corporalibus uel corporalium rerum imaginibus similem esse credam⁹. Non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine superat: sed dissimilitudine aut disparilitate naturæ: Et si discreta est a comparatiõe bonorum animi nostri: qualia sunt sapientia: iusticia: charitas: & cætera talia: quæ profecto non mole corporis pendim⁹: nec eorum quasi corporeas formas cogitatione figuramus: sed ea quando recte intelligimus sine aliqua corpulentia uel similitudine corpulentiæ in luce mentis aspicim⁹: quanto est ab omniũ qualitatum & quantitatum corporaliũ comparatione discretior: non eam tamen a nostro intellectu omnino abhorrere apostolus testis est: ubi ait: Inuisibilia enim eius a constitutione mũdi p ea quæ facta sũt intellecta conspiciũť: sempiterna quoq; ei⁹ uirt⁹ ac diuinitas. Ac per hoc cum eadem trinitas fecerit & corpus & animam: sine dubitatione est utroq; præstantior: Anima ita considerata maxime humana & rationalis atq; intellectualis quæ ad eius imaginem facta est: si cogitationes nostras & intelligentias non euicerit: sed eius qd̃ habet præcipuum: id est ipsam mentem atq; intelligentiam mente atq; intelligentia potuerimus apprehendere: non erit fortassis absurdum: ut eam ad suũ quoq; creatorem intelligendum ipso adiuuante meditemur attollere: Si autem in se ipsa deficit sibiq; succumbit: pia fide contenta sit quamdiu peregrinať a domino: donec fiat in homine quod promissum est: faciente illo qui potens est: sicut ait apostolus: facere supra q̃ petimus aut intelligimus. Restat itaq; ut ita credamus unius substantiæ trinitatem: ut ipsa essentia non aliud sit q̃ ipsa trinitas. Ad quam uidẽdam quãtumlibet in hac uita proficiam⁹: per speculum erit & in ænigmate qd̃ uidebim⁹. Cum uero qd̃ in resurrectione promittitur spiritale corpus habere cœperim⁹: siue illam mẽte: siue mirabili modo: quoniã ineffabilis est spiritalis corporis gratia: & corpore uideamus: non tamen per locorũ interualla: nec in parte minorem: in parte maiorem: quoniam non est corpus: & ubiq; tota est pro nostra capacitate uidebim⁹. Quod uero posuisti in epistola tua: uideri tibi: uel potius quod uidebatur tibi nihil uiuum scd̃m substantiam inesse iusticiæ: ideoq; te non posse adhuc deum: id est uiuentem naturam iusticiæ similem cogitare: quia iusticia sicut dicis: non in se sed in nobis uiuit: immo nos potius scd̃m illam uiuim⁹: Ipsa uero per se iusticia nequaq̃am uiuit. Ad hoc ut tibijpse

12. de Gen. ad litteram. ca. 6 et. 7.

Ro. 1.

2. Cor. 5.

Eph. 3.

respondeas: illud intuere: utrum recte dici possit uitam ipsam non uiuere: qua fit uiuat quicquid non falso dicimus uiuere. Puto enim absurdum tibi uideri: ut per uitam uiuatur & uita non uiuat. Porro si uita ipsa præcipue uiuit: qua uiuit omne quod uiuit: recole obsecro quas dicit scriptura diuina animas mortuas: profecto inuenies iniustas: impias: infideles. Nam licet per illas uiuant corpora impiorũ: de quibus dictum est: q̃ mortui sepeliant mortuos suos: & ibi intelligantur etiam iniquæ animæ non esse sine aliqua uita: Non enim aliter ex eis possent corpora uiuere: nisi qualicunq; uita qua omnino animæ carere non possunt: unde immortales merito uocantur: non tamen ob aliud amissa iusticia dicuntur mortuæ: nisi quia & animarum licet immortaliter uita qualicunq; uiuentium uerior & maior uita iusticia est tanquam uitarum: Quæ cum sunt in corporibus: etiam ipsa corpora uiua sunt quæ per seipsa uiuere nequeunt. Quapropter si animæ nõ possunt nisi etiam in seipsis utcũq; uiuere: quia ex eis uiuũt: & corpora a quibus deserta moriuntur: quantomagis uera iusticia etiam in seipsa uiuere intelligenda est: ex qua sic uiuunt animæ ut hac amissa mortuæ nuncupentur: quãuis quantulacunq; uita non desinant uiuere. Ea porro iusticia quæ uiuit in seipsa: proculdubio de⁹ est: atq; incommutabiliter uiuit. Sicut autem cum sit in seipsa uita etiam nobis fit uita cum ei⁹ efficimur: ut cum participes: ita cum in seipsa sit iusticia etiam nobis fit iusticia: cum ei cohærendo iuste uiuim⁹: & tantomagis minusue iusti sum⁹: quantomagis illi minusue cohæremus. Vnde scriptũ est de unigenito filio dei: cum sit utiq; patris sapientia atq; iusticia: & semper in seipso sit: q̃ factus sit nobis a deo sapientia & iusticia: & sanctificatio: & redemptio. Vnde quemadmodum scriptũ est: Qui gloriatur in domino glorietur: Quod quidem & ipse uidisti addendo atq; dicendo: nisi forte non hæc humanæ æquitatis: sed illa quæ deus est sola esse asseratur iusticia. Est plane ille summus deus uera iusticia: uel ille uerus deus summa iusticia: quam profecto esurire & sitire debemus: ea nostra est in hac peregrinatione iusticia: & qua posteа saturari ea nostra est in æternitate plena iusticia. Non ergo deum nostræ iusticiæ similem cogitemus: sed cogitemus nos potius tanto similiores deo: quanto esse poterim⁹ eius participatione iustiores. Si ergo cauendum est ne iusticiæ nostræ similem putemus deũ: quoniam lumen quod illuminat incorporabiliter: excellentius est illo quod illuminatur: quantomagis caueri oportet ne aliquid inferius: & quodammodo decoloratius eum esse credamus q̃ est nostra iusticia. Quid est autem aliud iusticia cum in nobis uel quælibet uirtus qua recte sapienterq; uiuitur: q̃ interioris hominis pulchritudo: Et certe secundum hanc pulchritudinem magis q̃ corporis sumus ad imaginem. Vnde nobis dicit̃: Nolite conformari huic sæculo: sed renouamini in nouitate mentis uestræ: ad probandũ uos quæ sit uolũtas dei: quod bonum & beneplacitum & perfectum. Si ergo non in mole neq; in distantib⁹ per loca sua partib⁹ sicut corpora siue cernunt̃ siue cogitant̃: sed in uirtute intelligibili qualis est iusticia: mentẽ dicim⁹ seu nouimus seu uolum⁹ pulchram: & scd̃m hanc pulchritudinem reformamur ad imaginẽ dei: profecto ipsi⁹ dei qui nos reformauit & reformat ad imaginem suã: non aliqua mole corporea suspicanda est pulchritudo: eoq; iusto⁊ mentib⁹ credend⁹ est incomparabiliter pulchrior: quo est incomparabiliter iustior.

¶ Beati Augustini ad Casulanũ: An liceat sabbato ieiunare: eleganter determinantis Epistola. LXXXVI.

Dilectissimo & desiderantissimo fratri & compresbytero Casulano: Augustinus in domino salutem. Nescio unde sit factum: ut primis tuis litteris meas non redderem: non tamen tui contemptu id me fecisse scio. Nam & studijs tuis & ipso sermone delector: teq; in ista ætate iuuenili proficere in uerbo dei & abundare ad ædificationem ecclesiæ & opto & exhortor. Nũc uero scriptis tuis alteris sumptis: quib⁹ tibi tandem aliq̃n respondeam iure charitatis: in qua unũ sum⁹: fraterno & æquissimo flagitas: dissertationũ tuæ dilectiõis ulteri⁹ desideriũ nõ putaui: & inter artissimas occupatões meas suscepi isto me debito apud te absoluere. Qd̃ ergo

Matth. 8.

1. Cor. 1. Ubi s. et Hiere. 9. et 2. Cor. 10.

Ro. 12.

me consulis: utrũ liceat sabbato ieiunare: Respondeo:si nullo modo liceret: profecto quadraginta continuos dies:nec Moyses:nec Helias:nec ipse domin⁹ ieiunasset: Verum ista ratione concluditur etiam dominico die non illicitum esse ieiunium:Et quisqs tamen hũc diem ieiunio decernendum putauerit:sicut quidam ieiunantes sabbatum
Dis.11.ca.ibis observant:non paruo scandalo erit ecclesiæ:Nec immerito: In his enim reb⁹ de quib⁹ nihil certi statuit scriptura diuina:mos populi dei uel institutа maiorũ pro lege tenenda sunt:De quib⁹ si disputare uoluerimus:& ex aliorum consuetudine alios improbare:orietur interminata luctatio: quæ labore sermocinatiõis cum certa documẽta nulla ueritatis insinuet:utiq; cauendum est:ne tempestate contentionis serenitatis charitatis obnubilet. Quod periculum uitare neglexit:cuius mihi proximam disputationẽ ut ei responderem cum tuis prioribus litteris existimaui esse mittendam. Non autem usqadeo mihi spacia temporum larga sunt: ut ea refellendis singulis sententijs eius impendam:quæ alijs operibus magis urgentib⁹ explicandis habeo necessaria: Sed eo O quo te mihi in tuis epistolis ostẽdis ingenio qđ in te donum dei admodum diligo: eũdem sermonem cuiusdam ut scribis urbici paulo diligenti⁹ considera: & uidebis eum pene uniuersam ecclesiam christi:ab ortu solis usq; ad occasum scilicet uerbis iniurio/ sissimis nequaquã lacerare timuisse. Nec dixerim pene uniuersam: sed plane uniuersam. Nam neq; ipsis quorum consuetudinem sibi uidetur defendere: inuenitur peperciſſe romanis: sed quomodo in eos quoq; redundet conuitiorum eius impetus nescit:quoniam non aduertit. Nam cum ei argumenta deficiunt quibus probet sabbato ieiunãdum: in luxurias epularum & temulenta conuiuia & nequissimas ebrietates insultabundus inuebitur:quasi non ieiunare hoc sit inebriari. Quod si hoc est:quid ergo prodest romanis sabbato ieiunare? Quandoquidem alijs dieb⁹ quibus non ieiunant necesse est eos scđm disputationem hui⁹ ebriosos & uẽtricolas iudicari. Porro si aliud est grauare corda in crapula & ebrietate: quæ semper est malum:aliud est autem modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium: quod certe cum fit die dominico reprehensorem non habet christianum. Prandia pri⁹ sanctorum a uoracitate & ebriositate uentricolarum iste discernat: ne romanos episcopos quando non ieiunãt uentricolas faciat: & tunc inquirat:non utrum liceat inebriari sabbato quod nec die dominico licet:sed utiq; nec sabbatũ ieiunãdũ sit sicut dñico nõ solet. Qđ utrum sic quæreret: aut sic quæreret:aut sic affirmaret:ut toto terrarũ orbe diffusã:exceptis romanis & ad huc paucis occidentalibus.apertissime non blasphemaret ecclesiam. Nunc uero quis ferat per omnes orientales:& multos etiam occidentales populos christianos de tot tantisq; famulis famulabusq; christi:sabbato sobrie modesteq; prandentibus:ab isto dici q⁹ in carne sint & deo placere non possint:& qđ de illis sit scriptum: Recedant iniqui a me:uiam eorum nosse nolo: Et q⁹ sint uentricolæ:iudæam ecclesiæ præponentes: & ancillæ filios: & lege non iusta sed uoluptuaria consulẽtes:uentri nõ disciplinæ succũbentes:& q⁹ caro sint & mortẽ sapiant:& cætera huiusmodi. Quæ si de uno quopiã dei famulo diceret:qs eũ audire:qs nõ deuitare deberet? Cũ ergo his opprobrijs atq; maledictis insectatur ecclesiam per totũ mũdũ fructificantem atq; crescentẽ:& die sabbati pene ubiq; prandentẽ:admoneo quisquis est ut sese cohibeat. Nam cuius me nomẽ
Matth.12. ignorare uoluisti: profecto de illo me iudicare noluisti. Fili⁹ hominis inquit sabbati dominus est:In quo maxime bene q̃ male facere licet. Si ergo male facimus quando prandemus:nullo die dominico bene uiuimus. Q2 autem fatetur apostolos sabbato manducasse:& dicit ut tunc ieiunaretur temporis non fuisse: propter quod ait dominus:
Matth.9. Veniẽt dies ut auferat᷑ spõsus ab eis: & tũc ieiunabũt filij sponsi: qa tũc temp⁹ gaudij: & nũc tps est luctus:Primũ attendere debuit qđ illic dñs de ieiunio nõ de sabbati ieiunio loquebat᷑:Deinde cũ uult intelligi luctũ ieiunio: cibo gaudiũ deputãdũ:cur nõ cogitat quicqd est illud qđ significare de⁹ uoluit in eo qđ scriptũ est: eum die septimo re
Gen.2. quieuisse ab oĩb⁹ opib⁹ suis:nõ ibi luctũ significatũ esse sed gaudiũ:Nisi forte dictu⁹ est:in illa requie dei & sanctificatiõe sabbati gaudium iudæis:luctum significatum esse christianis:& tamen nec quando significauit deus diem septimum:quia in illo requie/

uit ab omnibus operibus suis: aliquid de ieiunio uel prandio sabbati expræssit. Nec cū postea populo hebræo: de ipsius diei obseruatione mandauit: aliquid de alimentis uel sumendis uel non sumendis locutus est: Vacatio tantum hominū a suis uel a seruilibus operib⁹ imperat: quam prior popul⁹ in umbra accipiens futurorum: sic uacauit ab operibus: quemadmodum nunc iudæos uacare cōspicimus: nō ut putatur iudæis carnalib⁹ nō recte intelligētib⁹: qđ recte intelligūt christiani. Neq; em̄ meli⁹ hoc intelligim⁹ q̄ ꝓphetæ: q tn̄ in eo tpe quo ita fieri oportuit: seruauerī hāc sabbati uacationē: quā iudæi putāt adhuc esse seruandā. Vnde illud est: ꝙ lapidare de⁹ hominē iussit: qui sabbato ligna collegerat: nusq̄ autem legim⁹ lapidatū: uel aliquo dignū supplicio iudicatum: siue ieiunantem sabbato siue prandentem. Quid tamen horum duorum quieti conueniat: quid labori: iste ipse uiderit: qui gaudium manducantib⁹: luctum ieiunātibus deputauit: ubi de ieiunio respondens ait: Non possunt lugere filij sponsi quādiu cum eis est sponsus. Q̄ autem propterea dicit sabbato apostolos mādducasse: quia nōdum erat tempus ut sabbato ieiunarent: quod scilicet ueterum traditio probibebat: Nūquid ergo iam erat tempus ut sabbato non uacarent? Nonne hoc traditio ueterū probibebat & uacare cogebat: & tamen eoipso sabbato die: quo christi legimus manducasse discipulos: uulserūt utiq; spicas quod sabbato non licebat: quia ueterum traditio probibebat? Videatur igitur ne congruētius ei respondeaī: Ideo dominum die illo a discipulis hæc duo fieri uoluisse: unum de spicis uellendis: alterum de alimentis sumendis: uel illud esset aduersus eos qui sabbato uolunt uacare: boc autem aduersus eos qui cogūt sabbato ieiunare: Cum illud mutato tempore iam superstitiosum esse significasset: boc autem utroq; tempore liberum esse uoluisset. Neq; id confirmādo dixerim: sed quid ei multo aptius q̄ sunt ea quæ loquitur responderi possit ostenderim.

Numeri.15.

Matth.9.

Matth.12.

Q Quomodo inquit non cum pharisæo damnabimur bis in sabbato ieiunātes: tanquam pharisæus ideo damnetur: quia bis in sabbato ieiunabat: & non quia super publicanū setumid⁹ extollebat? Potest autem iste dicere etiam illos qui omnium fructuum suorum decimas dant pauperib⁹ cum pharisæo damnari: qa hic quoq; ille inter sua opera prædicabat: quod cupimus a multis fieri christianis: & uix paucissimos inuenimus: Aut uero qui non fuerit iniustus: adulter & raptor: cum pharisæo damnabitur: quia ille se talē nō esse iactabat: quod certe quisquis fētit: insanit. Porro si bæc sine dubio bona quæ sibi pharisæus inesse commemorabat: non habenda sunt cum superbiente iactantia quæ in illo apparebat: sed tamen habenda sunt cum pietate humili quæ in illo non erat: sic & bis in sabbato ieiunare in homine qualis fuerat ille pharisæus infructuosū est: In homine aūt humiliter fideli uel fideliter humili religiosum est: quamuis euangelica scriptura: non dixit damnatum pharisæum: sed magis iustificatū dixit publicanum. Verum si hoc modo putat iste intelligendum quod ait dominus: Nisi abūdauerit iusticia uestra plus q̄ scribarum & pharisæorum: non intrabitis in regnum cælorū: ut nisi amplius q̄ bis in sabbato ieiunemus: boc præceptum non possumus implere bene: ꝙ septem dies sunt qui uolumine temporum per sua uestigia reuocātur. Qui cum ergo ex bis biduū detraxerit ne sabbato dn̄icoq; ieiunet: remanēt dies qnq; ī qb⁹ pharisæū supare possit bis in sabbato ieiunātē. Puto em̄ ꝙ si ter in sabbato qsq; ieiunat iā superat pharisæū qui bis in sabbato ieiunabat. Q̄ si & q̄ter uel etiā ut null⁹ dieꝝ excepto sabbato & dn̄ico prætermittatur in bebdomade quinquies ieiunetur: quod multi in uita sua faciūt: maxime in monasterijs constituti: non solum pharisæ⁹ qui bis in sabbato ieiunabat: uerumetiam christianus qui quarta & sexta feria & ipso sabbato ieiunare consueuit: quod frequenter romana plebs facit: in labore ieiunij superabitur: & tamen nescio quis iste (ut dicis) urbicus disputator etiam si quisq; quinq; continuis præter sabbatum & dominicum diebus ita ieiunet: ut nullo die omnino reficiat corpus: eum carnalem uocat: quasi cib⁹ & potus cæteris diebus non pertineat ad carnem & uentricolam iudicat: quasi soli⁹ sabbati prandium descendat in uentrem. Huic sane non sufficit ꝙ ad uincendū pharisæū iam sufficit ut ter in sabbato ieiunetur: sed excepto dn̄ico sex cæteris dieb⁹ ita ieiunare cōpellit: ut dicat antiq̄ remota labe: duo in carne una xp̄i iam

Matth.5.

R

sub disciplina manentes:non debent cū filijs sine lege & cum principibus sodomorū & cū plebe gomorræ sabbatorum uoluptuaria conuiuia exercere:sed cum sanctimoniæ incolis ac deo deuotis solenni & ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare:ut sex dierum uel leuis error ieiunij orationis & elemosynæ fontibus abluatur:quo possumus dominica alogia refecti omnes æquali corde digne cantare: Saturasti domine animam inanem:& potasti animam sitientem. Ista dicens & a frequentia ieiunandi solum diem dominicum excipiens:non tantum orientis & occidentis populos christianos in quibus sabbato nemo ieiunat:uerum & ipsam romanam ecclesiam improuidus & incautus accusat. Cum enim dicit: sub disciplina christi manentes non debere cum filijs sine lege: cum principib⁹ sodomæ cum plebe gomorræ uoluptuaria sabbatorū exercere conuiuia: sed cum sanctimoniæ incolis ac deo deuotis: solenni & ecclesiastico iure magis ac magis legitime ieiunare:subiūgit & dicit: ut sex dierum uel leuis error ieiunij orationis & elemosynæ fontibus abluatur: profecto eos qui minus q̄ sex diebus in bebdomade ieiunāt non putat legitime exercere ieiunium:nec deo esse deuotos:nec maculas erroris quæ de ista mortalitate contrahūtur abluere. Videant ergo romani quid agāt:quia etiam ipsi nimium contumelioſe huius disputatione tractātur:apud quos om̄ib⁹ istis sex diebus præter paucissimos clericos aut monachos quotus quisq; inuenitur qui frequenter quotidiana ieiunia: maxime quia ibi ieiunandum quinta sabbati nō uidet. Deinde quæro: si uniuscuiusq; diei uel leuis error ipsius diei ieiunio soluit uel abluitur. Sic enim dicit:ut sex dierum uel leuis error ieiunij quoq; fontibus abluatur: quid faciemus de illo errore qui subrepsit dominico die in quo scandalum est ieiunare? Aut si die ipso null⁹ christianis error obrepit: uideat homo iste q uentricolas:qui tanquam magnus ieiunator accusat:quantum bonoris & utilitatis uentribus tribuat si tūc non erratur quando prandet: An forte in ieiunio sabbati tantum bonum constituit:ut aliorum sex dierum:hoc est ipsius etiam dominici: uel leuem sicut dicit errorem solum ieiunium sabbati possit abolere: & solo ipso die non erretur quo toto utiq; ieiunat? Quid est ergo quod diem dominicum sabbato uelut christiano iure præponit? Ecce scd̄m ipsum dies sabbati multo sanctior inuenit: in quo & nō erratur cum eius toto spacio ieiunatur: & eodem ieiunio sex cæterorū dierum: ac per hoc & ipsius dominici error abluitur:puto q̄ tibi non placet ista præsumptio. Iam uero cum se hominem spiritalem uideri uelit:& tanquam carnales pransores sabbati accuset: attende quemadmodum dominici diei non paruo prandio reficiatur: sed alogia delectetur. Quid est autem alogia: quod uerbum ex græca lingua usurpatum est:nisi cum epulis indulgetur ut a rationis tramite deuietur? Vnde animalia ratione carentia dicūtur aloga: quib⁹ similes sunt uentri dediti: propter quod immoderatum conuiuium: quo mens in qua ratio dominat̄ ingurgitatione uescendi ac bibendi quodammodo obruitur alogia nūcupatur. Insuper etia propter cibum ac potum non mētis sed uentris alogia diei dominici dicit esse cantādum:Saturasti domine animam inanem: & potasti animam sitientem. O uirū spiritalem: O carnalium reprehensorem: O magnū ieiunatorem & non uentris cultorem: Ecce qui nos admonet ne lege uentris:legem domini corrumpam⁹: ne panem cæli uendamus esca terræna: Et adiūgit: T quia esca Adam paradiso perijt:esca Esau primatus amisit. Ecce quid dicit: Est enim sabbanæ usitata calūmnia: temptatio uentris:cui modicū suadet ut auferat totū. Et borum inquit interpretatio præceptorum uentricolas min⁹ incuruat. Nonne his uerbis suis id agere uidetur: ut etiam die dominico ieiunetur? Alioquin sanctior erit sabbati dies:quo dominus in monumento requieuit: q̄ dominicus quo a mortuis resurrexit. Sancti⁹ est enim profecto sabbatum si scd̄m uerba huius in sabbato per ieiunū peccatum omne uitatur: & qđ diebus alijs contractum est abolet̄. In dominico autem per escam uentris temptatio non cauet̄:& diabolicæ calumniæ loc⁹ dat̄: & paradiso peritur:& primatus amittit̄. Quid ergo est qđ rursus sibijpse contrarius admonet: ut non prandio modesto: sobrio christiano reficiamur dominico die:sed in alogia lætantes plaudentesq; cantem⁹: Saturasti domine animam inanem: & potasti animā sitiētem?

Nempe si tūc non erramus quando ieiunamus: & aliorum sex dierum errores tūc ab/
luimus cum sabbato ieiunamus: nullus erit die dominico deterior: nullus sabbato me/
lior. Crede dilectissime frater: nemo legem sicut iste intelligit: nisi qui non intelligit. Si
enim Adam non cib⁹ sed prohibit⁹ cibus perdidit: & Esau nepotem sancti Abraæ non
esca: sed usq; ad contemptū sacramēti: qđ in primatu suo habuit: concupita esca dam/
nauit: sic a sanctis & fidelibus pie prandetur quemadmodum a sacrilegis & incredu/
lis impie ieiunaē. Præponiē ergo dies dominic⁹ sabbato fide resurrectionis: non con/
V suetudine refectionis: aut etiam uinolentæ licentia cautionis. Moyses inquit quadra/
ginta diebus panem non manducauit: nec bibit aquam: Cur autem hoc dixerit sub/
iunxit atq; ait: Ecce Moyses amicus dei: nubis inquilinus: delator legis: & populi dux:
ter bina sabbata ieiunio celebrans: non offensam: sed meritum collocauit: Nūquid at/
tendit quid huic possit consequēter opponi? Quia utiq; si Moysi ieiunātis propterea
ponit exemplū: quoniā in illis quadraginta dieb⁹: ter bina sicut loqē sabbata ieiunauit:
& ex hoc uult persuadere: ut sabbato ieiunetur: ex hoc ergo persuadeat ut & domini
co ieiunetur: quia in illis quadraginta diebus nihilominus Moyses ter binos domini/
cos ieiunauit. Sed addit ac dicit: Et adhuc cum christo dominicus dies imminenti ec/
clesiæ seruabatur. Quod cur dixerit nescio. Si enim propterea quia multomagis ieiu/
nandum est: postea q̄ uenit cum christo dominicus dies: ergo qđ absit etiam ipso do/
minico ieiunēē. Si autem timuit ne propter dierum quadraginta ieiunium obijcere/
tur etiam dominico ieiunandum: & ideo addidit: ꝙ adhuc cum christo imminenti ec/
clesiæ dies dominicus seruabatur: ut uidelicet ea causa intelligatur ieiunasse. Moyses
etiam die qui sequitur sabbatum: quia nondum uenerat christus: per quem factus est
ipse dies dominic⁹: quo non expediat ieiunari: Cur ipse christus quadraginta dieb⁹ si/
militer ieiunauit? Cur non in illis diebus quadraginta ter binis qui sequebantur: sabba
tum ieiunium soluit: ut iam dominici diei prandium commendaret etiam ante resur/
rectionem suam: sicut sanguinem suum potandū dedit ante passionem? Vides certe
dierum quadraginta ieiunium: quod iste commemorat sic ad rem nō pertinere ut sab
bato ieiunemus: quomodo ad rem non pertinet ut dominico ieiunemus. Prorsus nō
X attendit: quid ei de die dominico posset opponi: quando sicut accusanda sunt ebriosa
conuiuia: & omnis uorax ac temulenta luxuries: sic accusat prandia sabbatorum: cum
possint & ipsa esse modestorum atq; sobriorum. Et ideo non est illi ad singula respon/
dendum: quoniam pro sabbati prandio uitia luxuriæ reprehendendo: eadem atq; ea/
dem sibi dicit aliud non inueniendo qđ dicat: nisi ꝙ inaniter & ad rem non pertinens
dicit: utrum non sit sabbato ieiunandum quæritur: non utrū sabbato sit luxuriandū:
quod nec dominico faciūt qui deum timent: quamuis in illo utiq; non ieiunent. Quis
autem diceret qđ iste ausus est dicere? Quomodo inquit pro nobis: aut per nos rata
erūt deo: aut digna quæ nos sanctificata die ad peccatum cogūt? Sanctificatam diem
sabbati confitetur & ad peccatum dicit cogi homines quia prandetur. Ac per hoc fm
istū: aut dies dñic⁹ sanctificat⁹ non est: & incipit esse sabbatū meli⁹: aut si est & domini/
cus dies sanctificatus ad peccatum cogimur quia prandemus: & conatur testimonijs
probare diuinis sabbato ieiunandū. Sed unde hoc probet omnino nō inuenit. Man/ Exo. 32.
ducauit inquit & bibit Iacob uinū & satiatus est: & recessit a deo salutari suo: & cecide/ Deut. 32.
rūt una die uigintitria milia: quasi dictum sit: Prandit sabbato Iacob & recessit a deo sa/
lutari suo. Et apostol⁹ quando commemorauit cecidisse tot milia non ait: Neq; prande
am⁹ sabbato sicut illi prāderūt: sed ait: Neq; fornicemur sicut q̄dam eor& fornicati sūt: 1. Cor. 10.
& ciderūt una die uigintitria milia. Quid sibi etiam uult quod ait: Sedit autē popu/
lus manducare & bibere & resurrexerūt ludere. Posuit quidem & apostolus hoc te/
stimonium: sed ut a seruitute idolorum non a sabbati prandio prohiberet. Sabbatum
autem illud factum esse iste non probat: sed ut libitum est suspicatur. Sicut autem fieri
potest ut ieiunēē: & cum ieiuium soluiē si quisq; ebriosus est tūc inebrietur: Ita fieri po/
test ut non ieiunetur: & si temperantes sunt homines modestissime prandeaē. Quid
est ergo ꝙ sabbati uolens persuadere ieiunium: adhibet apostolum testem dicentem:

Eph.5. Nolite inebriari uino in quo est omnis luxuria: quasi diceret: Nolite prandere sabbato: quia ibi est omnis luxuria. Sicut autem hoc præceptum apostolicū ne inebrientur uino in quo est omnis luxuria obseruat a christianis deum timentibus quando prandetur die dominico: Ita obseruatur quando prandetur & sabbato: ut expressi⁹ inquit errantib⁹ contradicam: nemo ieiunio & si non promeret offendit: porro & non offendere promereri est. Quis hoc diceret nisi q nollet cōsiderare qd diceret? Ergo pagani quando ieiunāt non ideo magis offendūt deum? Aut si de christianis uoluit qd dixit intelligi: quis non deum offendet si uelit cum scandalo totius quæ ubiq; dilatat ecclesiæ die dominico ieiunare? Deinde subiecit testimonia de scripturis ad causam quā suscepit nihil ualentia. Ieiunio inquit Helias paradiso donatus in corpore regnat: quasi ieiunium non prædicent qui sabbato nō ieiunant: sicut ieiunium prædicant: qui tamen die dominico non ieiunāt. Aut Helias eo tempore ieiunauerit: quo popul⁹ dei etiam sabbato ieiunabat. Quod autem respondimus de quadraginta diebus ieiunij Moysi: hoc deputa esse respondendum & de quadraginta diebus Heliæ. Ieiunio inquit Daniel leonum siccam rabiem illæsus euasit: quasi legerit q̄ sabbato ieiunauerit: aut etiam cum ipsis leonibus sabbato fuerit: ubi tamen legimus q̄ & pranderit. Ieiunio inquit trium fida germanitas ignibus coruscanti carceri dominata regi hospitio susceptū dominum adorant. Hæc exempla sanctorum: nec ad persuadendum cuiuscūq; diei ieiuniū ualent: quanto minus sabbati: quandoquidem non solum non legitur tres uiros sabbato fuisse missos in caminum ignis ardentem: sed ne illud quidem legitur tamdiu illic eos fuisse ut possit quisquam dicere eos ieiunasse: immo uero uix unius horæ spacium est: quo eorum confessio hymnusq; cantatur. Nec amplius inter illas flammas innoxias deambulauerūt q̄ canticum illud terminauerūt. Nisi forte ab isto etiam unius horæ spacium ieiunio deputat. Q̄ si ita est: non habet qd succenseat pransoribus sabbati: Vsq; ad horam enim prandij multo q̄ in illo camino prolixius ieiunatur. Adhibet & illud
Ro.14. apostoli testimonium: ubi ait: Non est regnum dei esca & pot⁹: sed iusticia & pax: gaudium in spiritu sancto. Et regnum dei ecclesiam uult intelligi in qua dominus regnat: Obsecro te: nūquid hoc agebat apostolus cum ista loqueretur ut sabbato a christianis ieiunaretur? Sed nec de ipso cuiuscūq; diei ieiunio loquebatur cum hæc diceret. Dictum est enim aduersus eos qui more iudæorum scd̄m ueterem legem in obseruatione quorūdam ciborum putabant esse mūdiciam: & ad eorum fratrū admonitionem per quorum escam & potum indifferenter acceptum scandaliçabantur infirmi. Ideo
Vbi s̄ cum dixisset: Noli illum in esca tua perdere pro quo christus mortuus est: Et non ergo blaspbemetur bonum nostrum: tunc adiunxit: Non enim est regnum dei esca & potus: & cætera. Nam sicut uerba hæc apostoli intelligit: ut regnum dei quod est ecclesia non sit in esca & potu sed in ieiunio: non dico sabbatis ieiunare sed nunquam omnino cibum ac potum sumere deberemus: ne de isto dei regno unquam recederemus. Puto autem quia isto conferente aliquanto religiosi⁹ die dominico ad ecclesiam pertinemus: quando tamen & ipso concedente prandem⁹. Cur inquit sacrificium potio- Z
ri domino charum murmuram⁹ offerre: qd̄ spirit⁹ desiderat & angelus laudat? Dein-
Tobie.12. de adiungit angeli testimonium dicentis: Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. Quod dixerit: potiori domino: nescio nisi forte scriptor errauit & te fugit: ut quod mihi legendum misisti non emendares. Sacrificium ergo domino charum ieiuniū uult intelligi: quasi de ieiunio uersēt hæc quæstio: & nō de ieiunio sabbati. Neq; em̄ dominic⁹ dies sine sacrificio qd̄ deo charū est peragit quia nō ieiunat. Sequit adhuc & inge-
Ps̄.49. rit testimonia a causa quam defendēdam suscepit penit⁹ aliena. Immola inquit deo sacrificium laudis: & istam uocem diuini psalmi nolens ad quod agit nescio quomodo connectere: utiq; inquit non sanguinis aut ebrietatis conuiuium quo non laudes debite deo: sed blaspbemiæ diabolo suffragante siluescunt. O improuidam præsumptionem: Non ergo immolat sacrificium laudis dominico die quia non ieiunatur: sed agitur ebrietatis conuiuium & blaspbemiæ diabolo suffragante siluescūt. Qd̄ si nefas est dicere: intelligat non ieiunium significari in eo quod scriptum est: Immola deo sacri-

ficium laudis. Ieiunium quippe certis diebus & maxime festis non agitur: Sacrificium uero laudis ab ecclesia toto orbe diffusa diebus omnibus immolatur: Alioquin quod nullus: non dico christianus: sed nec insanus dicere auderet: dies illi quinquaginta post pascha usq; ad pentecosten quibus non ieiunatur: erūt scdm istū a sacrificio laudis alie-
& ni: quibus tantummodo diebus in multis ecclesijs: in omnibus autem maxime cantat alleluia: quam uocem laudis esse nullus christianus quamlibet imperitus ignorat. Con-
fitetur tamen etiam ipso die dominico non in ebrietate: sed in iocunditate pranderi: cum dici debere nos ex iudæis & gentibus multis christiani nominis: fide paucos ele-
ctos uespertino sabbatorum incenso: pro pecudum uictimis ieiunium deo placitū lau-
dibus immolare: cuius feruore cremata deficiant opera delictorum: Et mane (inquit) exaudiet nos a nobis auditus: & erunt nobis dom⁹ ad manducandum & bibendum: non in ebrietate sed in iocūditate dominica celebritate perfecta: Tunc enim eulogia: non ut superius ait alogia celebratur. Sed quid eum offendit sabbati dies quem domi
nus sanctificauit ignoro: ut in eo nō putet posse manducari & bibi tali iocūditate quæ careat ebrietate: cum sic ante sabbatum ieiunare possumus: quomodo dicit ante domi
nicum sabbato ieiunandum: an continuo biduo prāderi nefas esse arbitratur? Videat ergo quanta afficiat contumelia ipsam quoq; romanam ecclesiam: ubi & bis bebdoma-
dibus: in quibus quarta & sexta & sabbato ieiunatur: tribus tamē diebus continuis: do
minico scilicet ac deinde secūda & tertia prandetur. Ouium uitam certum est inquit
arbitrio pendere pastorū. Sed uæ qui dicūt: q̄ bonum malum: & tenebras lucem: & Esa.5.
lucem tenebras: & amarum dulce: & dulce amarum. Quid sibi uelint hæc uerba eius non satis intelligo. Si enim hæc scribis sicut urbicus dicit: In urbe plebs pendens ex pa
storis arbitrio cum episcopo suo ieiunat sabbato. Si autem ad te ista scripsit: quia & in epistola tua: & ipse quiddā tale scripsisti: nō tibi persuadeat urbem christianam sic lau-
dare sabbato ieiunantem ut cogaris orbem christianum damnare prandentem. Cum enim dicit q̄ bonum malum: & tenebras lucem: & lucem tenebras: & amarum dulce: & dulce amarum: ieiunium sabbati uolens intelligi bonum & lucem & dulce: prandiū uero malum & tenebras & amarum. Quis enim dubitat in omnibus christianis sabba
to prandentibus uniuersum orbem damnare terrarum: nec seipse respicit: nec quib⁹ dicat attendit: ut scriptis suis ab ista præcipiti cohibeatur audacia? Continuo quippe subiunxit: Nemo ergo uos iudicet in esca aut in potu: qd ipse utiq; facit qui sabbato su Col.2.
mentes escam potūq; sic arguit: quantum erat ut huic ei ueniret in mentem: etiam il-
lud quod idem apostolus alibi dicit: Qui manducat non manducantē non spernat: & Ro.14.
qui non manducat manducantem non iudicet. Isto modo hoc temperamentum quo scandala deuitaret inter ieiunantes sabbato & manducantes teneret: ut & ipsum non manducantem manducans quisq; non sperneret: & ipse non manducans manducan-
A tē nō iudicaret. Petr⁹ etiā inqt apl̄oꝝ caput: cæli ianitor & ecclesiæ fundamentū: extin
cto Symone q fuerat diaboli figura: nō nisi ieiunio uincendi figura idipsum romanos edocuit: quoꝝ fides annunciatur uniuerso orbi terraꝝ: Nunqd ergo cæteri apostoli prandere christianos contra Petrum docuerunt in uniuerso orbe terrarum? Sicut ita-
q; inter se uixerunt concorditer Petrus & condiscipuli eius: sic inter se concorditer ui-
uant sabbato ieiunantes quos plantauit Petrus: & sabbato prandētes quos plantaue-
runt condiscipuli eius. Est quidem & hæc opinio plurimorum: quamuis eam perbibe-
ant esse falsam plærique romani: q̄ apostolus Petrus cum Symone mago die domini-
co certaturus: propter ipsum magnæ temptationis periculum: pridie cum eiusdem urbis ecclesia ieiunauerit: & consecuto tam prospero glorioso; successu: eūdem mo-
rem tenuerit: eamq; imitatæ sint nonnullæ occidentales ecclesiæ. Sed sicut iste dicit: Symon magus figura erat diaboli: non plane sabbatarius aut dominicarius: sed quoti-
dianus est ille temptator: Nec tamē aduersus eum quotidie ieiunatur: quando & die-
bus dominicis omīb⁹: & quinquaginta post pascha: & per diuersa loca dieb⁹ solennib⁹ martyrum & festis quibusq; prandetur: & tamen diabolus uincitur: si oculi nostri sint Ps.24.
semper ad dominum: ut ipse euellat de laqueo pedes nostros: Et siue māducamus siue 1.Cor.10

bibimus siue quodcūq; facimus: omnia in gloriā dei faciamus: Et quantum in nobis est sine offensione simus iudæis & græcis & ecclesiæ dei. Quod parum cogitant qui cum offensione manducāt: uel cū offensione ieiunant: & p utramlibet intemperantiā scandala concitant: quibus nō superatur diabolus sed lætatur. Q; si respōdetur: hoc docuisse Iacobum hierosolymis: Ephesi Iohannem cæterosq; alijs locis: quod docuit romæ Petr⁹: id est ut sabbato ieiunet: sed ab hac doctrina terras cæteras deuiasse: atq; in ea romani stetisse: Et econtrario ferē occidētis potius aliqua loca in quib⁹ roma est nō seruasse qđ apostoli tradiderūt: Oriētis uero terras unde cœpit ipsum euangeliū prædicari: in eo qđ ab oīb⁹ cū ipso Petro apostolis traditū est: ne sabbato ieiunet: sine aliqua uarietate mansisse. Interminabilis est ista contētio generans lites non finiēs quæstiōes. Sit ergo una fides uniuersæ quæ ubiq; dilatat ecclesiæ: tanq̄ intus in mēbris: etiā si ipsa fidei unitas quibusdam diuersis obseruationib⁹ celebrat: quib⁹ nullo modo qđ
Ps. 44 in fide uerum est impedit: Ois em̄ pulchritudo filiæ regis intrinsecus: Ille aūt obseruationes quæ uarie celebrāt in eius ueste intelligunt: Vnde illi dicit: In fimbrijs aureis circūamicta uarietate: Sed ea quoq; uestis ita diuersis celebrationib⁹ uariet: ut nō aduersis contētionib⁹ dissipet. Postremo inquit si iudæus sabbatū colēdo dominicū negat: quomodo christian⁹ obseruat sabbatū? An simus christiani & dominicū colimus:
Matth. 6. aut simus iudæi ut sabbatum obseruemus: Nemo em̄ potest duobus dominis seruire:
Luc. 6. Nonne ita loquit: tanq̄ sabbati alius dn̄s sit alius dn̄ici? Nec illud audit qđ & ipse commemorauit: Domin⁹ est em̄ sabbati filius hominis. Q; aūt ita nos uult esse a sabbato alienos: sicut iudæi sunt a dominico alieni: nōne tantū errat ut possit etiam dicere ita nos non debere accipere legē nec prophetas: sicut iudæi non accipiūt euangeliū nec apostolos? Qđ qui sapit qd mali sapiat utiq; intelligis. Sed uetera inquit oīa transierūt & in christo facta sūt noua: Hoc uerū est. Nam propterea sicut iudæi sabbatis nō uacam⁹ etiā si ad significandā requiē quæ illo die significata ē: christiana sobrietate & frugalitate seruata ieiunij uinculū relaxam⁹. Et si aliqui fratres nostri requiē sabbati relaxatione ieiunij significandam esse non putant: nequaquā de uestis regiæ uarietate litigamus: ne ipsius reginæ ubi unam fidem etiam de ipsa requie retinem⁹: interiora membra uexem⁹. Et si enim quia uetera transierūt: cum eis transijt etiam carnalis uacatio sabbati: non tamē quia sabbato sine superstitiosa uacatione prandem⁹: ideo duobus dominis seruimus: quia & sabbati & dominici unus est domin⁹. Iste aūt qui uetera transisse sic dicit: ut in christo cederet ara altari: gladius ieiunio: precibus ignis: pani pecus: poculo sanguis: nescit altaris nomē magis legis & prophetarum litteris frequētatum: & altare deo prius in tabernaculo qđ per Moysen factum est collocatū: Aram quoq; in apostolicis litteris inueniri ubi martyres clamāt sub ara dei. Dicit cessisse ieiunio gladium: nō recordans illū quo milites euangelici armant ex utroq; testamēto gladiū bis acutum. Dicit cessisse precib⁹ ignem: quasi nō & tūc preces deferebant in templū & nūc a christo ignis est missus in mūdum. Dicit cessisse pani pecus: tanq̄ nescies & tūc in dñi mēsa panes propositiōis poni solere: & nūc se de agni immaculati corpe partē sumere. Dicit cessisse poculo sanguinē: nō cogitans etiam nūc se accipere in poculo sanguinē. Quanto ergo meli⁹ & congruētius uetera transisse: & noua in christo facta esse: sic diceret: ut cederet altare altari: gladius gladio: ignis igni: panis pani: pec⁹ pecori: sanguis sanguini. Videmus quippe in his oīmbus carnalem uetustatē spiritali cedere nouitati. Sic ergo intelligēdū est: siue in isto die uolubili septimo prandeat: siue a quibusdā etiā ieiunetur: tamen sabbato spiritali: sabbatum carnale cessisse: quando in isto sempiterna & uera requies concupiscitur: in illo uacatio temporalis iam superstitiosa cōtemnitur. Cætera quæ sequūtur qbus suā disputationē iste cōcludit: sicut alia quædā quæ in de cōmemorāda nō arbitrat⁹ sū: mltomagis ad causā nō ptinēt: in qua de ieiunio sabbati uel prandio disputat. Sed ea tibi ipsi maxime si in his quæ a me dicta sunt: aliqd admiraris aduertēda & iudicāda dimitto. Si aūt qm̄ huic quantū potui sufficiēter respōdisse me puto: de hac re sentētiam meā quæris: ego in euāgelicis & aplicis litteris: totoq; instrumēto: qđ appellat testamentū nouū: aio id reuoluēs: uideo præceptū esse ieiuniū.

Quibus autem diebus non oporteat ieiunare & quibus oporteat: præcepto domini uel apostolorꝫ non inuenio definitum. At per boc sentio quidem nō ad obtinendam quā fides obtinet atqꝫ iusticiā in qua est pulcbritudo filiæ regis intrinsecus: sed tamen ad significandā requiem sempiternam: ubi ē uerum sabbatum: relaxatio: q̄ contritionem ieiunij aptius conuenire: Verūtamē in huius sabbati ieiunio siue prandio: in bis uidetur mibi tutius pacatiusqꝫ seruari: ut qui manducat non manducantē nō spernat: & qui non manducat manducantem non iudicet: quia neqꝫ si manducauerimus abundabimus: neqꝫ si nō manducauerimus ægebimus: custodita scilicet eorum inter quos uiuimus in bis rebus inoffensa societate. Sicut em̄ qđ ait apostolus: uerum ē: malum esse homini qui per offensionem manducat: Ita malū est homini qui per offensionem ieiunat. Non itaqꝫ simus eis similes: qui uidentes Iohannē non manducantē nec bibentem dixerūt: Dæmoniū habet. Sed nec rursus eis qui uidentes christū manducātē & bibentē dixerūt: Ecce homo uorax & uinosus: amicꝰ publicanorū & peccatorꝫ. Rem quippe ualde necessariam bis dictis dns ipse subiecit atqꝫ ait: Et iustificata ē sapiētia in filijs suis. Qui sint autē isti: si requiris: lege qđ scriptum est: Filij sapientiæ etiam iustorum: bi sunt: qui quando manducant non manducātes nō spernūt: quando nō māducant māducantes non iudicāt: sed eos plane qui p offensionem nō māducāt: siue māducant: uel spernunt uel iudicāt. Et de die quidem sabbati facilior causa est: quia & Romana ieiunat ecclesia: & aliæ nōnullæ etiā si paucæ siue illi ꝓximæ siue lōginquæ. Die autem dominico ieiunare scandalum est magnum: maxime postea q̄ innotuit detestabilis multūqꝫ fidei catholicæ scripturisqꝫ diuinis aptissime cōtraria hæresis manichæorum: qui suis auditoribus ad ieiunandū istum tāq̄ cōstituerunt legitimū diem: p qđ factum est: ut ieiunium diei dominici borribilꝰ haberetur: Nisi forte aliquis idoneus sit nulla refectiōe interposita: ultra bebdomadā perpetuare ieiuniū: ut ieiunio .xl. dierū quātū potuerit appropinquet: sicut aliquos fecisse cognouimus. Nam & ad ipsū quadragenarium numerū peruenisse quēdā: a fratribus fidedignissimis nobis asseueratum est. Quemadmodū enim ueterū patrum temporibus: Moyses & Helias nibil cōtra prandia sabbatorum fecerunt: cū diebus .xl. ieiunauerunt: Ita qui potuerit septem dies ieiunādo transire: non sibi ad ieiunādū elegit dominicū diem: sed in bis eum inuenit quos ieiunaturū se uouit plurimos dies. Ieiuniū tamen etiam cōtinuatū si in bebdomade soluēdum est: nullo cōgruentius q̄ dominico die soluit̄. Si autē post bebdomadem corpus reficitur: non utiqꝫ ad ieiunādum dies dominicus eligitur: sed in numero quē uoueri placuit inuenit̄. Nec illud moueat qđ priscillianistæ manichæorꝫ simillimi ad ieiunandū die dominico solent testimonium de apostolorꝫ actibus adbibere: cum esset apostolus Paulꝰ in troade. Sic enim scriptum est: In una autem sabbati cōgregatis nobis frangere panem: Paulus disputabat exiturus alia die: produxitqꝫ sermonem usqꝫ ad medium noctis. Deinde cū descēdisset de cœnaculo: ubi cōgregati erāt ad resuscitandum adolescētem: qui grauatus somno de fenestra ceciderat & mortuꝰ ferebatur: de ipso apostolo scriptura sic loquit̄: Ascendens autem inquit cum fregisset panem atqꝫ gustasset satisqꝫ esset allocutus usqꝫ ad diluculū sic profectus est. Ablit ut boc sic accipiatur: tanq̄ soleret apostoli dominico die solēniter ieiunare. Quia enim sabbati tunc appellabatur dies qui nunc dominicus appellatur: qđ in euangelijs apertiꝰ inuenitur. Nam dies resurrectiōis domini prima sabbati a Matthæo: a cæteris aūt tribꝰ: una sabbati dicitur: quoniā cōstat eum esse qui dominicus postea appellatus est. Aut ergo post peractū diem sabbati: noctis initio fuerant congregati: quæ utiqꝫ nox ad diē dominicū: boc est ad unam sabbati ptinebat: & ita eadem nocte fracturus panem sicut frangitur in sacramento corporis christi: ꝓduxit sermonem usqꝫ ad medium noctis: ut post sacramenta celebrata: rursus usqꝫ ad diluculū alloquens congregatos: qm̄ multū festinabat: lucescēte ꝓficisceretur dominico die. Aut certe si in una sabbati non p noctem sed p diē bora dominici fuerāt cōgregati: eoipso qđ dictū est: Paulus disputabat illis exiturus alia die: expressa est causa ꝓducendi sermonis: quia fuerat exiturꝰ & eos sufficienter instruere cupiebat. Non ergo solēniter die dn̄ico ieiunabāt: sed necessariꝰ

Rom.14.

Matth.11.

Act.20.

sermo qui studij feruentissimi audiebat ardore reficiendi corporis causa interrūpendus esse non uisus est ꝓfecturo apostolo: qui eos ꝓpter alios suos usq; quaq; discursus: uel alias nunq; uel rarissime uisitabat: præsertim quia tunc ex illis terris sicut cōsequentia docent: ita discessurus erat: ut iam nō esset eos in carne uisurus. Ac per hoc magis ostenditur dominicis diebus solita illis nō fuisse ieiunia: quia ne hoc crederet curauit scriptor libri causam ꝓducendi sermonis exponere: ut scirem⁹ si aliqua necessitas oriatur urgentiori actioni nō esse prandium præferendū: quis ab istis auidissime audientibus: & ipsum fontem cogitantibus ꝓfecturum atq; ideo magna siti nō aquæ: sed uerbi sine satietate quicquid influebat haurientibus: non tm̄ carnale prandiū: uerūetiam cœna contēpta est. Sed tunc q̄is dominico solita illis ieiunia non fuissent: non erat tamen ecclesiæ tam insignis offensio: si aliqua tali necessitate: qualem apostolus Paulus habuit die toto dominico: usq; ad medium noctis: uel etiam usq; ad diluculū reficere corpora non curarent. Nūc uero postea q̄ hæretici maxime impijssimi ieiunia diei dominici nō aliqua necessitate occurrētia pagere: sed quasi sacra solēnitate statuta dogmatiçare cœperunt: & inotuerūt populis christianis: ꝓfecto nec tali necessitate qualē apostolus habuit existimo faciendum esse: qđ fecit ne maius malum incurratur in scādalo q̄ bonum percipiatur ex uerbo. Quicquid tamen causæ uel necessitatis extiterit: cur homo christianus die dominico ieiunare cogatur: sicut etiam illud in actib⁹ apostolorum: inuenim⁹ in naufragij periculo: ubi & ipse apostolus nauigabat quatuordecim diebus: ac p hoc duobus dominicis ieiunatum nullo modo dubitare debem⁹. Dominicū diem quādo nō plures dies sine ulla refectione cōtinuādi uouentur: inter ieiuniorum dies non esse ponendū. Cur autem quarta & sexta maxime ieiunet ecclesia: illa F
ratio reddi uidetur: q̄ considerato euangelio ipsa quarta sabbati quā uulgo quartā feriam uocant: consilium reperiuntur ad occidendum dominū fecisse iudæi. Intermisso autem uno die cuius uespera domin⁹ pascha cum discipulis manducauit qui finis fuit eius diei quem uocam⁹ quintam sabbati. Deinde traditus est ea nocte quæ iam ad sextam sabbati: qui dies passionis eius manifestus ē pertinebat: hic dies primus açymorum fuit a uespera incipiens. Sed Matthæus euangelista quintā sabbati dicit fuisse primam diē açymoꝝ: quia eius uespera sequēte futura erat cœna paschalis: qua cœna incipiebat açymum & ouis immolatio māducari. Ex quo colligitur quartam sabbati fu-
Matth.26. isse quando ait domin⁹: Scitis quia post biduū pascha fiet: & filius hois tradetur ut crucifigatur. Ac per hoc dies ipse ieiunio deputatus est: quia sicut euangelista sequitur & dicit: Tunc congregati sūt principes sacerdotes & seniores populi in atrium principis sacerdotū qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Intermisso autem uno die: quo dicit euangelium: Prima autem ayçmorū accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi uis parem⁹ tibi comedere pascha? Hoc er- G
go die intermisso passus est domin⁹: qđ null⁹ ambigit: sexta sabbati: qua propter & ipsa sexta recte ieiunio deputatur. Ieiunia quippe humilitatem significāt. Vnde dictū ē: Et
Ps.34. humiliabam in ieiunio animam meam. Sequitur sabbatū: quo die caro christi i monumento requieuit: sicut in primis operib⁹ mundi requieuit deus ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in regia illa ueste uarietas: ut alij sicut maxime populi oriētis propter requiem significādam mallent relaxare ieiunium. Alij propter humilitatem mortis domini ieiunare: sicut romana & nōnullæ occidētis ecclesiæ. Qđ quidem uno die quo pascha celebratur ꝓpter renouādam rei gestæ memoriā: quia discipuli humanitus mortem domini doluerūt: sic ab omnib⁹ ieiunatur: ut etiam illi sabbati ieiunium deuotissime celebrent: qui cæteris per totum annū sabbati prandent: utrūq; uidelicet significantes: & in uno anniuersario die luctum discipuloꝝ: & cæteris sabbatis quietis bonū. Duo quippe sūt quæ iustorū beatitudinē & omis miseriæ finem: sperari faciunt
Esa.26. mors & resurrectio mortuoꝝ. In morte requies est: de qua dicit per ꝓphetam: Plebs mea intra in cellaria tua: abscōdere pusillū donec transeat ira domini. In resurrectiōe autē in homine toto: id est in carne & spū ꝓfecta fœlicitas. Hinc factū est ut hoꝝ duorum utrūq; non significandū putaretur labore ieiunij: sed potius refectionis hilaritate

excepto paſchali uno ſabbato: quo diſcipulorꝫ: ſicut dixim⁹: luct⁹ ꝓpter rei geſtæ memoriam fuerat ieiunio, plixiore ſignificandus. Sed qm̃ non inuenim⁹: ut iam ſupra cõmemorauí in euãgelicis & apoſtolicis lr̃is quæ ad noui teſtamenti reuelationẽ ꝓpríptinent: certis diebus aliquib⁹ euidẽter præceptum obſeruãda eſſe ieiunia: & ideo res quoqꝫ iſta ſicut aliæ plurimæ: quas enumerare difficile ẽ: inuenit in ueſte illius filiæ regis: hoc ẽ eccleſiæ uarietatis locũ: indicabo tibi qd mihi de hoc reqrẽti reſpõderit uenerãdus Ambroſi⁹: a quo baptiçat⁹ ſum mediolanẽſis eps. Nam cũ in eadem ciuitate mater mea mecũ eẽt: & nobis adhuc catbecuminis: parũ iſta curantib⁹: illa ſollicitudinem gereret: utrũ ſcd̃m morem nr̃æ ciuitatis ſibi eſſet ſabbato ieiunandũ: an eccleſiæ mediolanẽſis more prandendũ: ut hac eam cũctatione liberarem: interrogauí hoc ſupra dictũ boiem dei. At ille: Quid poſſum inquit hinc docere ampli⁹ q̃ ipſe facio? Vbi ego putauerã nihil eũ iſta reſpõſiõe præcepiſſe: niſi ut ſabbato prãderem⁹. Hoc qppe ipſum facere ſciebam. Sed ille ſecutus adiecit: Qñ hic ſum non ieiuno ſabbato: qñ romæ ſum ieiuno ſabbato: & ad quãcũqꝫ eccleſiam ueneritis inquit: ei⁹ morem ſeruate: ſi pati ſcandalũ non uultis aut facere. Hoc reſpõſum retuli ad matrẽ. Eiqꝫ ſuffecit: nec dubitauit eſſe obediendũ: hoc etiã nos ſecuti ſum⁹. Sed qm̃ contingit maxime i Africa: ut una eccleſia uel unius regionis eccleſiæ: alios habent ſabbato prandentes: alios ieiunantes: mos eorꝫ mihi ſequẽdus uidetur: qbus eorꝫ populoꝫ cõgregatio regẽda cõmiſſa eſt. Quapropter ſi cõſilio meo: præſertim quia i hac cauſa pl⁹ forte q̃ ſatis fuit te petente atqꝫ urgente locutus ſum: libẽter acquieſcis. Epiſcopo tuo in hac re noli reſiſtere: & qd̃ facit ipſe: ſine ullo ſcrupulo ul' diſceptatione ſectare.

Ambroſius Pſ. 12. illa.

¶ Sancti Auguſtini ad Fœlicitatẽ & Ruſtycũ: & ſorores quæ cum eis ſũt: de ineffabili ſuãditate quã præparauit de⁹ diligẽti⁹ ſe cõmemorantis: Et ut ipſi mutua dilectione unitatẽ ſpũs in uinculo pacis ſeruare ſtudeãt admonentis. Epla. LXXXVII.

Dilectiſſimæ & ſanctiſſimæ matri Fœlicitati: & fratri Ruſtyco: & ſororib⁹ quæ uobiſcum ſunt: Auguſtin⁹ & qui mecũ ſunt in dño ſalutẽ. Bonus ẽ dñs & miſericordia eius ubiqꝫ diffuſa: quæ nos de ueſtra charitate in ſuis uiſceríb⁹ conſolat̃. Quãtum em̃ diligat credentes & ſperantes in ſe: & illum atqꝫ inuicem diligẽtes: & qd eis in poſterum ſeruet: hinc maxime oſtẽdit cũ infidelibus & deſperatis: qbus in mala uoluntate uſqꝫ in finem pſeuerantibus: ignem cũ diabolo æternum minatur: In hoc tñ ſæculo bona tanta largit̃: qui facit oriri ſolem ſuũ ſup bonos & malos: & pluit ſuper iuſtes & iniuſtos: breuiter aliqd dictum eſt ut plura cogitentur. Q̃ multa em̃ habeãt impij in hac uita munera & dona gratuita ab illo quẽ cõtemnunt: enumerare qs poteſt? Inter quæ illud magnũ qd̃ exemplis interpoſitaꝫ tribulationũ: quas huius ſæculi dulcedini tanq̃ bonus medicus miſcet: admonet eos ſi attendere uelint: fugere ab ira uẽtura: & cũ in uia ſunt: id eſt in hac uita: concordare cũ ſermone dei quẽ ſibi aduerſariũ habẽt male uiuendo. Quid ergo non miſericorditer præſtatur hominib⁹ a dño deo: a quo etiam tribulatio beneficiũ eſt? Nam res ꝓſpera donũ eſt cõſolantis: res autẽ aduerſa donum eſt admonẽtis dei. Etſi hæc præſtat ut dixi etiã malis: quid præparat ſuſtinentib⁹ ſe (quoꝫ in numero uos p illius gr̃am cõgregatos eſſe) gaudete: ſuſtinẽtes inuicem in dilectione: ſtudẽtes ſeruare unitatem ſpũs in uinculo pacis? Nõ em̃ deerit qd̃ in uobis inuicem ſufferatis: niſi cum uos ita portauerit dñs abſorpta morte i uictoriam: ut ſit deus oĩa in omnib⁹. Diſſenſiones autem nunq̃ debent amari: ſed aliqñ tñ aut a charitate naſcunt̃: aut charitatẽ ꝓbant. Quis em̃ facile iuenit̃ qui uelit reꝑhẽdi: & ubi eſt ille ſapiens de quo dictum eſt: Corripe ſapientẽ & amabit te? Nunqd tamen ideo non debemus reꝑhendere & corripere fratrem ne ſecurus tendat in mortẽ? Solet em̃ fieri & frequẽter accidit: ut ad horam cõtriſtet̃ cũ reꝑhenditur & reſiſtat & cõtendat: & tñ poſtea conſideret ſecũ in ſilentio ubi nemo ẽ niſi de⁹ & ipſe: & timet diſplicere hominib⁹: qa corripit̃: ſed timet diſplicere deo: quia nõ corrigitur: & deinceps non faciat illud in quo iuſte reꝑhenſus eſt: & quãtum odit peccatum ſuum tantũ diligat fratrem: quem ſenſit hoſtem peccati ſui. Si autem de illo numero eſt de quo dictũ eſt: Corripe ſtultum & adijciet ut oderit te: non de charitate illius diſſenſio naſcit̃: ſed

Matth. 5.

Epb. 4.

1. Cor. 15.

Prouer. 9.

tamen charitatem reprehensoris sui exercet & probat: quia non ei reprehendit odiū sed dilectio quæ cogit reprehēdere imperturbata perdurat etiam cum ille qui reprehēsus est odit. Si autem ille qui corripit: reddere uult malum pro malo: ei qui corripienti indignatur non fuit dignus qui corriperet: sed dignus plane qui etiā ipse corripi deberet. Hæc agite ut aut non inter uos existant indignatiōes: aut exortæ statim celerrima pace perimantur. Maiorem date operam cōcordādis uobis q̄ redarguēdis: quia sicut acetū corrumpit uas si diutius ibi fuerit: sic ira corrūpit cor si in aliū diem duraue rit. Hæc ergo agite: & deus pacis erit uobiscū: orātes simul & ꝓ nobis: ut ea quæ bene monemus alacriter impleamus.

Hilarij ad beatū Augustinū: An homo possit esse sine peccato: & mādata dei facile custodire si uelit: Et an infantes non baptiçati morte præuēti: perire possint. Deinde de diuite manēte in diuitijs: an regnum dei ingredi possit: si nō omia sua uendiderit: & si sibi ꝓdesse possit: si forte ex ipsis diuitijs fecerit mādata. Et an liceat aliquo modo iurare. Postremo quæ sit ecclesia de qua scriptū est: q̄ nō habeat rugam neq; maculā: inquirentis. Epla. LXXXVIII.

L

Domino sancto iure ac merito uenerabili: & per omnia colēdo Augustino episcopo: Hilarius. Sanctitatis tuæ gratia: quæ omnibus nota est: paruitati meæ persuasit: ut uestris de syracusano hipponem remeātib⁹: bas ad laudādā mibi uenerabilitatem tuam litteras erogarem: poscens sūmam trinitatem: ut incolumis & uegetus dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recensendum suscipias: domine sancte iure ac merito uenerabilis: & per oīa colēde. Proinde rogo ut mei memor in sanctis orationib⁹ tuis esse digneris: atq; imperitiam nostram informare de eo q̄d qdam christiani apud syracusas exponunt: dicētes posse esse hominem sine peccato: & mādata dei facile custodire si uelit. Infantem non baptiçatū morte præuentum nō posse perire merito quoniam sine peccato nascitur. Diuitem manentē in diuitijs suis regnū dei nō posse ingredi: nisi omnia sua uēdiderit: nec prodesse eidē posse: si forte ex ipsis diuitijs fecerit mādata. Nō debere iurare oīno. Et de ecclesia quæ sit de q̄ scriptū est: non habere rugam neq; maculā: ubi hæc sit: an in q̄ nunc congregamur: an illa quā speramus. Quidā autē putāt ecclesiā hāc esse quæ nūc frequentat⁹ populis: & sine peccato esse non posse. De bis omnib⁹ rogo quātis ualeo precib⁹ sanctitatē tuam: ut iubeas nos apertius instrui: quo nouerim⁹: quatenꝰ sentire debeam⁹. Dei nostri misericordia sanctitatē tuam incolumē cōseruet annis inumeris: opto dñe sancte iure ac merito uenerabilis & ꝓ omnia colende.

Sancti Augustini ad Hilarium: interrogatiūculis prioris epistolæ tam elegāter q̄ diserte satisfacietis. Epla. LXXXIX.

M

Augustinus eps seruus christi & eius ecclesiæ: dilectissimo filio Hilario in dño salutē. Ex lris tuis didici: non solū incolumitatem tuam: sed etiā religiosum studium circa uerbum dei: & piam curā ꝓ salute tua quæ est in christo Iesu domino nostro: Vnde grās deo agēs nō distuli rescripta persoluere. Si ergo quæris in hac uita: utrū quisq̄ ita iusticiæ pfectione ꝓficiat: ut hic sine ullo uiuat omino peccato: Attende quid dixerit Iobānes apostolus: quem dñs inter discipulos suos præcipue diligebat: 1. Joh. 1. Si dixerimus inquit: quia peccatum non habem⁹: nosipsos decipim⁹: & ueritas in nobis non est. Si ergo illi de quibus mibi scripsisti: se dicunt esse sine peccato: uides quia seipsos decipiunt & ueritas in eis non est. Si autem se esse peccatores fatentur ut dei misericordiam possint mereri: compescant ab alijs etiam decipiendis: quibus hāc supbiam ꝓsuadere conantur. Omnibus enim necessaria est oratio dñica: quā etiā ipsis Matth. 6. arietib⁹ gregis: id est apostolis suis dñs dedit: ut unusquisq; deo dicat: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Cui enim hæc in oratiōe uerba necessaria non fuerint: ipse hic sine peccato uiuere ꝓnunciandus est. Quales si aliquos futuros dominus præuideret: meliores utiq; q̄ extiterūt ei⁹ apostoli: aliam orationem illos doceret: qua non peterent dimitti sibi peccata: quibus in baptismo fuerāt omnia iam dimissa. Nam si Daniel sanctus non coram hominib⁹: id est in oratiōe qua

deum precabatur: non solum peccata populi sui: sed etiam sua cõfitebatur: sicut eius ore ueridico expressum est: nihil aliud mihi uidetur dicendum istis: nisi qđ per ꝓphetam Eçechielem cuidam superbo dominus mãdat: Nũqd tu sapiẽtior q̃ Daniel? Sed Ezech.28.
plane qui misericordia dei adiutus & gratia se ab eis peccatis abstinuerit: quæ etiã crimina uocantur: atq; illa peccata sine quibus non hic uiuitur mũdare operibus misericordiæ: & pijs orationib⁹ nõ neglexerit: merebitur hinc exire sine peccato: q̃uis cum hic uiueret habuerit nõnulla peccata: quia sicut ista non defuerunt: ita etiam remedia quibus purgarentur affuerunt. Quisquis autem hac uelut occasione comperta cũ audierit neminem hic arbitrio suo sine peccato uiuere: dederit se libidinib⁹: & criminibus nefarijs obligauerit: atq; usq; in diem suũ ultimum perdurauerit: quaslibet interbæc elemosynas faciat: & infœliciter ducit uitam & infœlicius finit. Sed isti utcũq; tolerandi sunt: quãdo dicunt uel esse uel fuisse hic aliquem præter unum sanctũ sanctoꝝ
N qui nullum haberet omnino peccatum. Illud uero qđ dicunt sufficere homini liberũ arbitrium ad dominica præcepta implẽda: etiam si dei gratia & spiritus sancti dono ad opera bona non adiuuetur: omnino anathematiçandum est: & omnib⁹ execrationibus detestandum. Qui enim hoc asserunt: a gratia dei penitus alieni sunt: Qui ignorantes dei iusticiam: sicut de iudæis dicit apostolus: & suã uolentes constituere: iusticiæ dei non sunt subiecti: Plenitudo quippe legis nõ est nisi charitas. Et utiq; charitas dei diffusa est in cordibus nostris: non per nosipsos nec uiribus ꝓpriæ uoluntatis: sed per spiritũ sanctum qui dat⁹ est nobis. Valet itaq; liberum arbitriũ ad opera bona si diuinitus adiuuetur: qđ fit humiliter petẽdo & faciẽdo: Desertum uero diuino adiutorio qualibet sciẽtia legis excellat: nullo modo habebit iusticiæ solitudinem: sed inflationem impiæ superbiæ & exitiosum tumorẽ: Docet hoc eadẽ ipsa dñica oratio. Frustra em̃ rogantes deũ dicim⁹: Ne nos inferas in temptationẽ: si hoc in nostra sic positũ Matth.6.
est potestate: ut nullo illius adiutorio id ualeam⁹ adimplere. Dictũ ẽ em̃: Ne nos induc̃as in temptationẽ: qđ intelligit̃ ne nos inferri deserendo ꝑmittas. Fidelis em̃ de⁹: ait 1.Cor.10
apl's: qui nõ uos ꝑmittat tẽptari sup id qđ potestis: sed faciat cum tẽptatiõe etiã exitũ ut possitis sustinere. Vt quid hoc dixit deũ facere si hoc sine ipsi⁹ adiutorio in sola nr̃a
O est potestate? Nam & ipsa lex in hoc adiutorium data ẽ illis: qui ea legitime utuntur: ut p illam sciãt: uel quid iusticiæ iam acceperint unde gr̃as agant: uel qd adhuc eis desit qđ instanter petant. Qui autem sic audiunt qđ ait lex: Non cõcupisces: ut hoc quia Ro.7.
didicerint sufficere sibi arbitrent̃: nec adiutorio gratiæ dei ad faciẽdũ qđ iussum ẽ dari sibi uirtutum credant & petant: ad hoc eis lex subintrauit ut abũdaret delictum: qđ dictum est de iudæis: Parum em̃ est quia nõ implent qđ præcepit lex: Nõ cõcupisces: sed insup supbiunt: & ignorantes dei iusticiã: id est quã de⁹ dat qui iustificat impiũ: & suã uolentes constituere tanq̃ suæ uoluntatis uiribus factam: iusticiæ dei nõ sunt subiecti. Finis em̃ legis christus ad iusticiã omni credẽti: q utiq; ideo uenit ut ubi abundauit delictũ supabundet gr̃a. Cui gr̃æ si fuerunt inimici: dei ignorantes iusticiã: & suam uolentes cõstituere: quare sunt & isti inimici si in eũ crediderũt: quẽ illi occiderũt? An ut illi accipiãt præmiũ: q occiso christo suã impietatẽ accusauerũt: & se illius gr̃æ cognitæ subdiderũt: & isti portẽt iudiciũ: qui sic in christũ uolunt credere: ut ei⁹ ipsam gratiam conent̃ occidere? Ad hoc quippe in eũ credũt qui recte credũt ut esuriãt sitiãtq; iusticiam: & ei⁹ gratia saturent̃. Ois em̃ (sicut scriptũ est) qui inuocauerit nomen dñi saluus Ioel.2.
erit: Non utiq; salute corporis quã multi habẽt: & q non inuocant nomen dñi: sed illa Ro.10.
salute de qua ipse dicit: Nõ est opus sanis medic⁹ sed ægrotantibus: & qd dixerit consequẽter exponẽs: Non ueni inquit uocare iustos sed peccatores. Iustos ergo sanos: Matth.9.
peccatores aũt dixit ægrotos. Nõ itaq; de suis uiribus præsumat ægrotus: qa in multi- Ps.32.
tudine uirtutis suæ nõ erit saluus. Nã si inde præsumit: uideat ne uires istæ nõ sint q̃les solent esse sanoꝝ: sed quales solẽt esse freneticoꝝ: q cum sint insani adeo se sanos putant: ut nec medicũ quærant: & tanq̃ importunũ insup credant: sicut isti christũ insana supbia quodãmodo credũt: cuius gratiæ tam benignũ adiutoriũ ad faciendã iusticiã dato legis præcepto necessarium nõ esse cõtẽdũt. Desinãt ergo sic insanire: & ad hoc

se intelligant habere quantū possunt liberum arbitrium: non ut superba uolūtate re/
spuant adiutorium: sed ut pia uoluntate inuocēt dominū. Hæc enim uoluntas libera p
tanto erit liberior: quanto sanior: tanto autem sanior: quanto diuinæ misericordiæ gra
Ps. 118. tiæq; subiectior. Ipsa quippe fideliter orat: & dicit: Itinera mea dirige scd'm uerbū tuū:
& ne dominetur mihi omnis iniquitas. Quomodo em̄ libera ē cui dominat iniquitas?
Vt ei autem nō dominetur: uide ab illa quis inuocetur. Nō em̄ ait: Itinera mea dirigo
scd'm liberum arbitrium: quia nō dominatur mihi iniquitas: sed itinera mea inquit di/
rige scd'm uerbum tuum: & ne dominetur mihi omnis iniqtas: Precatur nō pollicet:
confitetur non ꝓfitetur: optat plenissimam libertatem nō iactat propriam potestatē.
Ro. 10. Non enim omnis qui uiribus suis confidit: sed omnis qui inuocat nomen domini salu⁹
erit. Quomodo autem inuocabūt inquit in quem non crediderunt? Ad hoc ergo cre
dunt qui recte credunt: ut inuocent in quem crediderunt: & ualeant facere qd' in præ/
ceptis legitimis acceperunt: quoniam id qd' lex imperat fides impetiat. Nā ut interim Q
omittamus legis multa præcepta: & hoc inde cōmemoremus: qd' ad cōmemorādum
elegit apostolus: cum dicit lex: Nō cōcupisces: quid uidetur aliud imperare: nisi ab il/
licitis cupiditatibus cōtinentiam? Anim⁹ quippe uelut pōdere amore fertur quocūq;
feret. Iubemur utiq; detrahere de pondere cupiditatis: qd' accedat ad pondus charita/
Ro. 13. tis: donec illud cōsūmatur: hoc perficiatur. Plenitudo enim legis charitas: & tamē de
Sap. 8. ipsa continentia uide quid scriptum sit: Et cū scirem inquit: quia nemo potest esse con
tinens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ scire cui⁹ esset hoc donum: adij domi/
num & precatus sum illum. Nunquid dixit: Et cū scirem: quia nemo pōt esse cōtinēs:
nisi per ꝓprium liberū arbitriū: & hoc ipsum erat sapientiæ scire a meipso esse hoc bo/
nū? Nō plane hoc dixit: qd' quidam in sua uanitate dicunt: sed qd' fuit in sanctæ scriptu
ræ ueritate dicendum: Cum scirem inquit: quia nemo esse potest continens nisi deus
det. Iubet ergo deus continentiam & dat cōtinentiam. Iubet per legem: dat p gratiā:
Iubet per lr̄am: dat per spiritum. Lex enim sine gratia facit abūdare delictum: & lr̄a si/
2. Cor. 3. ne spiritu occidit. Iubet ideo ut facere iussa conati: & in nostra infirmitate sub lege fati
gati: adiutorium gratiæ poscere nouerim⁹: & si quid facere potuerimus operis boni: ei
qui adiuuat non simus ingrati: hoc & iste fecit. Id em̄ eū sapientia docuit cuius erat hoc
donum. Neq; enim uoluntatis arbitrium ideo tollitur: quia iuuatur: sed ideo iuuatur: R
quia non tollitur. Quid em̄ deo dicit: adiutor me⁹ esto? Cōfitetur se uelle implere qd'
iussit: sed ab eo qui iussit adiutorium poscere ut possit. Sic & iste cum sciret neminem
esse posse continentē: nisi deus det: adijt dominū & deprecatus est: utiq; uolēs adijt:
uolēs precatus est: nec petisset nisi esset uoluntas. Sed nisi petisset: quātum posset uo/
lūtas? Quia & si possit anteq̄ petat: quid ei prodest: nisi illi agat gratias ex eo qd' potest
a quo petendum est qd' nondum potest? Vnde etiam qui iam continēs est: nō habet
1. Cor. 4. utiq; continentiā nisi assit uoluntas: sed nisi accepisset quid haberet uolūtas? Quid em̄
habes inquit qd' nō accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis? Id
est quid gloriaris quasi a teipso habeas: qd' si non accepisses: a teipso habere non pos/
ses. Hoc autem dictum est: ut qui gloriatur: non in seipso sed in domino glorietur: Et qui
nondum habet unde glorietur: non a seipso speret: sed dominum precetur. Sati⁹ est
enim mīn⁹ quēq; habere quod a deo petat: q̄ plus habere quod sibi tribuat: quoniam
Iacobi. 4. expedit ab imo surgere q̄ ex alto cadere. De⁹ em̄: scriptum est: superbis resistit: humi/
libus autem dat gratiā. Ad abundantiā igitur delictorum lex nos docet quid uelle de/
beamus: nisi adiuuet gratia: ut qd' uolumus ualeam⁹: & qd' ualuerimus impleam⁹. Ad/
iuuabit autem si non de nostris præsumentes alta sapiamus: sed humilibus cōsentien/
tes: & de bis quæ iam possumus gratias agamus: & ꝓ bis quæ nōdum possumus: deū
suppliciter inbiante uoluntate poscamus adminiculantes orationem nostrā: nūc fru/
ctuosis operibus: dando ut detur nobis: dimittendo ut dimittatur nobis. Q⁹ autem di/ S
cunt infantem morte præuentum nō baptiçatum perire nō posse: quoniam sine pec/
cato nascit: Nō hoc dicit apostolus: & arbitror esse melius ut apostolo poti⁹ q̄ istis cre
Ro. 5. dam⁹. Dicit em̄ ille doctor gētium: in quo christus loquebatur: Per unum hoiem pec/

catum intrauit in mundū & p peccatum mors: & ita in oēs hoies ptrāsiit in quo oēs peccauerunt. Et paulopost dicit: Nam iudiciū qdem ex uno delicto in condēnationē: gratia autem ex multis delictis & iustificatiōe. Proinde isti quē forte inuenerint infantem: non ex illius unius hoīs concupiscentia ꝓcreatum ipsum dicāt illi damnationi non esse obnoxium: nec per christi gratiam ab illa damnatione esse liberādum. Quid est enim ex uno delicto in cōdemnationē: nisi illo delicto quo deliquit Adam? Et quid est ex multis delictis in iustificationē: nisi quia christi gratia non solum illud delictū soluit: quo obstringūtur infantes ex illo uno homine procreati: sed etiam multa delicta: quæ cū creuerint homies addunt malis moribus suis? Tamen & illud unū: quo ē obligata ꝓpago carnalis: quæ ab illo primo hoie originē ducit: sufficere dicit ad condemnationē. Ideo nō est supfluus baptism⁹ paruulor̄: ut q per generationē illi condēnationi obligati sūt: p regenerationē liberent. Et sicut nō inuenit hō q ab eadē cōdēnatione soluat: sic non inuenit homo q præter christū spiritaliter regeneret. Carnalis aūt generatio delicto illo uni & dānationi eius obnoxia est: spiritalis uero regeneratio nō solū illud unum ꝓpter qđ baptiçant infantes: sed multa delicta facit aboleri: quæ homines male uiuēdo ad illud in quo generati sūt addiderunt. Ideo sequit & dicit: Si em̄ ob unius delictum mors regnauit per unum: multomagis qui abundantiā gratiæ & iustitiæ accipiūt in uita regnabūt per unum iesum christum. Itaq; sicut per unius delictū in omnes homines ad cōdemnationē: ita per unius iustificationē in oēs homies ad iustificationē uitæ. Sicut em̄ per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: ita per uni⁹ obedientiā iusti constituētur multi. Quid ad ista dicturi sūt: aut quid eis restat: nisi ut apostolū errasse contendant? Clamat uas electionis doctor gentium: tuba christi: iudiciū ex uno in cōdemnationē. Et reclamant isti: asserētes paruulos quos ex illo uno homine de quo loquitur ducere ꝓpaginem: confitent non ire in condemnationem: etiam si non fuerint baptiçati. Iudiciū inquit ex uno in condemnationē. Quid dicit ex uno nisi delicto? Sequitur em̄: Gratia autē ex multis delictis in iu-
T stificationem. Ergo inde iudicium etiam ex uno delicto ducit in cōdemnationē. Hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationē. Quapropter si nō audent resistere apl'o: exponant nobis quare iudiciū ex uno delicto ducat in cōdemnationē: cū ex multis delictis homies damnandi ueniant ad iudiciū? Aut si ꝓpterea ita dictum putant: quia initium peccati ex Adam factum est: qđ imitati cæteri sunt: ut sic ex uno illo delicto in iudicium condemnationēq; traberēt: qui cum imitādo multa peccarūt: Cur non etiā de gratia & iustificatione sic dictum est? Cur non dixit similiter: Et gratia ex uno delicto in iustificationē? Sicut em̄ hominum multa delicta inter illud unum qđ imitati sunt: & iudicium quo puniuntur media reperiūt: ab uno quippe ad multa uenerunt: ut a multis ad iudicium damnationemq; ducerētur? Sic eadem multa delicta inter hocipsum unum cuius imitatione cōmissa sunt: & gratiā qua dimittūtur: eodem modo media sunt: quoniam ex illo uno ad multa uenerūt: ut ex multis ad gr̄am iustificandi uenirent. Cum ergo in utroq; id est & iudicio & gr̄a qđ attinet ad unū & multa delicta: una eadēq; ratio sit: dicant isti nobis quare iudiciū dixerit ex uno delicto ducere in cōdēnationē: gratiam uero ex multis delictis in iustificationē: Aut acquiescāt ideo sic esse dictum: qa in hac causa duo cōstituūt hoies: Adam ex quo subsistit generatio carnalis: & christus ex quo regeneratio spiritalis. Sed quia tm̄ ille homo: Iste aūt & deus & homo: nō quomodo illa generatio uno delicto obligat qđ ē ex Adā: ita ista regeneratio unum delictum solum qđ est ex Adam: sed illi quidem generationi sufficit ad cōdemnationē unius delicti connexio. Quicquid em̄ postea hoies ex malis suis opibus addunt: non pertinet ad illam generationem: sed ad humanā cōuersationem. Huic aūt regenerationi nō sufficit illud delictū tantūmodo soluere qđ ex Adā trahit: sed quicquid etiam postea ex iniquis operibus humanæ conuersationis accedit. Ideo iudicium ex uno in condemnationem: gratia autē ex multis delictis in iustificationē. Si enim ob uni⁹ delictū mors regnauit p unū a quo delicto paruuli p baptismū expiantur: multomagis qui abundātiā gr̄æ & iusticiæ accipiunt in uita regnabunt per unum

Iesum christum: multomagis utiq; in uita regnabunt: quia æternæ uitæ reguum erit:
mors autem in eis temporaliter transit nō in æternū regnabit. Itaq; sicut per unius de V
Ro.5. lictum in omnes homines ad condemnationem: de qua condemnatione paruuli p sa-
cramentum baptismi liberandi sunt: Ita per unius iustificationē in omnes homines ad
iustificationem uitæ. Et hic omnes dixit: & ibi: quia non omnes homines uenirent ad
gratiam iustificationis christi: cum tam multi alienati ab illa in æternū moriant: sed qa
omnes qui renascunt in iustificationē non nisi p christū renascunt: sicut oēs qui na-
scunt in cōdēnationē nō nisi p Adā nascunt. Nemo qppe est in illa generatiōe præter
Adā: nemo i ista regeneratiōe p̄ter christū: Ideo oēs & oēs: Eosdē aūt oēs etiā multos
postea dicit: adiūgēs: Sicut em̄ p inobediētiā uni⁹ hois peccatores cōstituti sūt multi:
sic & p unius hominis obediētiam iusti constituūtur multi. Qui multi: nisi quos iā pau
loante oēs dixerat? Vide quēadmodū cōmendat unū & unū: id est Adam & christū:
Illum ad condemnationē: hunc ad iustificationem: cum tāto post Adam uenerit chri-
stus in carne: ut sciamus etiam antiquos iustos quicunq; esse potuerunt: non nisi p eā-
dem fidem liberatos per quā liberamur & nos: fidem scilicet incarnatiōis christi quæ
illis prænūciabatur sicut a nobis facta annunciat. Ideo idem christū hominē dicit cum
sit & deus: ne quis existimet antiquos iustos per deum tātūmodo christū: id est p uer-
bum qđ erat in principio: non etiam per fidē incarnationis eius: qua & homo christus
dicitur: potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui nō potest: de qua & alibi dicit:
1.Cor.15. Per unum hominē mors: & per unum hominē resurrectio mortuorū. Sicut enim in
Adam omnes moriūtur: Ita & in crbisto omnes uiuificabūt: Vtiq; resurrectionē dicit
iustorū ubi est uita æterna: nō resurrectionē iniquorum ubi mors erit æterna. Ideo ait
uiuificabunt: quia illi dānabuntur. Hinc & in ueterib⁹ sacramentis circūcisio paruul-
rum octaua die fieri præcepta ē: qm̄ christus in quo fit delicti carnalis expoliatio: qui
significat circūcisio: die dominico resurrexit: qui post septimū sabbati octau⁹ est. Hæc
2.Cor.4. ergo fides etiam antiquoꝝ iustoꝝ fuit. Vnde & apostolus dicit: Habētes aūt eūdem
spiritum fidei: ꝓpter qđ scriptum ē: Credidi ꝓpter qđ & locutus sum: & nos credim⁹
ꝓpter qđ loquimur: nō diceret eundem spiritū fidei: nisi admonēs etiam antiquos iu-
stos habuisse ipsum spiritum fidei: hoc est incarnatiōis christi. Sed qa illis futura præ-
nūciabatur: quæ iam facta a nobis annūciatur: & tempore ueteris testamenti uelabat:
quæ tempore noui testamenti reuelat. Ideo eius sacramēta uariata sunt: ut alia essent
in ueteri testamento: alia in nouo cum fides uaria non sit sed una sit: quia sicut in Adā
oēs moriunt: sic & in christo oēs uiuificabunt. Qđ uero illis uerbis quæ tractabam⁹ X
adiungit & dicit: Lex autem subintrauit ut abundaret delictum qđ trahitur ex Adam:
de quo dicebam superius: Mors regnauit per unū: legem quidem siue naturalē intel-
ligamus quæ in eorum apparet ætatibus qui iam ratione uti possunt: siue cōscriptam
quæ data ē per Moysen: qa nec ipsa uiuificare potuit & liberare a lege peccati & mor-
tis quæ tracta est ex Adam: sed magis addidit prævaricationis augmenta: Vbi em̄ lex
nō est: ait idem apostolus: nec prævaricatio. Proinde quoniam lex est etiam in ratiōe
hominis: qui iam utitur arbitrio libertatis naturaliter in corde conscripta: qua suggeri-
tur ne mali aliquid faciat quisq; alteri: qđ pati ipse non uult. Secundū hanc legem præ-
uaricati sunt omnes: etiam qui legem per Moysen datam non acceperunt: de quibus
Ps̄.118. in psalmo legitur: Prævaricatores æstimaui omnes peccatores terræ: Nō em̄ oēs pec
catores terræ legem per Moysen datam prævaricarunt: sed tamen nisi aliquam præ-
uaricassent non appellarētur prævaricatores. Vbi enim lex nō est: nec prævaricatio.
Prævaricata ergo lege quæ in paradiso data est: nascitur homo ex Adam cū lege pec
cati & mortis: de qua dicitur: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi
mentis meæ: & captiuū me ducētem in legem peccati quæ ē ex mēbris meis: quæ ta-
men nisi mala postea consuetudine roboretur: facilius uincit non tamē nisi gra dei: le
ge autem alia prævaricata quæ est in usu rōnis animæ rationalis in ætate hoīs iam ra-
tione utētis: prævaricatores fiūt oēs peccatores terræ: prævaricata uero lege etiā illa
q̄ data est p Moysē: multo ampli⁹ abūdat delictū. Si em̄ data eēt lex q̄ posset uiuificare:

omnino ex lege esset iusticia: Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio Gal.3.
ex fide Iesu christi daretur credētibus. Hæc uerba si agnoscis apostolica sunt: de qua
lege iterum dicit: Lex prævaricationis gratia posita est donec ueniret semē cui ꝓmis- Ubi ꝫ
sum est dispositū ꝑ angelos in manu mediatoris: christū cōmendans cuius gratia salui
sunt oēs: siue paruuli a lege peccati & mortis cum qua nati sumus: siue maiores qui
male utentes arbitrio uoluntatis prævaricarunt legem naturalem ipsius rationis: siue
qui legem acceperunt quæ data est per Moysen eamq; prævaricātes littera occisi sūt:
Cum uero etiam euangelica præcepta homo prævaricat: uelut quatriduan⁹ mortu⁹
putet: nec de illo tamen desperandum est ꝓpter eius gratiam qui non lente dixit: sed
magna uoce clamauit: Laçare ueni foras. Lex ergo subintrauit ut abūdaret delictum: Iob.11.
siue cum homines negligūt qđ deus iubet: siue cum de suis uiribus præsumentes ad-
iutorium gratiæ non implorant: & addunt infirmitati superbiam. Cum autē uocatiōe
diuina intelligant: cur sit ingemiscendum: & inuocāt eum in quem recte credunt: dicē Ps̄.50
tes: Miserere mei deus scd̄m magnam misericordiam tuam: Et ego dixi: dn̄e miserere Ps̄.40
mei: sana animam meam: quia peccaui tibi: In tua iusticia uiuifica me: Et uiā iniqūitatis Ps̄.118
amoue a me: & lege tua miserere mei: Et non ueniat mihi pes superbiæ: & man⁹ peccato- Ps̄.35.
rum nō moueāt me: Et itinera mea dirige ſm uerbū tuū: & ne dominet̄ mei oīs iniqui- Ps̄.36.
tas: A domino em̄ gressus hominis dirigūt̄: & uiā eius uolet: Et alia multa: quæ ꝓptea
rea scripta sunt: ut nos admoneret adimplenda eā quæ nobis iubent̄. Cum ergo se ho
mo ad illum extenderit: & sic ingemuerit: fiet qđ sequitur. Vbi abundauit delictū sup- Ro.5.
abundauit & gratia: Et dimittuntur ei peccata multa qm̄ dilexit multum: Et diffundit̄ Luc.7.
in corde charitas dei: unde fiat legis plenitudo non p uires arbitrij quod est in nobis:
sed per spiritūsanctum qui datus ē nobis. Nouerat quippe ille legem: qui dicebat: Cō- Ro.7.
delector enim legi dei scd̄m interiorem hominē: Et tamen adiungebat: Video autem
aliam legem in membris meis repugnantem legi mētis meæ: & captiuū me ducentē
in legem peccati quæ est in mēbris meis. Infœlix ego homo qs me liberabit de corpe
mortis huius? Gratia dei ꝑ Iesū christū dn̄m nostrū. Cur nō dixit potius: meum liberū
arbitrium: nisi quia libertas sine gratia nō est libertas sed cōtumacia? Cum ergo dixis-
set apostolus: Lex subintrauit ut abundaret delictum: ubi autem abundauit delictum Ro.5.
superabūdauit & gratia: Secutus adiūxit: Vt quemadmodum regnauit peccatum in
morte: sic & gratia regnet per iusticiam in uita æterna per Iesum christum dominum
nostrum. Modo cum dixisset: ut quēadmodum regnauit peccatum in morte: nō ait
per unum hominem aut per Adam: qa iam dixerat: Lex subintrauit ut abundaret de-
lictum: quæ abundātia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem: sed ad con
uersationis humanæ prævaricationem: quæ illi uno delicto quo solo obstricti tenētur
infantes: iam in maiorib⁹ ætatib⁹ ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed qm̄ hoc to-
tum etiam qđ non pertinet ad illius unius delicti originem: tamen idonea est soluere
gratia saluatoris: Ideo cum dixisset: Sic & gratia regnet per iusticiā in uita æterna: ad-
didit: Iesum christum dominum nostrum. Nullæ itaq; argumētationes cōtra hæc apo
stolica uerba ꝓlatæ impediant paruulos ad salutem quæ ē in christo Iesu dn̄o nostro.
Tantomagis em̄ pro eis loqui debemus: quāto ipsi pro se loqui non possunt. Per unū Ubi ꝫ
hominē intrauit peccatū in mundū: & per peccatū mors: & ita in omnes hoīes ptrāsijt
in quo oēs peccauerūt. Sicut ab illo uno homīe: sic ab eodem peccato infantes imu
nes esse non possunt: nisi ab ei⁹ reatu per christi baptismū resoluantur. Vsq; em̄ ad le-
gem peccatū in mūdo fuit: non quia deinceps in nemine fuit hoc dictū est: sed qa non
poterat per litteram legis auferri: qđ solo poterat spiritu gratiæ. Ne quisq̄ ergo fidēs
de uiribus nō dico uolūtatis: sed poti⁹ uanitatis suæ putaret libero arbitrio legē potu-
isse sufficere: & christi gratiā derideret: Ideo ait apostolus: Vsq; em̄ ad legē peccatum
in mundo fuit: peccatum aūt non deputabatur cū lex nō esset. Nō dixit non erat: sed
quia nō deputabatur: quia lex non erat q̄ arguente demōstraretur: siue lex rationis in
paruulo, siue lex litteræ i populo. Sed regnauit inquit mors ab Adā usq; ad Moysen:
quia nec lex data ꝑ Moysen potuit regnū mortis auferre: qđ sola christi abstulit gra-

In quos autem regnauerit uide: In eos inquit qui non peccauerũt in similitudinẽ præuaricationis Adæ. Regnauit ergo & in eos qui non peccauerunt. Sed cur regnauerit ostendit cum ait: In similitudinem præuaricationis Adæ. Iste ẽ enim melior intellectꝰ horum uerborum: ut cum dixisset: Regnauit mors in eos qui non peccauerũt: q̃si nos moneret quare in eos regnauerit qui non peccauerũt: adderet in similitudinem præuaricationis Adæ: id est quia inerat eorum in mẽbris similitudo præuaricatiõis Adæ. Potest & sic intelligi: Regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen: & in eos qui non in similitudinem præuaricationis Adæ peccauerũt: quia in seipsis cum iam nati essent: nec ratione adhuc uterentur qua ille utebatur quãdo peccauit: nec præceptũ accepissent qđ ille transgressus est: sed solo originali uitio tenerẽtur obstricti: per qđ eos regnum mortis traberet ad condemnationẽ. Qđ regnum mortis in eis tantũ non est q̃ christi gratia renati ad eius regnum ptinent: q̃m mors tẽporalis: q̃uis & ipsa de originali delicto propagata sit: corpus in eis interimit: animã uero ad pœnas non trahit: ubi uoluit regnũm mortis intelligi: ut anima renata per gratiam iam non moriat̃ in gehenna: id est a uita dei non alienetur non separetur. Temporalis autem mors corporis etiam in his qui christi morte redimuntur relinquatur interim ad exercitationem fidei & agonem præsentis luctationis: in quo & martyres certauerunt: absumatur uero & ipsa in renouatiõe corporis quã resurrectio pollicet̃. Ibi enim penitus absorbebitur mors in uictoriam: cui modo gratia christi adimit regnũ: ne suoꝝ animas ad pœnas tartari trahat. Nõnulli sane codices nõ habent: In eos qui non peccauerũt: sed in eos qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ: Quibꝰ quidem uerbis nullo modo iste sensus aufertur: scđm hoc quippe intelliguntur peccasse in similitudinẽ præuaricationis Adæ: scđm qđ supra dictum ẽ: in quo oẽs peccauerũt. Sed tñ græci codices unde in latinũ scriptura translata est: illud plures habẽt qđ diximus: q̃ non adiunxit de Adã qui est forma futuri: neq; hoc uno intelligitur modo. Aut enim forma christi a contrario est: ut quẽadmodum in illo omnes moriũtur: sic & in christo omnes uiuificẽtur: & quomodo p̃ ipsius inobedientiam peccatores constituantur multi: sic per istius obedientiam iusti cõstituantur multi. Aut formam futuri eum dixit: q̃ ipse influxerit formã mortis posteris suis. Ille tamen est melior intellectus: ut a contrario forma esse credatur: quã multum cõmendat apostolus. Deniq; ne omnino ex æquo in hac forma eadẽ contraria pensentur: adiungit & dicit: Sed non sicut delictum ita & donatio. Si ẽ ob unius delictum multi mortui sunt: multomagis gratia dei: & donum in gratia uniꝰ hominis Iesu christi in multos abundabit: ut intelligatur non in magis multos cum iniquimagis multi sint qui damnabuntur: sed magis abundabit quid in his qui per christum redimũt̃ temporaliter ualet forma mortis ex Adam: in æternum autem ualebit uitæ forma per christũ. Quis ergo inquit Adam futuri forma sit: a cõtrario: plus tñ præstat christus regeneratis q̃ eis nocuerat ille generatis: & non sicut per unum peccantem: ita est & donũ. Nam iudicium quidem ex uno in cõdemnationẽ: gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ. Non solum in hoc inquit non æqualis est forma: quia ille tẽporaliter nocuit eis: quos in æternũ christus redemit: Verũetiã quia illius uno delicto posteri nisi a christo redimant̃ in cõdemnationem: christi aũtem redẽptio etiã multa delicta dissoluit quæ illi uni abundãtia præuaricatricis iniquitatis adiecit: unde iam superius disputauimus: cõtra hæc apostoli uerba sanũq; intellectũ nemini acquiescas: si uis christo & in christo uiuere. Nam si quẽadmodũ illi dicũt: ꝓpterea ista cõmemorat̃ set apostolus: ut itelligeremus ad primũ hoiem peccatores ideo ptinere: quia nõ delictum ex illo nascendo traximus: sed eũ imitando peccamus: diabolũ potius poneret: quia & prior peccauit: & de quo nullam substantiæ ꝓpaginem traxit genus humanũ: sed eũ sola imitatio subsecuta est: unde dicit̃ pat̃ impiorũ: sicut noster dicit̃ pat̃ Abraã ꝓpter imitationem fidei: non ꝓpter originem carnis. Nam ideo de ipso diabolo dictũ
Gap.2. est: Imitant̃ aũt illũ qui sunt ex parte ipsius. Deinde si ꝓpter imitationẽ hoc loco apls cõmemoraret primũ hoiem: qa primꝰ peccator in hominibꝰ fuit: ut ideo ad illum oẽs homines peccatores diceret pertinere: cur non scđm Abel posuit qui primus in hoibꝰ

tia posuistis: nec audeant obuiare nec possint: ergo dei gratiã conant̃ auferre: quã ne/
cesse est etiam restituta nobis status pristini libertate quæram⁹: Quippe nec alias dia/
boli machinas: nisi eadem possumus iuuante uitare. Illud uero qđ eos uestra fraterni/
tas asserit prædicare: paruulos æternæ uitæ præmijs etiam sine baptismatis gratia pos/
Joh.6. se donari pfatuum est. Nisi eṁ mãducauerint carnem filij hominis: & biberint sangui/
nem eius: non habebunt uitam in semetipsis. Qui autẽ hanc eis sine regeneratiõe de/
fendunt: uidẽtur mihi ipsum baptismũ uelle cassare: cum prædicant bos habere qđ in
eos credit̃ non nisi baptismate conferendũ. Si ergo nihil uolunt officere: nõ renasci fa
teantur: necesse est nec regenerationis sacra fluenta prodesse: Verum ut supfluorum
hominũ praua doctrina celeri ueritatis possit ratione discindi: proclamat hoc domin⁹
Matth.19. in euãgelio: dicẽs: Sinite infantes & nolite eos ꝓhibere a me: taliũ ẽ eṁ regnũ cælorũ.
2.Timoth.2. Quare Pelagiũ cælestiumq; id est inuentores uocum nouarũ: quæ sicut dixit aposto/ A
lus: ædificationis nihilũ sed magis uanissimas cõsueuerũt parere quæstiones: eccle/sia/
stica cõmunione priuari: apostolici uigoris auctoritate cẽsem⁹: donec resipiscãt de di/
aboli laqueis: a quo captiui tenẽt̃ scd̃m ipsius uoluntatẽ: eosq; interim dominico ouili
non recipi: qđ ipsi puersæ uiæ secuti tramitẽ deserere noluerunt. Abscindẽdi sunt eṁ
qui uos cõturbãt: & uolunt cõuertere euãgeliũ christi. Simul aũt præcipimus ut qui/
cunq; id ꝓtinacia simili defendere nitunt̃: par eos uindicta cõstringat. Nõ solũ eṁ qui
faciunt: sed etiã qui consentiũt facientib⁹: quia nõ multũ interesse arbitror: inter com/
mittẽtis animũ: & cõsentiẽtis fauorẽ. Addo ampli⁹: Plærũq; dediscit errare cui nemo
consentit. Hæc ergo fratres charissimi in supradicta maneãt fixa sentẽtia: absint atrijs
dñi: careant custodia pastorali: ne duaꝝ ouium dira contagia serpant forsitan ꝓ uulg⁹
incautum: rapaciq; lup⁹ corde lætetur intra ouile dñi: cum tantas ouiũ fusas cateruas
dum a custodibus dissimulanter habetur uulnus duarum. Prospiciẽdum est ergo ne
ꝓmittẽdo lupos mercenarij magis q̃ uideamur esse pastores. Iubemus sane qm̃ christ⁹
dominus ꝓpria uoce significauit: nolle se mortẽ moriẽtis: tm̃ ut reuertat̃ & uiuat: ut si
unq̃ sani depositi praui dogmatis errore: resipuerint dãnarintq; ea quorũ se ipsi prę/
uaricatione damnarunt: eis medicinam solitam: id est receptaculum suum ab ecclesia
non negari: nedum eos redeuntes forsitan ꝓhibemus: uere extra ouile remanentes:
expectantis hostis rabidis faucib⁹ glutiantur: quos in semetipsis spicula malæ disputa
tionis armauit. Bene ualete: Datũ .vi. Kal'. februarias: Honorio & Cõstãtio uiris clarís/
simis consulibus.

¶ Sancti Augustini ad Hilarium: illi Palladiũ fratrem cõmendantis. Et de praũo dog/
mate Pelagij: duobus concilijs: carthaginẽ. uidelicet & Numidiæ reprobato cõme/
morantis. Epl'a. XCIIII.

Dd Omino beatissimo & in christi ueritate uenerando fratri & consacerdoti Hi/ B
lario: Augustin⁹ in domino salutem. Honorabilis filius noster Palladius cum
de nostro litore nauigaret: beneficium poscẽdo magis dedit: ut non solum eũ
benignitati tuæ: uerũetiam meipsum tuis orationib⁹ cõmẽdarem: domine beatissime
& in christi charitate uenerande frater. Qđ cum facio profecto: & sanctitas tua faciet
qđ de te ambo præsumimus. Quæ autem circa nos sint: quoniam scio dilectionẽ ue/
stram pro nobis: sicut & nostram pro uobis esse sollicitam: a memorato perlatore au/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diet sinceritas tua. Verūtamen qđ maxime necessarium est breuiter dicā. Noua quæ/dam hæresis inimica gratiæ christi cōtra ecclesiam christi conatur exurgere: sed non/dum euidenter ab ecclesia separata est: hominū scilicet: qui tantū audēt infirmitati hu manæ tribuere potestatis: ut hoc solum ad dei gratiam ptinere contendant: q cū libe/ro arbitrio: & non peccandi possibilitate creati sumus: & dei mandata quæ a nobis im plerentur accepimus. Cæterum ad eadem mandata seruanda & implenda nullo di/uino adiutorio nos egere. Necessariam uero nobis esse remissionem peccatorū: quia ea quæ a nobis in præteritū malefacta sunt: infecta facere non ualemus. Cauēdis autē futuris uincendisq; peccatis: omnibusq; temptationib⁹ uirtute superādis: sine ullo de/inceps adiutorio gratiæ dei naturali possibilitate humanam sufficere uolūtatem: nec paruulos indigere gratia saluatoris: qua per eius baptismum a perditiōe liberent: eo qđ nullum ex Adam contagium damnationis attraxerint. Q; sint hæc inimica gratiæ christi: quæ per iesum christum dominū nostrum humano generi indulta est: quēad/modū totius fidei christianæ fundamenta euertere moliant: apud nos tacere debui/mus: ut eiusmodi homines: quos quidē sanari in ecclesia quā ex illa resecari magis uo/lumus & optamus: cura pastorali caueatis. Iam em̄ cum ista scriberem cognoueramus in ecclesia carthaginensi aduersus eos episcopalis cōcilij cōditum fuisse decretum: p epistolam sancto & uenerabili papæ Innocentio dirigēdū: & nos de cōcilio numidiæ ad eandem apostolicā sedem iam similiter scripseramus. Omēs em̄ qui spem habem⁹ in christo: huic pestiferæ impietati resistere: eamq; cōcorditer damnare & anathema/tiçare debemus: quæ contradicit etiā orationibus nostris. Concedēs quidem ut dica/mus: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & hoc Matth.6.
ita cōcedens: ut asserat hominē in hoc corruptibili corpore qđ aggrauat animā posse suis uiribus ad tantam iustitiā puenire: ut neq; hoc illi sit dicere necessariū: Dimitte no bis debita nostra. Illud uero qđ sequitur: Ne nos inferas in temptationē: non sic acci/piunt tanq̄ deus orandus sit: quo nos ad superandas temptationes adiuuet peccato/rum: sed nec quisq; irruens corporaliter nos humanus casus affligat: quoniam pecca/toꝝ temptatiōes uincere ita sit iam in nostra positum potestate possibilitate naturæ: ut hoc inaniter impetrandū orantibus arbitremur. Non possum⁹ una epistola breui: omnia uel plurima tantæ impietatis argumenta colligere: præsertim quia cū ista con/scriberem: perlatores nauigaturi me morari diutius non sinebant. Puto aūt onerosū me non fuisse sanctis sensibus tuis: qđ de tanto malo omniumq; uigilātia domino ad/iuuante uitando tacere non potui.

¶ Sancti Augustini & aliorꝝ episcoporꝝ: ad Innocētium papam contra doctrinā Pela gij acrius inuehentiū: Atq; ad diligentem expurgationis eius indagationē faciēdam exhortantium. Epla. XCV.

CDomino beatissimo meritoq; honorandissimo fratri Innocentio papæ: Aureli/us: Alipius: Augustinus: Euodius & Possidius salutem. De concilijs duob⁹ p/uinciæ carthaginensis atq; numidiæ: ad tuam sanctitatem a non paruo episco/poꝝ numero subscriptas litteras misimus cōtra inimicos gratiæ christi: q confidūt in uirtute sua: & creatori nostro quodāmodo diciunt: Tu nos fecisti boies: iustos autem ipsi nos fecim⁹: Qui naturā humanā ideo dicūt liberā ne q̄rāt liberatorē: ideo saluā ut superfluū iudicēt saluatorē. Tm̄ em̄ dicūt ualētē: ut suis uirib⁹ i origine suæ creatiōis ac/ceptis: possit p liberū arbitriū nihil ulteri⁹ adiuuante illius gra q creauit domare & ex/tinguere oēs cupiditates tēptationesq; superare: Multiq; eoꝝ insurgūt aduersū nos: & Ps.3.
dicūt aiæ nostræ nō est salus illi in deo eius: Familia christi quæ dicit: qm̄ infirmor tūc 2.Cor.12.
potēs sum: & cui dicit dns eius: Sal⁹ tua ego sum: suspenso corde cū timore & tremo/re adiutoriū dni etiam per charitatem tuæ ueneratiōis expectat. Audiuim⁹ em̄ esse in urbe roma: ubi ille diu uixit: nonnullos qui diuersis causis ei faueant: quidā scilicet qa uos talia psuasisse phibent: plures uero qui eū talia sentire nō credūt: præsertim qa in oriēte ubi degit: gesta ecclesiastica facta esse iactant: qbus putatur esse purgatus: ubi quidem si episcopi eum catholicum pnunciarunt: non ob aliud factum esse credendū

Ps.34.

2.Retrac.50

est:nisi quia se dixit dei gratiã cõfiteri:& ait posse hoiem suo labore ac uoluntate iuste
uiuere:ut ad hoc adiuuari dei gratia nõ negaret. His em̃ auditis uerbis:catholici anti- D
stites nullam aliã dei gratiã intelligere potuerũt:nisi quã in libris dei legere & populis
Gal.2. dei prædicare cõsueuerũt:Eam utiq; de qua dicit apl's:Nõ irritã facio gratiam dei. Nã
si per legem iusticia: ergo christus gratis mortuus est:sine dubio gratiã qua iustifica-
mur ab iniquitate:& qua saluamur ab infirmitate:nõ qua creati sumus cum ꝓpria uo-
luntate. Nam si intellexissent illi episcopi eam illũ dicere gratiã quã etiã cũ impijs ha-
bemus:cũ qbus homines sumus: negare uero eam qua christiani & filij dei sumus: qs
eum patiẽter catholicoꝝ sacerdotum nõ dicim⁹ audiret:sed ante oculos suos ferret?
Quapropter nõ culpãdi sunt iudices:quia ecclesiastica cõsuetudine nomẽ gratiæ au-
dierũt:nescientes quid hmõi homies:uel in suæ doctrinæ libris:uel in suoꝝ solent atti-
bus spargere. Nõ agit̃ de uno Pelagio q iam fortasse correct⁹ est:qđ utinã ita sit:sed tã
multis qbus loquaciter contendentib⁹:& infirmas atq; ineruditas aias uelut cõuictas
trabentibus:firmas autẽ & in fide stabiles ipsa contentione fatigantib⁹ usq;quaq; iam
plena sunt omnia: Aut ergo a tua ueneratione acciẽdus est romam:& diligẽter inter-
rogandus:quã dicat gratiã qua fateatur:si tamen iam fateatur ad non peccãdũ iusteq;
uiuendũ homies adiuuari: Aut hocipsum cum eo p litteras agẽdum: & cum inuentus
fuerit hanc dicere quã docet ecclesiastica & apostolica ueritas:tũc sine ullo scrupulo
ecclesiæ:sine latibulo ambiguitatis ullius absoluendus est: tunc est reuera de ei⁹ pur-
gatione gaudendũ. Sive em̃ gratiam dixerit esse liberũ arbitriũ:siue gratiam eẽ remis-
sionem peccatorum:siue gratiam esse legis præceptum:nihil eorũ dicit qđ p submini-
strationem spũssancti ptinet ad cõcupiscẽtias temptationesq; uincẽdas: quẽ ditissime
effudit in nos:qui ascẽdit in cælũ & captiuauit captiuitatẽ dedit dona hoib⁹. Hinc em̃ E
oramus ut peccatorũ temptationẽ superare possim⁹:ut spũs dei unde pignus accepi-
Matth.6. mus:adiuuet infirmitatẽ nostram. Qui autem orat & dicit: Ne nos inferas i temptati-
onem:nõ utiq; id orat ut homo sit qđ est natura:neq; id orat ut habeat liberũ arbitriũ
qđ iam accepit cum crearetur ipsa natura:neq; orat remissionem peccatoꝝ: quia hoc
superius dicitur: Dimitte nobis debita nostra:neq; orat ut accipiat mandatũ. Si enim
in temptationem inductus fuerit:hoc est in temptatione defecerit:facit utiq; peccatũ
qđ est contra mãdatum. Orat ergo ut non peccet: hoc est ne quid faciat mali: qđ pro
2.Cor.13. Corinthijs orat apostol⁹ Paulus dicens: Oram⁹ autem ad dominũ ne qd faciatis mali:
Vnde satis apparet ꝙ ad non peccandũ:id est ad non male faciẽdum:q̃uis esse nõ du-
bitetur arbitriũ uoluntatis:tamen eius potestas non sufficiat nisi adiuuetur infirmitas.
Ipsa igitur oratio clarissima est gratiæ testificatio. Hanc ille confiteatur:& eum gaude-
bimus: siue rectum siue correctũ. Distinguẽda ẽ lex & gratia. Lex iubere nouit:gratia
iuuare. Nec lex iuberet nisi esset uolũtas:nec gr̃a iuũaret si sat esset uolũtas. Iubetur ut
Ps.31. habeamus intellectum:ubi dicit̃: Nolite esse sicut equus & mulus quibus nõ ẽ intelle-
Ps.118. ctus:& tamen oramus ut habeam⁹ intellectum:ubi dicit̃: Da mihi intellectũ ut discam
Jacobi.1. mãdata tua. Iubet̃ ut habeamus sapientiã:ubi dicit̃: Si qs aũt uestrum indiget sapiẽtia
postulet a deo q dat omnib⁹ affluenter:& nõ improperat & dabitur ei. Iubetur ut ha-
Sap.8. beam⁹ continẽtiam:ubi dicitur: Cum scirem quia nemo põt esse cõtinens nisi de⁹ det:
& hoc ipsum erat sapiẽtia scire cuius esset hoc donum: adij dñm & deprecatus sũ eũ.
Postremo ne nimiũ longũ sit cuncta percurrere:iubetur ut non faciamus malum:ubi
Ps.36. dicitur: Declina a malo:& tamẽ oratur ut nõ faciamus malum:ubi dicitur: Oram⁹ aũt
ad dñm ne quid faciatis mali. Iubetur ut faciamus bonũ:ubi dicitur: Et fac bonũ:& ta-
Col.1. men oratur ut faciamus bonum:ubi dicitur: Non cessamus ꝓ uobis orantes & postu-
lãtes. Atq; inter cætera pro illis orãs dicit: Vt ambuletis digne deo in omne placitum:
in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus uoluntatem cum hæc præci
piuntur:sic & ipse agnoscat gratiã cum petuntur. Misimus reuerẽtiæ tuæ librũ quem F
dederunt qdã religiosi & honesti adolescẽtes serui dei: quoꝝ etiã nomia nõ tacem⁹:
Nã Tymasius & Iacob⁹ uocant̃:q sicut audiuim⁹ etiã nosse dignaris ipsius Pelagij ex-
hortatiõe spem quã habebãt in sæculo reliquerũt:& nõ cõtineter deo seruiũt. Qui cũ

eodem errore tandem aliquãdo per qualẽcunq; operam nostram domino inspirante caruissent: ptulerunt eundem librum Pelagij esse dicẽtes: & ut ei responderẽt impẽdio rogauerunt: Factum est: Ad eosdem rescripta est ipsa respõsio: Agẽtes gratias rescripserunt: Vtrum misimus: & cui responsum est: & qđ responsum est: Et ne nimiũ essemus oneros̃i: signa fecim⁹ his locis: ubi petimus inspicere nõ graueris quẽadmodũ sibi obiecta quæstione: ꝙ gratiam dei negaret: ita respondit: ut eam esse non diceret nisi naturã in qua nos condidit deus. Si autẽ hunc esse suũ librum negat: aut eadem in libro loca non cõtendimus: anathematiçet ea: & illam confiteatur apertissime gratiam quã doctrina christiana demonstrat & prædicat esse ꝓpriam christianor̃: quæ nõ est natura: sed qua saluatur natura: non auribus sonãte doctrina uel aliquo adiumẽto uisibili sicut plantatur quodãmodo & irrigatur extrinsecus: sed sub ministratiõe spũs & occulta misericordia: sicut facit ille qui dat incrementum deus. Etsi ẽm quadam nõ improbanda ratiõe dicitur gratia dei qua creati sumus: ut non nibil essemus: nec ita essemus aliquid ut cadauer qđ nõ uiuit: & arbor quæ nõ sentit: aut pecus qđ nõ intelligit: sed homies qui ut essemus: & uiuerem⁹: & sentirem⁹: & intelligerem⁹: & de hoc tãto beneficio creatori nostro gratias agere debeamus: Vñ merito & ista gratia dici põt: quia non præcedentiũ aliquor̃ operum meritis: sed gratuita dei bonitate donata est. Alia ẽ tamẽ qua prædestinati uocamur: iustificamur: glorificamur: ut dicere possim⁹: Si deus ꝓ nobis: qs cõtra nos? Qui filio suo ꝓprio non pepercit: sed ꝓ nobis oibus tradidit eum. De hac gra quæstio uertebatur quãdo ab his quos Pelagi⁹ grauiter offendebat atq; turbabat: dicebat ei ꝙ eam suis disputatiõib⁹ oppugnaret: qbus asseret nõ solum ad facienda: uerũetiã ad pficienda mãdata diuina p liberũ arbitriũ humanã sibi sufficere naturã. Hanc aplica doctrina gratiam isto nomie appellat: qua saluamur & iustificamur ex fide christi. De hac scriptum est: Nõ irritam facio gratiã dei. Nã si per legem iusticia: ergo christus gratis mortuus ẽ? De hac scriptum ẽ: Euacuati estis in christo: q in lege iustificamini a gratia excidistis. De hac scriptum ẽ: Si autẽ gra iam nõ ex operib⁹: alioquin gra nõ est gra? De hac scriptũ est: Ei aũt qui opatur merces nõ imputatur scđm gratiã: sed scđm debitũ. Et autem qui non operat̃: credenti aũt in eum qui iustificat impiũ: reputat̃ fides ei⁹ ad iusticiã. Et multa alia: quæ meli⁹ potes ipse meminisse: & intelligere prudentius & illustrius prædicare. Illã uero gram qua creati sumus G hoies: etiã si ita appellandã nõ imerito intelligim⁹: mirũ est tñ si ita appellatã in ullis legitimis ꝓphẽticis: euãgelicis: apostolicisq; lr̃is legim⁹. Cum itaq; hac gra christianis fidelibus catholicisq; notissima illi obijceret̃ quæstio: ut eã oppugnare desineret: quid est qđ cũ hæc sibi in libro suo uelut aduersante psona idemipse obiecisset: ut se respõdendo purgaret: nibil aliud respõdit: nisi naturã creati homis referri gram creatoris: atq; ita se dicere sine peccato implere posse iusticiam per liberũ arbitrium cum adiutorio diuinæ gratiæ: ꝙ deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturæ? Cui merito respõdetur: Ergo euacuatũ est scandalum crucis: ergo christus gratis mortu⁹ est. Nõ ẽm si nõ moreretur ꝓpter delicta nostra: & resurgeret ꝓpter iustificationẽ nr̃am: nec ascendens in altũ captiuas captiuitatem daret dona hoib⁹ ista naturæ possibilitas quã defendit in hoibus nõ esset. An forte dei mandatũ deerat: & ideo christ⁹ mortu⁹ est: imo iã & hoc erat sanctũ & iustũ & bonũ. Iam dictũ fuerat: Nõ cõcupisces. Iã dictũ fuerat: Diliges ꝓximũ tuũ tanq̃ teipsum. In quo sermone apostolus omnẽ legem dicit impleri: Et qm̃ nisi diligat deum nemo diligit seipsum. Ideo domin⁹ in his duobus præceptis: totam legem propbetasq; dicit pendere. Quæ duo præcepta iam erãt hominib⁹ diuinit⁹ data? An æternum præmiũ iusticiæ ꝓmissum nõdũ erat? Hoc ipse nõ dicit q in suis lr̃is posuit etiã in ueteri testamẽto regnũ cælorũ esse ꝓmissum. Si ergo ad faciendam pficiendamq; iusticiam: iam erat naturæ possibilitas per liberum arbitriũ. Iam erat legis dei sanctũ & iustũ bonũq; mãdatũ. Iã erat ꝓmissũ præmiũ sempiternũ: Ergo christus gratis mortuus est. Ergo neq; p legẽ iusticia neq; p naturæ possibilitatem: sed ex fide & dono dei per lesum christum dominũ nostrum: unum mediatorẽ dei & hominũ: qui nisi in plenitudine tẽporis mortu⁹ esset propter delicta nostra: & resurrexis̃

Roma. 8.

Gal. 2.
Gal. 5.
Ro. 11.
Ro. 4.

Ps. 67.

Exo. 20.
Leuit. 19.
Matth. 22.

set propter iustificationē nostram: profecto & antiquorum fides euacuaret & nostra.
Abacbuc.2. Fide uero euacuata: quæ homini iusticia remaneat: cum iustus ex fide uiuat? Ex quo
Ro.5. enim per ūnum hominē peccatum intrauit in mundū: & per peccatum mors: & ita in omnes homines ꝓtransijt in quo oēs peccauerūt: ꝓculdubio a corpore mortis huius ubi alia lex repugnat legi mentis: neminem liberauit: aut liberat sua possibilitas: quæ perdita redemptore indiget saucia saluatore: sed gratia dei per fidem unius mediatoris dei & hominū: hominis christi Iesu: qui & deus cū esset: hominem fecit: & manēs deus: homo factus refecit ipse qđ fecit. Puto autē ꝙ eū lateat fidem christi quæ postea in reuelationē uenit: in occulto fuisse temporibꝰ patrum nostrorꝫ: ꝓ quā tamen etiam ipsi dei gratia liberati sunt quicūq; omnibus generis humani temporibꝰ liberari potu-
2.Cor.4. erunt: occulto iudicio dei: non tamen uitupabili. Vnde dicit apostolꝰ: Habentes autē spiritum fidei: utiq; eundem quem & illi scđm qđ scriptū est: Credidi propter qđ & lo-
Iob.8. cutus sum: & nos credimꝰ ꝓpter qđ & loquimur. Inde est qđ ait ipse mediator: Abraā
Gen.14. pater uester concupiuit uidere diem meum: & uidit & gauisus est. Inde melchisedech prolato sacramēto mensæ dominicæ: nouit æternum eius sacerdotium figurare. Iam H
uero data in lris lege: quā dicit apostolus subintrasse ut abundaret delictum: & de qua
Gal.3. dicit: Si ergo ex lege hæreditas: iam non ex promissione. Abraæ autem ꝓ repromissionem donauit deus. Quid autem lex? Trāsgressionis gratia posita ē donec ueniret semen: cui promissum est dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius nō ē: deus autem unus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si em̄ data esset lex quæ posset uiuificare: omnino ex lege esset iusticia. Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu christi daretur credentibus. Nonne satis ostēditur hoc actum esse per legem: ut peccatum agnosceretur & prævaricatione
Ro.4. augeret? Vbi enim lex nō est nec prævaricatio: & sic aduersus uictoriā peccati ad diuinam gratiam quæ in promissionibus est confugeretur: atq; ita lex nō esset aduersus promissa dei: quia ideo per illam fit cognitio peccati: & ex prævaricatione legis abundantia peccati: ut ad liberationē quærantur promissiones dei: qđ ē gra dei: & incipiat esse in homie iusticia: nō sua sed dei: hoc est data dono dei: Quam etiam nūc quidem
Ro.10 sicut tunc de iudæis dictum est: Ignorātes dei iusticiam: & suam uolentes cōstituere: iusticiæ dei non sunt subiecti. Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur: sufficiēte sibi ad eam custodiendam libero arbitrio: hoc est iusticia sua ꝓplata ex natura humana: nō donata ex gratia diuina propter qđ iusticia dei dicitur. Vnde item scriptū est:
Ro.3. Per legem enim cognitio peccati. Nūc autem sine lege iusticia dei manifestata est: testificata per legem & ꝓphetas. Cum dicit manifestata est: ostendit quia tunc erat: sed tanq̄ illa pluuia quā Gedeon impetrauit: tunc uelut in uellere occulta: nunc autem uelut in area manifestata. Cū ergo lex sine gratia non mors peccati potuisset esse sed uir-
1.Cor.15. tus. Sic enim dictum est: Aculeꝰ mortis peccatum: uirtus autem peccati lex. Sicut cōfugiunt multi a facie regnantis peccati ad gratiā uelut aream nunc patentem: ita pauci ad eam confugiebant uelut in uellere tunc latētem. Hæc uero temporum distributio
Ro.11. refertur ad altitudinem diuitiarum sapiētiæ & scientiæ dei: de qua dictum ē: Q̄m inscrutabilia sūt iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Quapropter si & ante tempus legis & tempore ipso legis iustos patres & ex fide uiuētes: non possibilitas naturæ infirmæ & indignæ ac uitiatæ & sub peccato uenundatæ: sed dei gratia per fidē iustificat: & nunc eadem in apertum iam ueniēs reuelata iustificat. Anathemet ergo Pelagius scripta sua: ubi contra eam: & si non per cōtumaciam: tamē per ignorantiam disputat possibilitatem defendendæ naturæ ad uincenda peccata & implenda mandata: Aut si sua esse negat: aut scriptis suis ab inimicis suis dicit imissa quæ sua negat: anathemet ea tamē & damnet paterna exhortatiōe & auctoritate sanctimoniæ tuæ. Si uult ergo onerosū sibi & ꝓnicioſū: discat ecclīæ scandalū auferre: qđ scādalū auditores & in peruersū dilectores eiꝰ usq; quaq; spargere nō quiescunt. Si em̄ cognouerint eūdē librum quē illiꝰ uel putant esse uel norūt: ēporꝫ catholicorꝫ auctoritate & maxime sanctitatis tuæ: quā apud eū eē maioris pōderis minime dubitamꝰ ab eodē ipso anathematū atq;

dānatum:nō eos ulterius æstimam⁹ ausuros loquendo contra gratiam dei: quæ reue/
lata est per passionem & resurrectiōem christi:pectora fidelia & simpliciter christiana
turbare: sed potius adiuuante misericodia domini:concertantibus nobiscū charitate
ac pietate:flagrantibus orationib⁹ tuis:nō solum ut in æternum beati:uerūetiam iusti
& sancti sint:nō in sua uirtute:sed in eadem gratia cōfisuros. Vnde & ad ipsum scriptā
ab uno nostrum epistolam ad quem per quendā orientalem diaconū: ciuem aūt bip/
ponensem tanq̄ purgationis suæ quædam scripta transmisit:tuæ beatitudini pot⁹ cre/
dimus dirigendam:melius iudicantes & petentes ut eam ei mittere ipse digneris. Sic
enim eam legere pot⁹ non dedignabitur:magis in illa eum qui misit q̄ qui scripsit attē/
k dens. Illud uero qđ dicunt posse hominem esse sine peccato:& mandata dei facile cu/
stodire si uelit: q̄is cum hoc per adiutorium gratiæ quæ tamē per incarnationē uni/
geniti eius reuelata atq; donata est dicitur tolerabil⁹ dici uideatur: tamē quoniā non
imerito mouere potest:ubi & quando per eandem gratiam id efficiatur in nobis ut si/
ne ullo prorsus peccato simus:utrum in hac uita quando caro cōcupiscit aduersus spi/ Gal.5.
ritum:an in illa cum fiet sermo q scriptus ē: Vbi est mors uictoria tua? ubi ē mors acu/ 1.Cor.15.
leus tuus? Aculeus em̄ mortis est peccatū: diligentius pertractandū ꝓpter alios quos/
dam qui senserunt:atq; in suis litteris memoriæ mandauerunt:etiā in hac uita esse pos/
se homines sine peccato:non ab initio natiuitatis suæ: sed cōuersione a peccatis ad iu/
sticiam:& a uita reproba ab bonam uitam. Sic em̄ intellexerunt qđ de Zacharia & He Luc.1.
liçabet scriptum est:ambulasse eos in om̄ib⁹ iustificationib⁹ domini sine querela. Hoc
qđ dictum est:sine querela:sine peccato dictum acceperūt:non qdem negātes:immo
etiam qđ alijs locis in litteris eor⁹ inuenitur:pie confitentes adiutorium gratiæ dn̄i no
stri:non p naturalem spiritū hominis:sed per principalē spiritū dei:qui parū uidentur
considerasse ipsum Zachariam fuisse utiq; sacerdotē. Omnes autem tunc sacerdotes
necesse habebāt ex lege dei primitus ꝓ peccatis suis offerre sacrificium:deinde ꝓ po
pulo:sicut nunc per orationis sacrificiū cōuincimur:non esse sine peccato:qm̄ iussi su/ Matth.6.
mus dicere:Dimitte nobis debita nostra:Ita & tunc p sacrificia uictimarū animaliū cō/
uincebātur sacerdotes sine peccato nō esse qui ꝓ suis peccatis iubebātur offerre. Qđ
si res ita se habet:ut per gratiam saluatoris ꝓficiam⁹ quidem in hac uita: deficiēte cu/
piditate:crescēte charitate: ꝓficiamur autem in illa uita cupiditate extincta: charitate
completa:profecto illud qđ scriptū est: Qui natus est ex deo non peccat:scd̄m ipsam 1.Joh.3.
charitatem dictū est:quæ sola nō peccat. Ad natiuitatē quippe quæ ex deo est agēda
& perficiēda pertinet charitas:non ea quæ minuēda est & cōsumenda cupiditas:quæ
tamen q̄diu est in membris nostris:lege quadam sua repugnat legi mentis:Sed natus
ex deo nec obediens desideriis eius nec exhibēs mēbra sua arma iniquitatis peccato
L potest dicere:Iā nō ego operor illud:sed illud qđ habitat in me peccatū. Sed quoquo Ro.7.
modo se habeat ista quæstio:quia & si non inuenitur homo in hac uita sine peccato:id
tamen dicitur posse fieri per adiutorium gratiæ & spūs dei: qđ ut fiat conandum atq;
poscendum est:tolerabiliter in id quisq; fallitur: nec diabolica impietas: sed error hu/
manus est: elaboranda & optanda affirmare etiam si qđ affirmat nō possit ostendere.
Id em̄ credit fieri posse qđ certe laudabile est uelle. Nobis aūt sufficit ꝙ nullus in eccle
sia dei fideliū reperitur in quolibet ꝓfectu excellētia atq; iusticia:qui sibi audeat dice/
re non necessariā precationem orationis dn̄icæ: Dimitte nobis debita nostra: & dicat Matth.6.
se nō habere peccatū ne seipsum decipiat & ueritas in eo nō sit: q̄is iam sine querela
uiuat: Nō em̄ qualecūq; etiā temptatiōis humanæ:sed graue peccatū ē qđ in querelā
uenit. Cætera quæ illi obiecta sunt: sicut gestis defensa puiderit:ita de his ꝓculdubio
tua beatitudo iudicabit. Dabit sane nobis uenia suauitas mitissima cordis tui: ꝙ plixi/
orem epistolam fortassis q̄uelles tuæ miser⁹ sanctitati. Non em̄ riuulū nr̄m tuo largo
fonti augendo refundimus:sed in hac non parua temptatione temporis unde nos li/
beret cui dicim⁹: Ne nos inferas in tēptationem: utrum etiam noster licet exiguus ex Ubi s
eodē quo etiā tuus abundās emanet capite fluentorū: hoc a te ꝓbari uolumus tuisq;
rescriptis de cōmuni participatione unius gratiæ consolari.

Innocentij papæ ad præfatos epos: eoꝝ scriptis respõdentis. Epla. XCVI.

2. Retrac. 50. INnocenti⁹ Aurelio: Alipio: Augustino: Euodio: Possidio episcopis salutẽ. Fra M ternitatis uestræ litteras plenas fidei totoq; religionis catholicæ uigore firmatas a duobus missas concilijs per fratrẽ & coepiscopum nostrum Iuliũ pergrato suscepimus animo: ꝙ eaꝝ tenor omniscq; contectio est in cõsideratione quotidianæ gratiæ dei: & in eoꝝ correctione qui contra sentiũt integra ratione consistit: ut & illis omnẽ tollere possit errorem: & idoneum dato cuius nostræ legis exemplo: quẽ sequi debeat dignum possint præbere doctorem. Sed de his iam satis ut opinor supra diximus: cum uestris relationib⁹ respondentes rescripsimus: quid ul' de illoꝝ perfidia: uel de uestra sententia sentiremus. Sed subinde contra eos subuenit & suppeditat qđ dicatur: nec potest aliquãdo esse qđ uincat: cũ tam miserũ impiumq; sit qđ nostræ fidei uirtute & ipsa plenius ueritate uincatur. Qui em̃ omnẽ uitæ spem respuit atq; cõtempsit: inimica damnabili cor suum disputatiõe cõfundẽs: cum credit nihil esse qđ a deo accipiat: nec aliquid supesse qđ petat ad sanãdum se qui sibi hoc abstulit ulterius qd relinquit? Si ergo sunt aliqui quos in sui defensionem puersitas tanta deuinxit: q huic se dogmati dant atq; cõiungant: sperantes hoc ad catholicã pertinere doctrinam: qđ abborrens longius & penitus approbatur aduersum infecti illorum & monitis & uerbis ut laberẽtur inducti: quatenus ad rectum uiæ tramitẽ redeant festinabunt ne diutius mentem obsidens uelut eoꝝ sensibus pastus error inuadat. Nam si Pelagius quocũq; restitit loco: eorũ animos qui facile uel simpliciter crederent disputanti hac affirmatione decepit: seu hac illi in urbe sint qđ nescientes nec manifestare possumus nec negare: cum & si sunt lateant: nec aliquando audeant: uel illum prædicantẽ ista defendere: uel talia aliquo nostroꝝ præsente iactare: & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile: nec alicubi possit agnosci: siue in quouis terraꝝ loco degant dei nostri misericordia gratiaq; credimus ꝙ facile corrigantur: audita eius dãnatione qui fuerit pertinax: & resistens hui⁹ dogmatis auctor inuentus: nec interest ubi isti fuerint: dum ubicũq; inueniri potuerint sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi potest eum esse N purgatum: q̃uis ad nos a nostro quib⁹ laicis sint gesta perlata quibus ille auditũ se crederet & absolutum: quæ utrum uera sint dubitamus ꝙ sub nulla illius ꝓsecutione uenerunt: nec eorũ aliquas accepimus de hac re litteras apud quos isti⁹ rei iste præstitit causas. Q; si de sua ille potuisset purgatiõe cõfidere: hoc magis credim⁹ qđ egisset: qđ multo uerius esse potuerat: ut illos cogeret epistolis suis quid iudicauerunt iudicare. Verum cum sint aliqua ī ipsis posita gestis quæ obiecta partim ille uitando suppressit: partim multa in se uerba retorquendo tota obscuritate confudit: aliqua magis falsis argumentis q̃ uera ratione: ut ad tempus poterat uideri purgauit negando: alia falsa interpretatione uertendo. Sed utinam qđ optandũ magis est etiã se ille ad ueram fidei uiam ab illo sui tramitis errore cõuertat: ut cupiat uelitq; purgari cõsiderãs quotidianam dei gratiam: adiutoriumq; cognoscens ut uideatur uerum & approbetur ab omnibus manifesta ratione correct⁹: nõ gestorum iudicio: sed ad catholicã fidem corde cõuerso. Vnde non possumus illoꝝ nec culpare nec approbare iudiciũ: cũ nesciam⁹ utrum uera sint gesta: aut si uera sunt illum constet magis subterfugisse: q̃ se tota ueritate purgasse. Qui si confidit nouitq; non nostra dignum esse damnatione qđ dicat iã non totum hoc se refutare qđ dixerat: sed a nobis accersiri: sed ipse debet potius festinare ut possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit quando se nostro iudicio quibusuis acceptis litteris cum sciat damnãdũ esset cõmittit. Q; si accersiendus esset: ab his melius fieret: qui magis ꝓximi & non longo terrarum spacio uident esse disiuncti: sed nõ deerit cura si medicinæ præbeat ille materiam. Potest em̃ dãnare quæ senserat: ac datis litteris erroris sui: ut regressum ad nos decet ueniã postulare. Librum sane qui ei⁹ O esse diceret nobis a uestra charitate trãsmissum euoluim⁹: In quo multa blasphemia: nihil qđ placeret: nihil qđ non penitus displiceret a quouis damnandũ atq; calcãdum: cui similia nisi qui ista scripserat nemo alter in mentem reciperet atq; sentiret. Nã hoc loco latius de lege disputare uelut coram posito repugnãteq; Pelagio necessariũ esse

non diximus: cum uobiscum totū scientibus pariq; nobiscum assensione gaudētibus colloquamur. Tunc em̄ melius hæc exempla ponuntur: quādo cum his quos haꝛ cō stat rerum imprudentes esse tractamus. Nā de naturæ possibilitate: de libero arbitrio & de omni dei gratia & quotidiana gratia cum nō sit recte sentiēti uberrimū disputare. Anathematiçet ergo ista quæ sensit: ut illi qui eius sermonibus fuerāt præceptisq; collapsi qđ tandem habeat fides uera cognoscāt. Facilius em̄ reuocari poterunt: cum ista a suo senserint auctore dānari: Q; si ille ptinaciē in hac uoluerit impietate pſistere: agēdum est qualiter uel his possit subueniri: quos nō suus huius magis error induxit: nec & illis hæc medicina pereat: cuius iste talem nō admittit nec postulat curam. Deus uos incolumes custodiat fratres charissimi. Datum .v. Kal' februarias.

¶ Innocentij ad Aureliū: & beatum Augustinū episcopos: ut in dño gaudeāt cupientis: & ꝓ eo paria uota ad deū repēdant: ꝓcantis. Epl'a. XCVII.

RInnocētius Aurelio & Augustino epīs: Acceptissimi mihi Germani cōpsbyteri illo recursus uacuꝰ officio uestro esse nō debuit: Per charos em̄ salutare charissimos: naturale quodāmodo uidetur & consequens. Gaudere ergo in dño uestram germanitatē amātissimi cupimus: & ꝓ nobis paria ad deum uota rependere precamur: quia ut bene nostis cōmunibꝰ: & alternis plus agimus orationibus q̄ singularibus aut priuatis.

¶ Euodij epi ad beatū Augustinū: de ratione & deo: de corpore saluatoris an substātiam dei uideat: de anima christi: & qui sint spiritus de quibꝰ Petrꝰ dicit: Mortificatus carne & uiuificatus spiritu: in carcere prædicauit: scire cupiētis. Epl'a. XCVIII.

QEVodius episcopus: Augustino episcopo. Pridē quæstionem misi ad sanctitatē tuam. Vnam de ratione & deo: puto iobinum qui seruit ancillis dei. Alterā de corpore saluatoris: de quo æstimatur ꝙ substantiam dei uideat. Tertiam dico nūc: Anima rationalis quā saluator cum corpore assumpsit: utrum in una de opinionibus est illis quæ ꝓponuntur cum de animæ origine quæritur: si qua ibi potest ueritate fulciri: an q̄q̄ rationalis sit: non tamen ex his speciebus quæ de animalium anima dicūtur: sed in alia habeat. Quartam interrogo: qui sunt illi spiritus de quibꝰ in epistola sua ponit Petrus testimoniū de domino dicens: Mortificatus carne uiuificatus spiritu: in quo & eis qui in carcere erant spiritibus ueniēs prædicauit: & cætera. Hoc inferens ꝙ in inferno fuerunt: & descendēs christus omnibus euāgeliçauit: omēsq; a tenebris & pœnis p gratiam liberauit: ut a tempore resurrectionis dñi: iudiciū expectēt exinanitis inferis. Quid ergo in hac re sanctitati tuæ uideat cupio nosse. 1. Petri. 3.

¶ Sancti Augustini ad Euodium: ad interrogata per eum copiose respondētis: & sibi satisfacientis. Epl'a. XCIX.

RDOmino dilectissimo fratri & coepiscopo Euodio: Augustinꝰ in domino salutē. Quæstio quam mihi ꝓposuisti ex epistola apostoli Petri: solet nos ut te latere nō arbitror uehemētissime cōmouere: quomodo illa uerba accipiēda sint tāq; de inferis dicta. Replico ergo tibi eandem quæstionē: ut siue ipse potueris: siue aliquē qui possit inueneris: auferas de illa atq; finias dubitationem meā. Qđ si prior potuero cum id donauerit dominꝰ: tibiq; impartiri ualuero: nō fraudabo dilectionē tuā: Nunc autem quæ me ibi moueant intimabo: ut scđm hæc de illis uerbis apostolicis: uel ipse cogites: uel quē idoneū repereris cōsulas: cū dixisset xp̄m mortificatū carne uiuificatū spiritu: continuo subiecit: in quo & his q in carcere erāt cōclusi spiritibꝰ ueniēs prædicauit: qui increduli fuerant aliquādo quando expectabāt dei patientiā in diebus Noe cum fabricaretur arca: in qua pauci: id est octo animæ saluæ factæ sūt per aquam. Deinde subiunxit & ait: qđ & uos nunc simili forma baptisma saluos fecit. Mouet itaq; si apud inferos dñs quādo mortuꝰ est in carcere cōclusis spiritibꝰ prædicauit: quid boni soli meruerint ut dñs in inferno descēderet: & de istis tm̄ duobus dictum fuisse illi diuiti: Inter uos & nos chaos magnū firmatum est: ut hi qui uolunt hinc transire ad uos nō possint: neq; inde huc transmeare: nescio utrum quisq̄ sit cui nō uideatur absurdū. Porro si plures q̄ duo ibi erant: qs audeat dicere: nō ibi fuisse patriarchas & ꝓphetas: Ubi S Luc. 16.

quibus in scripturis dei iustitiæ pietatisq; tam insigne testimonium perhibetur: q̃tũc infideles fuerũt cum fabricaretur arca: Etenim post tempora Noe multa milia tot gẽtium: usq; ad passionẽ christi mortua sunt: quæ potuit apud inferos inueniri: Nõ utiq; eorum qui in deum crediderant: sicut prophetæ & patriarchæ de stirpe Abraæ: sicut ipse retro Noe & tota domus eius: quæ salua facta est per aquã: excepto fortassis uno filio qui postea reprobatus est: sicut etiam præter progeniẽ Iacob: alij fuerunt credẽtes in deum sicut Iob: sicut ciuitas niniue: & si qui alij sunt qui uel apparent in scripturis uel in genere humano latẽt: sed coꝛ dico multa milia hominũ qui deum ignorantes: & dæmonum uel simulacrorum cultui dediti a temporib⁹ Noe usq; ad passionẽ christi: ex hac uita emigrarunt: quos apud inferos christus inueniens: quõ illis non prædicauit: sed illis tm̃ qui in diebus Noe increduli fuerãt cũ fabricaret arcã? Aut si omnib⁹ prædicauit: cur illos solos Petrus cõmemorauit: prætermissa multitudine tã innumerabili cæteroꝛ? Et dominũ quidem carne mortificatũ aduenisse in infernum satis cõ T
Ps. 15. stat. Neq; em̃ contradici potest: uel ꝓphetiæ quæ dixit: Quoniã nõ derelinques animam meam i inferno: Qđ ne aliter quisq̃ sapere auderet: in actib⁹ apostolorum: idem
Act. 2. Petrus exponit: ul' eiusdem Petri illis uerbis quibus eum asserit soluisse inferni dolo-
res: in quibus impossibile erat eũ teneri. Quis ergo nisi infidelis negauerit fuisse apud
12. de Gen. ad litter. ca. 33. inferos christum? Q̃ si mouet aliquem: quemadmodũ accipiendum sit inferni ab illo solutos dolores. Neq; enim cœperat in eis esse tanq̃ in uinculis: & sic eos soluit tanq̃ si catenas soluisset quibus fuerat alligatus: facile est intelligere sic eos solutos quemadmodum solui possunt laquei uenantium ne teneant: non quia tenuerũt. Potest & sic: ut eos dolores eum soluisse credamus quibus teneri ipse non poterat: sed quibus alij tenebãtur quos ille nouerat liberandos. Verum qui nam isti sint: temerarium est definire: Si enim oẽs omnino dixerimus tunc esse liberatos qui illic inuenti sunt: quis non gratuletur si hoc possimus ostendere: præsertim ꝓpter quosdam qui nobis litterario labore suo familiariter innotuerunt: quorum eloquiũ ingeniũq; miramur: nõ solum poetas & oratores: qui eosdem ipsos falsos deos gentium: multis opusculorũ suorum locis contemnendos ridendosq; monstrarunt: & aliquando etiam unum deũ uerũq; confessi sunt: q̃uis illa superstitiosa cum cæteris colerent: uerũetiam illos qui hæc non cantando uel declamãdo: sed philosophãdo dixerũt. Multoꝛ etiam quorum litteras non habemus: sed in illorũ litteris didicimus scd'm quendã modũ laudabiles uitas: & excepto dei cultu in quo errauerũt colẽtes uana quæ publice colẽda fuerãt instituta: & creaturæ pot.⁹ q̃ creatori seruiẽtes: In cæteris morib⁹ parsimoniæ: cõtinẽtiæ: castitatis: sobrietatis: mortis ꝓ patriæ salute cõtemptu seruatæq; fidei: nõ solũ ciuib⁹: uerum & hostibus imitandi merito ꝓponant. Quæ quidem omnia quando non referũtur ad finem rectæ ueræq; pietatis: sed ad fastum inanem humanæ laudis & gloriæ: etiam ipsa inanescunt quodãmodo steriliaq; reddũtur: uerũtamẽ quadam indole animi ita delectant: ut eos in quibus hæc fuerunt uellemus uel præcipue uel cum cæteris ab inferni cruciatibus liberari: nisi aliter se haberet sensus human⁹: aliter iustitia creatoris. Quæ cũ ita sint: si omnes inde soluit saluator: & sicut requirẽs scripsisti exinanI V
uit inferna: ut deinceps iudicium iam expectaretur extremum. Hæc sunt quæ in hac re non imerito mouent: quæ mihi interim cogitanti solent occurrere. Primum qua auctoritate firmetur ista sentẽtia. Qđ enim scriptum est: in morte christi factũ solutis doloꝛib⁹ inferni: uel ad ipsum potest intelligi pertinere: ꝙ eos bacten⁹ soluerit: bocẽ irritos fecerit: ne ab eis ipse teneretur: præsertim quia sequit': In quib⁹ impossibile erat teneri eum: Vel si causa quærit' cur uoluerit uenire in infernũ ubi doloꝛes illi essent qui-
Ps. 87. bus teneri oino non poterat: q erat: ut scriptũ est: int' mortu⁹ liber: in quo princeps & præpositus mortis non inuenit aliquid qđ supplicio deberetur: boc scilicet qđ scriptũ est: solutis doloribus inferni: nõ in omnibus: sed in quibusdam accipi potest: quos ille dignos ista liberatione iudicabat: ut neq; frustra illuc descẽdisse existimetur: nulli eorum ꝓfuturus qui ibi tenebantur inclusi. Nec tamen sit consequens: ut qđ diuina quibusdam misericordia iustitiaq; cõcessit: omnibus cõcessum esse putandũ sit. Et de illo

quidem primo homine patre generis humani: ꝙ eum ibidem solūerit: ecclesia fere to-
ta cōsentit: qđ eam non inaniter credidisse credēdum est: undecūq; hoc traditum sit:
etiam si canonicarū scripturarū hinc expressa non ꝓferatur auctoritas: q̄q̄ illud qđ in li-
bro sapiētiæ scriptum est: Hæc illum qui primus factus est patrem orbis terrarū: cum Sap. 10
solus esset creatus: custodiuit & eduxit illum a delicto suo: & dedit ei uirtutē contine-
X di omnia: magis ꝓ hac sentētia q̄ pro ullo alio intellectu facere uideatur. Addunt qdā
hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse cōcessum: Abel: Seth: Noe: & domui ei⁹:
Abraam: Isaac: & Iacob: alijsq; patriarchis & ꝓphetis: ut domin⁹ cum in infernum ue-
nisset: illis doloribus solueretur. Sed quo nam modo intelligatur Abraam in cuius si-
num pius etiam pauper susceptus ē: in illis fuisse doloribus: Ego quidem non uideo:
explicāt fortasse qui possunt. Solos autem duos: id est Abraam & Laçarum in illo me-
morabilis quietis sinu fuisse anteq̄ dominus in inferna descēderet: & de istis tm̄ duo-
bus dictū fuisse illi diuiti: Inter uos & nos chaos magnū firmatū est: ut hi q uolūt hinc Luc. 16.
transire ad uos non possunt: neq; inde huc transmeare: nescio utrum quisq̄ sit cui non
uideatur absurdum. Porro si plures q̄ duo ibi erant: quis audeat dicere nō ibi fuisse pa
triarchas & ꝓphetas: quibus in scriptura dei iusticiæ pietatisq; tam insigne testimoniū
perhibet? Quid his ergo præstiterit: qui dolores soluit inferni: in quibus illi non fue-
runt: nondum intelligo: præsertim quia ne ipsos quidem inferos uspiam scripturarū
locis in bono appellatos potui reperire. Qđ si nusq̄ in diuinis auctoritatib⁹ legitur: nō
utiq; sinus ille Abraæ: id est secretæ cuiusdā quietis habitatio aliqua pars inferorū esse
credenda est: q̄q̄ in his ipsis tanti uerbis magistri: ubi ait dixisse Abraam: Inter uos &
nos chaos magnū firmatū est: satis ut opinor appareat nō esse quādam partē & quasi
membrum inferorum tantæ illius fœlicitatis sinum. Chaos enim magnum quid ē: nisi
quidam hiatus multum ea separans inter quæ nō solum est: uerūetiam firmatus est?
Quapropter si in illum Abraæ sinum christū mortuū uenisse sancta scriptura dixisset:
nō nominato inferno eiusq; doloribus: miror si quisq̄ ad inferos eum descendisse asse
rere auderet. Sed quia euidentia testimonia: & infernum cōmemorāt & dolores: nul-
la causa occurrit: cur illo credat uenisse saluator: nisi ut ab eius dolorib⁹ saluos faceret.
Sed utrum omnes quos in eis inuenit: an quosdam quos in illo beneficio dignos iudi-
cauit: adhuc requiro. Fuisse tamen eum apud inferos: & in eorū doloribus constitutis
Y hoc beneficium præstitisse non dubito. Vnde illis iustis qui in sinu Abraæ erant: cum
ille in inferna descenderet: nondum quid contulisset inueni: a quibus eum scđm bea-
tificam præsentiam suæ diuinitatis nunq̄ uideo recessisse. Sicut etiam eodem ipso die
quo mortuus est: promisit latroni: ꝙ cum illo in paradiso fuisset futurus: quādo ad sol- Luc. 23.
uendos inferni dolores fuerat descensurus. Profecto igit̄ in paradiso atq; sinu Abraæ:
etiam ante iam erat beatificāte sapientia: & apud inferos iudicante potentia. Vbi em̄
non est ullo loco obsessa diuinitas: uerūtamen scđm creaturam quā ex quodam tēpo-
re suscipiendo manens deus: homo factus est: hoc est scđm animā eum fuisse apud in-
feros: aperte scriptura declarat: & per ꝓphetiam præmissa: & per apostolicum itelle-
ctum satis exposita: qua dictum est: Non derelinques animam meam in inferno. Scio Ps. 15.
quibusdam uideri morte dñi christi iam talem resurrectionē præstitū iustis: qualis no
bis in fine promittitur: quoniam scriptum est: illo terræmotu quo in eius passione pe- Matth. 27.
træ scissæ & monumēta aperta sunt: multa corpora resurrexisse iustorum: & uisa cum
illo quando resurrexit in sancta ciuitate: Qui utiq; si non iterum sepositis corporibus Apoc. 1.
dormierunt: uidendum est quēadmodum intelligatur: christus primogenitus a mor-
tuis: si eum in illa resurrectione tot præcesserunt. Q; si respondetur hoc dictum esse p
anticipationem: ut monumenta quidem illo terræmotu aperta intelligant̄: cum chri-
stus in cruce penderet: resurrexisse autē iustorum corpora nō tunc sed cum ille prior
resurrexisset: q̄uis tunc ut dixi: anticipando fuisset adiunctum: ut & christus primoge-
nitus a mortuis sine ambiguitate credatur: & illis iustis cōtinuo cōcessum: ut ipso præ-
eunte in æternā incorruptionem atq; imortalitatē resurgerent. Illud adhuc restat qđ
moueat: quomodo a Petro dici potuerit: qđ utiq; uerissime dictum est: quādo p illam

Act.2. ꝓphetiam non de Dauid:sed de christo asseruit fuisse prædictum:carnem eius non uidisse corruptionem:qđ & adiunxit de Dauid:apud eos esse monumētum eius: unde illos utiq; non conuincebat:si corpus eius ibi iam non erat:quia & si ante in recenti sua morte resurrexisset:nec caro eius uidisset corruptionem: posset nihilomin⁹ illud monumentum manere. Durum autem uidetur ut Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum:si eis iam æterna donata est: cuius christus ex semine tam crebro: & tanta euidentia tantaq; honorificentia cōmendatur. Periclitabit̄ etiā illud: qđ ad hebræos
Heb.11. de iustis antiquis dicitur: Quia pro nobis meliora prouiderūt:ne sine nobis perfectiꝓficerentur: si iā in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt quæ nobis ꝓficiēdis
1.Petri.3. in fine promittitur: Cur ergo Petrus eos tm̄ cōmemorare uoluerit:quibus in carcere Z inclusis euangelium prædicatum est:qui in diebus Noe cū fabricaretur arca increduli fuerūt? Vides q̄ latebrosum sit: & quæ me moueāt ne affirmare hinc aliquid audeā: huc accedit:quia cum dixisset apostolus: ꝙ & uos nunc simili forma baptisma saluos facit:non carnis depositio sordium:sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum per resurrectionem Iesu christi qui est in dextera dei: deglutiēs mortē: ut uitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus i cælos subiectis sibi angelis & potestatibus & uirtutib⁹:
1.Petri.4. cōtinuo subiecit: Christo igitur in carne passo:& uos eadem scientia armamini:qa qui passus est in carne desijt a peccatis: i hoc ut iā nō hoim desideriis: sed uolūtate dei qđ reliquū est in carne uiuat tempus. Deinde addidit: Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem hominū consūmatum ambulantes in libidinibus & cōcupiscentijs & ebrietate:comessationibus:potationibus & illicitis idolorum seruitutibus:In quo stupescunt non concurrere uos in eandem luxuriæ confusionē blasphemātes: quoniam reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. His dictis subnectit: Propter hoc enim & mortuis euangeliçatū est:ut iudicent̄ quidem scđm homines in carne:uiuāt autem scđm deum spiritu. Quē nō moueat ista profunditas? Mortuis dicit euāgeliçatum:quos profecto si intellexerimus qui de corpore exierunt:illi opinor erunt:de quibus supra dixit:Qui increduli fuerunt in diebus Noe:aut certe oēs quos apud inferos christus inuenit. Quid sibi ergo uult ut iudicentur quidē scđm homines in carne:uiuant autem scđm deum spiritu? Quomodo iudicantur in carne quā nō habent:si apud inferos sunt: uel quā nondū receperunt:si etiam a doloribꝰ inferni soluti sunt? Neq; enim si ut quærendo dicis:exinaniti sunt inferi omnes etiam qui tunc ibi fuerunt in carne resurrexisse credendi sūt: Aut qui resurgentes apparuerūt cum domino:ad hoc carnem receperunt:ut in ea iudicarent̄ scđm hominē: qđ nec de illis uideo quomodo accipi possit: qui increduli fuerūt in diebus Noe:non em̄ eos in carne uixisse scriptum est: Aut credi potest ideo solutos dolores inferni:ut q inde liberarentur:carnem ad luendam pœnam reciperent. Quid est ergo ut iudicētur scđm homi- &
nes in carne:uiuant aūt scđm deum spiritu? An forte hoc præstitum ē eis quos apud inferos christus inuenit:ut per euangelium uiuificarentur spiritu:q̄uis futura resurrectione in carne iudicādi sint:ut per aliquam carnis pœnam transeāt in regnū dei? Qđ si ita est:cur hoc tm̄ de illis qui quondā non crediderunt in diebus Noe:ac non etiam de cæteris quos illic christi uisitatio cōperit per euāgelij prædicationē spiritu reuixerunt:postea transitoria pœna in carne iudicādi? Qđ si de oīb⁹ acceperimus: manet quæstio:q̄re Petr⁹ eos tm̄ cōmemorauit q tunc increduli fuerūt cū fabricaretur arca? Mouet etiam illud:qđ hi qui de hac re conantur reddere rationem :ideo dicunt christum ad inferos descendisse :his qui ibi inuenti sunt illa loca pœnalia tāq̄ carceres exinanitos:quia non audierant euangelium:quod illis uiuentibus nondū toto orbe terrarum prædicabatur:& iustas habebant causas cur non credidissent qđ eis nō fuerat annūciatnm:deinceps autem non habituros excusationem:qui prædicationē euāgelij per omnes gentes celebratam diffusamq; contemnunt: & ideo illis tunc euacuatis carceribus iam iustum restare iudicium:quo cōtumaces & infideles etiā æterno igne puniantur. Nec attendunt qui hoc sentiunt hanc excusationem habere posse omnes: qui etiam post resurrectionem christi :anteq̄ ad eos euangelium ꝓueniret ex hac uita

emigrarunt. Neq; enim postea q̄ dominus remeauit ab inferis: nemo pmissus est iterum ire ad inferos: nisi audito euangelio: cum tam multi morerentur in toto orbe terrarum: anteq̄ ad eos hæc annunciatio perueniret: qui oēs habebunt excusationem quæ ablata dicitur eis: quibus dominus cum uenisset qui ante non audierant in inferno dicitur prædicasse. An forte dicatur etiam istos qui post domini resurrectionē: non dum sibi annūciato euangelio mortui sunt siue moriūtur: illic apud inferos audire potuisse uel posse: ut illic credant quod de christi ueritate credēdum est: & habeant etiā ipsi remissionem ac salutē quā illi meruerūt: quibus ipse christus annūciauit. Neq; ēm quia rursus ascendit christus ab inferis: ideo ibi fama eius extincta est: nā & hinc ascendit in cælum: & tamē eius annūciatione qui in eū crediderunt salui erūt. Ideo quippe exaltat⁹ est: & donatū est ei nomē qđ ē sup oēm nomē: ut in noie ei⁹ omne genu flectatur: non solum cælestium & terrestrium: uerūetiam infernorum. Sed hāc opinionem si admittimus: qua putari potest homies qui cum uiuerent minime crediderūt: posse in christum apud inferos credere: quis ferat? Quæ cōsequēter absurda fideiq; cōtraria. Primum ne frustra dolere uideamur eos qui sine ista gratia de corpe exierunt frustraq; curam gerere atq; instanter hortari: ut eam homies priusq̄ moriantur percipiāt: ne sempiterna morte puniantur: Aut si illi tm̄ apud inferos inutiliter atq; infructuose credunt: qui euangelio sibi annūciato hic credere noluerunt: Illis autem proderit credere: qui non hic cōtempserunt qđ audire minime potuerūt: Aliud sequitur absurdius: ut hic non sit euangelium prædicandū: quoniam omnes utiq; morituri sunt: & sine ullo reatu contempti euangelij uenire ad inferos debent: ut eis prodesse possit cū ibi crediderint: Qđ sentire impie uanitatis est. Qđ obrē teneamus firmissime qđ fides habet fundatissima auctoritate firmata: quia christus mortuus est scd̄m scripturas: & quia sepultus est: & quia resurrexit tertia die scd̄m scripturas: & cætera quæ de illo testāte ueritate conscripta sūt: In quibus etiam hoc est: ꝙ apud inferos fuit solutisq; eorū doloribus: quibus eum erat impossibile detineri: a quibus etiam recte intelligitur: soluisse & liberasse quos uoluit: corpusq; qđ in cruce reliquerat in sepulchro positum recepisse. In illa uero quam proposuisti de uerbis Petri apostoli quæstione: quoniam quæ me moueant pspicis: Et alia fortasse si diligētius discutiātur possunt mouere: uel apud nos ea cogitando: uel quos dignum est: & si possumus consulendo quæramus. Cōsidera tamen ne forte totum illud qđ de conclusis in carcere spiritibus: qui in diebus Noe non crediderant: Petr⁹ apostolus dicit: omnino ad inferos nō ptineat: sed ad illa pot⁹ tempora quorum formam ad hæc tempora trāstulit. Illa quippe res gesta: forma fuerat futurorū: ut hi qui modo non credunt euangelio: dum in omnibus gentibus ædificatur ecclesia: illis intelligantur esse similes qui tunc non crediderūt cum fabricaretur arca. Illi autem qui crediderunt: & per baptismum salui fiunt: illis comparētur qui tūc in eadem arca salui facti sūt per aquam. Vnde ait: Sic & uos simili forma baptisma saluos facit. Ad banc igitur formæ similitudinem: cætera etiā de incredulis coaptemus: & non suspicemur ꝙ apud inferos ad faciendos fideles atq; liberādos euangeliū prædicatum sit: uel adhuc etiam prædicetur: quasi & ibi sit ecclesia cōstituta. Ad illū ergo sensum qui te mouit: ideo uidentur attracti qui hoc Petrum sensisse crediderunt: quia dixit: conclusis in carcere spiritibus prædicatum: quasi animæ non possint intelligi spiritus q tunc erāt in carcere: atq; ignorātiæ tenebris uelut carcere claudebāt: De quali carcere se desiderat liberari ille qui dicit: Educ de carcere animā meā ut cōfiteat̄ nomini tuo: quæ alibi umbra mortis appellatur. De qua non utiq; apud inferos: sed hic liberati sunt: de quibus scriptū est: Qui sedebāt in umbra mortis: lumen ortum ē eis. Illis autem in diebus Noe frustra prædicatum est: quia nō crediderūt: cum expectaret eos dei patientia p tempus cētum annor̄: quibus arca eadem fabricata est. Nam eius etiam fabricatio quodāmodo prædicatio fuit: Sicut modo similes eor̄ nō credūt: qui sub eadem forma ignorātiæ tenebris: uelut carcere concludūtur: frustra intuentes ecclesiam toto mundo construi iminente iudicio tanq̄ diluuio: quo tunc oēs increduli perierūt. Ait quippe dominus: Sicut in diebus Noe: ita erit & in diebus filij hominis.

Pbil. 2.

Pō. 141.

Esa. 9.

Luc. 17.

Manducabant:bibebant:nubebant:uxores ducebant:donec intrauit Noe in arcam:
uenit diluuium & perdidit omnes. Sed quia ea res gesta etiam futuram rem significa/
bat:Ideo ibi diluuiū & baptismū significauit fidelib⁹:& infidelib⁹ pœnā:Sicut in figura
nō rei gestæ:sed tātūmodo dictæ:qđ de lapide scriptum ē quo significat⁹ est xp̄s:duo
quædam prænunciata sunt:& infidelibus offendiculum & fidelib⁹ ædificiū. Aliquādo
autem in eadem figura uel gesta uel dicta: etiam duæ res aliquid unū significant:sicut
fideles significauerūt ligna quæ in arcæ fabrica coaptata sūt: eosdēq; etiā animæ octo
quæ in eadem arca liberatæ sunt:quomodo in illa euangelica similitudine de ouili idē
ipse christus est & pastor & ianua. Nec moueat ad impediendum istum intellectum: C
ꝙ eūdem christum dixit apostolus Petrus prædicasse illis in carcere cōclusis:q quōdā
non crediderant in diebus Noe:ut ideo non arbitremur hoc intelligendū:quia illo tē/
pore nondū uenerat christus. Nondum em̄ uenerat scilicet in carne:sicut uenit quan/
Baruch.3. do post hæc in terra uisus est:& cum hominibus cōuersatus ē. Verūtn̄ ab initio gene/
ris humani:uel ad arguendos malos:sicut ad Cain: ac prius ad ipsum Adam uxorēq;
eius:uel ad consolandos bonos:uel ad utrosq; admonendos:ut alij ad salutē suam cre
derent:alij ad pœnam suam non crederēt:ipse utiq; non in carne:sed in spiritu uenie/
bat:uisis congruis alloquēs quos uolebat sicut uolebat. Q2 autem dixi:in spiritu uenie/
bat:Et ipse quidem filius in substātia deitatis:quoniam corpus non est:utiq; spirit⁹ est.
Sed quid facit filius sine spiritusancto:uel sine patre:cum inseparabilia sunt omnia opera
trinitatis:Ipsa quoq; scripturæ uerba:de quibus agitur:satis hoc ut puto indicant eis q
1.Petri.3. diligenter attendunt: Quia christus inquit semel ꝓ peccatis nostris mortuus est:iust⁹
ꝓ iniustis:ut nos adducat deo:mortificat⁹ quidem carne:uiuificatus autem spiritu: In
quo & his qui in carcere cōclusi erāt spiritibus adueniēs prædicauit qui increduli fue/
rant aliquādo:quādo expectabat dei patientia in diebus Noe cum fabricaret arca:lā
ut arbitror attēditur forma uerborum:Christus mortificatus carne:uiuificat⁹ aūt spi/
ritu. In quo spiritu adueniens prædicauit & illis spiritib⁹ q increduli fuerāt aliquādo in
diebus Noe:quoniam priusquā ueniret in carne pro nobis moriturus:quod semel fe/
cit:sæpe antea ueniebat in spiritu ad quos uolebat:uisis:eos admonens sicut uolebat
utiq; in spiritu:quo spiritu & uiuificatus est: cum in passione esset carne mortificatus.
Quid est em̄ ꝙ uiuificatus est spiritu: nisi ꝙ eadem caro qua sola fuerat mortificatus:
uiuificante spiritu resurrexit? Nam ꝙ fuerat anima mortificatus Iesus: hoc est eo spi/ D
ritu qui homis est:quis audeat dicere:cum mors animæ nō sit nisi peccatum:a quo ille
omnino immunis fuit cum pro nobis carne mortificaret? Si em̄ oium hominū animæ
Ro.5. ex illa una sunt quæ insufflata est primo homini p quem peccatum intrauit in mundū
& p peccatum mors:& ita in omnes homies ptransijt: Aut si nō est inde anima christi:
quoniam nullum habuit omnino peccatum:uel originale:uel ꝑprium: propter qđ ei
mors debita uideretur:ꝑ nobis eam quippe quā nō debebat exoluit:in quo princeps
mundi mortisq; præpositus nihil iuenit. Neq; em̄ absurdum est: ut qui primo homini
animam creauit:crearet & sibi: Aut si & ipsa inde est eam suscipiendo mūdauit:ut sine
ullo prorsus peccato:uel perpetrato:uel traducto ad nos ueniens de uirgine nascere/
tur? Si autem animæ non ex illa una propagāt:& sola ex Adam caro trahit originale
pctm̄:ita sibi creauit aiam dei filij:ut cæteris creat:quā nō tn̄ carni peccati miscuit: sed
similitudini carnis peccati. Sūpsit em̄ ex uirgine uerā qdē carnis substātiā: nō tn̄ peccati
carnem:quia non ex carnali concupiscētia:siue seminatam siue cōceptam: mortalem
sane ac per ætates mutabilē: tāq; carni peccati sine peccato simillimā. Ac per hoc quæ
cuq; de anima opinio uera sit:quarum nullam temere affirmare adhuc audeo: nisi tm̄
illam repudiare:qua creduntur animæ ꝑ meritis:nescio quorum superioꝝ actuū suoꝝ:
singulæ in singula corpora tanq̄ in carceres trudi:Certe anima christi non solum imor
talis scđm cæterarū naturā: sed ea iam nullo mortificata peccato uel damnatione pu/
nita est:quibus duabus causis mors animæ intelligi potest: & ideo non scđm ipsā dici
potuit christus uiuificat⁹ spiritu. In ea re quippe uiuificatus est in qua fuerat mortifica
tus:ergo de carne dictum ē. Ipsa em̄ reuixit aia redeunte:quia ipsa erat mortua aia re/
cedente. Mortificatus ergo carne dictus est:quia scđm solam carnē mortuus est:uiui/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ficatus autē ſpiritu: quia illo ſpiritu operāte i quo ad quos ueniebat & prædicabat: etiā
E ipſa caro uiuificata ſurrexit: in qua modo ad homies uenit. Proinde etiam illud quod
poſtea dictum eſt de incredulis: q reddent rationē ei qui paratus eſt uiuos & mortuos
iudicare: non eſt conſequens: ut eos hic intelligamus mortuos q de corpore exierūt:
Fieri em̄ poteſt ut mortuos dixerit infideles: hoc ē in anima mortuos: de qualibus di-
citur: Dimitte mortuos ut ſepeliant mortuos ſuos: Viuos autē q credunt in eū nō fru- Matth. 8.
ſtra audientes: Surge q dormis & exurge a mortuis: & illuminabit te chriſtus. De qua- Eph. 5.
libus etiā ipſe dn̄s dicit: Venit hora & nūc eſt quando mortui audient uocem filij dei Joh. 5.
& qui audierint uiuēt. Proinde etiam qd̄ ſequit̄ & dicit Petr⁹: Propter hoc & mortuis 1. Petri. 4.
euangeliçatū eſt: ut iudicent̄ quidem ſc̄d̄m homies in carne: uiuant autē ſc̄d̄m deū ſpi-
ritu: nō cogit apud inferos intelligi. Propterea em̄ in hac uita & mortuis euāgeliçatū
eſt: id eſt infidelib⁹ & iniquis: ut cum crediderint: iudicentur quidē ſc̄d̄m homines in
carne: hoc eſt in diuerſis tribulationibus: & in ipſa morte carnis. Vnde idem apoſtol⁹
alio in loco dicit: tempus eſſe ut iudicium incipiat a domo dn̄i: uiuant autem ſc̄d̄m de- Abi ā
um ſpiritū: quia & in ipſo fuerant mortificati cum morte infidelitatis & impietatis de-
tinerentur. Hæc expoſitio uerborum Petri cui diſplicet: ul' cui etiam ſi non diſplicet:
non tamen ſufficit: quærat ea ſc̄d̄m inferos intelligere: qui ſi ualuerit illa qbus me mo-
ueri ſupra cōmemoraui ita ſoluere ut eorum auferat dubitationē imptiat & mihi: qd̄
ſi factum fuerit: poterunt illa uerba utroq; modo intelligi: iſta ſentētia de nulla falſita-
te cōuincitur. Ad illas aūt quæſtiones quas ante miſiſti: excepta dei uiſione p corpus
unde maius opus moliendū eſt: ut potui reſpōdi: & p Aſellū diaconū miſi: qd̄ te acce-
piſſe iam puto. In recēti autē cōmonitorio tuo cui nunc reſpōdi: duo quæſieras: quoꝝ
utrūq; tractatum ē: unū latius: alterū breuius: de Petri ſcilicet apl̄i uerbis: & de anima
dn̄i. Exemplum ſane litteraꝝ tuaꝝ quæ continent interrogationē: utꝝ dei ſubſtantia
corporaliť uelut in loco uideri poſſit & apud nos: neſcio quomodo aberrauerint: nec
inueniri cū diu quærerent̄ potuerūt: iteꝝ admoneo mittere ne graueris.

¶ Sancti Auguſtini ad Euodiū: ſibi fratrē Barbaꝝ cōmēdantis. Et ſimul iuxta priora
interrogata de egreſſu animæ a corpore quēadmodū ad corporalia loca ferri poſſit:
uel locis corporalib⁹ detineri: determinātis. Epl'a. C.

E Domino beatiſſimo & uenerabili fratri ac cōſacerdoti meo Euodio & tecū fra-
d tribus: Auguſtinus & mecum frartres in domino ſalutem. Frater iſte nomine
Barbarus ſeruus dei eſt: iam diū apud hipponē cōſtitut⁹: & uerbi dei feruidus
ac ſtudioſus auditor: deſiderauit ad tuam ſanctitatē lr̄as noſtras: in qbus tibi eū in do-
mino cōmendamus tibiq; p eum ſalutem debitam dicim⁹. Litteris aūt ſanctitatis tuæ
quibus ingētes texuiſti quæſtiones: reſpōdere operoſiſſimū eſt: etiā ocioſis & multo
maiore q̄ nos ſumus prædītis facultate diſſerēdi & acrimonia intelligēdi. Duarū ſane
epiſtolaꝝ tuaꝝ: quibus multa & magna cōqueris: Vna neſcio quomodo aberrauit: &
diu quæſita non potuit repiri: Altera uero quæ inuēta eſt habet cōmēdationē ſuauiſ-
ſimā ſerui dei boni & caſti adoleſcētis: quō ex hac uita migrauit: & qb⁹ uiſionū frater-
narum atteſtationibus meritum eius nobis inſinuari potuerit. Deinde ex hac occaſi-
one, pponis & uerſas de anima obſcuriſſimā quæſtionem: utrum cum aliquo corpore
egrediatur e corpore: quo poſſit ad corporalia loca ferri: ul' locis corporalib⁹ cōtineri.
Huius igitur rei tractat⁹: ſi tamen ad liquidū a talib⁹ quales nos ſumus examinari pōt:
curam atq; operam negocioſiſſimā poſtulat: ac per hoc mētem ab his occupationib⁹
ocioſiſſimā. Si autem breuiter uis audire quid mihi uideať: nullo modo arbitror aiam
e corpore exire cū corpore: uiſiones aūt ille futurorumq; prædictiōes quomodo fiant
ille: iam explicare cauetur: qui mouit qua ui efficiant̄ in unoquoq; animo tanta cum
cogitat. Videm⁹ em̄ planeq; cernim⁹ in eo fieri rerū multaꝝ uiſibilium: & ad cæteros
corporis ſenſus ptinentium: inumerabiles imagines: quæ non intereſt q̄ ordinate uel
turbide fiant: ſed tm̄ quia fiunt: qd̄ manifeſtum eſt: qua ui & quō fiant quiſquis potu-
erit explicare: quæ oia certe quotidiana ſunt atq; continua: audeat præſumere aliqd
ac definire: etiā de illis rariſſimis uiſis. Ego autē tanto minus hoc audeo: quāto minus

id quoq; in nobis qđ uita continua uigilantes dormientesq; experimur: quo pacto fiat
De Cura pro mortuis. cā. 11 explicare sufficio. Nā cum ad te dictarem hanc epistolā: teipsum animo contuebar: te
utiq; absente atq; nesciēte: & quomodo possis his uerbis moueri scđm noticiam quæ
mihi de te inest imaginabar: atq; id quo nam modo in animo meo fieret: capere ac iue
stigare non poteram: certus tamen nō fieri corporeis molibus: nec corporeis quali-
tatibus cum corpori simillimū fieret: Hoc iterum habeas: ut ab occupato & festinā te
De Gen ad lrām. li. 12. dictatum. In duodecimo autem libro eorum quos de genesi scripsi: uersatur hæc quæ-
stio uehemēter: & ex multis rerum expertarum atq; credibiliter auditarū disputatio
illa siluescit. Quid in ea potuerimus uel effecerimus cum legeris iudicabis: si tamē do-
minus dignabitur donare: ut eos mihi libros quantū possum congruēter emendatos
iam liceat edere multorū fratrum expectationi: non iam longa disputatione suspēde-
re. Narrabo autem unū aliquid breuiter unde cogites: Frater noster Gennadi⁹ notis- G
simus fere omnibus: nobisq; charissimus medicus: qui nunc apud carthaginem degit:
& romæ suæ artis exercitatione præpolluit: ut hominē religiosum nosti: atq; erga pau
perum curam impigra misericordia facillimoq; animo benignissimū: dubitabat tamē
aliquando ut modo nobis retulit: cum adhuc esset adolescens: & in his elemosynis fer
uentissimus: utrum esset ulla uita post mortem. Huius igitur mentem & opera miseri
cordiæ: quoniam deus nullo modo desereret: apparuit illi in somnis conspicuus iuue-
nis & dignus intēdi: eiq; dixit: Sequere me: quem dum sequeretur uenit ad quādā ci-
uitatem ubi audire cœpit a dextera parte sonos suauissimæ cantilenæ ultra solitā no-
tamq; suauitatem. Tunc ille intēto: quid nam esset: ait: hymnos esse beatoꝝ atq; san-
ctorum. Sinistra autē parte quid se uidisse retulit: non satis memini: euigilauit: & som-
nium ut fuit: tantūq; de illo: quantum de somno cogitauit. Alia uero nocte: ecce idem
ipse iuuenis eidem rursus apparuit: atq; ab illo utrum cognosceretur iterrogauit: Re-
spondit iste: q eū bene pleneq; cognosceret. Tunc ille quæsiuit ubi se nosset. Nec me-
moriæ defuit quid iste idem responderet: totumq; uisum illud hymnosq; sanctorū ad
quos audiendos eo duce uenerat: q̄ recentissimos recordabat facilitate narrauit. Hic
ille percunctatus est: utrum nā id qđ narrauerat in somnis uidisset an uigilans: respon-
dit in somnis. At ille: Bene inquis recolis: uerum est in somnis illa uidisti: Sed etiā nūc
in somnis te uidere scias. Hic cum audisset ista: ita esse credidit: atq; id responsione fir-
mauit. Tunc qui hominē docebat: adiecit & ait: Vbi est modo corpus tuū? Ille respon
dit: in cubiculo meo. Scis ne inquit ille in eodem corpusculo nūc illigatos esse & clau-
sos & ociosos oculos tuos nihilq; illis oculis te uidere? Respōdit: scio. Tūc ille: qui sūt
ergo inquit isti oculi quibus me uides? Ad hoc iste non inueniens quid responderet:
obticuit. Cui bæsitāti: ille qđ his interrogationibus docere moliebatur aperuit: & con
tinuo sicut inquit illi oculi carnis tuæ utiq; in dormiente atq; in lectulo iacente nunc ua
cant nec aliquid operantur: & tamen sunt isti quibus me intueris & ista uteris uisione:
ita cum defunctus fueris nihil agentibus oculis carnis tuæ uita tibi inerit qua uiuas sen
susq; quo sentias. Caue iam deinceps ne dubites uitam manere post mortē. Ita sibi ho-
mo fidelis ablatam dicit huius rei dubitationē. Quo docente nisi prudentia & miseri
cordia dei? Ista narratione dixerit aliquis tātæ rei nos non soluisse: sed auxisse quæsti- H
onem: uerūtamen cum his uerbis credere liberum cuiq; sit seipsū quisq; habet quo se
auocet: Profundissima quæstio est: & uigilat hō quotidie & cogitat: homo dicat unde
fiant ista similia formis: similia qualitatibus: similia motibus corporum: nec tamen ma-
teriæ corporali: dicat si potest. Si autem non potest: qđ se præcipitat de rarissimis aut
inexptis: quasi definitā ferre sententiā cū continua & quotidiana non soluat? Ego aūt
q̄uis quō fiant ista ueluti corporea sine corpore: uerbis prorsus explicare nō possum:
tū sicut scio nō ea corpore fieri: utinā sic scirem quō discernerent quæ uident aliquā-
do p spiritū: & p corpus uideri putantur: quō distinguant uisa eoꝝ: quos error uel im-
pietas plærūq; deludit: quādo uisis piorum atq; sanctorum similia plæraq; narrantur:
quorū exempla si cōmemorare uoluissem: tēpus mihi potius q̄ copia defuisset. In dñi
misericordia uegeteris dñe beatissime & uenerabis: & desiderabilis frater.

¶ Sancti Augustini ad Euodium: de difficultate ad importunas singulorū quæstiones respōdēdi præmittentis: Vtrū etiam anima præsens sit cum in somnis uideat: & utrū oculis corporeis filiꝰ patrē uideat aliquid tractantis. Epl'a. Cl.

Domino beatissimo & uenerabili fratri & coepiscopo Euodio & tecū fratribus: Augustinus & mecum fratres in domino salutem. Multa quæris ab hoie multum occupato: & qđ est grauius ea putas præcipitari debere dictādo: quæ sūt tam difficilia ut cum magna diligentia dictata uel scripta uix præduci possint ad intellectum: etiam taliū qualis ipse es. Huc accedit: quia nō tu & tales tantūmodo cogitādi estis lecturi esse qđ scribimus: sed utiq; & illi qui minus acuto minusq; exercitato ingenio prædīti: eo tamen studio feruntur ad cognoscendas litteras nostras: siue amico siue inimico animo: ut eis subtrahi omnino nō possint. Ista cogitāti cernis quāta cura in scribendo esse debeat: præsertim de rebꝰ ita magnis ut in eis & magni laborēt. Si autē cum aliqd in manibus habeo præmittendū est & differendū ut ad ea potiꝰ respōdeatur quæ supuenientia requiruntur? Quid fiet si etiā ipsis dum respondetur alia supuenerint? Nā placet ut etiā bis omissis illa suscipiant: & semp priora fiant: quæ posteriora aboriūt: eaq; sola termiare cōtingat: qbꝰ cū scribūt nō supuenerit aliqd qđ quærat: Qđ ut mihi accidat difficillimū ē: sed ñ opinor tibi hoc placere Nō ergo debui alia intrūpere cū tua supuenissent: sic nec tua si alia rursus irruerent: & tñ seruare hāc iusticiā nō sinor. Nā ecce ut tibi hæc ipsa rescribērē: itermisi quæ agebā: & animū meū ad hāc epl'am: ad alia magna intētione detorsi. Facile autē fuit banc excusationē ut arbitror nō inquā litteris inditam tibi remittere: respondere aūt inquisitionibꝰ tuis nō ita facile est: & puto in ipsis opusculis quæ me nūc intentissimū detinent: non defutura quædam loca ubi hæcipsa expediam quæ requiris si dominus fauerit. Iam etiā ex his quæstionibus quas modo misisti: multa soluta sunt in eis libris quos nōdū edidi: siue de trinitate: siue de genesi: q̄q̄ & illa si relegas quæ tibi iam diu nota sūt: ul'nisi fallor fuerūt: quia ea fortasse oblitus es quæ te cōferēte mecū ac sermocināte cōscripsi: siue de animæ quātitate: siue de libero arbitrio: Inuenies unde dissoluas: & sine mea opera dubitationes tuas: adhibito scilicet nōnullo labore cogitationis: ut his quæ ad itellectum liquidum certumq; pducta sunt consequentia nectantur. Habes etiam in libro de uera religione: quem si recoleres atq; perspiceres nūq; tibi uideretur ratione cogi deū esse: uel ratiocinando effici deum esse debere. Quādoquidē in ratione numeroꝝ: quā certe in usu quotidiano habemus: si dicimus septem & tria decem esse debent: minus cōsiderate loquimur: nō em decem esse debēt: sed decem sūt. De quibus itaq; rebꝰ recte dicatur: q̄ esse debeant: siue iam sint: siue ut sint: satis quātū arbitror disputauimus in eis libris quos cōmemorauí. Homo enim sapiens esse debet: si est ut maneat: si nondū est ut fiat: deus autē sapiens non esse debet: sed est. Illa quoq; de uisis quæ tibi nuperrime scripsi: & ea cōmemoras subtiliter dicta: Sed maioribus te quæstionibꝰ implicasse recense etiā atq; etiam & cognita diligentius non ptranseat: sed habitet in eis consideratio tua: & inde fortasse utcunq; conijcies: quomodo sit anima præsens ul'absens. In eis quippe uisis demorat in somnis: cum abest a sensu præsentiaq; cernēdi quā præbet oculis uigilans: banc ab oculis: hoc est tanq̄ a luminaribus corporis animæ absentiam quæ fit cum dormimus: si uis maior augeat ut totum quod est inde subtrabatur mors est. Sicut ergo a cernendi sensu ad uisa somniorum: nō cū aliquo corpe abscedit nisi forte illa quæ uidētur in somnis corporea nosq; ipsos inter illa ferri ac referri cum aliquo corpore existimabimꝰ: qđ iam tibi arbitror non uideri: Ita si tota penitus abstrahatur atq; absit: qđ fit in morte non secū putāda est auferre aliqđ corpus ex corpore. Nam si auferret: pfecto etiam cum dormimꝰ: & abscedit ab oculis: inquātū eos relinquit: intantum oculos secum auferret quālibet subtiliores corporeos tamen: qđ non facit: uerūtñ aufert secum quosdam simillimos: sed nō corporeos: quibus uisa simillima cernit in somnis: sed nec ipsa corporea. Porro si aliquis cōcedat etiam uisa somniorum: quæ similia corporibus apparēt: nō esse nisi corporea: uideat sibi aliquid dicere: nec ista ingenij tarditas facile conuincitur. Multorū quippe est etiā non mediocriter

2. Retrac. ca. 15. cr. 24.

1. Retrac. 7. c. 8

1. Retrac. 12

k

acutorum:quoniam parum attendunt quãtum uideãt imagines corporum:quæ fiũt in spiritu:nec omnino sunt corpora. Cum uero eas cogũt intueri: si recte aduerterint atq; cõpererint:nõ eas esse corporeas:sed corpoꝝ similliмas: rationem tamen de bis non continuo ualent reddere:quibus causis & quemadmodum fiãt:qua denicq; natura sua subsistant:uel in quo subiecto sint:utrum ita in animo fiant ut in membrana ex atramento litteræ:ubi utraq; substantia est & membrana scilicet & atramentum:an sicut sigillum in cæra: uł figura quælibet cui cæra subiectum est illa in subiecto:an utroq; modo fiant ista in spiritu nostro:aliquando sic:aliquando autem sic. Mouent em̃ nõ solum ea:quæ absunt a sensibus corporis:& in nostra reperiuntur memoria: uel quæ nosipsi ut libitum est:facimus:disponim⁹:augemus:minuim⁹:situ:habitu:motu innumerabilibus qualitatibus formisq; uariamus: Talia sunt fortassis etiam illa quibus deludimur dormientes: quando non diuinitus admonemur: nisi q̃ hæc uolentes agimus:illa præter arbitrium patimur. Nõ solum hæc mouent:quæ in animo de ipso animo fieri non absurde quis putat: q̃uis & hoc causis occultioribus quibus agit ut istud potius q̃ illud in conspectu animi ueniat: sed etiam quod ait propheta: Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me. Neq; enim forinsecus uoces ad aures corporeas prophetæ uenisse credendum est:cum dicit:loquebatur in me:non ad me:utrum uoces erant de spiritu factæ corporalibus: similes quales agimus cum apud nos taciti multa memoriter:plærunq; etiam cantando transcurrimus:sed tamen editæ ab angelo sibi suggerente: & quod in euangelio scriptum est:Ecce angelus dei apparuit illi in somnis dicẽs: Quomodo em̃ apparuerit:uel corpus angelicũ oculis clausis? Abraæ quippe uigilanti sic apparuerunt:ut eos cum pedes lauit eis contrectando sentiret: uel spiritus spiritum dormientis in specie aliqua simili corpori: sicut nosipsi nobis uidemur. Tali figura etiam per loca moueri somniales:lõge aliter q̃ mẽbra i stratis iacentia mouent hæc:& ideo mira sunt:quia occultiorem habent rationẽ q̃ uideri uel reddi ab homine homini possit. Nam istæ causæ sunt admirationis:cũ uł ratio cuiusq; rei latet: uel eadem res usitata non est:q̃ aut singularis:aut rara est. Ex illa ergo causa latentis rationis:ego dixi in epistola: quã te legisse cõmemoras:cũ eis responderem qui negãt esse credendum:q̃ christum uirgo peperit:uirgo permanserit. Si ratio quæritur:nõ erit mirabile:hoc em̃ dictũ est:non q̃ ratione res careat:sed q̃ eos lateat: quib⁹ hoc deus uoluit esse mirabile. Ex alia uero admirationis causa:quæ ideo est quia insolitum aliquid occurrit:scriptum est de domino:q̃ miratus sit Cẽturionis fidẽ: Neq; em̃ eum rei nullius ratio potuit latere: sed admiratio ꝓ laude posita est eius cuius par in populo bonæ non apparuerat. Vnde ipsa admiratio satis expolita est:cum dominus ait: Amẽ dico uobis:non inueni tantam fidem in israel. Qđ autem adieci in eadem epistola: Si exemplum poscitur:nõ erit singulare:frustra tibi uisus es uelut exempla inuenisse de uermiculo qui i pomo nascitur: & aranea quæ filum textrinæ suæ corpore uelut integro parit. Dicunt em̃ aliqua argute cuiusdã similitudinis gra:alia remoti⁹:alia cõgruentius:sed solus christus nat⁹ est ex uirgine:unde iã intelligis quãtũ æstimo cur hoc esse dixerim sine exemplo. Habẽt itaq; oĩa causas suas atq; rationes rectas & inculpabiles: quæ de⁹ uel usitata uel inusitata operatur. Sed hæ causæ atq; rationes cum latẽt:miramur quæ fiunt: cũ autẽ patent:cõsequẽter ea uel cõueniẽter fieri dicim⁹: nec mirãdũ esse:quia facta sunt:quæ ratio exigebat ut fierent: Aut si miramur non inopinata studendo:sed excellentia laudando miramur. Quo genere admiratiõis Cẽturio ille laudat⁹ est: Nec ideo reprehẽdẽda est sententia qua dictũ est: Si ratio quæriẽ nõ erit mirabile:qm̃ est aliud genus admirationis etiã cum ratio manifesta est admiranti. Neq; enim ꝓpterea culpatur sententia qua dictum est: De⁹ neminẽ temptat:quoniã ẽ aliud genus temptatiõis: ꝓpter qđ recte itidem dictum est: Temptat uos dns deus uester. Nec quisq; existimet ideo merito posse dici corporeis oculis a filio patrem uideri: an non potius sicut a patre filium:quia illi qui hoc putant cum in reddenda ratiõe defecerint:possunt & ipsi dicere:si ratio quærit non erit mirabile:hoc enim dictum est:nõ qa non est ratio:sed quia latet. Illius autẽ non miraculi:sed erroris demõstrare debet nul-

Zacharie.1. Matth.1. Actũ.18. Luc.7. Jacobi.1. Deutſ.13.

lam esse rationem quisquis id opinantes repellere aggreditur. Sicut em̄ nulla ratio est qua dei natura moriatur: aut corrumpat: aut peccet: & cū hoc deum nō posse dicim⁹: nō derogamus potestati eius: sed æternitatē ueritatemq; laudamus: Ita cum dicimus nō posse uideri oculis corporis: non latet sed patet ratio bene intelligētib⁹: qua perspicuū est deū corpus nō esse: nec aliquid corporeis oculis cerni posse nisi qd alicuius interualli interpositione cernat. Id autem non nisi corpus esse: eamq; substantiā quæ minor sit in parte q̄ in toto: qd de deo credere nefas esse debet: etiā his qui hoc intelligere nondum ualent: latet ratio diuersarū cōmutationū. Hinc est otium uisibiliū siluarū miraculoꝝ. Nūquid tamē ideo latet esse corpora habere nos corpus: nullū esse quātulūcūq; corpusculū qd nō ꝓ suo modo loci occupet spacium? Nec in eo qd occupat ubiq; sit totū: sed minus sit in parte q̄ in toto. Hæc qm̄ non latent: his cōtexenda sunt cōsequentia: qd nunc facere nimis longum est: quib⁹ ostēdat nō rōnem latere: sed rationem omnino nullā esse qua credi debeat: uel possit intelligi deū qui ubiq; totus est per spacia locoꝝ corporea mole diffundi: in qua necesse habeat partibus maioribꝰ minoribusq; cōstare: cerni corporeis oculis posse. Vnde plura dicerem si hoc in epl'a ista suscepissem: in cuius longitudinē nō sentiēs: ꝓgressus sum pene oblit⁹ occupationum meaꝝ. Ita ut fortasse qd nō arbitrabar attētioni tuæ satisfecerim: qui potes paucis admonitus plura cogitare quæ cōpetūt. Sed nō etiam eoꝝ in quoꝝ manus nō inaniter uenire ista possunt: si diligentius & copiosius differant. Laborant aūt hoies in discendo: & breuia nō ualēt intelligere: ꝓlixa non amant legere: Laborant itidem in docendo: qui & pauca tardis: & multa pigris frustra ingerūt. Mitte & illius epl'æ exemplum quæ apud nos aberrans non potuit inueniri.

Sancti Augustini ad Euodiū de trinitate: & columba qua spūssanctus demonstratus est differentis. Epl'a. CII.

OAVgustinus episcopus: Euodio episcopo. Si ea quæ me magis occupant a qbus in aliūd auerti nolo: sanctitas tua nosse tāti habet: mitte aliquem qui tibi describat. Iam enim plura perfecta sūt quæ hoc anno ante pascha propinquāte quadragesima a nobis fuerant inchoata. Nam tribus illis libris de ciuitate dei contra dæmonicolas inimicos eius: duos alios addidimus: quibus quinq; libris satis disputatū arbitror aduersus eos: qui ꝓpter præsentis uitæ fœlicitatem deos colendos putāt: eam q; fœlicitatem a nobis impediri opinantes christiano nomini infesti sūt. Deinceps dicēdum est: sicut primo libro polliciti sumus: aduersus eos qui ꝓpter uitam post mortem futuram necessariū existimant cultū deoꝝ suorum: ꝓpter quā uitam nos christiani sumus: dictam etiam triū psalmoꝝ expositionē: nō paruis uoluminib⁹: sexagesimi & septimi: septuagesimi & primi: septuagesimi & septimi: Reliqui nōdum dictati neq; tractati uehemēter a nobis expectant atq; flagitantur ab his me reuocari & retrardariirruentibus de trāsuerso quibuslibet quæstionibus nolo: Ita ut nec libros de trinitate quos diu in manibus uerso nondū compleui modo attēdere uelim: qm̄ nimis operosi sūt: & paucis eos itelligi posse arbitror: unde magis urgēt quæ pluribus utilia fore P speram⁹. Nō em̄ ut scribis q ignorat ignorabit. De hac re dixit apl's: tanq̄ ista pœna illepidēdus sit: qui non ualet intelligentia sic discernere ineffabilē trinitatis unitatē: sicut discernit in animo nr̄o memoria: itellectus: uolūtas. Aliūde hoc dicebat apl's: Lege & uidebis ea quæ loquebat: quæ fidē uel mores multoꝝ ædificarēt: nō quæ uix ad paucoꝝ eāq; exiguā quātulacūq; in hac uita de re tāta esse pōt intelligētiā puenirent: id est ut linguis ꝓphetia præponeret: ut nō pturbate illa gererent: q̄si ꝓphetiæ spūs etiā inuitos loqui cogeret: ut mulieres in eccl'ia tacerent: ut oia honeste & scd'm ordinē fierēt. Hæc cū ageret ait: Si quis uidet esse ꝓphetа aut spiritalis agnoscat quæ scribo uobis: quia dn̄i est mandatū. Si quis autē ignorat ignorabit. His uerbis coercens: & ad pacificū ordinem reuocās inquietos: tāto ad seditionē faciliores: quāto sibi uidebant spū excellere cū supbiēdo cūcta turbarēt. Siqs ergo uidet ꝓphetа esse aut spiritalis: agnoscat inquit quæ scribo uobis: qa dn̄i ē mandatum: Si quis uidetur esse & utiq; non est. Nam qui est sine dubitatiōe cognoscit: nec admonitiōe & cohortatiōe op⁹

2. Retrac. 43

1. de Ciuitate dei. cā. 36.

2. Retrac. 15.

1. Cor. 12.

Ubi s

habet:quia omnia iudicat:& a nemine iudicatur.Illi ergo seditiones & pturbatiões in ecclesia faciebant:qui uidebantur esse in ecclesia qđ non erant. Hoc docet cognosce/
1.Cor.14. re domini esse mandatum:quia non est seditionis deus:sed pacis. Si quis autem igno/rat ignorabit̃:id est improbabitur.Nō em̃ deus: si ad scientiã referas:ignorat eos qui/ Q bus dicturus est: Non noui uos:sed eoꝝ improbatio hoc uerbo insinuata est.Cũ autẽ
Matth.5. dñs dicat:Beati mundo corde ꝙ m̃ ipsi deũ uidebũt:eaq; uisio nobis in fine sũmũ præ/mium ꝓmittatur:omnino est metuendũ si nunc ad liquidum quæ de dei creatura cre/dimus cõspicere nõ ualemus:ne inde sit dictum: Qui ignorat ignorabitur:quia em̃ i sa/
1.Cor.1. pientia dei non cognouit mundus per sapientiam deum:placuit deo p stultitiã prædi/cationis saluos facere credentes.Hæc stultitia prædicationis ac stultitia dei quæ sapi/entior est hominib⁹:multos contrabit ad salutem:ut non solũ qui nõdũ certa ualẽt in/telligentia cõspicere naturã dei quã fide tenẽt: uerũetiam qui nõdũ in ipsa anima sua ita corporeã substãtiam a corpis generalitate discernũt quẽadmodum certi sunt se ui/uere nosse uelle:Ideo sint alieni a salute quã stultitia illa prædicationis fidelib⁹ cõfert. Nã si ꝓpter eos solos chriſt⁹ mortu⁹ est ꝙ certa intelligẽtia possunt ista discernere:pe/ne frustra in ecclesia laboramus: Si autem qđ ueritas habet infirmi populi credentiũ ad medicũ currũt sanandi per chriſtũ:& hũc crucifixũ:& ubi abundauit peccatũ sup/abundet gratia:miris fit modis p altitudinem diuinam sapiẽtiæ & scientiæ dei:& p in/scrutabilia iudicia eius:ut & nõnulli a corporibus incorporea discernentes: cũ sibi ex hoc magni uidenť:& irrident stultitiã prædicationis:qua salui fiũt credentes: ab uni/ca uia longe exirent:quæ ad uitam æternam sola ꝓducit:& multi in cruce iusti glorã/tes:& ab eadem uia recedẽtes etiam qui ista quæ subtilissime disserunť ignorãt: quia non perit unus ex illis ꝓ qbus mortuus est: ad eãdẽ ueritatẽ pueniũt:ueritatem:cha/ritatem:id est ad stabilem certam plenãq; fœlicitatem:ubi manẽtib⁹: uidẽtibus:ami/tibus sint cuncta pspicua. Proinde in unum deũ patrẽ:& filiũ:& spiritũsantũ: firma pu/ R etate credamus.Ita ut nec filius credať esse qui pater ẽ:nec pater qui filius est:nec pa/ter nec filius qui utriusq; spũs est. Nihil putetur in hac trinitate tẽporibus locis ue di/stare: sed hæc tria æqualia esse & coæterna:& oino esse una natura : nõ a patre aliam: & a filio aliam:& a spiritusancto aliam cõditam esse creaturã : sed omia & singula quæ creata sunt uel creanť trinitate creante subsistere:nec quẽq; liberari a patre sine filio & spiritusancto:aut a filio sine patre & spiritusancto:aut a spiritusancto sine patre & filio: sed a patre & filio & spiritusancto:uno uero uereq; immortali : id est omnimodo incõ/mutabili solo deo.Multa aũt etiam seperatim in scripturis de singulis dici ut insinuet ꝙis insepabilis trinitas tamẽ trinitas:ut quẽadmodum simul dici nõ possunt cũ sonis corporalibus cõmemorãtur:ꝙis simul sint insepabiliter:Ita & quibusdã scripturarum locis:& p quasdam creaturas sigillatim uicissimq; mõstrentur.Sicut pater in uoce qua sonuit: Tu es filius meus:& filiꝰ in homie quẽ suscepit ex uirgine:& spũsanctus in co/lumbæ specie corporali.Hæc seperatim quidem:sed nullo modo separata tria illa de/monstrãt.Ad hoc utcunq; intelligendũ assumim⁹ memoriã :intelligentiã :uolũtatem. S Quis em̃ hæc suis sepatisq; tẽporibus sigillatim singula enunciem⁹: nihil tamen horũ sine alijs duobus agimus ut dicamus.Nec ideo putanda sunt hæc tria trinitati sic cõpa/rata:ut omni ex parte cõueniant. Cui em̃ similitudini in disputando cõuenientia tãta cõceditur : ut ei rei cui adhibenda est omi ex parte coaptetur:uel quãdo ex creatura ad creatorem aliqd simile assumitur? Primo ergo iuenitur similitudo dissimilis:ꝙ tria hæc memoria:intelligẽtia:uoluntas animæ insunt: non eadem tria est anima.Illa uero trinitas non ineſt:sed ipsa deus est:Ideo ipsa mirabilis simplicitas cõmendatur:ꝙ non ibi aliud ẽ esse:aliud intelligere:uel si quid de dei natura dicitur? Anima uero quia est etiam dum non intelligit:aliud est quidem esse:aliud est qđ intelligit.Deinde quis au/deat dicere patrẽ non intelligere p seipsum : sed p filium:sicut memoria nõ intelligit p seipsam:sed p intellectum:uel potius anima ipsa cui hæc insunt p intellectũ tãtũmodo intelligit:sicut per memoriam tantũmodo meminit:& p uolũtatem tantũmodo uultˇ Ad hoc ergo adhibetur ista similitudo:ut quoquo modo intelligať quẽadmodũ hoꝝ

trium in anima cum singula nomina enunciantur: quibus eadem singula demonstrantur: tamen unūquodq; nomen bis tribus cooperātibus enunciatur: cum & reminiscēdo & intelligendo & uolendo dicitur: Ita nullam esse creaturā in qua uel solus pater: uel solus filius: uel solus spūssanctus demonstret: quā nō simul trinitas operetur: quæ insepabiliter operatur: Ac per hoc nec uocem patris: nec animā & carnem filij: nec columbam spiritussancti esse factam: nisi eadem coopante trinitate. Nec sane sonus ille uocis qui continuo esse destitit: coaptatus ē in unitatem personæ spiritussancti. Nam ipsa quoq; sicut nubes illa illucida quæ operuit i monte cum tribus discipulis saluatorem: uel potius sicut ille ignis qui eundem spiritūsanctum demonstrauit officio significationis impleto mox esse desinit: sed solus homo qui ꝓpter ipsam naturam liberandam illa omnia fiebāt in unitatē personæ uerbi dei: hoc est unici filij dei mirabili & singulari susceptione coaptatus: ꝑmanente tamen uerbo in sua natura incōmutabiliter: in qua nihil compositi cum quo subsistat ulla phantasia humani animi suspicandū est.

T Legitur quidem & spūs sapiētiæ multiplex: sed recte dicitur etiā simplex. Multiplex em̄: quoniā multa sūt quæ habet. Simplex autem: quia nō aliud q̄ qđ habet est: Sicut dictus est filius habere uitam in semetipso: & eadem uita ipse est: homo autem uerbo accessit: non uerbū in hominē cōuertibiliter accessit: atq; ita & filius dei simul cum homine susceptо dicitur: unde idem filius dei incōmutabilis ē atq; coætern⁹ patri sed in uerbo solo: & sepultus ē filius dei sed in carne sola. Proinde quæ de filio dei uerba dicuntur: uidendū ē scd̄m quid dicantur. Non em̄ hoie assumpto personaꝝ numer⁹ auctus est: sed eadem trinitas mansit. Nam sicut in homie quolibet præter unum illū qui singulariter susceptus est: anima & corpus una ꝑsona est: Ita in christo uerbum & homo una ꝑsona est. Et sicut homo: uerbi gratia: philosophus nō utiq; nisi scd̄m aiam dicitur: nec ideo tñ absurde: sed congruentissima & usitatissima locutiōe dicimus philosophum cæsum: philosophū mortuū: philosophū sepultū: cum totū scd̄m carnē accidat: nō scd̄m illud qđ est philosophus: Ita christus deus dei filius: domin⁹ gl̄iæ: & si qd huiusmodi scd̄m uerbum dicitur: & tamen recte dicit̄: deus crucifixus: cum hoc eum scd̄m carnem passum esse: non scd̄m illud qđ dominus gloriæ est non habeatur incertum. Sonitus autē ille uocis & colūbæ species corporalis: & linguæ diuisæ uelut ignis: qui insedit super unūquēq; eorum: sicut illa in mōte syna: quæ terribili specie facta sūt: & sicut colūna illa nubis per diem & flāmæ per noctem: significatiua opatiōe acta atq; transacta sunt. Illud in his maxime cauendum est: ne cuiq̄ dei natura uel patris uel filij uel spiritussancti cōmutabilis & cōuertibilis esse credatur. Nec moueat ꝙ aliquando res quæ significat: nomen eius rei quā significat accipit. Spiritussanct⁹ dictus est corporali specie tanq̄ columba descendisse & mansisse super eum. Sic em̄ & petra christ⁹: qa

V significat christum. Miror autē tibi uideri sonitum uocis illi⁹ qua dictum est: Tu es fili⁹ meus: non mediante anima: sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse: & non tibi uideri eodem modo potuisse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem motūq; uiuenti similem diuino nutu nullo animali interposito spū. Si enim obtemperat deo creatura corporea sine uiuificātis animæ ministerio: ut edant̄ soni quales edi ex corpore animato solent: ut forma locutionis articulatæ auribus inferat̄: cur nō obtemperet ut sine animæ uiuificātis ministerio figura motusq; uolucris: eadem potētia creatotis ingerat̄ aspectib⁹? An sensus audiendi hoc mereri potest uidendi non pōt: cū ex iacenti materia corpis utrūq; formet̄: & qđ insonat & uocis articuli: & liniamēta membroꝝ & audibilis & uisibilis motus: ut est uerum sit: & ueꝝ sit corpus qđ sentitur corpis sensu: & nihil sit amplius q̄ sentit̄ corpis sensu? Anima em̄ i illo sensu corporis: uel in aliquo animāte sentit̄. Non igit̄ est opus quærere quō apparuerit columbæ species corporalis: sic nō quærimus quō sonuerint uoces articulati corporis. Si em̄ potuit anima nō esse media: ubi uox non quasi uox dicit̄ facta: quātomagis potuit ubi dicitur colūba: hoc uerbo significatū solam speciē corporalē oculis redditam nō naturā uiuentis animātis expressam. Hoc modo etiā illud dicit̄: Factus est subito de cælo son⁹ quasi ferret̄ flatus uehemēs: & uisæ sūt illis linguæ diuisæ uelut ignis: ubi dicit̄ species

Sap. 7.
Luc. 3.
Act. 2.
Exo. 19.
Exo. 13.
Act. 2.

quædã quasi flatus: & uelut ignis sensibilis usitatis similis notisq; naturis: non ipse usitatæ notæq; naturæ ad tempus factæ significari uidentur. Si autem subtilior ratio uel excellentior rei uestigatio demõstrat eam naturam: quæ nec temporaliter: nec localiter mouetur: nõ moueri nisi p illam quæ temporaliter tm̃ non localiter moueri põt: consequens erit ut omnia illa per ministeriũ creaturæ uiuentis effecta sint: sicut p angelos fiũt. Vnde diligẽtius disserere & longum est: & nõ necessariũ: Huc accedit: quia non sunt uisiones quæ apparent spiritui tanq̃ corporis sensibus: nõ solum dormientib⁹ uel furentibus: sed aliquãdo sanæ mentis uigilantibus: non p fallaciam illudentiũ dæmonum: sed p aliquam reuelationem spiritalem quæ fit p formas incorporeas corporib⁹ sil'es: quæ discerni omnino non possunt: nisi diuino adiutorio pleni⁹ reuelent: & mẽtis intelligentia dijudicent: uix aliquãdo cũ fuerint: sed plærũq; postea cum transierint. Quæ cum ita sint: siue i naturis corporeis: siue sola specie corporali: natura autẽ spirituali nostro spiritui tanq̃ sensibus corporis apparere uideant: quando hæc sacra scriptura cõmemorat: cuius istorum duorum generis sint: & utrũ mediãte uiua creatura fiat si corpore fiunt: iudicare temere nõ debemus: dum tamen creatoris: hoc est summæ atq; ineffabilis trinitatis: inuisibilem: incõmutabilemq; naturam: & a mortaliũ carnaliũ sensibus: & ab omni cõuertibilitate: siue in melius: sine in deteri⁹: siue in quodlibet aliud atq; aliud remotam atq; discretã: uel sine ulla dubitatione credamus: uel qualicũq; etiam intelligẽtia capiamus. Hæc tibi de duabus quæstionibus: hoc est de trinitate: & columba: in qua spũs sanctus non sua natura: sed significatiua specie demonstratus est: sicut & filius dei: non sua natiuitate de qua pater dixit: Ante luciferũ genui te: sed ihomine suscepto ex utero uirginis a iudæis crucifixus est iudæis: q̃ ociose ego tamen occupatissimus scribere potui. Nec putaui omnia ptractanda quæ posuisti in lr̃is tuis: uerum ad illa duo quæ ex me audire uoluisti me respondisse: & si non sufficienter auiditati tuæ: tamen charitati obediẽter existimo. Præter aũt illos duos libros quos tribus me adiũxisse supra cõmemoraui: & trium psalmorum expositionẽ: scripsi etiã librum ad sanctum p̃sbyterum Hieronymũ: de animæ origine cõsulens eum: quomodo defendi possit illa sententia: quã religiosæ memoriæ Marcellino suã esse scripsit: singulas animas nouas nascentib⁹ fieri: ut nõ labefactet fundatissima ecclesiæ fides: qua inconcusse credimus: q̃ in Adam omnes moriunt: & nisi christi gratia liberent: qđ p suum sacramentũ etiam in paruulis operat': in condemnationẽ trabunt'. Scripsi aliũ ad eundem: quomodo illi uideat' accipiendũ ee: qđ scriptum est in epl'a Iacobi: Quicũq; autẽ totam legem seruauerit: offendat aũt in uno factus est omnium reus. Sed in hoc dixi etiam quid mihi uideat'. In illo autem de animæ origine tm̃ qđ ei uideat' consultatoria quadam disputatiõe quæsiui: Occasionem quippe cuiusdam sanctissimi & studiosissimi iuuenis p̃sbyteri Orosij: qui ad nos ab ultima hispania: id est ab oceani littore solo sanctaq; scripturaq; ardore flãmatus aduenit admittere uolui. Cui ut ad illum quoq; p geret: psuasi. Huic etiã ipsi Orosio ad quædã iterrogata: quæ illum de priscillianistaq; hæresi: & de Origenis quibusdã opinionib⁹ quas nõ recipit eccl'ia: pmouebãt uno libro nõ grandi quãta potui breuitate & pspicuitate respondi. Scripsi etiã grãdem quẽdam librum aduersus Pelagij hæresem cogentib⁹ nõnullis fratribus: qbus cõtra gram christi opinionẽ pniciosissimã ille psuaserat. Hæc oĩa si habere uolueris: aliquẽ mitte q tibi cuncta describat. Me aũt permitte his uacare quærendis atq; dictandis. Quæ q̃m multis sunt necessaria: præponẽda esse arbitror ualde ad paucos ptinẽtib⁹ inqsitioib⁹.

¶ Sancti Augustini ad Quintianũ: illi Gallã uiduã & filiã eius simpliciolã uirginem cõmẽdantis: & p eas reliqas sancti Stephani sibi transmississe ꝓfitentis. Epl'a. CIII.

DOmino beatissimo & merito uenerabili fratri & coepo Quintiano: Augustin⁹ in dño salutem. Honorabiles dei familias: & præcipua mẽbra christi Gallã uiduam sancti ꝓpositi: & ei⁹ filiam Simpliciolam uirginem sacrã: matri ætate subditam: sanctitate prælatã: quas uerbo dñi aluimus ut potuimus: uenerationi tuæ i christi dilectione cõmendo: & tanq̃ mea manu p banc epl'am trado consolandas: & in oib⁹ adiuuãdas: quæ utilitas eaꝝ uel necessitas postulat: qđ & sine mea cõmẽdatiõe ꝓcul-

Ps. 109.

1. Retrac. 45

Iacobi. 2.

2. Retrac. 45

dubio faceret sanctitas tua. Si em̄ nos ꝓpter supernā hierusalē: cuius nos oēs ciues sumus: & in qua cōcupierūt habere excellētioris sanctitatis locū: non solum ciuiū: uerū etiā fraternū eis debemus affectū: quātomagis nos apud quos eaꝝ etiā carnalis est patria: in qua sæcularē nobilitatē, ꝑ christi amore cōtemnunt dn̄æ illæ. Officium quoq; salutationis ꝑ illas meum ea charitate peto digneris sumere: q̄ direxi & meminisse i orationib⁹ tuis. Portant sane reliquias beatissimi & glorioſissimi martyris Stephani: quas non ignorat sanctitas nestra sicut & nos fecim⁹ q̄ cōueniēter honorare debeatis.

¶ Sancti Augustini ad Sixtū p̄sbyterum: ꝙ pnicioſum dogma pelagianorū: de gratia dei: lr̄is suis dulcissimis ꝓpalauerit: congratulantis. Et ad ꝑ hanc hæresim læsoꝝ uulneribus remediū adhibendum & medelam: exhortantis. Epl'a. CIIII.

&d Domino uenerabili & in christi charitate suscipiendo sancto fratri & cōp̄sbytero Sixto: Augustinus in dn̄o salutē. Ex quo hipponē litteræ benignitatis tuæ ꝑ sāctū fratrē nostrū Firmū p̄sbyterum directæ me absente uenerūt: postea q̄ illas cum remeassem: q̄is iam inde ꝓfecto eaꝝ platore legere potuit: hæc prima eadē q̄ gratissima rescribēdi occurrit occasio ꝑ dilectissimū filium nostrū Albinū. Qđ autē qbus simul scripsisti: tunc nō eramus simul: Ideo factum est ut singulorū singulos non unā amboꝝ epl'am sumeres. A me qppe digressus ē plator hui⁹ ꝑ uenerabilē fratrē & coēpm meū Alipiū qui tuæ sanctitati aliam rescriberet transiturus: ad quē etiam ipsas quas ego iam legerē lr̄as tuas ipse portauit. Quæ nos quāta lætitia ꝑfuderint: quid bo nitatur loqui qđ nō potest eloqui: nec teipsum satis nosse arbitror. Sed nobis crede quātum boni feceris talia nobis scripta mittendo. Sicut em̄ tu testis es animi tui: ita nos nostri: quēadmodū sit affectus illaꝝ sinceritate luculentissima litteraꝝ. Si em̄ breuissimā epl'am tuam quā de hac ipsa re ad beatissimū senē Aurelium ꝑ Leouē acolythū direxisti: exultāti alacritate descripsim⁹: & qbus poteram⁹ magno studio legebamus: ubi nobis exposuisti: quid de illo pnicioſissimo dogmate: uel quid cōtra de gratia dei q̄ pusillis magnisq; largitur: cui est illud inimicissimū sentias. Quāta nos putas ista tua ꝓlixiora scripta: uel exultatione legisse: uel cura ut legātur quibus ualuim⁹ alijs obtulisse: atq; adhuc quibus ualemus offerre. Quid em̄ gratius legi uel audiri potest q̄ grāæ dei tam pulchra defensio aduersus inimicos eius: ex ore eius qui eorūdem inimicorū magni momēti patron⁹ ante iactabat? Aut unde uberiores deo debemus agere gratias: q̄ ꝙ eius sic defenditur gratia: ab eis quibus datur aduersus eos quib⁹ uel nō dat: uel ingratum est qđ datur? Quia ut eis gratum sit: occulto & iusto iudicio dei nō dat.

2 Quapropter dn̄e uenerabilis & in christi charitate suscipiende sancte frater: q̄is optime facias cum de hac re scribis ad fratres: apud quos se illi de tua solent efferre cauticia: tamen hæc cura maior tibi restat: ut non solū salubri sæueritate plectātur: qui errorem illum christiano infestissimū nomini gaudent garrire liberius: sed etiam bi diligentissime caueant uigilātia pastorali: ꝓpter infirmiores & simpliciores dn̄icas oues: qui eū pressius: qdam autē timidius: sed tn̄ insusurrare nō cessant: penetrātes domos: sicut ait apl's: & cætera quæ sequūtur: exercitata impietate faciētes: nec illi negligēdi sunt: q usq; ad ꝓfundū silentiū supprimūt timorē qđ sentiūt: sed tn̄ eandē puerilitatem sentire non desinūt. Nōnulli quippe eoꝝ anteq̄ ipsa pestilentia manifestissimo etiā sedis aplicæ iudicio damnaret: uobis innotescere potuerūt: quos nūc repente reticuisse ꝑspicitis: nec utrū sanati sint sciri p̄ot: nisi cōscium dogmata illa falsa tacuerint: uerūetiā illis uera cōtraria: eo quo solent studio defensauerint: q tn̄ leui⁹ ꝓfecto sunt tractādi. Quid em̄ eos terreri opus ē: quos satis territos: ipsa taciturnitas mōstrat? Nec ideo tanq̄ sani prætereundi sunt diligentia medicinæ: quoꝝ uuln⁹ in abdito est. Etsi em̄ terrendi nō sunt: tn̄ docendi sunt: & quātum existimo: facilius possunt dum in eis timor sæueritatis doctorē adiuuat ueritatis: ut opitulante dn̄o: gratia eius intellecta atq; dilecta etiam loquendo expngnent qđ iam loqui nō audient.

¶ Sancti Augustini ad Sixtum romanū p̄sbyteꝝ: de gratia dei iuxta priorem materiā latius disserentis. Epl'a. CV.

DOmino in dño dñoꝝ dilectissimo sācto fratri & cōpsbytero Sixto: Augustin⁹ A
in dño salutē. In epla quā p charissimū fratrē nostrū Albinū acolythū misi: pro-
lixiorē me missurū esse ꝓmisi: p sanctū fratrē & cōpsbyteꝝ nostrū Firmū: q no
bis lras attulit sinceritatis tuæ: quæ nobis tantū gaudiū cōtulerūt: quātū magis possu-
mus habere q̄ dicere. Q̄ em̄ fatēdum ē charitati tuæ: tristes eramus aio cū fama tracta-
ret inimicis christianæ grāe te fauere. Sed ut hæc tristicia de nostris cordib⁹ tergereť:
primo te priorē anathema eis i populo frequētissime ꝓnunciasse eadē fama nō tacuit.
Deinde cum lris aplicæ sedis de illoꝝ dānatiōe ad Africā missis: tuæ quoq; litteræ ad
uenerabilē senē Aurelium cōsecutæ sunt: quæ tā & si breues erāt: tuum tn uigorē ad-
uersus eoꝝ errorē satis indicabant. Nunc uero cū aperti⁹ & lati⁹ quid de illo dogmate
cōtraq; sentires: ut litteris tuis fides ipsa nobiscū rōne eccliæ loq̄reť: cui potissimū be-
Ps.67. illius uolūtate:de quo scriptum est: Animam uoluntariam segregans deus hæreditati tuæ: Quia & liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati granditate perdidimus:& lex dei atq; doctrina q̄is sancta & iusta & bona:tamen occidit si non uiuificet spiritus per quem fit: nō ut audiendo:sed ut obediēdo:neq; ut lectione:sed ut dilectione teneat'. Quapropter ut in deum credamus:& pie uiuamus :non uolētis neq; Z
currentis:sed miserentis est dei:non quia uelle non debemus & currere:sed quia ipse in nobis & uelle operatur & currere. Vnde & ipse dominus Iesus credentes a nō cre-
Iob.6. dētibus:id est ab iræ uasis uasa misericordiæ discernēs: Nemo inquit uenit ad me nisi fuerit ei datum a patre meo: Et utiq; ut hoc diceret in eius doctrina fuerāt scandaliçati discipuli eius :qui eum postea nō sunt secuti. Nō ergo gratiam dicamus esse doctrinam:sed agnoscamus gratiam quæ facit prodesse doctrinam: quæ gratia si desit uidemus etiam obesse doctrinam. Propterea deus ut omnia futura opera sua in prædestinatione præsciuerit:sic illa disposuit:ut quosdam non credentes ad fidem suam orationes credentium ꝓ eis exaudiendo conuertat:unde refutentur:& si ille est eis ꝓpitꝰ corrigantur qui putant gratiam dei esse naturam liberi arbitrij cum qua nascimur:aut gratiam dei esse doctrinam q̄is utilē quæ per linguas & litteras prædicatur. Nō enim hoc oramus ꝓ infidelibus ut fiat eorum doctrina:id est ut homies sint: aut ut doctrina eis prædicet' quā malo suo audiunt si non credūt. Et plærūq; pro eis oramus qui cum legant uel audiant nolunt credere: Sed oramus ut uoluntas corrigatur:doctrinæ consentiatur:natura sanetur. Iam uero ut perseuerent in eo qđ esse cœperūt:etiā ꝓ seipsis orāt fideles:utile est quippe omnibus uel pene oīb⁹ ꝓpter humilitatē saluberrimā:
1.Cor.10 ut quales futuri sint scire nō possint. Ad hoc dicitur: Qui uidet' stare:uideat ne cadat: propter huius timoris utilitatē :ne regenerati & pie uiuere incipiētes:tanq̄ securi alta sapiamus : quidam non perseueraturi ꝓseueraturis dei permissione uel prouisione ac dispositione,miscent':quibus cadentib⁹ territi cum timore & tremore gradiamur uiā iustā:donec ex hac uita quæ tēptatio est sup terrā transeam⁹ ad aliā:ubi iam nō sit elatio cōprimēda:nec contra eius suggestiones temptationesq; luctandū. Sed de hac re: id est cur qdam nō ꝓmansuri in fide & sanctitate christiana : tñ accipiāt ad tēpus hanc grām:& dimittant' hic uiuere donec cadant: cū possint rapi de hac uita ne malicia mu-
Sap.4. taret intellectum eorum:qđ de sancto in matura ætate defuncto scriptum est in libro sapientiæ : quærat quisq; ut potuerit :& si inuenit præter hāc quæ a me reddita est aliā ꝓbabilem rationē a recte fidei regula nō credēs: alias nō recedēs: teneat eam :& ego cū illo si me nō latuerit:uerūtn in qđ puenimus in eo ambulem⁹ donec nobis deus reuelet si quid aliter sapimus:sicut apostolicis lr̄is admonemur. Peruenim⁹ autem in ea quæ ad fidē ueram & catholicā pertinere firmissime scim⁹: in qb⁹ ita nobis ambulādū est adiuuante illo atq; miserante cui dicimus: Deduc me domine in uia tua & ambulabo in ueritate tua:ut ab eis nullo modo deuiemus. Qm̄ ergo ꝓpitio christo christiani & catholici sumus:scimus nondum natos nihil egisse in uita propria boni seu mali. Nam scd'm merita prioris alicuius uitæ quā nullā,ꝓpriā singuli habere poterūt: in hui⁹ uitæ uenire miserias: Sed tamen scd'm Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ

prima natiuitate contrabere: nec liberari a supplicio mortis æternæ: qđ trahit ex uno in omnes transiens iusta damnatio: nisi per gratiam renascantur in christo. Scim⁹ gratiã dei nec paruulis: nec maioribus scđm merita nostra dari. Scimus maioribus ad singulos actus dari. Scimus non omnibus hominibus dari: & quibus datur nõ solũ scđm merita operum non dari: sed nec scđm merita uolũtatis eorum quibus datur: quod maxime apparet in paruulis. Scimus eis quibus datur misericordia dei gratuita dari. Scimus eis quibus non datur iusto iudicio dei non dari. Scimus ꝙ oẽs astabimus ante tribunal christi: ut ferat unusquisq; scđm ea quæ p corp⁹ gessit: nõ scđm ea quæ si diutius uiueret gestur⁹ fuit: siue bonum siue malum. Scimus etiã paruulos scđm ea quæ per corpus gesserũt: recepturos uel bonum uel malum. Gesserũt aũt nõ p seipsos: sed per eos quibus ꝓ illis respondentibus & renũciare diabolo dicunt & credere in deũ: unde & in numero fidelium computantur: ptinẽtes ad sententiam domini dicentis: Qui crediderit & baptiçatus fuerit salu⁹ erit. Propter quod & illis qui hoc sacramẽtũ non accipiunt: contingit qđ sequitur: Qui autẽ non crediderit condẽnabitur. Vnde & ipsi sicut dixi: si in illa parua ætate moriunt: utiq; scđm ea quæ per corpus gesserũt: id est tempore quo in corpore fuerunt: quando per corda & ora gestantium crediderunt uel non crediderunt: quando baptiçati uel non baptiçati sunt: qñ carnem christi mãducauerunt uel non manducauerunt: quando & sanguinem biberunt uel non biberunt: scđm hæc ergo quæ per corpus gesserunt: non scđm ea quæ si diu hic uiuerẽt gesturi fuerãt iudicãtur. Scimus fœlices esse mortuos qui in domino moriuntur: nec ad eos pertinere: quicquid acturi fuerant si tempore diuturniore uixissent. Scim⁹ eos qui corde ꝓprio credunt in dominũ: sua id facere uoluntate ac libero arbitrio. Scim⁹ ꝓ eis qui nolunt credere: nos qui iam credimus recta fide agere cum deum oram⁹ ut uelint. Scimus pro eis qui ex illis ctediderũt tanq̃ de beneficijs recte atq; ueraciter & debere nos deo agere gratias & solere. Recognoscis me ut puto in his quæ nos scire dixi: non oĩa quæ ad fidem catholicam pertinent cõmemorare uoluisse: sed ea tm̃ quæ ad istã quæ inter nos agitur de dei gr̃a quæstionem: utrum præcedat hæc gratia an subsequatur hominis uoluntatem: hoc est ut planius id eloquar: utrum ideo nobis detur: quia uolum⁹: an per ipsam deus etiã hoc efficiat ut uelim⁹. Si ergo istas duodecim sententias quas nos dixi scire ad fidem rectam & catholicam pertinere: etiam tu frater nobiscum tenes: ago deo gratias: quas ꝓfecto nõ ueraciter agerem: nisi gratia dei fieret ut teneres. Quæ tibi tenenti nullũ omnino remanet nobiscum de hac quæstione certamẽ. Vt enim eadẽ duodecim breui expositione percũrram: Quomodo uoluntatis humanæ meritum sequitur gratia cum detur & paruulis: qui hoc nondum possunt uelle seu nolle. Quomodo gratiã uel in maioribus dicunt præcedere merita uolũtatis: si gratia ut uera sit gratia nõ scđm merita nostra datur: quã sententiã catholicam Pelagius ipse sic timuit: ut eos qui dicũt gratiam dei scđm merita nostra dari: sine dubitatiõe damnaret: ne a catholicis iudicibus damnaretur. Quomodo dicit gratia dei in natura esse liberi arbitrij uel in lege atq; doctrina: cum & istam sententiã Pelagius ipse dãnauerit: ꝓculdubio confitẽs gratiã dei ad singulos actus dari eis utiq; q iam libero arbitrio utunt. Quõ dicit oẽs boies eã fuisse accepturos si nõ illi qbus non dat eam sua uolũtate respuerent: qm̃ deus uult oẽs boies saluos fieri: cum multis non detur paruulis: & sine illa plæriq; moriant qui nõ habent contrariã uolũtatẽ: & aliqñ cupientib⁹ festinãtibusq; parentib⁹: ministris quoq; uolẽtib⁹ ac paratis: deo nolẽte nõ detur: cũ repente anteq̃ detur expirat ꝓ quo ut acciperet currebat. Vnde manifestũ est eos qui huic restituũt tam pspicuæ ueritati: nõ intelligere oĩno qua locutiõe sit dictum: ꝙ oẽs boies uult de⁹ saluos fieri: cũ tam multi salui non fiãt: nõ quia ipse: sed quia deus non uult: ꝙ sine ulla caligine manifestatur in paruulis: Sed sicut illud qđ dictum est: Oẽs in christo uiuificabuntur: cũ tam multi æterna morte puniant: ideo dictũ est: quia oẽs qcũq; uitã æternã pcipiunt nõ pcipiũt nisi in christo. Ita qđ dictũ ẽ: oẽs boies uult de⁹ saluos fieri: cũ tã multos nolit saluos fieri: ideo dictũ est: qa oẽs q salui fiũt: nisi in ipso uolente nõ fiunt: & si quo alio modo illa uerba apostolica itelligi possunt: ut tm̃

Marci. 16.

1. Timoth. 2.

1. Cor. 15.

huic aptissimæ ueritati in qua uidem⁹ tam multos uolētib⁹ hominib⁹: sed deo nolente
saluos non fieri contraria esse non possint. Quomodo ut detur gratia diuina uoluntas A
meretur humana: si eis quib⁹ datur gratuita misericordia: datur ut uera sit gra. Quo-
modo in hac re merita pensant uoluntatis humanæ. Quādoquidē illis quibus gratia
ista non dat: nullo plærūq; merito: nulla uolūtate distātibus: sed misericordia cum eis
quib⁹ datur habentibus causam iusto tamen iudicio dei nō datur. Non em̄ est iniqtas
apud deum: ut intelligāt quibus datur q̄ gratis eis detur: quando iuste utiq; nō daret:
qm̄ similē habentibus causam iuste non datur. Quomodo non gratiæ dei & non solū
credendi uoluntas ab initio: uerūetiam pseuerandi usq; i finem: cū finis ipse uitæ hui⁹
non in homis: sed in dei sit potestate: & possit utiq; deus etiam hoc beneficiū non pse-
ueraturo cōferre: ut rapiatur ex corpore ne malicia mutet intellectum illi⁹. Nō enim
recipiet homo seu bonū seu malum: nisi scd'm ea quæ p corpus gessit: nō scd'm ea quæ
si diutius uiueret gesturus fuit. Quomodo dicit' ꝓpterea quibusdā nō dari: quibusdā
moriturís paruulis dei gratia dari: quia eoꝝ futuras præuidet uolūtates quas habituri
essent si uiuerent: cum scd'm ea quæ per corpus gessit: non scd'm ea quæ gestur⁹ esset si
diutius fuisset in corpore: unusquisq; recipiat siue bonū siue malum: sicut apls diffinit.
Quō scd'm uolūtates suas futuras homies iudicant quas habituri fuisse dicūt: si diuti⁹
Apoc.14. tenerent in carne: cū dicat scriptura: fœlices mortui qui in dño moriūt': quorum sine
dubio certa & secura fœlicitas nō est si & ea quæ non egerunt: sed acturi fuerāt si esset
eis hæc uita ꝓlixior iudicabit de⁹: nullūq; accipit beneficiū qui rapitur ne malicia mu-
tet intellectum ei⁹: quia & ꝓ ipsa malicia cui forsitan iminēti subtractus est pœnas luit:
nec gaudendū est de his quos i fide recta & uita bona nouim⁹ esse defunctos: ne scd'm
aliqua scelera iudicentur quæ fuerant si uiuerent fortasse facturi: nec dolendi uel dete
standi sunt hi qui uitam istam infidelitate acpditis moribus finierūt: quia forte si uiue-
rent: acturi fuerāt pœnitentiam pieq; uicturi: & scd'm ista sunt iudicandi: totusq; ille de
mortalitate liber gloriosissimi Cypriani reprobandus & abijciēdus ē: in quo tota eius
intentio est: ut sciam⁹ bonis fidelibus gratulandū esse morientibus: qñ huius uitæ tem
ptationib⁹ auferunt deinceps in beatissima securitate māsuri. Sed qm̄ hoc falsum nō
est: & sine dubitatiōe: fœlices sūt mortui q in dño moriūt': ridēdus ē & execrādus er-
ror quo putat' ꝙ homies scd'm suas futuras quæ moriētiū nō sunt futuræ iudicādi sūt
uolūtates. Quomodo dicūt' negare libeꝝ uolūtatis arbitriū: q confitent' oēm hoiem
quisq; suo corde credit in deū: nō nisi sua libera credere uolūtate: cū pot⁹ illi oppug-
nent dei grām qua uere ad bona eligenda & agēda fit libeꝝ. Quō dicit' ꝙ p legē dei
atq; doctrinā scripturarū fiat: qd' eadē scriptura dixit: Præparat' uolūtas a dño: ac nō
potius p occultam inspirationē grāe dei: quoniāquidē ꝓ eis qui eidē doctrinæ contra-
dicentes nolūt ei credere ipsū deum fide recta rogamus ut uelint. Quō de⁹ expectat
uoluntates hominū ut præueniāt eū qbus det grām: cū gras ei non imerito agam⁹ de
bis quibus non ei credentib⁹ ut eius doctrinā uolūtate impia psequentibus misericor-
diā prærogauit: eosq; ad seipsū omnipotētissima facilitate cōuertit: ac uolentes ex no-
lentib⁹ fecit: ut quid ei inde gras agimus: si hoc ipse nō fecit: ut quid tantomagis eum
magnificamus: quāto nolebāt credere: quos credidisse gaudem⁹ si gra diuina uolūtas
Gal.1. in meli⁹ nō mutat' humana. Apostol⁹ Paul⁹: Eram inquit ignot⁹ facie ecclesijs iudææ
quæ sunt in christo: tantū aūt audiebant qa q aliqñ nos psequebat' nūc euangeliçat fi-
dem quā aliqñ uastabat: & in me magnificabāt deū. Vt quid magnificabant deū si nō
deus ad seipsum cor illi⁹ uiri suæ gratiæ bonitate cōuerterat: qñ ut ipse confitet': mise
ricordiā cōsecut⁹ ē ut fidelis esset ea fide quā aliqñ uastabat: ipsum etiam uerbum qd'
posuit quē nisi deū hoc tātū magnū bonū fecisse declarat? Quid est em̄: In me magni
ficabāt deū: nisi i deū magnificū prædicabāt? Si magnū illud factum de Pauli cōuersi-
one ipse nō fecerat: & quo pacto ipse fecerat si uolēte credere ex nolēte ipse nō fece-
rat? Nēpe manifestū ē ex illis duodecim sentētijs q̄s ptinere ad catholicā fidem nega- B
re non sciueris: non solū omnib⁹: uerūetiā singulis id confici ut confiteamur gratia dei
præueniri hominū uoluntates: & p hanc eis potius præparari q̄ ꝓpt' eoꝝ meritū dari.

Aut si aliquid eorũ duodecim esse uerum negas: quorũ propterea commendo etiam numerum: ut facilius memoriæ mandentur distinctiusq; teneant: non te pigeat rescribere ut sciam & ea quam mihi dominus dederit facultate respondeam. Ego enim hæreticum quidem Pelagium te esse non credo: sed ita te esse uolo ut nihil illi⁹ ad te transeat uel in te relinquat erroris: Sed inter hæc duodecim reperies forte aliquid quod negandũ uel dubitãdũ putes: & unde nos operosi⁹ disputare cõpellas. Nunqd & orare phibebis ecclesiã pro infidelib⁹ ut sint fideles: pro bis q nolũt credere ut uelint credere: pro bis qui ab ei⁹ lege doctrinaq; dissentiũt: ut legi eius doctrinæq; consentiant: ut det illis deus quod per prophetam promisit: cor cognoscendi eum & aures audientes: quas utiq; acceperant: de quib⁹ saluator ipse dicebat: Qui habet aures audiẽdi audiat: Nunquid ubi audieris sacerdotem dei ab eius altari populum hortãtem ad deũ orandum: uel ipsum clara uoce orantem: ut incredulas gentes ad fidem suam uenire cõpellat: nõ respondebis: Amen: Aut etiã hui⁹ fidei sanitati cõtraria disputabis: Nũquid beatissimũ Cyprianum in hoc errasse clamabis uel susurrabis: ubi pro inimicis fidei christianæ: ut etiam ipsi ad eam conuertant orare nos docet: Nunquid postremo apostolũ Paulum pro iudæis infidelib⁹ habẽtem talia uota culpabis: de quib⁹ ait. Bona uolũtas quidem cordis mei & deprecatio ad deũ pro illis in salutem: Qui etiã thessalonicẽsib⁹ dicit: De cætero fratres orate pro nobis: ut uerbum domini currat & glorificet sicut etiã apud uos: ut eruamur ab iniquis & malis hoĩbus: Nõ em̃ oĩm est fides. Quõ curreret & glorificaret uerbũ dei nisi ad fidẽ cõuersis eis quib⁹ prædicaret: qñquidem iam credẽtib⁹ dicit: quemadmodũ & apud uos: Scit certe hoc ab illo fieri quẽ uult rogari ut hoc faciat: ut etiam eruat ab iniquis & malis hominib⁹: qui profecto & illis orantib⁹ non erant crediturí. Propter quod addidit: Non enim est omniũ fides: tanquam diceret: Non enim apud omnes etiam nobis orantib⁹ glorificabit uerbum dei: quia ipsi utiq; fuerant crediturí: q ordinati erant in uitam æternam: prædestinati in adoptionem filioꝝ per iesum christũ in ipsum: & electi in ipso ante mũdi cõstitutionem: Sed ideo de⁹ per orationes credentiũ nondũ credentes credere facit. Nemo est em̃ tam imperit⁹: tam carnalis: tam tardus ingenio: qui nõ uideat deũ facere qd rogari se præcepit ut faciat. Hæc & alia testimonia diuina quæ commemorare longũ est: ostendũt deũ gratia sua auferre infidelib⁹ cor lapideũ & præuenire in hominib⁹ bonaꝝ merita uolũtatum: ita ut uolũtas per antecedentem gratiam præparet: non ut gratia merito uolũtatis antecedente donet: hoc est gratiarũactio indicat qd oratio: oratio pro infidelib⁹: gratiarũactio pro fidelib⁹. Qui enim est orand⁹ ut faciat: illi est actio gratiaꝝ reddenda cũ fecerit. Vnde idem dicit apostolus ad Ephesios: Propter hoc & ego audita fide uestra in dño iesu & in omnes sanctos: non cesso gratias agere pro uobis. Loquimur autem nũc de ipsis initijs: cũ homines qui erãt auersi & aduersi cõuertunt ad deũ: & uelle incipiũt quod nolebant: & habere fidem quam non habebant: qd ut fiat in eis oret pro eis: quamuis non oret ab eis: Ipsi em̃ quomodo inuocabũt in quem nõ crediderũt: Cum uero factũ fuerit qd orat: ei q fecit agunt gratiæ & pro eis & ab eis. De orationib⁹ autem iam fideliũ quas & pro se & pro alijs fidelib⁹ faciũt ut proficiant in eo qd esse cœperũt: & de gratiarũactionib⁹ quia proficiũt: confligendũ esse tecũ nõ puto. Contra pelagianos est iste conflict⁹ tibi nobisq; communis. Illi quippe omnia ad fidelem piamq; uitam hominũ pertinentia ita tribuũt libero uolũtatis arbitrio ut habẽda ex nobis nõ a dño putẽt esse poscẽda: Tu aũt si ea quæ de te audio uera sũt: initiũ fidei ubi est etiã initiũ bonæ: hoc ẽ piæ uolũtatis: nõ uis donũ esse dei: sed ex nobis nos habere contendis ut credere incipiamus: cætera aũt religiosæ uitæ bona deũ p gratiã suã iã ex fide petentib⁹: quærẽtib⁹: pulsantib⁹ donare cõsentis. Nec attẽdis ideo ꝓ infidelib⁹ deũ rogari ut credant: quoniam deus donat & fidem: Ideo pro eis & q crediderint deo gratias agi: quoniã donat fidem. Quamobrem ut hũc ad te sermonem aliquã do concludam: si negas orandũ esse: ut q nolũt credere uelint credere: Si negas agendas esse deo gratias quoniam credere uoluerũt qui nolebant credere: alter tecũ agendum est ut nõ sic erres: aut si errare persistis ne mittas alios in errorẽ. Si autem qd de te

Matth. 15

Ro. 10

2. Thessal. 3.

Eph. 1.

Ro. 10.

magis credo: sentis atq; cõsentis orare nos dẽũ debere ac solere ꝓ nolẽtib⁹ credere ut uelint credere: & pro eis q aduersant & cõtradicũt legi eius atq; doctrinæ: ut ei credãt eamq; sectent: Si sentis atq; consentis debere nos etiam deo agere gratias ac solere ꝓ talibus: q̃ ad fidem eius doctrinãq; conuersi uolentes ex nolentib⁹ fiunt: oportet sine dubitatiõe fatearis uolũtates hominũ dei gratia præueniri: & ut bonũ uelint homines qd̃ nolebãt deũ facere q rogat̃ ut faciat: & cui nos nouim⁹ agere gratias dignũ & iustũ esse cũ fecerit: dñs tibi det intellectũ in oĩbus dñe frater.

Beati Augustini ad Seleucianam: de baptismo & pœnitentia beati Petri: pertractãtis. Epistola. CVIII.

RElegiosissimæ & in christi dilectione bonorandæ famulæ dei: Augustin⁹ episcopus in domino salutẽ. Lectis litteris tuis de salute uestra lætat⁹: ad ea quæ scripsisti respondere non distuli. Et primũ miratus quomodo dicat Nouatianus iste Petrum baptiçatum nõ fuisse: cum paulo superi⁹ scripseris eum dixisse q̃ apostoli fuerũt baptiçati. Vnde autẽ illi uideat̃ q̃ inter apostolos baptiçatus Petrus nõ fuerit: ignoro. Et ideo exemplũ epistolæ tuæ ne forsitã non habeas: misi tibi in quo diligenti⁹ cõsiderares ad ea me respondere quæ inueni in litteris tuis. Si em̃ notarius nõ mẽdose excepit: aut scripsit: nescio quale cor habeat: qui cũ apostolos baptiçatos dicat: Petrum baptiçatum negat. Q̃ autem dicit̃ Petrum egisse pœnitentiã: cauẽdũ est: ne ita putetur egisse quomõ agunt in ecclesia qui proprie pœnitentes uocantur. Et qs hoc ferat: ut primum apostolorum: inter tales pœnitẽtes numerãdum putem⁹? Pœnituit
Matth.26 enim eum negasse christum: quod eius indicãt lachrymæ. Sic em̃ scriptum est: Quia fleuit amare. Nondum enim fuerant resurrectiõe domini confirmati: & illo aduentu spiritussancti qui apparuit die pentecostes: uel illa inspiratione quã demonstrauit dñs
Joh.20 postea q̃ resurrexit a mortuis: cũ insufflauit in eorum faciẽ dicens: Accipite spiritũsanctum. Vnde recte dici potest: quia cũ Petrus negauit dominum: nondum fuerant apostoli baptiçati: Nõ tamẽ aqua: sed spiritusancto. Hoc enim eis dixit postq̃ resurrexit: &
Actſ.1. conuersatus est cũ eis: Iohannes quidem baptiçauit aqua: uos autẽ spiritusancto baptiçabimini: quẽ & accepturi estis non post multos hos dies. Aliqui aũt codices habent: Vos autem spiritusancto incipietis baptiçari. Sed siue dicatur baptiçabimini: siue incipietis baptiçari: ad rem nihil interest. Nam in quibuscũq; codicibus inuenitur: baptiçabitis: aut incipietis baptiçari: mẽdosi sũt: qui ex græcis facillime cõuincuntur. Si aũt E
dicimus aqua nõ fuisse baptiçatos: metuedũ est ne grauiter in eis erremus: ne demus hominibus auctoritatem contemnendi baptismũ: quẽ usq̃adeo nõ cõtemnendũ ipsa
Actſ.10 apostolica disciplina commendat: ut Cornelius centurio & hi qui cum illo erãt: etiam iã accepto spũsancto fuerint baptiçati: Sicut antiqui iusti si non circũciderent̃: nõ erat
Genſ.17. eis peccatum: postea uero q̃ iussit deus ut circũcideret̃ abraam: eiusq; posteritas: iam si nõ fieret: graue pctm̃ fuit: Sic etiã postquã dñs christus in ecclesia sua sacramẽtũ nouí testamẽti pro circũcisione carnis sanctum baptismũ dedit: & apertissime dixit: Si qs
Joh.3. nõ renatus fuerit ex aqua & spiritusancto: nõ intrabit in regnũ cælorum: iam nõ debemus quærere: quando quisq; fuerit baptiçatus: sed quoscũq; legimus in corpore christi qd̃ est ecclesia: pertinere ad regnũ cælorũ: nõ nisi baptiçatos intelligere debemus: nisi forte quos angustia passionis inuenit: & nolẽtes negare christũ: anteq̃ baptiçarẽt occisi sũt: quibus ipsa passio pro baptismo deputata est. Sed nũquid hoc possumus de apostolis dicere: qui usq̃adeo largũ tempus habuerũt quo baptiçarentur: ut alios etiã baptiçarẽt? Sed nõ oia quæ facta sũt: etiã scripta inueniũt̃: uerũtn facta esse ex cæteris documẽtis ꝓbãt̃. Scriptũ est: qñ baptiçat⁹ sit apls Paulus: & scriptũ nõ est: qñ baptiçati sũt alij apli: uerũtamẽ etiã ipsos baptiçatos intelligere debem⁹: quẽadmodũ scriptũ est: qñ baptiçatæ sint plebes ecclesiarũ in hierusalem & samaria: qñ aũt baptiçatæ sint aliæ plebes gentium qbus apostoli epl'as miserũt: nõ est utiq; scriptũ: & tamẽ etiã ipsas baptiçatas utiq; minime dubitamus: ꝓpter illã dñi sententiã: Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritusancto: nõ intrabit in regnũ cælorũ. Vtrũq; autem de dño scriptũ est: & qa F
baptiçabat plus q̃ Iohãnes: & quia ipse nõ baptiçabat sed discipuli ei⁹: ut intelligerem⁹

& ipsum quidem baptiçasse præsentia maiestatis: nō tamē ipsū baptiçasse manib⁹ suis. Ipsius enim erat baptismi sacramentū: ad discipulos autē baptiçandi ministeriū pertinebat. Tunc ergo quando dicit Iohannes euangelista in euangelio suo: Post hæc exijt Iesus & discipuli eius in iudæam terram: & illic morabatur cū eis: & baptiçabat: Tunc paulopost de illo loquens ait: Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt pharisæi q̄ Iesus plures discipulos faceret: & baptiçaret plures q̄ Iohannes: q̄q̄ Iesus nō baptiçaret: sed discipuli eius: reliquit iudæam & abijt iterū in galileam. Tūc ergo quādo ab hierosolymis exijt cū discipulis suis in iudæam terram: & illic morabatur cū eis: baptiçabat nō p seipsū: sed p discipulos suos: quos intelligim⁹ iā fuisse baptiçatos: siue baptismo Iohānis sicut nōnulli arbitrantur: sine qđ magis credibile est baptismo christi. Neq; enim ministerio baptiçandi defuit: ut haberet baptiçatos seruos: per quos cæteros baptiçaret: q non defuit memorabilis illius humilitatis ministerio: quādo eis lauit pedes: & petenti Petro: ut nō tantū pedes: uerūetiam manus & caput ei lauaret: Respōdit: Qui lot⁹ est non indiget nisi ut pedes lauet: sed est mūdus totus: ubi intelligit̄ q̄ iam Petrus baptiG çatus fuerat. Quomodo aūt iste dicat: qđ in epistola tua posuisti: q̄ apostoli dederint pœnitentiam pro baptismo: nō euidenter expræssum est. Si em̄ pro baptismo ideo dicit: quoniam per pœnitentiam remittūtur peccata: habet aliquid ratiōis qđ dicit. Sed talis pœnitētia post baptismū potest utilis esse si quis peccauerit. Iste autem quoniam negat post baptismum dari pœnitentiæ locum: cum dicit: sicut scripsisti: pœnitentiam solā ante baptismū esse: dat̄ intelligi sic eum dixisse: q̄ apostoli dederint pœnitentiā p baptismo: ut ante baptismū eā dederint: atq; hi q̄b⁹ data sit postea nō fuerint baptiçati: qa eis illa p baptismo fuit: qđ nouatianos dicere nunq̄ audiui. Vnde quære diligēter: ne forte alicuius alterius erroris sit: & nouatianum se esse cōfingat uel putet. Aut si & hoc nouatiani dicunt: nescio: Illud tamē scio qm̄ quisq; hoc dicit: a regula fidei catholicæ & a doctrina christi & apostoloꝝ prorsus alien⁹ est. Agunt em̄ homines ante baptismum pœnitentiā de suis prioribus peccatis: ita tamen ut etiam baptiçētur: sicut scriptum est in actibus apostolorum: loquente Petro ad iudæos & dicente: Agite pœnitentiam & baptiçetur unusquisq; uestrum in nomine domini Iesu christi: & dimittentur uobis peccata uestra. Agunt etiam homines pœnitentiam: si post baptismum ita peccauerint ut excommunicari & postea reconciliari mereant̄: Sicut agunt in oīb⁹ ecclesijs illi qui proprie pœnitētes appellant̄. De tali enim pœnitentia locut⁹ est apl's Paulus: ubi ait: Ne iterꝝ cū uenero humiliet me deus apud uos & lugeā multos ex his qui ante peccauerunt: & non egerunt pœnitentiā super immundicia & luxuria & fornicatiōe quā egerūt: Neq; em̄ scribebat ista: nisi eis q̄ iā baptiçati fuerāt. Habem⁹ etiā in actib⁹ apl'oꝝ: Simonem iā baptiçatum: cum pecunia uellet emere: ut ei per impositionem man⁹ eius daret̄ spūssanctus: admonitum a Petro ut de hoc graui peccato age
H ret pœnitentiā. Est enim pœnitētia bonoꝝ & humilium fidelium pœna quotidiana in qua pectora tundimus dicentes: Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neq; enim ea nobis dimitti uolumus quæ dimissa non dubitam⁹ in baptismo: sed illa utiq; quæ būanæ fragilitati q̄uis parua tn̄ crebra subrepūt. Quæ si collecta cōtra nos fuerit: ita nos grauabūt & opprimēt sicut unū aliqđ grāde peccatū. Quid em̄ interest ad naufragiū utꝝ uno grādi fluctu nauis operiat̄ & obruat̄: an paulatim subrepēs aq̄ in sentinā & p negligētiā derelicta atq; cōtempta impleat nauē atq; submergat̄: Propter hæc ieiunia & elemosynæ & oratiōes inuigilāt: in q̄b⁹ cū dicim⁹: Dimitte nobis sicut & nos dimittim⁹: manifestam⁹ habere nos qđ nobis dimittat̄: atq; in his uerbis humiliātes aias nras: quotidianā quodāmodo agere pœnitentiā non cessamus. Ad ea quæ scripsisti: puto me breuiter sed sufficienter respōdisse. Supest ut ille nō sit cōtentiosus p̄pter quē lucrādum ad me tales litteras dandas putasti.

Ioh.5.
Ioh.4.
Ioh.13.
De conse. dis. 4. agūt hoies
Act.2.
2. Cor.12
Act.8.
Matth.6.
Ibi 3

¶ Beati Augustini ad sanctimoniales: illas pro alterna inter se discordia & cōtentione increpātis: & ad fraternā concordiā cum præfinitiōe regulæ & modi in monasterio uiuendi exhortātis. Epl'a. CIX.

3 2

Sicut parata est sæuerítas pctā quæ inuenerit uindícare: Ita non uult charitas qđ l uindicet inuenire. Hæc causa fecit ut ad uos nō uenirē cū meā præsentiā quæreretis: non ad pacis uestræ gaudium: sed ad dissensionis uestræ augmentum. Quomodo enim contemnerem & impunitū relinquerem: si & me præsente tātus uester tumultus exísteret: quantus me absente: & si oculos meos latuit: tamē aures meas uestris uocibus uerberauit? Nam fortassis etiam maior esset uestra seditio in præsctia mea: q̄ necesse esset uobis nō concedi: quæ in pernitiosissimū exēplū contra sanā disciplinam: quod uobis non expedit petebatis: ac sic quales non uolo inuenirē uos: & ipe inuenirer a uobis qualem nō uolebatis. Cū ergo scribat apostol⁹ ad Corinthios dicēs:
2.ad.12.1. Testem deum facio super animam meā: quia parcens uobis nondum ueni corinthū: non quia dominamur fidei uestræ: sed cooperatores sumus gaudij uestri. Hoc ego etiam dico uobis: quia parcens uobis non ad uos ueni. Peperci etiam mihi: ne tristitiā super tristiciam haberem: & elegi nō ut exhiberem faciem meam uobis: sed effunderem cor meum deo pro uobis: & causam magni periculi uestri: non apud uos uerbis: sed apud deum lachrymis agerem: ne conuertat in luctum gaudium meū: quo soleo gaudere de uobis: & inter tanta scandala: quibus ubiq; abundat hic mundus aliquādo cōsolari cogitans copiosam congregationem: & castam dilectionem: & sanctam conuersationem uestram: & largiorem gratiam dei: quæ data est uobis: ut non solū carnales nuptias contemneretis: uerūetiā eligeretis in domo societatē unanimes habitādi: ut sit uobis aia una & cor unū in deū. Hæc in uobis bona: hæc dei dona considerās: inter multas tempestates: quib⁹ ex alijs malis quatit̄ cor meū solent utcunq; requiescere. Currebatis bene: qs uos fascinauit? Suasio illa non est ex deo q uocauit uos. Modi k cū fermēti: nolo dicere qđ sequit̄. Hoc em̄ magis cupio & oro & hortor: ut ipsum fermentum conuertat̄ in meli⁹: ne tota massa sicut pene iam fecerat: conuertat̄ in peius. Si ergo repullulastis sanū facere: orate ne intretis in tēptationē: ne iterꝝ in cōtentōes: æmulatiōes: aiositates: dissensiōes: detractiōes: seditiōes: susurratiōes. Nō em̄ sic plāta uim⁹ & rigauim⁹ hortū dn̄icū in uob: ut spinas metam⁹ istas ex uob. Si aūt adhuc ūra tumultuat̄ infirmitas: orate ut eruami de tēptatōe. Quæ aūt cōturbāt uos: si adhuc cōturbāt uos: nisi correxerint portabūt iudiciū quæcūq; illæ fuerint. Cogitate qd malit sit ut cū deo natis in unitate gaudeam⁹: interna scismata i mōasterio lugeam⁹. Perseuerate in bono proposito: & nō desiderabitis mutare præpositā: q̄ in monasterio illo p tā multos annos perseuerāte & numero & ætate creuistis: quæ uos mater nō utero sed animo suscepit. Oīes em̄ quæ illuc uenistis: ibi eā aut sanctæ præpositæ sorori meæ seruientem: placentem: aut etiā ipsam præpositā quæ uos suscepit inuenistis. Sub ipsa estis eruditæ: sub illa uelatæ: sub illa multiplicatæ: & sic tumultuamini ut eā uobis mutetis: cum lugere deberetis si eā uobis mutare uellem⁹. Ipsa est quā nostis: ipsa est ad quā uenistis: ipsa est quā per tot annos babendo creuistis. Nouum nō accepistis nisi præpositū: aut si ꝓpter illū quærit̄ nouitatē: & in ei⁹ inuidia cōtra matrē uestrā sic rebellastis: cur non pot⁹ id petistis ut ipse uobis mutet̄? Si aūt hoc exhorretis: qa noui quō eū in xp̄o uenerabiliter diligat̄: cur nō pot⁹ illā? In uobis nāq; regēdis sic præpositi rudimēti turbāt̄: ut magis uelit uos ipse deserere q̄ istā ex uobis famā & inuidiā sustinere: ut dicat̄ nō uos aliā quæsituras fuisse præpositā nisi ipsū cœpisset̄ hr̄e præpositū. Trāquillet ergo de⁹ & cōponat aios ūros: nō in uobis prævaleat opus diaboli: sed pax christi uincat in cordib⁹ uestris: nec dolore animi quia nō fit qđ uultis: uel qa pudet uoluisse qđ uelle nō debuistis: erubescēdo curratis in mortē: sed pot⁹ pœnitēdo resumat̄: nec
Regula btī augustini quā dedit sanctimonialibus babeatis pœnitētiā Iudæ traditoris: sed pot⁹ lachrymas Petri pastoris. Hæc sūt quæ L ut obseruetis præcipim⁹ in monasterio cōstitutæ: Primū propter qđ estis in unum cōgregatæ: ubi unanimes habitetis in domo: & sit uobis cor unū & aia una in deū: Et non
12.q.1 nō dicat̄ dicatis aliquid propriū: sed sint uobis oia cōmunia: & distribuat̄ unicuiq; uestrū a præposita uestra uictus & tegumentū: nō æqualiter oīb⁹: quia nō æqualiter ualetis oēs:
Act̄.4. sed unicuiq; sicut opus fuerit. Sic em̄ legitis in actib⁹ apl'oꝝ: Quia erāt eis oia cōmunia & distribuebat̄ singulis prout cuiq; op⁹ erat. Quæ aliqd habebāt in sæculo: qñ ingres/

sæ sunt monasterium: libenter uelint illud esse cõmune. Quæ aũt nõ habebãt: non ea quærãt in monasterio quæ nec foris habere potuerũt: sed tamẽ eaꝫ infirmitati quod opus est tribuat: & si pauperies eaꝫ quãdo foris erant: nec ipsa necessaria poterãt inuenire: ac nunc nõ ideo putent se esse fœlices: quia inuenerũt uictum & tegumentũ: q̃le foris inuenire non potuerũt. Nec erigãt ceruicem quia sociant eis ad quas foris accedere non audebãt: sed sursum cor habeãt: & terræna bona non quærãt: ne incipiãt monasteria esse diuitibus utilia non pauperibus: si diuites illic humiliant: & pauperes illic inflant. Sed rursus etiam illæ quæ aliquid esse uidebant in sæculo: non habeãt fastidio sorores suas: quæ ad illã sanctam societatẽ ex paupertate uenerũt. Magis autem studeãt non de parentũ diuitum dignitate: sed de pauperũ soroꝝ societate gloriari. Nec extollant si cõmuni uitæ de suis facultatib⁹ aliquid contulerũt: nec de suis diuitijs magis superbiant: quia eas monasterio partiuntur: q̃ si eis in sæculo fruerent. Alia quippe quæcũq; iniquitas in malis operib⁹ exercet ut fiant: superbia uero bonis operibus insidiat ut pereant. Et quid prodest dispergere dando pauperib⁹ & paupere fieri: si anima misera superbior efficiat contemnendo q̃ fuerat possidendo? Omnes ergo unanimiter & concorditer uiuite: & bonorate in uobis inuicem deum: cuius templa Dist. 42. in
M factæ estis: orationib⁹ instate horis & temporib⁹ constitutis. In oratorio nemo aliquid oratorio
agat nisi ad qđ est factũ: unde & nomen accepit: Vt si aliquæ etiã præter constitutas si eas uacat orare uoluerint: nõ eis sint impedimẽto quæ ibi aliquid agere uoluerint. Psalmis & hymnis cum oratis deũ: hoc uersẽt in corde quod proferẽt in uoce: & nolite cãNtare nisi qđ legitis esse cantãdũ: qđ aũt nõ ita scriptũ est ut canteꝫ: nõ canteꝫ. Carnẽ uestram domate ieiunijs & abstinentia escæ & potus: quantũ ualitudo permittit. Quãdo autem aliqua non potest ieiunare: non tamẽ extra horã prandij aliquid alimentoꝝ sumat nisi cũ ægrotat. Cum acceditis ad mẽsam: donec inde surgatis: quod uobis fm consuetudinem legiẽ sine tumultu & contentionib⁹ audite. Nec solæ uobis fauces sumant cibũ: sed & aures percipiãt dei uerbũ. Quæ infirmæ sunt ex pristina cõsuetudine: si aliter tractant in uictu: non debet alijs molestũ esse nec iniustũ uideri quas fecit alia cõsuetudo fortiores. Nec illas fœliciores putent: quia sumũt quod nõ sumũt ipsæ: sed sibi poti⁹ gratulent: quia ualent quod nõ ualent illæ. Et si eis quæ uenerũt ex moribus delicatioribus ad monasteriũ: aliquid alimentoꝝ: uestimentoꝝ: stramẽtoꝝ: operimentoꝝ dat: quod alijs fortioribus & ideo fœlicioribus non dat: cogitare debent quib⁹ nõ dat: quantũ de sua sæculari uita illæ ad istam descenderint: q̃uis usq; ad aliaꝫ quæ sunt corpore fortiores fragilitatẽ peruenire nequiuerint. Nec illæ debent conturbari q̃ eas uident ampli⁹: non quia bonorant: sed quia tolerant accipere: ne cõtingat detestanda peruersitas: ut in monastero: ubi quantũ possunt fiant diuites laboriosæ: fiant pauperes delicatæ. Sane quẽadmodum ægrotãtes necesse habent min⁹ accipere ne grauent: ita post ægritudinẽ sic tractandæ sunt ut citius recreent: etiã si de humillima sæculi paupertate uenerũt: tanq̃ boc illis contulerit recentior ægritudo: quod diuitib⁹ anterior cõsuetudo. Sed cum uires pristinas recuperauerint: redeãt ad fœliciorẽ consuetudinem suam: quæ famulas dei: tanto ampli⁹ decet quãtominus indigent: nec ibi eas teneat uoluntas iam uegetas quo necessitas leuarat infirmas. Illæ se extiment diti
ores quæ fuerint in sustinenda parcitate fortiores. Melius est enim minus ægere q̃
O plus habere. Non sit notabilis: habitus uester: nec affectetis uestibus placere sed moribus. Nec sint uobis tam tenera capitum tegmina: ne retiola subter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis: nec foris uel spargat negligentia uel componat industria. Quãdo proceditis simul ambulate: cum uenerit is quo itis simul state: In incessu: in statu: in habitu: in omnib⁹ motib⁹ uestris nihil fiat qđ illiciat cuiusq̃ libidinem:
P sed qđ uestrã deceat sanctitatẽ. Oculi uestri & si iaciunt in aliquem: figant in neminẽ. Nec enim quãdo proceditis uiros uidere prohibemini: sed appetere aut ab ipsis appeti uelle criminosũ est. Nec solo tactu: sed affectu quoq; & aspectu appetiẽ & appetit fœmi- 32. q. 5. nec solo
na. Hæc dicatis uos habere animos pudicos: si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Et cum seinuicem sibi etiã tacẽte lingua con-

ſpectu mutuo corda nunciant impudica: & ſm concupiſcentiam carnis alterutro de/
lectantur ardore: etiam intactis ab immunda uiolatiõe corporibus: fugit caſtitas ipſa
de moribus: Nec putare debet quæ in maſculo figit oculum & illi⁹ in ſeipſam diligit fi/
xum: non ab alijs uideri cum hoc facit: uideꝛ omnino & a quibus uideri non arbitraꝛ.
Sed ecce lateat & a nemine hominum uideaꝛ: quid faciet de illo ſuperno inſpectore
quem latere nihil poteſt? An ideo putandus eſt non uidere: quia tãto uidet patiẽtius
quanto ſapientius? Illi ergo timeat ſãcta fœmina diſplicere: ne uelit uiro male placere.
Illum cogitet omnia uidere: ne uelit uiro male uidere. Illius nãq; & in hac cauſa cõmen
datus eſt timor: ubi ſcriptum eſt: Abominatio eſt domino defigens oculum. Quando Q
ergo ſimul eſtis in eccleſia: & ubicũq; ubi & uiri ſunt: inuicem ueſtram pudicitiã cuſto/
dite: Deꝰ eñ qui habitat in uobis etiam iſto modo uos cuſtodit ex uobis. Et ſi hanc de
qua loquor oculi petulantiam in aliqua ueſtrum aduerteritis: ſtatim admonete ne cœ
pta progrediantur: ſed ex proximo corrigaꝛ. Si autem & poſt admonitionẽ iterum
uel alio quocũq; die idipſum eam facere uideritis: iam uelut uulneratam ſanãdam pro
dat quæcũq; inuenire potuit: hoc prius tamen & alteri uel tertiæ demõſtratã: ut duaꝝ
uel triũ poſſit ore cõuinci: & cõpetenti ſæueritate coerceri. Nec uos iudicetis eſſe ma
5.q.5.nõ iudicetis liuolas: quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes nõ eſtis ſi ſorores uãs quas
iudicando corrigere poteſtis: tacendo perire permittitis. Si enim ſoror tua uulnus ha/
beret in corpore quod uellet occultari dũ timeret ſecari: nonne crudeliter abs te ſile/
retur & miſericorditer indicareꝛ? Quãto ergo potiꝰ eã debes manifeſtare: ne pernitio
ſiꝰ putreſcat i corde. Sed anteq̃ alijs demõſtreꝛ: p q̃s cõuincẽda ẽ ſi negauerit: priꝰ præ/
poſitæ debet oſtendi: ſi admonita neglexerit corrigi: ne forte poſſit ſecretius correpta
innoteſcere cæteris. Si aũt negauerit: tũc neganti adhibendæ ſunt aliæ: ut iam coram
oĩbus poſſit: non ab una teſte argui: ſed a duabus tribuſq; conuinci. Conuicta uero ſm
præpoſitæ uel preſbyteri arbitrium debet emẽdatoriam ſuſtinere uindictã: quã ſi ferre
recuſauerit: & ſi ipſa nõ abſceſſerit: de ueſtra ſocietate proijciatur. Nõ enim & hoc fit
crudeliꝛ: ſed miſericordiꝛ: ne cõtagiõe peſtifera plurimas pdat. Et hoc qd̃ dixi de ocu/
lo non figendo: etiam in cæteris inueniendis: probibendis: iudicandis: conuincendis:
uindicandiſq; peccatis diligenter obſeruetur: cum dilectione hominũ: & odio uitioꝝ.
12.q.1.ũ dicat Quæcũq; autem in tantum progreſſa fuerit malũ: ut occulte ab aliquo: litteras ul' quæ/
libet munuſcula accipiat: ſi hoc ultro confitetur: parcatur illi: & oretur pro ea. Si autẽ
deprehendiꝛ atq; cõuinciꝛ ſcd̃m arbitriũ præpoſitæ uel preſbyteri: uel etiam epi: gra
uius emẽdeꝛ. Veſtes ueſtras in uno loco habete ſub uno cuſtode: uel duabꝰ: uel quot R
ſufficere potuerint ad eas excutiendas: ne a tinea lædãꝛ. Et ſicut paſcimini ex uno cel
lario: ſic induimini ex uno ueſtiario. Et ſi fieri poteſt: non ad uos pertineat quid uobis
induendum pro temporis congruentia proferatur: utrum hoc recipiat una quæq; ue
ſtrum: quod depoſuerat: an aliud quod altera habuerat: dũ tamen unicuiq; quod opus
eſt nõ negetur. Si autẽ hinc inter uos contentiones & murmura oriuntur: & conque/
riꝛ aliqua deterius aliquid ſe accepiſſe q̃ prius habuerat: & indignã ſe quæ nõ ita ueſti/
atur ſicut alia ſoror eius ueſtiebatur: hinc uos probate quantum uobis deſit in illo in/
teriore ſancto habitu cordis: quæ pro habitu corporis litigatis. Tamen ſi ueſtra tole/
ratur infirmitas: ut hoc recipiatis quod poſueratis: in uno tamen loco ſub communi/
bus cuſtodibus habete quod ponitis: ita ſane ut nulla ſibi aliquid opereꝛ ſiue unde in/
duatur: ſiue ubi iaceat: ſiue unde cingatur uel operiatur: uel caput contegat: ſed oĩa
1.Cor.13. opera ueſtra in commune fiant maiore ſtudio: & frequentiori alacritate q̃ ſi uobis pro
pria faceretis. Charitas enim de qua ſcriptum eſt: q̃ non quærit quæ ſua ſunt: ſic intel/
ligitur: quia communia proprijs: non propria communibus anteponit. Et ideo quãto
amplius rem cõmunẽ q̃ propriam curaueritis: tanto amplius uos profeciſſe noueritis:
ut in omnibus quibus utitur tranſitura neceſſitas: ſuperemineat quæ permanet chari/
tas. Conſequẽs ergo eſt: ut etiã illud qd̃ ſuis uel filialibꝰ: uel aliqua neceſſitudine ad ſe
ptinentibꝰ in monaſterio cõſtitutis aliquis uel aliqua contulerit: ſiue ueſtem ſiue quod
libet aliud inter neceſſaria deputãdum: non occulte accipiaꝛ: ſed ſit in poteſtate præ/

positæ ūt in commune redactum cum necessarium fuerit præbeat'. Q; si aliqua rem si/
bi collatam celauerit: furti iudicio comdemnet'. Indumenta uestra scd'm arbitriū præ
positæ lauent': siue a uobis: siue a fullonib9: ne interiores animæ sordes contrahat mū/
S dæ uestis nimius appetitus. Lauacrum etiam corpo; usuſq; balnearū non sit assidu9:
sed eo quo solet interuallo temporis tribuat': hoc est semel in mense. Cuius autem in/
firmitatis necessitas cogit lauandum corpus: non longius differat': Fiat sine murmure
de consilio medici: ita ut etiam si nolit: iubente præposita faciat quod faciendū est pro
salute. Si autē uelit & forte non expedit: suæ cupiditati non obediatur: Aliquādo em̄
etiā si noceat: prodesse creditur quod delectat. Deniq; si latens est dolor in corpore fa
mulæ dei: dicenti: quid sibi doleat: sine dubitatione credat': sed tamen utrum sanando
illi dolori qd' delectat expediat: si nō est certū medicus consulat'. Nec eant ad balneas
siue quocūq; ire necesse fuerit minus q̄ tres. Nec illa quæ habet aliquo eundi necessita
tem cum quib9 ipsa uoluerit: sed cum quib9 præposita iusserit ire debebit. Aegrotan/
tium cura siue post ægritudinem reficiēdarum: siue aliqua imbecilitate etiā: siue febri/
bus laborantium: alicui debet iniungi ut ipse de cellario petat quod cuiq; opus esse p/
spexerit: Siue autem quæ cellario: siue quæ uestibus: siue quæ codicibus præponunt':
sine murmure seruiant sororib9 suis. Codices certa hora singulis diebus petant': extra
horam quæ petiuerint non accipiant. Vestimēta uero & calciamenta quando fuerint
T indigenti necessaria: dare non differant: sub quarum custodia sunt quæ poscuntur. Li/
tes aut nullas habeatis: aut q̄ celerrime finiatis: ne ira crescat in odium: & trabem fa/
ciat de festuca: & animam faciat homicidam. Neq; enim ad solos uiros pertinet quod
scriptum est: Qui odit fratrem suum: homicida est: sed sexu masculino qūem primum 1.Joh.3.
deus fecit: etiam fœmineus præceptum sexus accepit. Quæcūq; conuitio uel maledi/
cto: uel etiam criminis obiectu alteram læserit: meminerit fatisfactione quātoti9 curare
qd' fecit: & illa quæ læsa est sine discepttaione dimittere. Si autē inuicem se læserūt: in/
uicem sibi debita relaxare debebūt propter orationes uestras: quas utiq; quanto cre/
briores habetis: tāto sanctiores habere debetis. Melior est aūt quæ q̄uis ira sæpe tem/
ptatur: tamē impetrare festinat ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam: q̄ quæ
tardius irascitur: & ad ueniam petendam difficilius inclinatur. Quæ nō uult dimittere
sorori: nō speret accipere oratiōis effectum. Quæ autem nūq̄ uult petere ueniam: aut
non ex animo petit: sine causa est in monasterio: etiam si nō inde proijciatur. Proinde
uobis a uerbis durioribus parcite: quæ si emissa fuerint ex ore uestro: non pigeat ex
ipso ore proferre medicamenta ex quo facta sunt uulnera. Quando autem necessitas 86.dis.quādo
disciplinæ minoribus coercendis dicere uos uerba dura compellit: si etiā in ipsis modū
uos excessisse sentitis: non a uobis exigit' ut ab eis ueniam postuletis: ne apud eas quas
oportet esse subiectas: dū nimia seruat' būilitas: regēdi frangat' auctoritas: sed tñ petē/
da est uenia ab omniū dño: qui nouit etiā eas quas plus iusto forte corripitis quāta be
niuolentia diligatis. Non autē carnalis sed spiritalis inter uos debet esse dilectio. Nam
quæ faciūt pudoris īmemores: etiā fœminis fœminæ iocando turpiter & ludendo: nō
solum a uiduis & intactis ancillis christi in sancto proposito constitutis: sed om̄ino nec
V a mulierib9 nuptis: nec a uirginibus sunt facienda nupturis. Præpositæ tanq̄ matri obe
diat': honore seruato: ne illo offendat' deus: m'tomagis presbytero qui omniū uestrū
curam gerit. Vt ergo cuncta ista seruent': & si quid seruatū non fuerit: non negligēter
prætereat': sed emēdandū corrigendūq; cureť: ad præpositam præcipue pertinet: ita
ut ad præsbyterū qui uobis intēdit referat: quod modū uel uires eius excedit. Ipsa ue/
ro non se existimet potestate dominātē: sed charitate seruiēte fœlicem. Honore corā
hominibus prælata sit uobis: coram deo substrata sit pedibus uestris. Circa omnes se/
ipsam bonorum operum præbeat exemplum: Corripiat inquietas: consolet' pusilla/
nimes: suscipiat infirmas: patiens sit ad omnes: disciplinam libens habeat: metuens im
ponat. Et quamuis utrūq; sit necessarium: tamen plus a uobis amari appetat q̄ timeri:
semper cogitās deo se pro uobis reddituram esse rationē. Vnde magis obediēdo nō *
solum uestri: uerūetiam ipsius miseremini: quæ inter uos quāto in loco superiore: tāto

in periculo maiori uersat'. Donet dominus ut obseruetis hæc omnia cũ dilectione tanq̃ spiritalis pulchritudinis amatrices: & bono christi odore de bona conuersatione fragrantes: non sicut ancillæ sub lege: sed sicut liberæ sub gratia constitutæ. Vt aũt in hoc libello tanq̃ in speculo uos possitis inspicere: ne p obliuionẽ aliquid negligatis: semel in septimana uobis legat': Et ubi uos inueneritis ea quæ scripta sunt facientes: agite gratias domino bonoꝝ omniũ largitori: Vbi autẽ sibi quæcũq; uestrũ uidet deesse aliqd: doleat de præterito: caueat de futuro: orans ut & debitum dimittat': & in temptationem non inducatur.

Narratio eoꝝ que gesta sunt: cum beatus Augustinus epꝰ: Eradium presbyteꝝ designauit ac pronũciauit successorem sibi. CX.

GLoriosissimo Theodosio duodecimo: & Valentiniano augusto iteꝝ cõsulibꝰ. VI. kl'. octobris: cum Augustinus una cum Religiano & Martiniano coepiscopis suis consedisset in ecclesia pacis hipponensium regionum: præsentibꝰ Saturnino: Leporio: Barnaba: Fortunatiano: Rustyco: Laçaro & Eradio presbyteris: Augustinus episcopus dixit: q̃ hesterno die promisi charitati uestræ: propter quod uos uolui frequentiꝰ conuenisse mora postposita hoc agẽdum est. Si em̃ aliud uelim loqui in illud suspensi minus auditis. Omnes in hac uita mortales sumus: & dies huius uitæ ultimꝰ omni homini est semp incertus: Verũtamẽ in infantia sperat' pueritia: & in pueritia sperat' adolescentia: & in adolescentia sperat' iuuẽtus: & in iuuẽtute sperat' grauitas: & in grauitate sperat' senectus: utrum contingat incertum est: est tamẽ quod spere tur. Senectus aũt aliam ætatem quam speret non habet: incertum est ipsa senectus q̃ diu sit homini: illud tamẽ certum est nullam remanere ætatẽ quæ possit succedere senectuti: quia noluit deus. Ad istam ciuitatẽ cum uigore ætatis aduenì: sed tamẽ iuuenis fui & senui. Scio post obitus episcoporũ: per ambitiosos aut contẽtiosos solere ecclesias pertũrbari: & qd' sæpe expertꝰ sum & dolui: debeo quantũ ad me attinet: ne cõtingat huic ꝓspicere ciuitati: sicuti nouit charitas uestra in mileuitana ecclesia modo fui: Petierũt enim me fratres (maxime serui dei qui ibi sunt) ut uenirẽ: quia post obitũ beatæ memoriæ fratris & coepiscopi mei Seueri: nõnulla ibi pturbatio timebat'. Veni & quomodo uoluit dñs adiuuit nos pro sua misericordia: ut cũ pace episcopũ acciperẽt: quẽ uiuus designauerat episcopus eoꝝ. Hoc em̃ eis cum innotuisset uoluntatẽ præcedẽtis & decedẽtis episcopi sui: libẽter amplexi sunt. Minus tñ aliquid factũ erat: unde nõnulli cõtristabãt': qa frater Seuerꝰ putauerat sufficere ut successorẽ suũ apud clericos designaret: apud ppl'm inde nõ locutꝰ est: Erat inde aliquoꝝ nõnulla tristicia. Quid plura? Deo placuit: tristicia fugata ẽ: gaudiũ successit: Ordinatꝰ est epꝰ quẽ præcedẽs epꝰ designauit. Ego ne aliqui de me querãt': uolũtatẽ meã quã credo dei esse: in y oĩm uestrũ noticiã ꝓfero: presbyteꝝ Eradiũ mihi successorẽ uolo. A ppl'o acclamatũ est: Deo grãs: deo laudes: dictũ est uicies: Ter Exaudi christe: Augustino uita dictũ ẽ sedecies. Te patre: te episcopo: dictũ est octies. Cũq; reticerẽt: Augustinꝰ epꝰ dixit: Non opus est me de laudibꝰ eius aliquid dicere: faueo sapiẽtiæ: & parco uerecundiæ. Sufficit qa nostis eũ etiã: hoc me uelle dico: qd' uos uelle scio: & si ante nescirẽ: hodie probarẽ. Hoc ergo uolo: hoc a dño deo nũc etiã in ætate frigida uotis ferueẽtibꝰ posco: hoc ut mecũ oretis exhortor: admoneo: rogo: ut oĩ in pace christi collatis & conflatis mẽtibus confirmet deus qd' operatus est in nobis. Qui misit mihi eũ: seruet eũ: seruet incolumẽ: seruet sine crimine: ut q facit gaudiũ uiuẽtis: locũ suppleat moriẽtis: A notarijs ecclesiæ sicut cernitis excipiunt' quæ dicimus: excipiunt' quæ dicitis: & meꝰ sermo & uestræ acclamatiões in terram non cadũt. Apertius ut dicã ecclesiastica nũc gesta conficimꝰ. Sic em̃ hoc esse quantũ ad homines attinet cõfirmatũ uolo. A populo acclamatũ est: Deo gratias: christo laudes: dictum tricies: Sexies Exaudi christe: Augustino uita dictum est quaterdecies: Te patre: te episcopo: dictũ est octies: Dignus & iustus est: dictũ est uicies: Bene meritꝰ: bene dignus dictũ est qnquies. Cunq; reticerẽt: Augustinꝰ episcopus dixit: Ego ut dicebã uoluntatẽ meã & uoluntatẽ uestrã: e gestis ecclesiasticis quantũ ad homines attinet: confirmatã uolo: quantum uero ad latentẽ

omnipotētis uoluntatē: omēs ūt illi si oremus: ut confirmet deus qđ opatus est in nobis. Appło acclamatū est: Iudicio tuo gratias agimus: dictū est sedecies fiat fiat: Dictū est duodecies: Te patre: Eradiū episcopū: dictum sexies. Cunq; reticerēt: Augustinus episcopus dixit: Scio q; scitis & uos: sed nolo de illo fieri qđ de me factū est. Quid autē factū sit multi scitis. Illi soli nesciūt qui tūc aut nondū nati erāt: aut nondū babebāt ætatem sciendi. Adhuc in corpore posito beatæ memoriæ patre & coepiscopo meo sene Valerio: eps ordinatus sum: & sedi cū illo: qđ concilio niceno prohibitū fuisse nesciebam: nec ipse sciebat. Qđ ergo reprehēsum est in me: nolo reprehēdi in filio meo. A populo acclamatū est: Deo gratias: christo laudes: dictū est quaterdecies. Cūq; reticerent: Augustinꝰ eps dixit: Erit presbyter ut est qñ deꝰ uoluerit futurꝰ episcopus. Sed plane modo facturus sum adiuuāte misericordia christi qđ adhucusq; nō feci. Nostis ante aliquot annos quid facere uoluerim: & nō permisistis: & placuit mihi & uobis ꝓpter curam scripturaꝝ: quā mihi fratres & patres mei coepiscopi duobꝰ conciliis numidiæ & carthaginis imponere dignati sūt: ut per qnq; dies nemo mihi molestꝰ esset. Gesta confecta sunt: placuit acclamastis. Recitaꝫ placitum uestrum: & acclamatio una est: paruo tempore seruatum est circa me: & postea uiolēter irruptū est: & nō permittor ad qđ uolo uacare ante meridiē: post meridiē occupationibus hominum teneor: Obsecro uos & obstringo ꝑ christū: ut huic iuueni: hoc presbytero Eradio quē hodie in nomine christi designo episcopum successorē mihi: patiamini me refundere onera occupationū mearū. A populo acclamatum est: Iudicio tuo gratias agimꝰ: dictum est uiciessepties. Cūq; reticerēt: Augustinꝰ eps dixit: Ego charitati & beniuolētiæ uestræ apud dñm deū nostrū grās ago: imo de illa deo grās. Ergo fratres quicquid est qđ ad me perferebaꝫ: ad illum perferaꝫ: ubi necessarium babuerit consilium meū non negabo. Auxilium absit ut subtrahaꝫ: tamē quicquid illud est quod ad me pferebaꝫ: ad illū perferaꝫ. Ipse me autem cōsulat si forte non inuenit quid facere debeaꝫ: aut poscat adiutorem quē nouit patrē: ut & uobis nihil desit: & ego tandē aliquādo si q̄ntulumcūq; spaciū mihi huius uitæ donauerit deus: ipsam quātulācūq; uitā non dem segniciei nec donem inertiæ: sed in sanctis scripturis quātum ipse ꝑmittit & largiꝫ exerceam: hoc & ipsi proderit & ꝑ ipsum etiam nobis. Nemo ergo inuideat ocio meo: quia meū ocium magnum habet negociū. Video me de hac re propter quā uos inuitaut omia uobiscū egisse quæ debui. Hoc ad ultimū rogo ut gestis istis dignemini subscribere qui potestis: Hic mihi responsiōe uestra opus est: teneam responsionē uestram: de hac assēsione aliqd acclamate. A populo acclamatū est: fiat fiat. Dictū uiciesquinquies: dignꝰ est: iustus est: Dictum uiciesocties: fiat fiat: Dictū q̄terdecies: olim dignus: olim meritꝰ: Dictum uiciesquinquiens: iudicio tuo gratias agimꝰ: Dictū tredecies Exaudi christe: Eradium conserua: dictum uiciesnonies. Cunq; reticerēt: Augustinus episcopus dixit: Bene habet ut ea quæ dei sunt circa sacrificium eius agere ualeamus. In qua hora supplicationis uestræ: ut omnes uestras causas & negocia intermittatis & pro ista ecclesia & pro me & pro presbytero Eradio dño precē fundatis.

¶ Beati Augustini ad Iulianū comitē: de perfectissima atq; plenissima iusticia tractātis: Et quō uiuere debeat quo ad deū & proximos edocētis. Epla. CXI. Ad. Bonifaciū

& OMi frater charissime: si cupias scire: q̄is ego nesciā q̄ perfectissima atq; plenissima sit iusticia. Iusticia est deū toto corde amare: illiq; tota adhærere uolūtate q̄ est summū bonū. Summū uero amare bonū: summa est beatitudo. Qui deū amat bonꝰ est. Si bonus: ergo & beatus. Quem quanto quis ardētius amat: tanto melior efficieꝫ: quatenus hoc beatissimo bono abundare te faciat charissime frater ipse q̄ est hoc bonum: quotidianis precibus integro cordis desiderio eum & si indignus prædicare studeā. Tu uero frater charissime intellige: quia consilio sanctæ trinitatis & opere maiestatis diuinæ creatꝰ es. Ex primo quoq; conditiōis bonore intellige: q̄ntum debeas cōditori tuo: dum tm̄ in cōditōe mox dignitatis priuilegiū præstitit creditor tibi æternus: ut eum tanto ardentius amares: quanto mirabiliorem te ab eo esse creditum Ca. I.

intelligeres. Nec hoc solum quod consilio sanctæ trinitatis sic excellenter a creditore conditus es: sed etiã quod ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omniũ te creauit: qđ nulli alij ex creaturis nisi soli homini cõcessit: Et hæc ẽ imago unitatis & trinitatis omnipotentis dei: quã anima tua habet in se. Primũ quia scđm donum dei uiuis ac sapis: Secũdum quia ad imaginem tui conditoris creatus es: Tertium licet unus appelleris homo: tamen tres habes a patre & filio & spũsancto concessas dignitates: id est intellectum: uoluntatem & memoriã: quod idem licet alijs uerbis in euangelio de-
Matth.22. signatur: cum dicitur: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & mente & omnibus uisceribus tuis. Ex his enim tribus imaginem conditoris nostri mirabiliter gerit nostra natura: noster interior homo: ex quibus quasi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere conditorem: ut quantum a nobis intelligitur: diligatur: semper in memoria qua recipitur habeatur. Nec solum sufficit nobis deum intelligere: nisi fiat in amore eius uoluntas nostra: immo nec hoc sufficit
Ca.2. nisi cum memoria & uoluntate opus addatur. Tuo uero capiti frater charissime gratia spiritalis sit sapientiæ: quæ mentem tuã illuminet: & ad uitam æternã sicut desidero & opto pducat. Toto etem̃ cordis mei affectu opto deũq; deprecor: ut semp ad interiora te extendas donec peruenias ad sublimẽ perpetuæ beatitudinis coronam: & animi tui nobilitatem quã in te optime scio: nullis amicoꝝ consilijs: nulla seculariũ ambitiõe desiderioꝝ ab amore christi immutare permittas. Noli tuã bonitatem aliorum malignitate obscurare: sed ubiq; quantũ uales amabilis corã deo & omni populo appareas. Non deerit tibi gratia adiuuantis dei: si tibi adhæserit uoluntas admonitionis sanctæ: quã sæpi⁹ in scripturis diuinis mens bonitatis tuæ attendit. Esto quæso te: q̃s laicus ad omne dei opus promptus: pius ad pauperes: & ad infirmos cõsolator: mœrentium compatiens miserijs omniũ: larg⁹ in elemosynis: memorãs euãgelicæ uiduæ
Luc.21. duo minuta in gaçophylatiũ mittẽtis: & propbetam dicentem: Frange esurienti panẽ
Esa.58. tuũ: & caue præuidẽs discretionẽ elemosynæ: ita ut utriscq; dãti scilicet & accipiẽti solatiũ sit: ltaq; nõ solũ de salute tua: uerũ & de multoꝝ profectu & ,psperitate meditare. Elige tibi consiliarios optimos deum timentes: & uel ueritatem uel charitatẽ amantes. Sæpe em̃ adulatores blanda facie decipiũt animas audientiũ se: & perpetua mor-
Ps.52. te interimunt. De talib⁹ dicit psalmista: Quoniam de⁹ dissipauit ossa eoꝝ qui hominiHal.1. bus placent: Confusi sunt: quoniam de⁹ spreuit eos. Et apostolus ait: Si hominib⁹ placerem: christi seru⁹ nõ essem. Vnusquisq; amic⁹ ad ædificationem & nõ ad destructionem placeat proximo suo: quia non omnis amicus consiliari⁹ esse poterit: dicente scri-
Ca.3. Eccl.6. ptura: Amici sunt multi: consiliarius aũt unus. Licet me mutatiõe habitus longe tulisA set a uobis in corpore: sed nullaten⁹ charitate: quia charitas quæ describi potest nunq; uera fuit. Ideo intima amicitiaꝝ charitate quãtum possum⁹ domino christo coniũgaJob.15. mur: quia ipse ait: Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio uobis. Et iterum ad discipulos suos: Iam nõ dicam uos seruos sed amicos meos. Et si præmia uitæ æternæ uolum⁹ promereri: illi⁹ præcepta totis uirib⁹ satagam⁹ custodire. Præcepta nãq; eius
Matth.11. nolentib⁹ grauia sunt: uolentib⁹ leuia: sicut ipse ait: Iugũ enim meũ suaue est: & onus
Esa.66. meũ leue. Et iteꝝ: Sup quẽ requiescã nisi sup humilẽ & quietũ & trementẽ sermones meos? Sæculi em̃ amicitia: aut lucro: aut beneficijs: aut diuersis honorib⁹ constat: Saluatoris aũt amicitia in se & proximos diligẽdo consistit. Igit̃ quotienscũq; bonis actib⁹ mandatũ christi facim⁹: totiẽs amici christi uocamur. Ille nos semp inuitat ad amicitiã suã: & diabol⁹ inuidens quærit nos megere in infernũ. Saluator nos amat: & proditor nos odit: Ideo nõ prætermittam⁹ redemptorẽ: ne sequamur prædonem. Charior nobis sit qui libertati restituit: q̃ qui nos captiuauit & seruituti subdidit. Semper autem ante oculos cordis pone: q̃ amicoꝝ turba: nec familiæ multitudo: nec auri argẽtiq; cõgestio: non gemmaꝝ lapilla fulgentia: non uindemiarum ubertas: non densitas segetum: non iocũditas extensa pratorum: possunt animæ eunti de corpore ullum afferre præsidium: sed plus urgent qui ea diligũt. Ideo diligendus est uerus amicus noster dominus Iesus christus: qui præsentem fœlicitatẽ & æternæ uitæ tribuet beatitudinẽ.

Nam redemptor noster ideo dicit: quia redemit nos a diaboli captiuitate: & saluator saluãdo nos a peccatis nostris: adiutor adiuuãdo nos in oportunitatibus in tribulatione: protector protegendo nos: ut inter inimicos illæsi maneam⁹: susceptor deus: suscipiendo nos in æterna tabernacula. Ideo charitatem & præcepta & amorem tanti amici totis uiribus adimpleamus: & nobilitatem imaginis illius in nobis seruemus. Reme moremus semper q̃ inclytus & ualde glorioſus est imperator & amicus noster. Ille a nobis non aliud quærit munus: nisi spirtale. Caueamus quatum possumus: ne aliquid inueniat quod oculos eius offẽdat. Et si forsitan ut solet humanæ fragilitatis conditio aliquam negligentiæ maculam spiritus malignus in nobis infigit: citius per confessionem & pœnitẽtiam lachrymarũ abluere eam omni studio festinemus: ne diu sine amici nostri maneam⁹ amplexu: quia paratior est nos recipere q̃ perdere: tantũ si non tardamus de die in diem reuerti ad illũ. Hæc em̃ duo mala omps deus odit in omnib⁹ hominib⁹: id est negligentiã reuertendi: & desperationẽ salutis. Tm̃ hæc absint a cogitationib⁹ procul nostris: & ille tũc animis prope erit nostris. Ne quæso de terræna fœlicitate gloriãtes confidam⁹: sed gratias agam⁹ ei: qui dum boies esse uoluit rationales: nõ
B supbia sed humilitate prosequi se rogauit. Quæ ergo maior poterit esse nobis gloria Ca.4.
uel sublimior bonor: q̃ eius imperatoris esse amicos qui super oẽs imperator est: Et quãto ille sublimior est oẽipotẽtia in uirtute: tãto nos debem⁹ esse diligentiores in iusticia & sanctitate & humilitate & obseruatiõe mãdatorũ ei⁹. Sanctitas uero in iusticiæ opib⁹ cõstat: Iusticia uero duob⁹ modis implet: ut quæ ꝓhibita sunt ab eo nõ faciam⁹: & quæ iussa sũt ab eo faciam⁹: iuxta ꝓphetã q̃ ait: Diuerte a malo & fac bonũ. Ois em̃ Ps.33.
sanctorũ librorũ series ad nostrã salutẽ scripta est: & hoc maxime auribus nr̃is intonat: & iterum atq; iterum replicat: quid sit omni homini cauendum: uel quid sequendum. In quib⁹ libris tua dignitas optime excrescere solet: quia per illos nobis loquit⁹ ipse deus & domin⁹ noster: & piæ uoluntatis nobis demonstrat effectum. Recognoscam⁹ & recogitemus quali honore nobis illius legio sit accipienda. Quid si a rege legatio: aut in diluculo ad nos ueniret: nunquid nõ moxalijs curis postpositis prompta uolũtate & cum omni deuotione litteras acciperemus & legentes implere satageremus? Et ecce de cælo cælorum: rex regum: & dominus dominantium: immo & redemptor noster per propbetas & apostolos dignatus est nobis dirigere litteras suas: non ut aliquod seruitium sibi necessarium nobis demandet: sed quæ ad salutem & gloriam no-
C bis prodesse possint innotescat. Proinde si aliquid in boc sæculo possidere delectamur: Ca.5.
deũ qui possedit oia: qui creauit oia expedita mẽte possideam⁹: & in eo habeam⁹ quæcunq; fœliciter ac sancte desideram⁹. Sed quia nemo possidet deũ: nisi qui possidet⁹ ab eo: sumus nosipsi facti dei possessio: & efficiet⁹ nobis deus possessor. Et quid potest esse fœlicius in mũdo q̃ cui efficit⁹ suus imperator & redemptor census: & hæreditas dignatur esse ipsa diuinitas? Oẽs em̃ ex illo fructus percipim⁹: in illo & de illo semper uiuimus. Quid rogo boi sufficit cui ipe cõditor nõ sufficit? Quid ultra quærit cui oẽ gaudiũ: & oia suus redemptor esse debet? Heu q̃ subtiliter nos ille antiqu⁹ hostis decipiẽdo fallit: eã cæcitatẽ ante oculos nostræ mẽtis obducit ne discernere ualeam⁹ gaudia hui⁹ sæculi & gaudia regis æterni. Nam gaudere quidẽ bonũ est: sed qui gaudet: si nõ unde debet: nõ potest bonũ esse qd̃ gaudet. Gaudet miles terræn⁹ propter bonores hui⁹ sæculi perituros: uestes pulchras: & speciosas armillas brachio circũdatas: coronã capiti impositã: & tale gaudiũ nõ est æternũ sed periturũ. Gaudet & raptor cũ desiderata rapuerit. Gaudet ebriosus cũ occasionẽ potatiõis inuenerit. Gaudet adulter cum ad delectationẽ corporis fruẽdæ meretricis peruenerit. Gaudet periurus si facultates hui⁹ sæculi iurãdo acquisierit. Gaudet iracũdus si furiã suã perfecerit: Et mlta alia quæ mens charitatis tuæ frater charissime cõprehẽdere poterit. Et cũ sit gaudere bonũ: de bis atq; huiusmodi gaudere grande malũ est: & perducẽs ad mortẽ pctm̃. Nec qd̃libet scelus corã deo tã abominabile sit q̃ præterita peccata unũquẽq; nostrũ gaudere reminiscendo: inde & exultare atq; in eis semper iacere. Hæc sunt quæ superi⁹ diximus: unde nos gaudere uult mund⁹: ut peream⁹ cum amatorib⁹ mundi huius. Hæc enim

gaudia uelut uenena diaboli repudiare debem⁹: quia nō solum corpora: sed & animā
Ca.6. perpetualiter necare festināt. Quæso frater mi: quæso has diaboli sagittas ad petram D
Epb.6. quæ chris⁹ est allidēs: sume scutum fidei: in quo possis oia tela diaboli: sagittas igneas
extinguere: & gaudeam⁹ de bonis domini: de conscientia pura: & de confessione ue/
ra: & digna pœnitentia: de luctu & uera tristicia: quæ non scd'm mortem: sed scd'm deū
Epb.4. salutem operat' æternā. Eam uero quæ scd'm hoc sæculū est tristiciā: firmiter apostol⁹
cōmendat dicens: Nolite contristare spiritū sanctū dei in quo signati estis in die redē/
ptionis: sed oīs amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollat' a uobis:
cum omni malicia: & estote inuicem benigni: misericordes: donātes inuicem sicut &
de⁹ in christo donauit uobis. Et quātum possum⁹ solerti studio mores nostros corriga
mus: & uirtutes omniū bonor⁹ acquirere festinem⁹: q̄ pietatem dei & misericordiā in
tempore oportuno consequi ualeam⁹: & de promissione futuri illi⁹ regni ineffabiliter
gaudeam⁹. Hæc sunt quæ nos contra impetū diaboli armāt & deo commendāt. Hæc
sunt arma quæ animos nostros confortant: muniunt atq; nobilitant. Hæc arma nobi/
scum frater & intra nos deo donante. Hæc sunt diuitiæ uitæ nostræ: Nam pudici/
tia pudicos facit: & iusticia iustos: & pietas pios: & humilitas humiles: & mansuetu/
do mansuetos: & innocentia innocentes: & simplicitas simplices: & puritas puros: &
prudentia prudentes: & temperātia temperatos: & charitas deo & hominibus nos fa/
cit charos. Hæc omnia bona a deo & a bono creata sunt. Et ideo si in illo esse uolum⁹:
1.Joh.2. q̄d' esse debem⁹: sicut sanctus Iohānes apostol⁹ dixit: Quō ille ambulauit ita nos spirita
liter ambulem⁹. Quid ē ambulare sicut xp̄s ambulauit: nisi cōtemnere uanitatē & fœ/
licitatē hui⁹ sæculi: & aduersa non timere pro nomine illi⁹ pati? Sperem⁹ quæ promi/
Ca.7. sit & sequamur quo ipse præcessit. Non nos ullo modo ab amore christi separet huius E
sæculi misera bilis dulcedo: neq; excusatio uxoris aut filior⁹ gratia: scilicet: nec mlta au/
ri argenti q̄; & possessionum dilectio: dum terribiliter contestat' nobis sanctus Iohānes
Ubi ō apostolus dicens: Nolite diligere mundum neq; ea quæ in mūdo sunt: quia omne q̄d'
in mundo est: concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculorum: & ambitio sæcu/
li. Hæc sunt quæ a paradiso delitiarum in hoc miserabile exilium Adam & Euam pro/
iecerunt: quia nisi dilectio dei ab eis defecisset: nunquā diligere cœpissent male suadē/
tis serpentis consilium: immo nec credidissent: Et concupiscentia carnis ab eis impleta
est q̄ de ligno uetito gustauerunt: & concupiscentia oculorum q̄ sibi aperire oculos
cupierūt: & ambitio sæculi q̄ se fieri posse quod de⁹ est crediderūt. Et ideo uolens nos
omnes apostolus ab his tribus generib⁹ mortis cauere: dixit: q̄ omne quod in mundo
est: concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculorum: & ambitio sæculi. Et ut faci
lius frater mi bonitas tua intelligat: si placet qualiter illi primi homines scilicet Adam
& Eua commiserunt tam graue peccatum: pandam quoq; : Gratia domini nostri Ie/
su christi te ad hoc semper cauere concedat: quia illis duob⁹ originaliter totum dam/
natū est gen⁹ humanum. Illi enim non ederent de ligno prohibito: nisi concupiscerēt:
nec concupiscerent nisi temptati: nec temptarent' nisi deserti: nec desererentur a deo
nisi prius ipsi deseruissent deum: nec illi deum deserent nisi superbirent: & similitudi/
nem dei ad quam facti erant damnabiliter neglexissent: Pro quo mordida eorum cor/
pora contraxerunt mortem: & iuxta sententiam domini eo die credunt' mortui: quo
in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi. Hæc pauloante diximus de primis ho
minibus: ut lapsum & damnationis eorum possimus euadere exitium siue suppli/
cium: Quia quamuis ex Adam simus carnaliter nati: non ipsum tamen debem⁹ imi/
tari: sed christum dominum nostrum: in quo renati sumus per baptismum & uiuimus.
Quid est imitari Adā: nisi carnalib⁹ concupiscentijs ac desiderijs morte nos perpetua
occidi? Et qd est imitari Christū: nisi carnalib⁹ desiderijs & cōcupiscētijs in nobis mor
tificari: & cū ipso qui nos proprio precio sui sanguinis redemit fœliciter regnare? Et si
qñ in Adam fuim⁹ omnes in ipso cecidim⁹: Itaq; in christo iam esse cœpim⁹: omnes cū
illo spiritaliter resurgam⁹. Et ut totū dicā: Adam abstulit nobis paradisū: & xp̄s dona/
uit regna cælor⁹: & corp⁹ suū p nobis p̄c̄orib⁹ tradidit. Christ⁹ ēm mortu⁹ est p p̄c̄ō:

non ſuo ſed noſtro: unuſquiſq; autem noſtrum non omnium moriē peccato ſed ſuo.
F Quid eſt peccato mori: niſi opera maligna in nobis damnare: & hoc miſerabile ſæculū Lu.8.
fugere: ut ſicut homo carne mortuus in ſepulchro nulli detrahit: nemini uiolentus exiſtit: neminē calumniaē: neminē opprimit: non inuidet bonis: non inſultat malis: non luxuriæ carnis ſeruit: non bibendo magis ac magis in ſe ſitim accendit: non odioꝝ flāma ardeſcit: non potētes aut diuites huiꝰ ſæculi adulaē: nō inquieta curioſitate raptaē: nō de turba maxima ſibi aſtante curā gerit: non auro argentoq; ſiue pallio circūdatus diſtendiē: non ſalutationibꝰ potentium delectaē uel parentum: nō ſe iniurijs fatigat: nō eum ſuperbia inflat: nō ambitio huius ſæculi necat: nec uanagloria turpiter iactat: nō aurum ſiue armillæ atq; omnes huius ſæculi diuitiæ inflāmant: non rabies inſana furoris exagitat: non equoꝝ craſſitudo amorq; inuitat: non pulcherrima ſpecies fœminaꝝ auidum reddit: nō biſtrionum miſerabilium uerba in riſum excitāt: non contentiones huius ſæculi perturbāt: non audacia extollit: nō gaudia huius ſæculi delectāt: non iracundum animoſitas: non ſuſpicioſum peruerſitas: non uerboſum uanitas: non rixatorem malignitas: nō mobilem: inſtabilem huius uerſatilis amor? Hæc & alia huiuſmodi enumerando protelaui: ut intelligat dulciſſima fraternitas tua: q̄ homo carne mortuus: nec facere poteſt iſta quæ dixi nec pati: & his talibus nō torpeamus: ſed ſtudeamꝰ quantum poſſumus cū dei adiutorio corpora noſtra cū uitijs & cōcupiſcentijs mor/ Gal.5.
tificare: & induamus nouum hominem: qui ſm deū creatus eſt: in iuſticia & ſanctitate Eph.4.
ueritatis: nec humanis laudibus delectemur: nec detractoribus libenter aurē præbeamus: nec adulatoribus noſtris credamus ne diſcordes ſimus: ſed magis eos quos ualemus ad concordiam prouocemus: quia ſm euangelium: Beati pedes qui ad pacē cur-
G runt. Nec ſimꝰ carnales: id eſt carnaliter in hoc ſæculo uiuētes: quia apls dicit: Si ſcd'm Lu.9.
carnē uixeritis moriemini. Igit̄ ille ſm carnem uiuit: qui ſm ſeipſum uiuit: id eſt pergit Ro.8
quo uult: dormit qn̄ uult: & q̄diu uult: loquiē quæ uult: & quicqd uult: & ubi uult: māducat & bibit qn̄ uult & quātum uult: ridet & iocaē turpiter inter quos uult & quando uult: Poſtremo quicquid naribꝰ ſuaue ſit quærit: quicquid tactu blandū: quicquid oculis delectabile: quicquid corpori ſuo iocundum exercet ac ſequiē qualiter uult & quando uult: qa licita & illicita carnaliter uult: Delectaē in ueſtimētis pulcherrimis & equitibꝰ & armis ſicut uult & quādo uult: & ſic non ſcd'm deum: ſed carnaliter uiuit & delectatur: & omnia deſideria carnis ſuæ perficit ſicut uult & qn̄ uult. Quapropter chariſſime frater in chriſto deprecāda eſt nobis diuina clemētia: ut deſideria carnalia delectatio ſpiritalis imminuat: & pietas in nobis crudelitati reſiſtat: & malignitatē patiētia coerceat & libidinē uincat: & animoſitatē tranquillitas tollat: ſcurrilitatē & uerboſitatem taciturnitas moderata compeſcat: curioſitatē ſtudiū ſpiritale in uigilijs & orationibus & elemoſynis ſuccidat: ebrietatem ſobrietas domet: iræ & furori manſuetudo dominetur: leuitatē maturitas regat: luxuriā uera caſtitas excludat: mūdi cupiditatē dei & proximi charitas refrenet: iactantiā & ſuperbiā cōculcet profunda humilitas: quia hu-
H militas homies ſanctis angelis ſimiles facit: & ſuperbia exangelis dæmones facit: Et ut Lu.10
euidēter oſtēdam?: ipſa ē pctōꝝ oīm initiū & finis & cauſa: qm̄ nō ſolū eſt pctm̄ ipſa ſuperbia: ſed etiā nullū pctm̄ potuit aut pōt aut poterit eſſe ſine ſuperbia. Siquidē nihil aliud oē pctm̄ ē niſi dei cōtemptꝰ: qn̄ eiꝰ præcepta cōtemnimꝰ: & hoc nulla res alia ſuadet hoi niſi ſuperbia. Porro ſuperbia & cupiditas intm̄ eſt unū malū: ut nec ſuperbꝰ ſine cupiditate: nec ſine ſuperbia poſſit cupidꝰ inueniri. De ſuperbia nāq; naſcūē hæreſes: ſciſmata: detractiōes: inuidiæ: iræ: rixæ: diſſenſiōes: contentiōes: aioſitates: ambitiōes: elationes: præſumptiōes: iactātia: uerboſitas: uanitas: inquietudo: mendaciū: periuriū: & cætera huiuſmodi: quæ dinumerare longū eſt p ſingula. Cupiditas quoq; facit hoies gulloſos: intemperātes: ebrioſos: auidos: rapaces: fornicarios: adulteros: ſtupratores: inceſtos: flagitioſos: & alia innumerabilia: per quæ diabolus genus humanū præcipitare ſolet per ſuperbiam & cupiditatem. Diabolus nāq; per ſuperbiam & cupiditatem Iſa.14.
dicit: In cælo conſcendam. Chriſtus cum humilitate dicit: Humiliata eſt in terra anima mea. Diabolus per ſuperbiam & cupiditatem dicit: Ero ſimilis altiſſimo. Chriſtus Pſ.43. Iſa.14.

Phil.2. p humilitatem: cum esset in forma dei: exinaniuit semetipsum formā serui accipiens
humiliauit se: patri fuit obediens usq; ad mortem. Diabolus per superbiā & cupidita-
Esa.14. Matth.11. tem dicit: Super astra cæli exaltabo solum meū. Christus cum humilitate dicit: Discite
a me quia mitis sum & humilis corde. Diabolus cupidus & superbus per prophetā lo-
Exo.5. quit dicens: Nescio dominū deum & israel non dimittā. Christus cum humilitate di-
Joh.7. cit: Si dixero quia non noui eum: ero similis uobis mendax: sed noui eum & mandata
eius seruo. Diabolus cupid⁹ & superb⁹ dicit: Mea sunt flumina & ego feci ea. Christus
Joh.5.et.14. cum humilitate dicit: Non possum ego a meipso quicq̄ facere: sed pater meus in me
Luc.4. manens ipse facit opera. Diabolus cupidus & superbus dicit: Mea sunt omnia regna
2.Cor.8. mūdi & gloria eor̄: & cui uolo do ea. Christus cū diues esset pro nobis pauper factus
Esa.10. est: ut ei⁹ inopia nos diuites redderemur. Diabol⁹ supb⁹ & cupid⁹ dicit: Sicut colligūt
oua quæ derelicta sūt: sic uniuersā terrā ego cōgregaui: & nō fuit q moueret pennā &
Ps.101. aperiret os &c. Christus cū humilitate dicit: Similis pellicano solitario uigilaui: & fact⁹
Esa.37. sum sicut passer solitarius in tecto. Diabolus per superbiā & cupiditatem dicit: Excca-
Matth.26. ui uestigo pedum meor̄ omnes riuos aggerum. Christus cum humilitate dicit: Nun-
quid non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi plus q̄ duodecim legiones
angelor̄? Et ut ad ultimū concludā: diabolus cū ruina magna per supbiā & cupiditatē
ad infernū præcipitat: Christus ad cælos leuat. Ideo frater charissime paucos tibi dia-
bolicæ fraudis & laqueos & sanctæ humilitatis gradus descripsi: ut facili⁹ tibi subiectos
ualeas docere: quomodo uel qualiter hos euadāt: atq; per humilitatem regna cælor̄
possideāt. Et si nos uolum⁹ perficere nostri certaminis cursum & ad æternā beatitudi-
nem peruenire: caueam⁹ in primis cupiditatem malā & superbiā diabolicā: & cum hu-
Ca.11. militate christi conemur sequi uestigia. Et si quis militās imperatori terræno omnibus
iussis eius obedire certat: quātomagis militaturus imperatori cælesti debet custodire
præcepta cælestia. Frater mi animā tuā ad euigilandum excita: ut nullus eam prægra-
uet somnus. Miles terræn⁹ quocūq; loco mittit: paratus & promptus est: neq; se uxo-
ris aut filior̄ gratia excusare poterit: multomagis miles christi sine impedimēto hui⁹
sæculi: imperatori suo domino Iesu christo debet obedire: qui ipsum precioso suo san-
guine redemit. Tu miles terrænus contra hostē uisibilem pergis ad pugnā: cum illo
uero hostis inuisibilis quotidie dimicare non cessat. Tu contra corpora inimici tui pu-
gnare decertas: armis uteris carnalib⁹: illius uero aduersus diabolum est collūctatio cū
armis spiritalib⁹. Tu in prælio galeā ferreā gestas in capite: sed illius galea christus est.
Tu ne uulnereris lorica indutus es: sed ille p lorica christi charitate est uestit⁹. Tu cō-
tra inimicum tuum lanceas & sagittas emittis: ille contra inimicū suum humilitatē &
salubria uerba dirigere studet. Tu donec pugnā perficias arma a temetipso non dese-
ris ne ab aduersario uulnereris: ille nunq̄ debet esse inermis: quia illi⁹ hostis tuo est cal-
lidior. Et tuus hostis ad tempus dimicat: illius uero hostis q̄diu in corpore consistit cū
illo pugnare non cessat. Tua arma laborioſa & grauia sunt ad portādū: illi⁹ uero arma
suauia ac leuia sunt. Tu pro labore terræno terrænū accipis donatiuū: ille uero pro spi-
ritali labore cæleste accipiet præmium. Tu ornamento armillar̄ brachia decoras: ille
uirtutum ornanmēto animæ suæ christo decorem accipit. Semper enim cæleste do-
num a christo expectat: qui terrænā huius sæculi pompā proiecit. Væ nobis si tugum
christi suaue a nobis repellim⁹: & quicquid graue & onerosum est animæ nostræ sup-
Ca.12. portam⁹ nos ad portādum: & dum diligim⁹ periculum incidam⁹ in mortē. Ideo frater k
charissime considerem⁹ quis sit qui nos precioso sāguine redemit: & quid ei debeam⁹
q cum tāta penuria nos redemit. Si terrænos parentes cum tāto affectu diligimus qui
paruo tempore sustinuerunt pro nobis labores: nōne magis nobis cælestis pater amā-
dus est qui pro nobis crucifix⁹ est: quia quicqd parentum nostror̄ circa nos obsequiū
eius est beneficium: & qui anteq̄ nascerent in hoc sæculo sua prouidentia parētes no-
bis præparauit: quorū obsequio nutriremur & ubera matris lacte repleuit unde nutri-
mur? Ergo magis omnibus diligamus redemptorem nostrum: qui & nos & parentes
nostros proprijs manibus finxit: & cuncta bona quæ erga nos geruntur: quotidie eius

misericordiæ:non nostris uiribus ascribamus. Iubet enim scriptura parentes nostros ut propria uiscera diligere: si tamen accedere nos ad seruitium christi non prohibeāt. Si autem prohibuerint: nec sepultura illis a nobis debet̃:Christus diligēdus est super parentes nostros:quia nō nobis tribuunt parentes ea quæ christus. Ipse enim dicit in euāgelio: Qui autem amat patrem:aut matrem:aut filios:aut agros plus q̄ me:nō est me dignus. Quanto quis eum plus amat: tanto fœlicior & beatior efficiet̃. Intantum enim nos amauit: ut etiā pro nobis mori dignatus sit:Et manus eius quæ uirtutes plurimas faciebant: clauis pro nostra redemptione affixæ sunt:& ori mellifluo quo salutaris doctrina profluit:fel pro cibo impij porrexerūt.Et qui neminem læsit:cæsus est:& q̄ nullum maledixit:opprobria & maledicta pro nobis pertulit.Hæc omnia perpessus ē ut nobis uitam æternam donaret.Et cum nobis tanta beneficia præstet:nihil quærit a nobis nisi ut diligamus eū: & animas nostras & corpora custodiamus & seruemus: ut ille semper in nobis habitet & nos in illo permaneam⁹.Non enim postulat a nobis aurum atq; argentū: neq; pallia:neq; uestes pretiosas:neq; armillas: neq; agros:neq; cætera huiusmodi:nosipsos quærit:in nobis requiescere cupit.Accedamus ergo ad eum ut uitam æternam habeamus:habeamus in nobis dilectionem dei & proximi. Qui diligit proximū legem impleuit:qui autem econtrario odit homicida est. Qui diligit fratrem suum in tranquillitate est cor ei⁹:fratrem uero odiens tempestate circūdatus est. Vir mitis:benignus etiam si patiet̃ mala pro nihilo ducit: Iniquus etiam paruum uerbū audiens a proximo contumeliam arbitrat̃. Qui charitate plenus est: trāquillo animo & sereno uultu procedit:uir odio plenus ambulat iracūdus. Tu autem frater charissime ne moueas cuiq̄ scandalū in uia tua:& non qd̃ tibi utile sed quod illi placitū sit facias: Et qd̃ tibi non uis fieri ne proximo tuo cupias euenire.Si eum uideris bonis actib⁹ cōuersantem cōgratulare ei:& illi⁹ gaudium tuum dicito:& si aliquid aduersum patit̃: illius tristiciam tuam deputa:Ne simulato corde unquam diligas proximū tuum: quia in his deus ad iracūdiam prouocat̃. Qui enim amplectit̃ pacem in mentis suæ hospitio:mansionem præparat christo: Virū autem inuidum:iracūdum:detractorem:mendacem:superbum:oīb⁹ modis execrat̃ deus.Inuidus autem uir similis est naui quæ iactat̃ in fluctibus maris:In perturbatione est semper ut lupus rapax: insanit maniter: in miseria detinet̃:& tabescens ad nihilū redigit̃. Semper furore plen⁹:particeps dæmonio⁹ efficit̃:homo pacificus securam possidet mentem:totus est angelo⁹ agmine munitus & fructu iocunditatis repletus:gaudens & delectans in domino. Omnia eius in pace uersantur: discordiam fugit: secreta mētis suæ illuminat: cōsortiū angelorum merebitur & regnū æternæ beatitudinis perpetualiter obtinebit.Ne quæso frater mi fabulosa arbiteris dei præcepta:aut quasi a me edita:dum ex fōte saluatoris nostri sint emanata: Ne frangat animam tuā ulla aduersitas uel prosperitas mūdi a præceptis ac mandatis dei & a charitate quæ est in christo Iesu domino nostro. Nam uirtus est animæ tuæ patientiam sectari & ab omni impatientia declinare:deum diligere: & odire illa quæ non diligit deus. Virtus est animæ tuæ:castitatem tam corporis q̄ animæ custodire. Virtus est animæ tuæ:uanam huius sæculi gloriam contemnere: & omnia caduca calcare:& pro illi⁹ amore qui te redemit dū uiuis in corpore laborare. Virtus est animæ tuæ:humilitati studere & superbiam abominari. Virtus est animæ tuæ:iram & furorem cohibere & reprimere. Virtus est animæ tuæ:ab oīi stultitia declinare & sapientiam diuinam amplecti. Virtus est animæ tuæ:omnē delectationem subijcere & mentē tuā ad christū erigere. Has ergo uirtutes facile & perfacile potuisses obtinere: si sæculariū curā & caducas ac terrenas res deuitare uoluisses:& nihil amori xp̄i præposuisses. O mi frater ex tota mēte dilige deū:ut in oīb⁹ actib⁹ tuis placeas illi. Qui em̄ coniugio copulat̃:festinat placere uxori suæ:multomagis aīa christi sanguine redempta debet placere sponso dño. Deus em̄ nō se uult uerbis tm̄ diligi:sed corde puro & opib⁹ iustis: qa nō uerboꝝ sed cordis ē auditor & inspector. Nūq̄ quæso frater mi carnalis amor: amorē cælestē a corde excludat. Nūq̄ quæso te hui⁹ fluctiuaga ac misera bilis sæculi dulcedo decipiat. Nulla te seducat corporis pulchritudo: nec itret mors in

Matth.10.

Ca.13.

Ro.13.

Tobie.4.

Ca.14.

animã tuam per feneſtras oculoꝝ tuorum. Dic mihi quæſo frater mi: qualis profectꝰ
eſt in pulchritudine carnis? Nonne ſicut fœnum æſtatis ardore percuſſum areſcit: &
paulatim decorem cohibere priſtinũ amittit? Et quãdo mors uenerit: dic mihi quæſo
quãta remanebit in corpore pulchritudo? Tunc recognoſces quia uanũ qđ antea in-
anitér diligebas. Cum uideris totum corpus intumeſcere & in uetorem eſſe conuer-
ſum: nõne claudis nares tuas ne ſuſtineas fœtorẽ fœtidiſſimũ? Vbi quæſo tũc erit ſua-
uitas luxuriæ: & conuiuioꝝ opulentiæ: ubi blanda uerba quæ corda audientium mol
liebant: ubi ſermones dulces qui amaritudinem amantibꝰ infundebant: ubi immode-
ratus riſus & iocus turpis: ubi ineffrenata & inutilis lætitia? Iſte eſt finis pulchritudinis
1.Joh.2. & oblectationis: Mundus enim peribit & concupiſcentia eius. O q̃ fœliciſſimũ bonũ
eſt: & q̃ ualde fœliciſſimũ: pulchritudnem ſplendidam chriſti amare: & radiantibꝰ ful-
Ca.15. goribus pectora noſtra illuſtrare: & omnem obſcuritatem expellere a nobis. Non cõ- N
modes aures tuas ad percipienda uerba detrabentium: non concipias mortem in aia
tua: Detrabẽti em̃ & audiẽti utriuſq; eſca mors animæ decorat: Et ut breuius conclu-
dam: detractor & libens auditor: diabolum portãt in lingua. Euita quæſo a tuis auribꝰ
laqueos detractionum per quos captos plurimos audis: Poſtula tibi a domino cor pru
dens & peruigilem ſenſum ut diſcernere ualeas uerba detrabentiũ: Nõ ignores frau-
des & inſidias eorum: & in retia eoꝝ non ueniat pes tuus. Aliena debent eſſe a nobis
om̃ia uitia mala: dum bæreditas noſtra chriſtus uult eſſe. Ideo quia incerti ſumꝰ de ta-
libus: proſternamus nos humiliter in conſpectu pij patris noſtri: & peccata noſtra cito
producamus in medium: ut deleat ea ipſe pater noſter cæleſtis: & cum confeſſi fuerí-
mus: non nos iuſtificãtes oremus: ne ſicut phariſæus ille diſcedamꝰ condemnati: me-
moremus publicanũ illum & ita oremus: ut ueniam conſequi mereamur. Clamor cor
dis noſtri pulſet ad aures omnipotentis dei: quia in pura mente placabit: in tempore
orationis omnem maliciam cordis proijciamus a nobis: & remittamus in nos peccan-
tibus. Eſt deniq; genus ſerpentis qđ cum cœperit ire ad bibendum aquam: antequam
ueniat ad fontem euomit om̃e uenenũ: Imitare & tu hũc ſerpentem in hoc: ſcđm euã-
Matth.10 gelij dñi nr̃i Ieſu xp̃i præceptũ ubi ait: Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes: & om̃e uenenũ
iræ amaꝝ euome: & remitte cõſeruis tuis: ut tibi remittãt a domino peccata tua: ſicut
Luc.6. euãgelium præcipit: Dimittite & dimittet uobis: date & dabit uobis. Et qualem cupis
erga te eſſe dominũ: talis eſto ipſe cõſeruo tuo: & omne qđ tu met inchoaueris facere:
primũ inuoca dñm: & gratias ei age: & cũ conſũmaueris illud ſimiliter fac. Inuoca deũ
ex toto corde tuo & inuenies eum: & cum inueneris ne dimittas eum: ut coniungatur
Ca.16. mens tua in amore eiꝰ. Hæc mi frater ſtude in uita tua: & orationem tuã puram offer O
chriſto dño: nec cogitationes huius ſæculi ſuperflue conturbent cor tuum: neq; in di-
uerſa rapiat mens tua. Memẽto em̃ te ſub dei ſtare conſpectibꝰ qui occulta cordis per
ſpicit & ſecreta mentis tuæ nouit. Vigilanter igit & aſſidue aſſiſte in conſpectu dei in
tempore orationis: ut imminentem diaboli temptationem facilius poſſis effugere. Si
enim cogitationes huiꝰ ſæculi male & ſordide turbant cor tuũ & cogũt illicitum aliqđ
perpetrare: per oratiões puras & uigilias ſanctas depellant ab anima tua. Oratio nãq;
grandis immutatione animæ per orationes puriſſimas: omnia nobis utilia tribuunt a
domino & cuncta noxia effugant. Et ut ne diutiꝰ de hoc diſputem uel immorer: ſicut
ex carnalibꝰ eſcis alit caro: ita ex diuinis eloquijs & orationibꝰ interior homo nutrit &
paſcit. Paſce quæſo animã tuam ſpiritalibꝰ cibis: id eſt fide: ſpe & charitate: & reliquis
uirtutibus: per quas intelligas amare & eius præcepta ſeruare. Et cum extrema dies ti-
bi uenerit: angeli te pacis ſuſcipiant: & de poteſtate diaboli eripiant: & merearis con-
ſortio ſanctoꝝ in beata requie perfrui: & uitam æternam cum omnibus ſanctis poſſide
re. Nam certiſſime ſcis: quia poſſeſſio regni cæloꝝ promiſſa eſt tibi: Sed uide ne ab ea
extraneus efficiaris. Quæſo mi frater: quæſo omnibꝰ tibi ſubiectis & bonæ uoluntatis P
Ca.17. in domo tua a maiore uſq; ad mininũ: amorem & dulcedinem regni cæleſtis: amaritu
dinem & timorem gehennæ annũcies: & de eoꝝ ſalute ſollicitus ac uigil exiſtas: quia
pro omnibꝰ ſubiectis qui in domo tua ſunt: rationẽ reddes. Annuncia: præcipe: impera:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suade eis ut caueant se a supbia:ac detractione: ab ebrietate: a fornicatione: a luxuria: ab ira:a periurio:a cupiditate:quæ est radix omniū malorū. Cupidus enim uir:animā suam uenalē habet:si inuenerit tempus ut concupiscat alicui⁹ aurum:aut argētum:seu uestes pulchras: uel etiā cuiuslibet mulierē pulchra facie:pro nibilo perpetrat homicidium. Et ut quis effundit aquā in terrā: ita ei sic effundere sanguinē proximi sui. Plurimæ animæ in mortis periculū inciderūt propter cupiditatē: & multi domino iubēte ob hoc lapidati sunt. Saul enim a deo alien⁹ effectus est propter auariciam: & ad extremum de culmine regali expulsus:ab inimicis suis peremptus est. Et tibi de multis multa dicere potuissem:sed sapiēti pauca sufficiūt. Domin⁹ uero noster & saluator uoluit de cordib⁹ philosophoꝝ pecuniaꝝ amorē excludere:sed quia erāt cupidissimi: salutaria domini uerba deridebāt. Nam & illum diuitē quē domin⁹ ad regna cæloꝝ pro- Luc.18.
uocauit: amor pecuniaꝝ eum intrare nō permisit. Sed & Iudæ pectus auariciæ flāma Matth.26
exarsit:ut dominū cunctoꝝ bonoꝝ largitorē in man⁹ traderet impioꝝ. Auarus enim uir inferno est similis. Infernus enim quantos coruos deuorauerit: nunq̄ dicit satis est: Sic & si omnes thesauri circūfluxerint in auaꝝ:nunq̄ satiabit̄. Ideo frater mi oīb⁹ qui in domo tua sunt præcipe ab hoc uitio cauere. Melius est enim ut ex paupertate pusillū tribuat indigētib⁹:q̄ multum ex iniusta acquisitiōe. Vnusquisq; iuxta qd̄ habet porrigat: Tantum enim expetit̄ ab uno quoq; quantū ei dedit deus: Nec ēm plus ab eo exigit q̄ qd̄ ipse dedit. Elemosyna cum iniquitate acquisita abominabilis ē corā deo: & acceptū ei est quod fuerit fideliter acquisitū. Sunt nonnulli qui diripiētes aliena facere se simulāt elemosynam:& cum alios præmāt alijs misereri fingunt. Si aūt ex pro-
Q prio labore dederint:gratū & acceptum erit deo. Et roga eos ut in o mīb⁹ operib⁹ suis Ca.18.
humiliter corā deo agant quicqd eis agendū sit:quia non erit gratū domino quicquid homo facit cū superbia:quod aūt humiliter fit:hoc est ei acceptū. In omnibus operib⁹ sint humiles:quia humilitas uirtutū sublimitas est:nec ad regnū cæloꝝ quilibet uenit nisi per humilitatē. Multoꝝ aūt temporꝝ labores:& orationes:& elemosynæ: & ieiunia:& uigiliæ si cū superbia finē habuerint:pro nibilo apud dominū computant̄. Acceptus est deo uir humilis:& in se deū gestat. Iam paulatim superi⁹ disseruimus de superbiæ malo:sed propter tibi subiectos:hunc locū necessariū inueni:& contra sagittas diaboli discāt clypeū humilitatis erigere. Superb⁹ aūt & si decor⁹ & clarus uideat̄ aspectu: tn̄ apud deū operib⁹ & uerbis & gestis & uultu & incessu semper ei⁹ dinoscit̄ superbia & leuitas. Cupit se semper laudari ab hominib⁹:& bonis quib⁹ alienus est prædicari se uult: Non se patit̄ cuiq; esse subiectum: sed semper inter suos pares primatū cupit tenere:& in maiorē gradū ascendere:& qd̄ meritis obtinere non potest: adulādo & detrabendo uult inuadere. Et sicut nauis sine gubernatore cum iactat̄ fluctib⁹: ita & supbus leuis circūfert̄: instabilis per omnes actus suos. Humilis aūt ultimum se iudicat:&
R blando uultu intuēs: & coram deo eminēs apparet: Et cum omnia fecerit dicit: seruus inutilis sum & nibil se fecisse testat̄:& de⁹ diuulgat opera ipsi⁹:& ꝓfert in mediū: mirificatq; facta illi⁹:& exaltat: & clarū facit eum:& in tempore precū suaꝝ quod postulat apud deū impetrare pōt. Hæc & bis similia sola humilitas obtinet apud deū: quia ipsa confessio est delectabile cubile dn̄i nostri Iesu christi: qui ait: Sup quē requiescam nisi Esa.66
sup humilē & quietū:& pauentē sermones meos? Et iteꝝ: Discite a me qa mitis sum & Matth.11
humilis corde. Annūcia quæso tuis & dicito eis: quia superbis de⁹ resistit: Et ira uiri iu- Ca.19
sticiam dei nō operat̄: Fornicatores & adulteros ipse dijudicabit in die iudicij. De p- 1.Petri.5
iuris scriptura dicit: Vir multū iurās non effugiet peccatū: nec recedet plaga de domo Jacobi.1
eius. Detractio fornicatio est animæ. Et Psalmista: Detrabētem proximo secrete hūc Heb.13
perſequebar. Discordiam ut Salomon dicit: detestat̄ domin⁹ dicēs: Septimū est quod Eccl.25
detestat̄ aia mea: id est: qui seminat inter fratres discordiā. Hi sūt cibi & pocula mortis Pō.100
animæ nostræ. Ab bis pietas domini nostri Iesu christi nos liberet:& seipsum edēdum Prouer.6
tribuat: qui dixit: Ego sum panis uiu⁹ qui de cælo descendi: qui manducat carnē meā Joh.6.
& bibit meū sanguinē: habet uitam æternam in seipso. Sed unusquisq; anteq̄ corp⁹ &
sanguinē dn̄i nostri Iesu christi accipiat: seipsū probet: & ꝑm apostoli præceptū: sic de 1.Cor.11

A

pane illo edat: & de calice bibat. Quia qui indigne mãducat corpus & sanguinem domini: iudicium sibi manducat & bibit: nõ dijudicans corpus domini. Quãdo em̃ eum accipere debem⁹: antea ad confessionem & pœnitentiam recurrere debemus: & omnes actus nostros curiosius discutere: & peccata obnoxia si in nobis senserimus: cito festinemus per confessionem & ueram pœnitentiam abluere: ne cũ Iuda proditore diabolum intra nos celantes pereamus: protrahentes & celantes peccatum nostrum de die in diem: Et si quid mali aut nequã cogitauimus: de eo pœnitentiam agamus: & uelociter illud de corde nostro eradere festinemus. Nec uelimus dicere: nõ est hoc grãde peccatum: quod cogitaui: heu insipiens. Quare nõ cogitamus uel intelligimus q̃ in conspectu domini cogitationes nostræ anteq̃ in opus procedãt: manifeste & aperte sunt: Dicit enim psalmista: Scrutans corda & renes deus: Domin⁹ scit cogitatiões hominum: quoniam uanæ sunt: Et alibi idẽ psalmista. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam & funiculum meum inuestigasti. Ne quæso permittam⁹ in nobis cogitatiões prauas: neq; tanq̃ minima negligamus: Quia qui spernit minima paulatim defluit: Non spernam⁹ morsum serpentis: ne uenenũ eius conspergatur in corda nostra: quia q̃is uenenum uita sit serpentis: tamen mors est hominis. Abscidamus uirgulta spinarum de agro cordis nostri: ne defigãt in nobis altas radices: Scimus em̃ q̃ cor nostrum ager est domini nostri Iesu christi: excolamus eum cælestibus disciplinis: & non sinamus in agro tanti imperatoris ciçaniam: sed cunctis uirtutũ floribus decoremus: quia in his delectat̃ deus oĩpotẽs: sicut in canticis canticor̃ legit̃: Ego flos campi & lilium conuallium: id est ego decus mundi & uirginitas humilium. Et semper atq; semper caro nostra subiecta sit animæ: & sicut ancilla famulet̃ dominæ suæ. Non præbeamus uires illicitas corpori nostro: ne committat bellum aduersus spiritum nostrũ: sed semp subiecta sit caro: & obtemperet iussis sanctis pũs. Neq; incrassari permittamus ancillam: ne contemnat dominã suam: sed omnib⁹ iussis eius & obsequijs mancipet̃. Sicut em̃ equo frena imponẽda: ita corpora nostra ieiunijs & orationib⁹ sunt in frenanda. Nam quẽadmodum aurigæ si equis frena laxauerint p̃ præcipitia ducunt̃: ita & anima cum ipso corpore si ei frenum nõ imposuerim⁹ ad inferni præcipitia dilabit̃. Simus igit̃ boni & edocti aurigæ corpori nostro: ut per uiã rectam possim⁹ incedere. Escæ em̃ nimiæ non solum aias: sed etiã corpora nostra plurimũ lædunt: & ad infirmitatem perducunt. Solet em̃ per nimiã ciboꝝ auiditatẽ & poculi intemperãtiam: frãgi stomachi fortitudo: necnõ & ex abũdãtia sanguinis cholera & plurimæ ægritudines escaꝝ largitate contingunt: Sicut em̃ aiæ & corpori sunt ista contraria: ita medela est utriq; temperantia ieiunij: & si non per omne tempus: saltem sacratissimos dies ieiunioꝝ: quantũ possumus cum dei adiutorio delitias mundi: & ciboꝝ opulentiã fugiamus: ne quãdo qd̃ auertat deus in cruciatu flãmæ quæram⁹ guttã aquæ: & nullum refrigerium consequamur. Fugiamus ebrietatẽ ne in crimẽ luxuriæ incurramus: quia apls̃ præcipit dicẽs: Nolite inebriari uino in quo est luxuria: Vinũ em̃ deus ad læticiã cordis non ad ebrietatẽ donauit. Bibamus igit̃ non q̃ntum gula exigit: sed quãtum naturæ imbecillitas postulat. Ne igit̃ qd̃ ad medelã corporis nostri tributũ est: ad pernicie em deputem⁹. Annuncia quæso tuis in domo tua subiectis: q̃ plæriq; p uinum homicidia & fornicatiões perpetrauer̃t: nec ipsã mortẽ recusauerũt. Alij p uinũ a dæmonib⁹ capti sunt: Nec est aliqd ebrietas q̃ manifest⁹ dæmõ. Ebriosus putat se aliqd optimũ gerere cũ fuerit ad præcipitia deuolut⁹: p uiolentiã armat̃ ad maledicta & cõuitia proximoꝝ: & imutat̃ mens eius: & lingua balbutit. Huiusmodi em̃ uir cum se putat bibere uinum: bibitur a uino. Plurimi nanq; homines per uinum maximam debilitatem contraxerunt: nec potuerunt consequi pristinam firmitatem: quia non temperauerũt gulæ ardorem. Sicut enim piscis cum auidas fauces profert ut glutiat escam: repente hamum intra fauces reperit: lta & ebriosus intraneum in se suscipit inimicum: qui cum intrauerit: mox impellit̃ ad oĩe opus nefandissimũ: & sic homo rationalis ut irrationale capit̃. Tu aũt frater mi oĩbus tuis domesticis & tibi subiectis præcipe ut se sobrios exhibeãt: & iteꝝ propter abstinentiã in superbiã se nõ erigant: sed oĩa temperate: iuste:

pie & religiose ꝓm dei adiutoriũ faciant: quia nõ solum pro nobis clericis: sed pro oĩ genere humano: qui prædestinati sũt ad uitã æternã christus sanguinẽ suũ fudit: Nec solum nobis sed etiã laicis: oibus ei⁹ ex toto corde præcepta seruãtib⁹ regnum cælo⁹ promissum est. Grandis nãq; confusio aĩabus laico⁹ q dicunt: Quid pertinet ad me legendo libros scriptura⁹ audire uel discere: & etiã frequẽter ad sacerdotes & ecclesiasticos⁹ recurrere: dũ cleric⁹ fiam: ea quæ oportet clericos facere faciã? Quare nõ intelligit: quia panẽ & uinũ & oĩa hui⁹ terræ bona & regni fœlicitatẽ æqualiter uult participari: & æquali labore christi præcepta ferre nõ uult? Quid prodest talib⁹ una parte in hoc sæculo esse sublimes: alia ꝓstratos: in una parte fulgere auro & preciosis uestib⁹: & in alia miserijs & uitio⁹ caligine occupari? Non tibi aliqua sollicitudo uel laici habitus ꝑsona: quia nõ est personar⁹ acceptio apud deum. Sil'r em̃ mãdata dei seruantibus laicis cæleste palatium patet: ueluti clericis & sanctimoniali habitu prædictis: dum non est iudæus neq; græc⁹: nõ est seruus neq; liber: sed oĩa in oĩbus christ⁹. Quicũq; in corpore illi⁹ est: magn⁹ est. Ergo insere teipsũ suo sancto corpi ut sis membr⁹ sanctissimi capitis ac nobilissimi. Ama ex toto corde caput tuũ: & mẽbra capitis illius dilige. Quomodo potest manus manui esse inimica: & pes pedem odisse: uel cætera membra suæ iuncturæ non congaudere? Crescere debent in uirum perfectũ in augmẽtum corporis christi. Omnis enim clericus & laicus qui precioso sãguine redemptus est: q baptismo christi tinctus est: debet humiliter ambulare & perseuerare in spiritusancto: qa nihil prodest christianũ se respondere uerbis & factis negare: dum corrupt⁹ est mente & spiritu. De talibus in euangelio ipsa ueritas dicit: Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnũ cælorũ. Et alio loco ꝓpheta increpãdo dicit: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Nã ciuitas si fuerit in una parte munita: & ex alia destructa: aditũ ad se hostib⁹ præbet: Et nauis si fuerit fortiter compagi-nibus solidata: & paruã habuerit tabulam perforatam: aquæ fluctibus mergitur in ꝓfundũ. Omnibus enim laicis: clericis & monachis æqualiter cõuenit: fidẽ: spem & charitatem humilitatẽq; habere: & deo ex toto corde seruire: ueram confessiõem facere: & dignam pœnitentiã agere: quia clementissimus dominus confugiẽtibus ad pœnitẽtiam ignoscit. Sed ne de misericordia dñi tm̃ securi existamus: ut pctã peccatis augeamus neq; dicamus: donec uigeat ætas carnis nostræ concupiscẽtias nostras exerceamus: & postremo in senectute malo⁹ nostro⁹ pœnitentiã agam⁹: Pius est em̃ dñs & misericors: nec ultra facino⁹ nostro⁹ recordabit̃: Ne quæso taliter cogitem⁹: qa stultitia est sũma: talia cogitare: & cũ impium sit talẽ licentiam a deo postulare quẽpiam uelle: cuius initiũ est nos separare a deo. Ideo inquã talia nõ cogitem⁹ cũ nesciamus q̃ die morituri sumus. Nemo em̃ hominũ nouit diem exitus sui: nõ omnes in senectute moriuntur: sed in diuersis ætatibus de hoc mundo migrant: & in quibus actibus unusquisq; homo inuentus fuerit: in eisdem iudicabitur quãdo anima exierit de corpore. Dicit enim psalmista: Nemo in inferno confitebitur tibi. Ideo festinemus ad pœnitentiam cõuerti: semper ante oculos nostros uersẽt ultim⁹ dies: & cũ diluculo surrexerimus: ne ad uesperam cõfidamus nos peruenire: & cum in lecticulo membra deposuerimus: de lucis non confidamus aduentu. Ita facillime poterimus corpus nostrũ a uitijs & concupiscentijs refrenare. Semper cor nostr⁹ promissa cælestia meditetur. Omnia terræna quæ possidemus in futuras cælestes mansiones transferamus: ut cum ibi profecti fuerimus fruamur bonis cælestibus. Nam credim⁹ quia cum a carnis uinculo anima nostra fuerit absoluta: si bene & recte corã deo uiximus: mox in occursum nostrũ angelo⁹ chorus occurret: omniũq; sancto⁹ agmina in nostros miscent̃ amplex⁹: & adorandũ uerum iudicẽ perducẽt: si dum in corpore uiuim⁹: sicut dixi: quæ dei sũt placita faciam⁹: tũc erit nobis pax in circũitu & sũma securitas: nec timebim⁹ ultra diaboli ignita iacula: nec ullum quẽlibet inimicũ: qui cupiat animas nostras iaculari. Non ferrum: non ignẽ: non faciẽ truculentã tortoris: non famẽ: non sitim: non ullam carnis ægritudinẽ: non ultra aduersabit̃ caro spiritui: nec ullum timebim⁹ periculũ: Sed cum carnis abiecerim⁹ sarcinã: tũc spũssanctus tribuet nobis in cælestib⁹ mansionẽ: cui nos

Ro.2. Gal.3. Matth.7. Esa.29. Ca.22. Pso.6.

pauloante intra corporis nostri hospitiū feceram⁹ mansionē: & læti gaudentesq; futuri iudicij diē expectabim⁹: in quo singuloꝝ aiæ pro suis actib⁹ recipiēt merita: & econtra peccatores & impij peribūt. Tunc frustra rapaces: auari: superbi: adulteri: iracundi: cupidi: maledici: & periuri: amarissime flebunt: quia maloꝝ suoꝝ ueniā nō consequent: in luctu maximo detinebunt omes qui carnis suæ uoluptates secuti sunt: in mœrore & gemitu sempiterno erunt q uitijs & passionib⁹ seruierūt. Et cū hi oēs pro criminib⁹ & sceleri⁹ gehennæ ignib⁹ deputādi erunt: nos si deo dum in hoc tempore sum⁹ placuerimus: cū sanctis sempiterna præmia accepturi sumus: Ideo cōdemnem⁹ quæ uana & caduca sunt: ut tantā gloriā christo miserāte adipisci mereamur. Declinem⁹ semper a uitijs & ad uirtutes tendam⁹: nec superflui sermones ꝓcedant ex ore nr̄o: qa ꝓ ociosis sermonib⁹ reddituri sum⁹ rationē in die iudicij: Nec ad maledicēdū quēq; cōsuescam⁹ linguā nostrā: quæ ad benedicēdū & laudandū deū creata est: quia cōsuetudo quæ lōgius fuerit protracta & cōfirmata: nō cū paruo labore uitat̄ uel expellit̄. Simus in malicia paruuli & uiri perfecti in sensu. In quibusdā nos exhibeam⁹ senes: in quibusdā iuuenes: qm̄ paruis est ridere: & perfectis uiris lugere. Nam præsens luctus: lætitiā generat sempiternā. Omne aūt quicqd īmoderatū est: dissolutionē efficit aiæ: & negligentē erga præcepta dn̄i: nec delicta sua facile pōt ad memoriā reuocare: & obliuisces ea nō se instigat ad pœnitentiā: & ita paulatim ab oibus totus cadit: nullū habebit accessum cordis compunctio: ubi fuerint īmoderata uitia & concupiscentiæ malæ. Vbi aūt fuerint lachrymæ: ibi spiritalis ignis accēdit̄ q secreta mētis illuiat. Null⁹ nos sæculi amor ab amore christi segreget: & totæ nostræ cogitatiōes ad præmia futuræ patriæ tendāt & de cælestib⁹ meditent̄. Hæc est gl'ia tua: hæc est pfectio cursus certaminis tui. Perfectus em̄ dicit̄: non qui in ætate: sed q in sensu perfect⁹ est: nec ullo modo cuilibet obest puerilis ætas si fuerit mēte perfectus: nec senilis proderit ætas si fuerit paruul⁹ sensu. Nam & Dauid cū puer esset & perfectus: & cor & mentē in dn̄o habebat infixū: & ob hoc in regē eleuatus est: Et Saul cū in ætate senili esset: quia in se malignā nequitiā habuit: de culmine regali expulsus est. Dn̄s uero & saluator noster a seniorib⁹ crucifigit̄: & ingressus hierosolymā a paruulis collaudat̄. Nam & arbor si multoꝝ annoꝝ fuerit infructuosa excidit̄: si aūt nouella & fertilis fuerit colit̄: ut magis ampliorem ꝓferat fructū. Ideo has similitudines pono: ut nec iuuenis: nec senex in domo tua de salute sua: uel etiam de o⁹ib⁹ bonis confidat: Sed qui gloriat̄ in dn̄o gloriet̄. Perfectoꝝ aūt uiroꝝ consortio fruere: & a uerbis eoꝝ non auertas aurē tuā: & in eoꝝ consilio delectet̄ aia tua. Verba autē uitæ sūt uerba boīm deū timētiū: & incolumitas aiæ his q ea libēter audiunt & attendūt. Sicut sol oriens effugat caliginē: ita sanctoꝝ doctrina a sensibus nostris expellit tenebras. Euita quæso uiros superbos: inuidos: detractores: mendaces: periuros: & salutē suā negligentes: qui mortui sunt uirtutib⁹: & lætant̄ in ꝓprijs uoluptatibus: & gaudijs careāt diuinis. Non dico uel unū talē in domo tua habeas: sed etiā ubicunq; esse tales audieris: hos deuita. Cum eiusmodi boibus nulla tibi cōmixtio uel familiaritas sit: neq; uelis cum eis sermocinari si non ualeas dn̄o miserāte eos ab errore suo reuocare. Nam sæpe per oūē unam morbidā grex polluit̄: & modica pars fellis magnū dulcorē uertit in amaritudinē. Nam talis si in habitu uideat̄ tibi clarus ac nobilis: & dulcia uerba tibi proferat: operib⁹ si tecū agat contrarijs: magis nocet illi⁹ talis factura q̄ ex uerbis placeat figura. Non ex uerbis sed uirtutibus homo probat̄. Sic & tu sis apud deū probatus: & oia pro christi amore libēter sufferas: & pro carnalibus qm̄ tibi euenerint non frangrat̄ animus tuus: nec uigorē patiētiæ tuæ res huius sæculi caducæ molliāt: Sed time poti⁹ deum si a proposito tuo tardaueris: & qm̄ te peccato obnoxiū senseris: ad pœnitentiā cōuerti nō cōfundaris: qa q hic pœnitebit: illic in nouissimo nō pœnitebit. In oibus actib⁹ & cogitatiōibus tuis placeas deo: nec studeas alteri placere nisi ad ædificationē. Et in om̄i opere quod cogitas: diligēter exanima: & si est rectum coram deo: perfice illud: si uero aduersum fuerit repertū: amputa illud ab anima tua. Et oia per consiliū sapientū facito: ut opera tua & gressus tui ꝑm dei uoluntatē in te: nō tuā deprecare fieri. Et ꝑm apostoli præceptū: Orare sine intermissōe oportet:

X

Y

1. Cor. 1. ca. 24

1. Thessal. 5.

Z Et sanctas manꝰ sine ira & disceptatõe ad deũ leuare. Misericors ẽ dñs his & miscdĩa in 1. Timoth. 2.
sesperãtibꝰ præstat. Nõ illi miscdia opꝰ erat: q angelos fecit: & archangelos præposuit: Lu. 25.
sed ut nos miscdiã ab illo cõseq̃mur elemosynas dedit. Nõ illi necessaria elemosyna cu
ius sũt oia regna cælorꝝ q cõstituit dñatiões: principatꝰ: uirtutes: ptãtes: sed ut elemosy
nis nr̃is pticipes regni cælestis efficeret. Patiẽs & pacificꝰ est dñs: ut patiẽtia & pace sua
mũdũ totũ: q in maligno positꝰ erat: recõciliaret deo: & nos patiẽtes & pacifici sine ira 1. Joh. 5.
& disceptatiõe simus si ad deũ uolumus puenire: & ad oẽs hoies faciamꝰ bonũ. Ad oẽs
dico: nõ p partes: non ad unũ: uel ad duos: aut ad tres: sed ad oms̃ hoies. Christus em̃
non pro bonis passus est: sed pro peccatoribus & impijs & sceleratis ascẽdit in crucẽ: Matth. 5.
& passione sua omnes nos reuocauit ad uitam. Non tãtum sanctis dedit deus solem &
lunã & pluuiam & omnia nascentia terræ: & omnes fructus qui oriuntur in terris: sed in
cõmune omnibus hominibus dedit illa: qui solem suũ facit oriri super bonos & malos:
& pluit sup iustos & iniustos. Ideo omnibꝰ hominibꝰ dedit illud cõmune: ut & bonũ &
elemosyna nostra & charitas nostra & patientia nostra & humilitas nostra: in cõmune Bar. 6.
oms̃ hominibꝰ distribuant. Quãdiu fuerimus in hoc mũdo: faciamus bonũ ad om- Lu. 26.
nes: maxime ad domesticos fidei: & oremus pro inimicis nostris: & bonum pro ma-
& lo restituamus. Pauperes honoremus: & christum suscipiamus in ipsis: qui dixit: Quã Matth. 25.
diu fecistis uni ex his fratribus meis minimis: mihi fecistis: & filij dei erimꝰ: cohæredes
autem christi: & participes regni eius erimus: ubi nunq̃ morimur: & non senescimus:
ubi est humana natura: nec ullus dolor: nec tristicia post gaudiũ: nec lux solis: nec lu-
næ & stellarum splendor: sed dominus noster iesus christus lux erit: & sanitas: & uita
& charitas: & pax: & gaudium: & omne bonum omnibus credentibus in se. Ibi terra ui Ps. 26.
uẽtium: quam propheta decantauerat dicens: Credo uidere bona domini in terra ui-
uentiũ: id est premiũ cæleste uisurũ se significat sperare: & cũ christo in æternũ uiue-
re & regnare: ubi nec nox nulla aspirat: nec dies terminabitur: neq; inopia uidebitur:
neq; cupiditas apparebit: sed perbẽne gaudium & sempiterna lætitia. Hæc sunt pro-
missa iustorꝝ: & hæ sunt ꝓmissiões eorꝝ ꝓpter quæ laborauerũt & festinauerũt: & nõ
cessauerũt currere in bonis operibus quãdiu fuerũt in hoc mũdo: in ieunijs & elemo-
synis: in castitate: in continentia: in longanimitate: in patientia: in suauitate: in beniuo-
lentia: in labore multo: in orationibus: in persecutionibꝰ: in fame & siti: in frigore & nu-
ditate: in uigilijs multis pro christi amore: Et per omnia inutiles sunt cum quis uigila-
uerit circa cogitationes multas & turpes: uel ad gerendum contrarium aliquid uel fa-
ꝯ cinus perpetrandum: tales uigilias deuitauerũt: & sanctas uigilias arripuerũt. Hi tales
calcauerũt præsentem mundum: ut futurum regnum lucrarentur: non acceperunt hi
promissiones uel diuitias huius sæculi miserabiles quæ homines male eis utentes ad
inferna perducunt: & hanc præsentem patriam relinquentes ad ciuitatem cælestem,
cuius artifex & conditor est deus: intuitũ animi sui præmiserũt: uitauerũt pcẽm in uer-
bo: in facto: in cogitatione: in uisu: in risu: in motu: in annuendo oculis: in manibꝰ: in pe
dibus: in ira: rixa: in furore: in dissensiõe: in uanagloria: in superbia: in elatione: in cupi-
ditate: custodientes corpꝰ suum & animas suas. Pariter enim duo ieiunia ieiunauerũt:
id est ieiunium corporis & animæ: hoc est ab ira: & furore: & detractione: & blasphe-
mia: & rixa abstinentes se: quia sicut iam superius intimauimus: Isti sunt mortiferi cibi
animæ qui pascunt eam in malum: & occidunt eam morte sempiterna. Iterum cibi cor
poris simul & animæ: isti sunt uoracitas: somnolẽtia: fornicatio: uinolentia: securitas:
suauitas: homicidium. Isti sunt mortiferi cibi corporis & animæ: qui pascũt & occidũt
illud: animam autem aggrauant. Cibaria ista deuitemus: escas autem cælestes appeta-
mus: quæ ad cælum nos trahant & ducant: sapientiam scilicet diuinam: fidem robustã
in christo benignitatem: beniuolentiam: patientiam: humanitatem: uirtutem: diuinã
A læticiam: sermones boni & optimi procedãt ex ore nostro sale diuino conditi ad ædi- Lu. 27.
ficationem audientium: dilectionem dei & proximi: in qua tota lex pendet & prophe- Matth. 22.
te: semper mente meditemur & opere perficiamꝰ. Hæc sunt mãdata christi quæ nos
iubet facere: si fecerimus ea: erimus participes regni eius: & regnabimꝰ cum eo. Si aũt

non fecerimus: & ipse non dabit regnū suum: si denegamus & ipse denegabit nos: si non credamus ipse fidelis permanebit: quia omnis incredulus infideliter agit dum & initium est hominis omnia credere: & uitium est nihil credere. Summo studio summaq; uigilātia est nobis curandum: ut non audiamus in christo iudice omniū in die iu-
Matth.25 dicij quod peccatores audient: Ite in ignem æternum qui parat⁹ est diabolo & angelis eius. Vere enim diabolo præparata est gehenna & omnib⁹ operibus hominū si facia-mus opera diaboli. Væ his quib⁹ præparat' dolor uermium: ardor flāmæ: sitis sine extinctu: flet⁹ & stridor dentium: oculorū lachrymæ: tenebræ exteriores sine luce: pœna inexterminabilis: ubi nō est ullus bonor siue agnitio proximi: sed continuus dolor & gemitus: ubi mors optatur: & non dabitur: ubi nō est honor senioris & regis: nec dominus super seruum: nec mater diligit filium aut filiam: nec filius honorat patrem: ubi omne malū & omnis indignatio & fætor & amaritudo abūdat: Hæc timuerunt iusti: & hæc fugierunt. Rogo & supplico iterum: iterumq; deprecor frater charissime: ut & nos deum amemus: & timeam⁹: & hæc fugiamus: quia mors perpetua est animæ nr̄æ si in his perseueramus. Tria em̄ sunt in hoc mūdo deteriora omi malo: Anima pctōris cum peccato perseuerans: quæ nigrior est coruo: & mali angeli qui eam rapiunt: & infernus in quem ducitur. Non sunt enim deteriora his tribus. Eadem enim anima me-
Ps.37. tum futuri iudicij expaueſcens: & putredinē suam inspiciens dicit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie insipientiæ meæ. Iterum tria sunt: quib⁹ in hoc mūdo nō sunt meliora: quando anima sancti in bonis operib⁹ perseuerans quæ speciosior est sole: & sancti angeli qui eam suscipiūt: & paradisus in quē ducit': expectatioq; regni cælestis: His tribus non sunt meliora in hoc mundo. Angeli em̄ sancti delectātur spiri-
Ps.64. tali cantico: sicut psalmista ait: Beatus quē elegisti & assumpsisti domine: habitabit in tabernaculis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuū: mirabile in æquitate. Hæc frater charissime meditemur: hæc in animo firmiter teneamus: & caueam⁹ nos ab omi pctō & iniqtate: in uerbo: in facto: in cogitatiōe: in manibus: in pe-
Ca.28. dibus: in uisu: in auditu: custodiamusq; corpus nostrum & animam. Christus enim do B minus noster: qui est deus & dei filius: descendit de cælo in terram: ut nos de terra ad cælū secum portaret. Pro nobis peccatoribus crucem ascendit: ut nos de cruciatu diaboli liberaret. Et ab inimicī pœnā suscepit: ut nos de pœna sempiterna liberaret. Mortem suscepit: ut nos de morte eriperet. A mortuis resurrexit: ut nos resurgam⁹ anima & corpore in die magno iudicij. Ideo dum tempus babemus: laborem⁹: & bona opera deoq; placita una cum dei adiutorio semper facere studeamus: ne subito præoccupati die mortis: quæramus spacium pœnitentiæ: & inuenire non possimus. Dum sum⁹ in hoc tempe: seminare nos oportet: Tempore em̄ suo: id est post mortē siue in die iudicij metem⁹ quæ in uita æterna habere debemus. Hic enim laboremus: & inuicem onera nostra portemus. Quo enim præcessit caput: & cætera membra secutura erūt. Teneamus sicut iam superius insertum est: fidem rectam: spem certam: charitatem perfectam: quia fides tāq̄ nostra sanitas: fide se credit: charitas operatur: spes roborat. Et q̄uis diuersa membra: habeant diuersa officia: si charitas unitate tamē teneatur: omnia membra merebuntur ire per caput. Caput enim nostrū in cælo est: & ipsa ueritas do-
Joh.12. minus noster Iesus christus de suis fidelibus ait: Si quis mihi ministrat: me sequatur: & ubi ego sum: illic & minister meus erit. Caueamus: & per omnia cauemus: ne per inuidiam: odium: detractionem: iram: rixā a capite nostro Iesu christo præcidamus: & quicquid mali pro amore christi nos nostriq; proximi pertulerunt: charitatis effectu cōpatiamur. Et quicquid boni alius quilibet acceperit: q̄asi nos acceperim⁹ ita gaudeam⁹: & pro illo q accepit: gratias referamus. Ecce iam ut dixim⁹: patit' aliquis tribulationē: aut damnū hui⁹ sæculi: aut pro culpis suis in carcere iubente imperiali sublimitate retruditur: tristat' parentū siue amicorum morte: si dolem⁹ pro illo: in corpore ecclesiæ constituti sumus. Charitas quæ colligit & uiuificat omnia mēbra: si nos uideat de ruina alterius congaudere: statim nos præcidit a corpore. Forte igitur nō dolem⁹ de ruina proximoq; nostroq;: quia præcisi sum⁹ a corpore. Si em̄ essem⁹: sine dubio doluisse-

mus. Consideremus frater charissime: & attẽdamus diligẽter: qa tamdiu dolet membrũ: qdiu in corpore continetur: si autem abscisũ fuerit: nec dolere poterit: nec sentire. Cum eñ manus aut aliqd mẽbrũ abscisum fuerit a corpore: si totũ corpꝰ tũc in multis partibus diuidatur: manus illa nõ sentit: quæ iam reliquoꝝ membroꝝ societate diuisa est. Talis est omnis christianus: qui de alterius damno: afflictione aut etiam morte nõ dolet: sed quod peius est forte etiã gaudet: ideo affectũ charitatis nõ tenet in corde: quia iam uero est alienus a corpore: dũ apostolꝰ præcipiat gaudere cũ gaudentibꝰ: & flere cum flentibus idipsũ sentiẽtes. Et Salomon ne de ruina fratrũ nostroꝝ gaudamus: manifestissime admonet. Nos uero mi frater: si uerã & perfectã charitatẽ uolumꝰ custodire: oñes homines sicut nosmetipsos studeamꝰ diligere: ut quia caput nr̃m christus est: membra illius nos esse mereamur: ut cũ christus apparuerit gloria nostra: & nos per concordiam charitatis & per dilectionẽ scilicet dei & proximi quasi uera & perfecta membra illius absq; ullo dolo maliciæ & inuidiæ: oñes homines sicut nosmet ipsos amantes: cũ ipõ mereamur apparere in gloria. Etenim ipse ait in euãgelio: In hoc cognoscẽt oẽs q mei estis discipuli: si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dilectio eñ proximi malũ non operat. O mi frater charissime: si dñs & saluator noster qui nullũ pctm habuit: tãto affectu & tãta dilectiõe nos peccatores amare dignat: ut qd nos patimur: seipsum pati testet: quare nos qui sine peccato nõ sumus: & qui per charitatẽ peccata nr̃a redimere possumus: nõ tam perfecto amore eũ diligimꝰ: dũ tãto nos dilexit: ut etiã ꝓprium filium suũ pro nobis peccatoribus morti traderet: etiam dũ tantam benignitatem & misericordiam erga nos exbibuit? Vigilemꝰ nec perdamꝰ bonũ qd nobis dedit: & sacramentum baptismi nostri: in quo iurauimus abrenunciare diabolo & põpis eius & omnibus peccatis: & si transgredimur in aliquo peccato post baptismũ: id ẽ fontem lacbrymaꝝ: & ordinauit nobis pœnitentiã propter fragilitatẽ nostrã. Ideo debemus nr̃as cõfessiones ueraciter cõfiteri: & fructus dignos facere: id est præterita ne iteremus: ꝑm iussionẽ deũ timentis sacerdotis: Qui sacerdos ut sapiens & medicus primũ sciat curare peccata sua: & postea aliena uulnera detergere & sanare & nõ publicare. Nos seq̃mur: pquiramus & cũ talibꝰ cõsiliũ salutis nr̃æ ineamꝰ: ut nõ perdamꝰ hæreditatẽ cælestẽ quã nobis dñs ab initio mũdi præpauit: si seruiamꝰ ei in iusticia & sctitate: & puritate cordis: & charitate nõ ficta: clamãtes cũ apl'o: Quis nos sepabit a charitate xp̃i? Tribulatio: an angustia: an psecutio:: an fames: an gladiꝰ: & ẽ quæ sequũt. Dictũ est: Neq; mors: neq; uita: neq; angeli: neq; pricipatꝰ: neq; instãtia: neq; futura: neq; aliq̃ creatura poterit nos separe a charitate dei: quæ ẽ in xp̃o iesu dño nr̃o. Dictũ ẽ eñ de eccl'ia primitiua: Quia erat illis cor unum & aia una in dño: & erat illis unũ uelle ac nolle: qa in unũ eos xp̃i charitas copulauerat. Ecõtrario uero carnales & amatores huius mũdi cõtra se inuicẽ sepant & diuiũgunt: mouẽtes ad alterutꝝ scãdala: cõtentiões: rixas: iras: dissensiões: homicidia: piuria: furta: rapinas: & oia quæ mũdꝰ iste amat & delectat: dicẽs: unusq;sq; in corde suo: faciã qd uolo: ut impleã cogitatiões meas: & delectatiões corpis: suffragãt mihi cõsilia mea: siue amicorũ meoꝝ ul'pentũ potẽtiũ: adest mihi auꝝ: supabũdat argẽtũ: assũt mihi serui & ancillæ: agri & multæ possessiões huiꝰ mũdi: pallia: uestes preciosæ: unde me redimere possũ: adimpleã uolũtatẽ meã: deꝰ dabit mihi spaciũ uitæ & pœnitẽtiæ. Heu q̃re nõ timemꝰ qd euãgeliũ terribil'r insonat dicẽs: Stulte ac nocte exposcẽt a te aiam tuã: quæ præparasti cuiꝰ erũt? Hoies nos esse cognoscamꝰ: & ne sic supbiamꝰ cõtra deũ ut uolũtates nr̃as malas pficiamꝰ & deũ postponamꝰ: ac deinceps dñi bonã uoluntatẽ ad nr̃a mala reflectere cũ muneribꝰ posse nitamur. Nos nostrãq; prauam uoluntatem ad deũ semper rectũ dirigere negligimus: sed ubicũq; nos delectat iniurias nostras uolumus uindicare dicentes: Faciã homicidiũ: ꝓiuriũ: adulteriũ: fornicationẽ: & postea dabo dño redemptionẽ nostrã. Quare nõ intelligimꝰ dũ sic audacter peccamꝰ: estimãtes muneribus deũ placare: q tũc multoplus eum ad irã q̃ ad misericordiã prouocamus: quia deus nõ delectatur in auro uel argento: nec aliud a nobis qnærit q̃ animas nostras mundas in conspectu suo præsentari. Nec enim cõsilijs peccatorum se immiscet: sed ex salute nostra nos semper admonet:

Ro.12.

Job.13.

Ca.29.

5.q.7. sacerdos

Ro.8.

Act.4.

Luc.12. Ca.30

Esa.9. & salubre dat consilium: quia ipse consiliarⁱ salutis nostræ: sicut propheta ait: Et uoca-
Ps̄.2. bitur nomen eiⁱ admirabilis consiliariⁱ. Et iterum dictum est de eo in psalmo: Beatⁱ uir
qui nō abijt in consilio impiorum. Et iterum: Quia non est iniquitas in eo. Et forte ipsā
quā putamⁱ pro nobis facere elemosynā de prædijs mortuoꝝ: siue de rapinis pauperꝝ
non uidetur esse elemosyna. Qualis enim elemosyna est ut unus iniuste uestiat: & aliⁱ
1.Retrac.9. iniuste expoliet: ut unus iniuste pascat: & alius iniuste fame torqueat? Non sane quæ-
rit ista a nobis deus: audeo dicere: odit ista oīpotēs deus: Ipsum audi prophetā quid
Eccī.34. dicat: Qui offert sacrificium ex rapina: siue ex substantia pauperum: quasi qui uictimat
Esa.1. filium in conspectu patris sui. Non accipiam inquit ista de manibus uestris: quia manⁱ
Eccī.34. enim uestræ sanguine plenæ sunt. Et alius propheta: Panis egentium uita pauperum
est: qui defraudat illum uir sanguinum est. Contemnamⁱ facere iniustas elemosynas
qui uolumus facere iustas: studeamⁱ iustas & spiritales elemosynas: ut de iustis labori
bus faciamus: non de rapinis: siue de multiplicatione frugum: aut de ineptis negocijs:
ne forte in hoc multa sacramēta incurrāt: uel etiam quod peius est pro cupiditate uel
ebrietate sanguis fundatur. Clament uoces eorum ad deum contra nos multi labore
Ps̄.14. afflicti. Vnde Psalmista: Qui pecuniā suā non dedit ad usurā: & munera sup innocen-
tes non accepit: & cætæra: quæ superⁱ in eodem psalmo audiuimⁱ: audientem & pa-
uentem beatum efficere possunt: sicut idem psalmus concludit: Qui facit hæc non cō
Ca.31. mouebit in æternum. Sic quia talia & his similia creator omniū creaturæ suæ rationali E
annūciādo insinuat: credimⁱ quia qui diligit quod creauit creator: neminē persequit:
subsequitur homo non sequatur. A nullo quoq; homine recedit deⁱ: nisi prius ipse ho
mo ab eo recedat. Nec naturā in nobis sed uitiū quod cōtraximⁱ odit: & non prodest
nobis: immo non prodest christi sanguine redemptos esse. Ideo cogitemⁱ & recogite-
mus qⁿ non propter fœlicitatem terrænā christiani effecti sumus: non propter diuitias
1.Cor̄.15. huius sæculi uel propter istā uitā christum colimⁱ: sicut apostolus ait: Si in hac uita tm
speramⁱ in domino: miserabiliores sumus omnibⁱ hominbⁱ. Christus enim ne aurum
diligeremⁱ: oblata munera contemnere docuit. Ne famē timeremⁱ: quadraginta die-
bus ieiunauit: Ne nuditatem pertimescereⁱ: præter unā tunicā aliā discipulis suis ha-
bere uetuit. Ne tribulatiōes expauescereⁱ: omnia ipse sustinuit. Ne mortē formida-
remus: hāc ipse suscepit: Et cum ista oīa nos docuerit: non tantū uerbo: uerumetiam
exemplo ipse præcessit. Hoc suauiter flagret in cordibⁱ nostris: hoc ignis spūssancti in
nobis feruere faciat ut seq̄mur uestigia eiⁱ: ne desideremⁱ remanere in hoc mundo: &
pereamus cum hoc mundo. Heu q̄ miseri sumus si hoc credere nolumus: & ab amore
huius sæculi mentē nostrā non reuocemus: dum perpetualiter ista tenere non possu-
mus: & illa per securitatē amittimus. Lugendū nobis si regnū promissum perdamⁱ &
subito dicat nobis: O uos amatores mūdi: exite obuiā sponso & ad illum uenite quem
uidere uultis: quia præcepta eiⁱ postposuistis: uidebitis enim plagas ipsas quas in cor-
pore suo pro uobis pertulit. Quid tunc gemētes & dolentes dicimus: & quid meritis
nostris in eum exigentibⁱ responsuri erimus: dum frequenter audimus & negligimus
Ps̄.115. quod Psalmista cecinit: Quid retribuā domino pro oībⁱ quæ retribuit mihi: Calicē
salutaris accipiā & nomē domini inuocabo? Firmiter teneamⁱ quia spes bonoꝝ in isto
mūdo non est posita: q̄is uideat spes humana esse quæ in amaritudinem uertitur: &
amarā potionē ipse mūdus amatoribⁱ suis propinat: & ipsa ueritas eos alloquit dicēs:
Ca.32. Vbi est qd amabatis: ubi est quod pro magno tenebatis? O mi frater: nūqd ferreæ sūt F
carnes nostræ: ne te cōtremiscāt: uel etiā sensus noster adamātinⁱ: ut nō molliscat: aut
Hiere.9. etiā euigilet ad talia dei uerba? Quare nō dicimⁱ cū ꝓpha: Quis dabit capiti nro aquā:
& oculis nostris fontē lachrymaꝝ: & nō ploremⁱ die ac nocte uulneratos filios plebis
nostræ: deficiūt flendo oculi eoꝝ: q considerāt: nō solū mortes corpoꝝ: uerūetiā aiaꝝ
xpianoꝝ. Quis luctus idoneor? qs planctⁱ certior inueniri pōt: qñ unusqsq; nostrū de
2.Cor̄.11. aia pdita luget & dolet cū apl'o: q dixit: Quis infirmat: & ego nō infirmor? Quis scan-
dalizat: & ego nō uror? Atq; iterum in alio loco dilectioni proximoꝝ compassus dicit:
Ro.9. Optabam esse anathema pro fratribus meis. Discamus in tanto christi apostolo: tan-

tum flagrare christi charitatem: dum sciebat q̄ unico filio non pepercisset: sed pro nobis omnibus eum tradidisset. Pro omnibus nobis dicit: Ideo nulli laici: nulli clerici: nullæ sacratæ uirgines: nullæ uiduæ: debent negligere salutem animarum suarum: dum tanti sanguinis precium pro nobis fusum esse manifestum est. Ideo omnes nos qui reliqui sumus super terram peccata nostra agnoscamus: ne cum impijs pereamus: dum cito iudicem digna satisfactione non placamus. Q̄ uelociter placauit iram eius ille qui dixit: Peccatum meum cognoui: & iniusticiam meam nō operui. Dixi pronūciabo ad uersum me iniusticiam meā domino. Et quid secutū est? Et tu dimisisti impietatē cordis mei. Paratus est semper deus peccata nostra indulgere: si non tardauerimus ad eū reuerti. Si enim tardauerimus: timeam⁹ ne inferat nobis iram suam: quia quibusdam quoddam magnum præstitit beneficium: nec tantum hoc iniuste: sed in alto suo iudicio. Nam Cain perfecit homicidium: & Iob uulneratus dei amicus est effect⁹: & Abel innocens a fratre suo occisus est: tñ nec Iob diutius passus est cruciatum: Nec Annaniæ locū donauit ad ignoscendum: nec Paulum deseruit colaphizatum: quē sua gratia fecit robustum: Nec Iudam suscepit pœnitentem: nec Petrū deseruit flentem: Etsi sic pius & misericors domin⁹ alto iudicio suo separat uasa iræ a uasis misericordiæ: O si attendamus miserum Iudam: uas olim perfectum: in perditiōem perductum: mustū sanctiſpirit⁹ portare non potuit: quoniam acceptum continuo crepuit: totusq̄ fractus ad nihilum est. Hæc pertimescentes conuertamur: dum tempus est. Ait enim Psalmista: Inquirite deū dum tempus est: & confirmamini: quærite faciem ei⁹ semper. Tempus est enim ut reparemur. Et si in aliquod peccatum fracti sum⁹: omnipotētem deū figulum & artificem habemus: Credamus quia potēs est reparare perdita: quia creauit hæc oīa integra. Ipse enim ait: Sicut lutum figuli: ita uos estis in manu mea. Ideo humiliemur nos sub manu omnipotentis dei: ut nos exaltet in tēpore uisitationis. Cogitemus nos in conspectu dei stare. Agnoscamus quid sumus: agnoscam⁹ q̄ terra & cinis sumus: dum propheta contra nos dicat: Quid superbis terra & cinis? Quid si non agnoscim⁹ frustra exaltare ceruices nostras: dum deus resistit superbis: & humilibus dat gratiā? Consolamini qui estis pusillanimes: confortamini & iam nolite timere: Ecce deus noster retribuet iudiciū: ipse ueniet & saluos faciet. Domin⁹ in proximo est: nihil solliciti sitis: nihil uos conterat mundi infœlicitas: quia si istā infœlicitatē mundanā sancti dei omnes timuissent: perpetuā fœlicitatē non haberēt. Si fœlicitas hui⁹ mundi transitoria diligit̄: hæc perpetua non inuenit̄. Si uero perpetua fœlicitas quærit̄ quæ hic non inuenit̄: ad perpetuā fœlicitatē tendamus: ubi patriā & patres nostros habemus: patiētissime omnia huius mūdi pro christi nomine tolerem⁹. Quid rogo est q̄d tolerēt̄ contra illud q̄d nobis promittitur? Apostolus inqt: Non sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriā quæ reuelabit̄ in nobis. Nulla ergo nos pressura terreat: nulla calamitas frāgat: dñs in proximo ē: pastor noster circa nos ē. Quid metuemus: & si metuimus: clamem⁹ ad pastorē nostrū ut nos audiat. Clamemus in compunctione cordis dicētes: Erraui sicut ouis quæ perijt: require seruum tuum dñe. Clamemus & dicamus: Perijt fuga a me: & non est qui requirat aiam meā. Considerabo ad sinistrā: ecce diabolus ut lupus: rugiēs leo frendet: ecce lupus est: cōtra latrat canis. Clamaui ad te dñe: dixi tu es spes mea: portio mea in terra uiuētiū. Libera me de manib⁹ inimicor̄ meor̄ & eorum qui me persequuntur. Nunquid pastor noster bonus: qui animam suam posuit pro ouibus suis: ad quem si clamem⁹ dimittet nos diutius errare: aut a feris nel a bestijs dilaniari atq̄ consumi? Absit. Quinimo relictis nonaginta nouē prexit quærere unā ouē pditā. Nec qa clamantē audiuit & ideo prexit: sed anteq̄ clamaret. Ait em̄ euāgelista: Relictis nonagintanouē: abijt quærere unā ouē quæ perierat: quā inuentā & lassatā atq̄ fatigatā: impositā humeris suis reportauit ad gregē. Pastor eam ad gregem reportare dignatus est: & misericordia sua ab errore uocare. Q̄uero ouem istam humeris proprijs impositam reportauit ad gregem: quātæ misericordiæ ei⁹ gratiæ agendæ sunt: qui tantum se ad nos humiliauit. & inclinauit: portat & reficit: regit & custodit. Deprecamur domine bone summe & optime pastor: ne

Ro.8
Psā.31.
Psā.104.
Dicre.18.
1.Petri.5.
Eccl.10.
Esa.35.
Ca.33.
Phil.4.
Ro.8.
Psā.118.
Psā.141.
Joh.10.
Luc.15.

ouis pereat: Imple officium summi pastoris: persequere leonem qui rapuit ouem de grege tuo. Leo interficiat: & ouis de faucibus eius eruat. Tu enim es pastor ouium: rex noster: potes ponere sathanā sub pedibus nostris. Et nunc domine pastor noster: rex noster: tot de grege tuo rapiunt oues: & quare tm taces? O dne dne deus: quare tam diu taces? Ad hoc domin⁹ per prophetā dicit & clamat: Tacui: tacui: sed non semper tacebo: aget iudicium manus mea. Ergo domine Iesu: pastor noster: rex noster accipe
1. Petri. 5. arma tua & progredere ut pugnes contra leonē aduersariū nostrum: qui circūit quæ-
Ps. 60. Ca. 34. rens nos deuorare. Esto nobis turris fortitudinis a facie inimici. Petimus & instantissi- H
1. Joh. 5. me petim⁹ ut liberes nos: Mundus enim in maligno positus est. Ecce sæuiunt mala & pe reunt mundi dilectores: blasphemāt: insaniūt: & aduersus te murmurāt: nō solum tuā misericordiā nō precant: uerūetiā tuū iudiciū reprehēdūt. Quis in eis talia operat: ni si auctor mali: angelus superb⁹ & pdit⁹ & oēs pdere cupiēs? Libera nos dne ab oi malo: & pars nra nō sit cū oi malo. Ab oi malo libera nos: qa tūc ab oi malo liberamur: qn a diabolo & angelis eius separamur. Angeli eius sūt qui faciunt uoluntatē eius. Nō sit
Matth. 12. nobis pars cum talib⁹ qui faciunt uoluntarē diaboli: sed cum illo qui dixit: Si quis fece rit uoluntatē patris mei: ipse me⁹ frater: soror & mater est. Nos enim illo precio redem pti sumus: societatē malorū fugiētes bona quærimus: sūmo bono inhæreamus: illi ser uiamus: eius uoluntatē faciamus: ut simus & nos angeli dei: de quibus dicit propheta:
Ps. 102 Benedicite dño omnes angeli eius: ministri eius facientes uoluntatē eius: quia uolūtas patris mei est: sicut euāgelium ait: ut non pereat unum ex pusillis suis: & non peream⁹
Ro. 13. & euellamur de uia iusta. Deponam⁹ opera tenebrarū: & induamur arma lucis: & ex pulsa noctis caligine: effugatisq; radicib⁹ tenebrarū: radius ueri luminis fulgeat in cor dibus nostris. In nocte non opera noctis: sed diei opa peragam⁹: quia filij dei appellati sumus. Neq; enim dilectione omniū sēnsus noster torpescat: nec uarijs uanis phantas matibus animas nostras illudat: nec ipsa corpora stramentorū calore depressa in alto torpore quies inclinet: sed uigilando: orando: ieiunando: psallendo: contra diabolum aduersarium dimicem⁹: & magnam lucē in cordibus nostris sentiam⁹: & in nocte ope ra dei peragam⁹. Quid enim agendum est nobis in nocte huius sæculi caliginosa: nisi dia bolum effugare: & christum introducere? Quid agendum est nobis in hui⁹ noctis ca citate: nisi captiuatorem captiuare: & liberatorem sequi? Quid agendum nobis est in nocte: nisi tenebras diabolicas de cordib⁹ nostris excutere: & lumen uerum haurire? Quid agendum est in nocte: nisi principem omniū uitiorū a nobis expellere: & fontē oim bonorū suscipere? Suscipiam⁹ eum frater charissime: suscipiamus eum: ut suscipia mur ab eo: & uideam⁹ quæ bona præparata ab eo habem⁹q nos quotidie uocat: & su
Matth. 11. scipiamus iugū ei⁹ leue: & sarcinā eius suauem: qui sarcinā peccatorū releuat. Depona mus opera tenebrarū & induamur arma lucis. Quid enim est deponere opera tenebra rum: nisi renūciare diaboli pompis & angelis eius? Et quid est nos arma lucis indu: ni
Joh. 1 Joh. 12. Ca. 35. si credere in deum patrē omnipotentē: qui illuminat omnē hoiem uenientem in hunc mundum: qui hæc dixit: Dum lucē habetis credite in lucem: ut filij lucis sitis? Prius tm dilectissime: si uis: imo quia uis: discutiam⁹ & inuestigem⁹ qui sit: uel quid sit diabolus. Diabolus est enim angelus per superbiā separat⁹ a deo: qui in ueritate non stetit: & do ctor mēdacij: & pater mēdacij: quia ab ipso primū inuentū est mendaciū: & ipse est mē
Joh. 8. daciū: sicut ueracissima ueritas dns noster Iesus christ⁹ in euāgelio Iohannis loquit: qa ipse est caput & finis mēdacij: & a semetipso decept⁹: nos decipe festinat. Ipse est ad uersari⁹ effect⁹ generis humani: inuētor mortis: superbiæ institor: radix maliciæ: scele rū caput: princeps oim uitiorū: psuasor etiā turpiū uoluptatū. Hic ergo cum illū primū hoiem a deo factū: Adā scilicet patrē oim nostrū intueret: sicut supius crebro intellige re potes: uideratq; eū hoiem ex limo terræ ad imaginē dei factū: pudicicia ornatum: temperantia compositū: charitate circūdatū: imortalitate uestitū: æmulus atq; inuidus tantā beatitudinē hoiem terrænū accepisse: qđ ipse dū esset angelus p superbiam co gnoscit amisisse: inuidit statim insanabilis homicida: primū parentē nostrū nos nrosq; parentes & tantis ac talibus bonis expoliauit: nos iusuper & peremit. Nam & multis

bonis in prima fronte diabolus nos expoliauit: id est: pudicitia: continentia: patientia: mansuetudine: charitate: immortalitate: sicut nos nudos ac miseros reddidit: suisq; pannis derisit esse inuolutos & suo dominio esse astrictos: atq; in ipso pcto omnē prolē nostrā sibimet obligauit: sic expoliauit nos pudicitia & accinxit impudicitia: expoliauit nos temperātia & fecit nos intemperatos: expoliauit nos charitate & uestiuit nos malicia: expoliauit nos imortalitate & propinauit mortē. His etiā turpissimis & fœtidissimis pannis nos parētesq; nostros inuoluit: & semiuiuos reliquit. Et quia sic miserabiliter atrocissim⁹ hostis circa nos egit: imo qa sic egit: Eya frater charissime: eya renuncie mus huic damnosæ hæreditati: pusilli effecti sumus: anteq̄ exactor ueniat tam pessimæ hæreditatis: oia quæ eius sunt renunciemus. Si quis itaq; huic hæreditati in q̄ sunt panni diaboli: pompæ scilicet: & angelis eius renunciare neglexerit: cum iudex uenerit: sicut euāgelium loquit̄: tradet̄ debitor exactori: exactor aūt debitorē trudet in car Matth. 5.
cerem: Amen dico uobis: dicit dñs: non exiet inde donec reddat nouissimū quadrantem. Omne itaq; genus humanū tanq̄ pauperē & pupillū diuina scriptura cōmendat deo dicēs: Tibi derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor: eiusq; aduersarium dia Ps. 9.
bolum demonstrās: secut⁹ adiunxit. Contere brachiū peccatoris & maligni. Assit dñs noster Iesus christus pius & misericors: qui aliquā misericordiā huic pupillo & pauperi exhibeat: quia callidum atq; ferocissimum patiat̄: & iam pupillus in causa sua deficit: quapropter suus aduersarius prauis artibus decipere festinat. Assis domine Iesu christe huic pupillo idoneus defensor: sta in causa illius q iussisti recta iudicare filijs hominum: Eleua brachium tuum & contere brachium peccatoris & maligni. Optime nosti huius pauperis & pupilli: generis scilicet humani causā: qua ex paterno chirographo debet̄: inuentus est reus: & obstrictus aduersario detinet̄. Non est aliud quēadmodū nobis subueniat̄: nisi ex tuo cōsilio per necessariū adiutorium: iudica causam nostram: defende quia potēs es. O mi frater charissime q̄ fœlix aia quæ tam potentē habet de
k fensorē. Ideo nunc quæso: uigilet unusquisq; uestrum: nec apud eum diabolus in die iu Ca. 36.
dicij suos pannos agnoscat: & incipiat re⁹ detineri semp quē christus sua gratia uoluit liberari. Nec sibi male blandiāt̄ q post acceptā gratiā corrigi nolunt: atq; rursus ad illas suas pristinas redeunt uoluntates. Expectat̄ em̄ dies iudicij: aderit ille æquissim⁹ iudex q nullius potētis personā accipit: cuius palatium auro argētoq; nullus eps: nec abbas: nec comes corrūpere poterit. Astabunt oēs aiæ ut referat unaquæq; sm illud qd̄ gessit in corpore siue bonum siue malū. Præsto em̄ erit & aduersarius diabolus & recitabūtur uerba professiōis nostræ: & obijciet nobis in faciē quid fecim⁹: & in quo loco: & qd boni operis tunc temporis facere deberem⁹. Et si tales inuenti fuerimus: exultabit ille aduersari⁹ in conspectu pijssimi iudicis: superiorē se nobis declamās: agēs talē causam apud talem iudicē. Habet em̄ dicere tūc ipse diabolus: O æquissime iudex: iudica istū meum esse ob culpā qui tu⁹ esse noluit p gratiā. Tuus est per naturā: meus est per miseriā: Tuus ē ob passionē: me⁹ est ob suasionē. Tibi inobediēs: mihi obediēs. A te accepit imortalitatis stolā: a me hanc pannosam qua indut⁹ est tunicā. Tuā uestem amisit: cum mea ueste huc aduenit. Quid apud eum impudicitia faciebat: quid intemperantia: quid auaricia: quid ira: quid superbia: quid cætera membra mea? Dimisit te: confugium fecit ad me: meas sorores uideo comitari cum illo. Quid enim? Idcirco omnia faciebat: qui cum superbia disputabat: qui cum ira furebat: thesauriçauit irā in die iræ. O æquissime iudex: iudica iniquo: quia iusticia & iudicium præparatio sedis tuæ: iudica illum meum esse & mecum damnādū esse. Omnia quæ huc attulit: mea esse cognosco: meus esse uoluit: & mea concupiuit: mecum puniri debet: quoniam quem tu dignatus es tanto precio liberare: ipse se mihi postmodum uoluit libēter obligare. Heu frater charissime: poterit ne talis aperire os qui talis ibi inuenietur: ut iuste cum diabolo deputet̄? Videamus & caueamus ne inuanum dei gratiam susceperimus: sed integro corde: perfectaq; fide renunciemus: atq; spernamus tam damnosam diaboli-
L cam hæreditatem: ne pupilli & pauperes remaneam⁹. Recitetur in medio nostrū sen Ca. 37.
tentia beati Pauli apl̄i terribilis terribiliterq; prolata: quæ corda siml̄ & corpora nostra

Heb.10 contremiscere faciat. Ait enim: Volūtarie peccantib⁹ nobis post acceptam noticiā ue-
ritatis: iam non relinquit pro peccatis hostia: terribilis aūt quædam expectatio iudicij
Deut.17. & ignis æmulatio: quæ consuptura est aduersarios. Irritam quis faciēs legē Moysi: sine
ulla miseratione duob⁹ uel tribus testibus morit: quanto magis putatis deteriora me-
reri supplicia qui filiū dei conculcauerit: & sanguinē testamēti pollutū duxerit: in quo
Deut.32. sanctificati estis: & spiritui gratiæ contumeliā fecerit? Scimus enim q dixit: Mihi uindi
ctam & ego retribuā. Et iterū: Quia iudicabit dns populum suū: Horrēdum est enim
incidere in manus dei uiuētis. Et paulo post: Nolite itaq; amittere confidētiam uestrā:
quæ habet magnam remunerationē. Patiētia enim uobis necessaria est ut uoluntatē
dei faciētes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquātulum q uentur⁹
est ueniet & non tardabit: reddens unicuiq; scd'm opus suū. Hæc em̄ uerba non ex me
2.Cor.13 sed ex ipso qui dixit: An experimētum eius quæritis qui in me loquit christus: profluxerūt. Extendam⁹ aciē oculi cordis & uideam⁹: & aurē cordis accōmodem⁹ ad terribi
lē apli sentētiā, pspiciendā & inuestigādā: mūdem⁹ oculū cordis: imo ipsa lux quā desi
Matth.5 deram⁹ uidere mūdet cor nostrū: & sit a pctōr tenebris ipso miserāte mundatū. Beati
em̄ ait mundo corde qm̄ ipsi deū uidebunt. Nō sit hic nobis labor inutilis ad pernicie:
sed utilis ad salutē. Curram⁹ dū lucē habem⁹ ne tenebræ nos comprehendāt. Et iterū
Heb.12 apls hortat nos intētissime dicēs: Remissas man⁹ & soluta genua erigite: & gressus re-
ctos facite pedib⁹ uestris: ut nō claudicās qs erret: magis aūt sanet. Pacē sequimini cū
omnib⁹ & sanctimoniā: sine qua nemo uidebit deū: contemplantes ne quis desit gra-
tiæ dei: ne q radix amaritudinis sursum germinās impediat: & per illā inquinent mul-
ti. Et paulo post: Videte ne recusetis loquētem. Si enim illi qui creduli fuerunt uerbo
dei non refugerunt recusantes eum qui super terrā loquebat: multomagis nos qui de
cælis loquentē nobis auertimus: cuius uox mouit terrā: modo aūt repromittit dicēs:
Aggei.2. Adhuc semel & ego mouebo: non solum terrā: sed & cælum. Qd aūt adhuc semel di-
cit: declarat mobiliū declarationē tanq̄ factor⁹ ut maneāt ea quæ sunt immobilia. Itaq;
regnum immobile suscipientes: habeam⁹ gratiam per quā seruiam⁹ placentes deo cū
Deut.4 metu & teuerētia. Etem̄ de⁹ noster ignis comburēs est aduersarios. Accedam⁹ ad do
Ps.25. minum anteq̄ consumamur: ab illo postulātes urere cor nostrum & renes nostros. Et
Ps.65 iterū: Quoniā probasti nos deus: igne nos examinasti sicut examinat argētum. Aper-
tissime enim patet q̄ hic ab illo urimur: illic uelut aduersarij consumemur. Ait em̄ apo
Gal.6 stolus: Nemo se circūueniat: nemo se seducat inanib⁹ uerbis: quia quæcunq; semina-
uerit homo: hæc & metet. Non aliud loquamur lingua: & aliud corde: ne sim⁹ luda &
herodiani: alij in perditionē: alij in cōfusionē: alij in dissimulationē: sed alij in ueritatis
humilitatē. Ideo cum uerō corde in plenitudinē fidei properem⁹: aspersi corda: a con-
scientia mala: teneam⁹ spei nostræ confessionē indeclinabilē: & bonor⁹ oper⁹ inchoa-
tionē non deseramus: sicut est consuetudinis quibusdā: sed consolantes: & tātomagis
Ca.38 quanto uiderim⁹ appropinquantē iudicij diē. Teram⁹ carnis nostræ superbiā: quia ca M
Ubi s ro est quæ animā perdit & totā superbiā aufert. Et qui in carne seminat: sicut ait apls:
de carne & metet corruptionē. Caro est quæ recipit diabolū. Diabol⁹ em̄ seminat in
carne nostra semina sua: id est homicidium: fornicationē: cōcupiscentiā: libidinē: iram:
Eph.6 rixam: ebrietatē: superbiā: furtum: & omnē suggestionē malam: dicente apostolo: Nō
est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē: sed aduersus spūs aeris huius aduer-
sus spiritalia in cælestibus. Diabolum dicit: qui spūs malus est: & non uidet: & ipse spūs
Apoc.12 nequissim⁹ proiectus est de cælo cum angelis suis: de quib⁹ dicit in Apocalypsi: Ecce
proiectus est accusator fratrū nostror⁹: qui accusabit die ac nocte: & ipsi uicerunt eum
2.Cor.12 propter sanguinē agni: de quo apostolus ait: Datus est mihi stimulus carnis meæ ange
lus satbanæ qui me colaphizet: propter quod ter dominū rogaui ut discederet a me:
& dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam & uirt⁹ in infirmitate perficit. Item ipse re-
Ro.7 petens dicit: Video aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & ca
ptiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Iterū ipse: Ego enim mēte ser-
Ro.8 uio lege dei: carne aūt lege peccati. Et iterū: Nunc nihil damnationis est his qui sunt

in christo. Caro est quæ recipit diabolum: & carnem diabolus habet in potestate: non animam. Ideo dicit apostolus: Datus est mihi stimul⁹ carnis meæ. Deniq; Iob in carne temptat⁹ a diabolo: dicente domino: Et data est potestas in facultate eius. Et iterum: Dabo tibi illum in potestatem illius. Caro em̃ concupiscit aduersus spiritum: spiritus aũt aduersus carnẽ. Hæc oĩa inuicẽ sibi aduersantur: ut non quæcũq; uultis illa faciatis. Caro enim misera bestia: quæ grauat animã: dicente apostolo: Qui in carne sunt: deo placere non possũt. Iterum ipsa ueritas dominus Iesus christus de seipso dicit: Spũs quidem promptus est: caro autem infirma. Caro autem nostra in malicia semper uult potẽs esse: In abstinentia: id est in uigilijs & ieiunijs & oratione ac bonis operib⁹ infirmã se esse fingit. Caro nostra est quæ nos demergit in foueam: dicente apostolo: Mortificate mẽbra quæ sunt sup terrã: id est fornicationẽ: imũdiciã: irã: rixam: & cætera quæ sequunt̃. Et iterum: Curã carnis ne feceritis in concupiscentijs uestris. Itaq; mortificemus carnem nostram: per abstinentiã in ieiunio: & uigilijs & orationibus: ne nobis adducat diabolũ cũ concupiscẽtijs malis. Caro autem data est nobis quasi animæ bellũ: si mortificetur adducit uitam: si nutriatur: præparat se contra ad bellum. Laudo aũt illum: qui carnis suæ habere potest potestatem: dum infirmitatem carnis nostræ timeNmus: salutem animæ nostræ negligimus. Anima misera quid dicis: quam caro sic fortiter grauat: dicente Salomone: Caro quæ corrumpitur agrauat animam: Et iterũ repetit: Os quod mentitur occidit animã. Væ uæ miseræ animæ quã caro persequitur. Caro nostra quotidie contra animã pugnat: & nos contra carnem pugnare debem⁹ quotide: sicut apostolus præcipit: Si fm carnẽ uixeritis: moriemini: si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Omnẽ suggestionem malã caro cõcupiscit & demonstrat: Caro concupiscit omne malum: caro hortatur maleficia: caro prouocat irã: caro prouocat homicidium: caro prouocat adulteriũ & rixã: caro inserit ebrietatem: caro portat omnem concupiscentiã huius sæculi: & omnia mala caro desiderat. O caro bestia crudelis: qd habes: qd grauas animã quæ nihil desiderasset nisi deo seruire tibi inimice iniunxisset: Tu aũt caro misera: non solum teipsã occidis: nõ sufficit tibi peritio tua: sed adhuc uis animã in infernum demergere. Væ tibi anima quæ carnem cœpisti contrariã: quæ nec ipsa intrat: nec te permittit intrare in regnũ cælorũ. O caro mala: quid quæris? quid desideras? Non uis laborẽ sustinere: non uis inquieta conquiescere: suffocas animã ut uersa uice tu sis domina & illa ancilla. Rogo q̃re grauas animã quæ molesta non est tibi: nec tu effugies pœnã dum ipsa patit̃ gehennã. Nec enim sine te poterit in die iudicij iudicari: q̃re non consentis spiritui & animæ nostræ: sicut euãgeliũ tehortat̃ dicens: Esto consentiẽs aduersario tuo? Es in uia nũc cum ipso: hoc est in sæculo: caue ne forte tradat te iudici: hoc est christo: iudex tradat te ministris: hoc est angelis malis: & ministri mittãt te in carcerẽ: hoc est in gehennã: nõ exies inde donec reOdas nouissimũ quadrãtẽ: id est minimũ pctm̃. Quid es tu: & qd nobis præstas nisi detrimentũ aiæ nr̃æ? Qui te nutrit: ad malefaciẽdũ te nutrit: qa non peccat aia nisi p carnẽ: sicut scriptũ est: Anima quæ peccauerit ipsa morie t̃. Verbi grã: dicit aliqs: anima quomodo potest peccare cum nõ uideat̃? Quid potest tenere cum ipsa non teneat̃? Ipsa caro peccat quæ animã aggrauat: & anima a carne superata cõsentit carni in peccatis. Caro em̃ præceps est ad libidinẽ: crimini quotidie crimina superponẽs: pctm̃ peccat̃. Non cessat pessimis deteriora coniũgere: uolũtate crudelis: uana & insipiẽs: semp ad malũ ꝓna: ad bonũ excusabil' & pigerrima: uelox ad mortẽ: ad uitã difficilis: cui exosa sũt opa lucis: & tenebraꝝ amãtissima: quæ cadere diligit: surgere negligit. Amara est illi sal⁹ & dulcis ꝓditio: de malo semp corruens in deteri⁹: & de peiori in peiora defluẽs: inquieta & impatiẽs: flãmis gehẽnæ aias circũdãs: inijtiẽs se inter germia cupiditatis: & auariciæ: uanitatis & arrogãtiæ: iræ & impatiẽtiæ: cæterarũq; negociaꝝ supflua & inhonesta se deprimit: abstrahens se a cælestibus & delectãs in terrænis: relinquit ueritatẽ: festinat haurire uanitatem & uerba mendcij. Et quid plura? Sicut tinea lanã deuorat: & sicut ignis ligna: fœnum & stipulã consumit: ita caro rebellis & delicatã animã consumit & cremat. Quid tu ad hoc aia: quid tu ad hoc respondes? Dicã inquit redem-

2. Cor. 12
Job. 2.
Gal. 5.
Ro. 8.
Matth. 26
Col. 3.
Ro. 13
Ca. 39
Sap. 9.
Sap. 1.
Ro. 8.
Ca. 40
Matth. 5.
Ezech. 18

Ca.41. ptori meo antequã carne exuar: quid ad hoc respondeam: & quid ad bonũ corp⁹ cum p
quo inhabito incitare uoluissem. Non sit in me obsecro domine concupiscentia libidi
nis: sed amor inhabitet pulcherrimæ castitatis. Sim ad malum audiendũ tarda: ad uer
bum tuum festina: ad perficiendum accedẽs. Sim in tuo timore sollicita: in amore per
fecta: in fide constãs: in spe nullaten⁹ dubitãs: dilectionem ferã: odij ardore non urar:
nec inuidiæ ardore tabescã: semper sanctũ op⁹ in me spira: aut cogitẽ: cõpelle ut faciã:
suade mihi ut te diligã: cõfirma me ut teneã te: custodi me ne perdã te: non ingrediaẽ
nec reqescat in domicilio meo ubi tua debet esse mãsio: pes superbiæ: gulæ: nec cõcu
piscentia fornicationis: nec auaricia: nec inuidia: non ira: non tristicia: non uanagloria:
Esa.66. sed profundã humilitatem posco a te qui dixisti: Super quem requiescã nisi super hu
milem & quietum? Da mihi profundã humilitatẽ: qua curueẽ altitudo carnis super
biæ quæ me suffocat. Da mensuratã abstinentiã: in qua superflua uentris refreneẽ eda
citas quæ me perimit. Da castitatem cordis quæ me impollutã reddit. Da mũdiciam
spũs: quia immunda carnis gloria me demergit. Da manus largifluas ad erogãdas ele
mosynas: qua tenax auaricia respuatur. Da dilectiõis amorem: quo çelus extinguatur
inuidiæ. Concede tolerãtiæ patientiã: p quã ira crudelis bestiæ superata deficiat. Tri
bue æterni gaudij spem: qua tristiciæ amaritudo demulceaẽ. Fac intrinsec⁹ mentem
de bono opere gloriari in te: ut uanægloriæ foras ex me non procedat iactãtia. Dona
etiã in omnibus tenere iusticiã: magnanimitatẽ: temperãtiam: & fac mecum simplici
tatem esse prudentem: ut beatã uitam sinceriter agam: & malum prudẽter refugiam:
atq; fraudulentã & deceptoriã astutiã diaboli intelligere ualeam: ne per speciem boni
fallat: & discernere rationabiliter ualeã: & præuidere quid boni agam uel quid mali re
fugiã. Fac me post mitẽ: beniuolã: pacificã: mãsuetam: modestã: sine simulatione esse:
oĩb⁹ bonis cõcordẽ: in uigilijs: in ieiunijs: in orationib⁹ cõstãter strenuã. Da etiã in mã
suetudine moderatum sermonem adipisci: silentium ut loquar quod condecet: taceã
qd̃ loqui non oportet: uel quicqd ex uirtutum fructibus conferre dignaberis. Da sine
aliquo errore immaculatã tibi seruare fidem: digna esse opera nostra: & fidem rectam
opere prauo non polluã: & te quem bene credendo confiteor: male uiuendo non de
Ca.42. negem: & te quem strenua fide sequor: actu negligentiæ operibus non offendã. Fac Q
me in sancto conuersantem proposito sequi iusticiã: diligere misericordiã: amare ueri
tatem: refutare mẽdacium: falsum nihil meditari uel loqui: te indesinenter timere: te
amare: te diligere: tua præcepta seruare: pacem cum omnibus sine dolo retinere: dis
cordes sine simulatione ad concordiã prouocare: charitatem cunctis insimulatã offer
re: nullum scandaliçare: nulli me præferre: sed omni⁹ inferiorem iudicare: Reueren
tiã & honorem non propter timorem potentum: sed ob altissimum exhibere seniori
bus obedientiã & charitatem: æqualibus deferre gratiã oportunæ dilectionis: iuniori
bus ostendere fraterna onera: siue pericula æquanimiter sustinere: cunctis simul pro
desse non obesse. Nulli nocere: nulli aduersari: nullũ calumniari: nulli offendiculum po
nere: nullum iudicare: nulli detrabere: nulli iniuriosam esse: nullius corporeã uitam:
nullius explorare semitã: sed de meipsa tantum esse sollicitã. Malum pro malo nequa
quã rependere: iniuriaq; meaq; nec memorem esse ullatenus nec uindicem: sed omni
bonitate superare maliciã. Maledicenti benedictionem parare: inimicum ut amicum
diligere. Conuitia & contumelias irascentium sustinere non reprehendere: iniurias ci
to obliuisci: offenso meo ignoscere: ad ueniã concedendã semper præparatã esse: Alie
na non coucupiscere: nec occasione qualibet auferre: mea uero misericorditer non ha
bentib⁹ erogare propter te qui precioso sanguine tuo redemisti me. Esurientẽ debite
reficere: sitientem potare: hospitem colligere: nudum operire: uisitare languidum: re
quirere carceratum: consolari tristem: afflictis & languentibus compati: non habenti
præbere necessaria: uictum & uestitum diuidere cum ægeno: amplecti indigenã: foue
re domesticum: amare peregrinum: redimere captiuum: sustentare aduenã: tueri or
phanum: & orphano suffragari: uiduæ subuenire: oppresso præstare auxiliũ: desolato
dirumpere colligatiões impietatis: Et quæcũq; præceptoq; tuoq; documẽta declarãt:

diligenter credere & audire: audiēter: alʒ ardenter inueſtigare: prudenter ſcire: feſtinanter exercere: deſiderāter implere: & coram te humilē ſemper exiſtere: ut ſurgam
R non deijciar. Erigar non ſubruar: aſcendam non deſcendam: quia caro cum qua inhabito ſemp me ducere uult ad peccatū: Mecū uult coronari: ſed non mecum decertare; Nullū peiorē patiar hoſtem q̄ corpꝰ in quo inhabito: Eſt enim quaſi leo: ſubuertor in domo mea: undiq; me peſtifero morſu dilacerando conſumēs: Ideo longa trabens ſuſpiria clamitādo dicā: Infœlix ego hō: qs me liberabit de corpe mortis huius? Gratia dei per quē id: per leſum chriſtū dominū noſtrum. Nec uelim qđ uſq; nunc ſupplicādo deprecata ſum: hæc & hæc deprecor: qa precioſiſſimo ſanguine tuo redempta ſū: ut propter carnis corruptionē non peream in æternum. Non ueniam in mortē ſecundam: neq; in terram obliuionis. Hæc uox in auribus miſericordiæ tuæ ſonet: ut tuam: nō carnis faciā uolūtatē. Et oīs mēs mea te mediteť: te delecteť: te ſequať: te cōfiteať: qui redemiſti me in æternum miſcdia tua eſt: & in tua miſericordia reuixi perdita peccatis: & ſurrexi a mortuis: quoniā ſegregaſti mea peccatis adoleſcētiæ meæ: & egi pœnitētiam coram deo: quia reſeruaſti mihi tempus conuerſionis: quæ conſideraſ peccata mea compuncta ſum: & te inſpirāte egi pœnitētiam coram te: læticiā mihi: tibi nūc & ſemp innumeras gratias refero: quia ut inuenirē te tu pius quæſiſti me: ut redirē ad te tu compuliſti: ut uerberarer tu es operator: & ut me recognoſcēs plangerē tu dediſti mihi: Pone dñe: lachrymas meas in conſpectu tuo ut pueniat ad te in cælū deprecatio mea. Adeſto precor & ſubueni: atq; in manibꝰ tuis commēdatam tibi meipſam ſuſcipe: liberāſ me de ore draconis ſæuiſſimi: & de manu atrociſſimi inferni: cum acceperis me: & auferes de medio umbræ mortis: immo deduces me in ſemitam lucis in clariſſimam regionem uiuētium. Colloca me in caulis tutiſſimis gregum tuorum: quia tu es paſtor bonus: qui requiris & reducis: perdita metis: & ſaluas in fonte: foues & ſanas languidos: & tu es miſericors dominus qui ſperāteſ in te non confundis: requirētes te non derelinquis: reuerētes ad te non reſpuis: ſed exultādo & laudando ſuſcipis: atq; in æterna beatitudine una cum ſanctis & electis tuis æternaliter regnare cōcedis: qa eſt tibi cum æterno patre & ſpūſancto una deitas: gratia: uirtus: imperiū & poteſtaſ in ſæcula ſæculorum amē.

¶ Beati Auguſtini ad Paulinam: de uidendo deo: ſubtiliter diligenterq; inquirentis: utrum per oculos corporeos deus uideri poſſit: Imprimis cauſam dilationis promiſſi aſſignantis: & plus ualere in hac inquiſitione uiuendi: q̄ loquendi modum aſtruentis. Epiſtola. CXII.

S Vguſtinꝰ. Memor debiti qđ ex tua petitiōe & mea ꝓmiſſione factū eſt: religioſa famula dei Paulina: perſolutionis quoq; eius negligēs eſſe non debui. Cū enim petiuiſſes ut de inuiſibili deo: utrum per oculos corporeos poſſit uideri: prolixe aliquid copioſeq; ad te ſcriberem: negare non potui: ne ſanctum tuum ſtudiū offenderem: ſed promiſſum diſtuli: ſiue propter alias occupatiōes meas: ſiue qꝺ a me id flagitareť: unde aliquanto diutius cogitari oportebat. Sed cum tāta res eſſet: quæ cogitādo non tam quid de ea ſentiēdum dicēdumue eſſet: q̄ quodāmodo perſuadēdū bis qui aduerſa ſentirēt: fieret difficilior: finem aliqn̄ dilationi adhibēdum putaui: ſperans diuinum adiutorium magis mihi ſcribenti q̄ differenti affuturum. Quāobrē primum mihi uidetur: plus ualere in hac inquiſitione uiuēdi q̄ loquēdi modum. Nam qui didicerūt a domino leſu chriſto mites eſſe & humiles corde: plus cogitādo & orādo proficiūt q̄ in legendo & audiendo. Nec ideo tamen agere partes ſuas ſermo ceſſauerit: ſed cum plātator & rigator officium ſui geſſerit muneris: cætera illi qui dāt incremētum relinquit: Ille quippe etiam ipſum plantatorem rigatorēq; firmauit. Secundū interiorem ergo hominem percipe uerba intellectus. Ipſe enim renouatur de die in diem: etiam cum exterior iſte corrumpiť: ſiue caſtigatione abſtinētiæ: ſiue aliqua morbida ualitudine: ſiue quolibet caſu: uel certe quod neceſſe eſt: etiam bis qui ſano corpore diu uiuunt ipſo ætatis acceſſu. Erige itaq; ſpiritum mētis tuæ qui renouatur in agnitione dei ſcđm imaginē eius qui creauit eum: ubi p fidem in te habitat chriſtus: ubi nō

Prooemium 2. Retrac. 41.

Matth. 11.

2. Cor. 4.

Col. 3.

est iudæus & græc⁹: seru⁹ & liber: masculus & fœmina: ubi nō morieris cū soluti corpore cœperis: quia nec ibi marcuisti cū sis annis grauis. Hoc interiore tuo erecta intēde: & uide quæ loquor. Nolo auctoritatē meā sequaris ut ideo putes tibi aliqd necesse esse credere qm̄ a me dicit̄: sed aut scripturis canonicis credas: si quid nondū q̄ uerum sit uides: aut interi⁹ demōstrāti ueritati ut hoc plane uideas: Exempli gratia: dicam aliqd quoad hæc certi⁹ præstruaris: & uide potissimū unde nobis in hocipso ope præpositus
Ca. 1. est disputādi labor. Credim⁹ uideri deū: nō quia uidemus: uel quia per oculos corporis sicut uidem⁹ hunc solē: uel mētis obtuitu sicut se quisq; interi⁹ uidet uiuētem: uidet uolētem: uidet quærētem: uidet scientē: uidet nesciētem. Tu itaq; lectis ipa bis litteris: solem quidē te uidisse recolis per oculos corporis: potes etiam statim uidere si est id tē poris: & eo loci es ubi ex ea parte cælū oculis tuis usq; ad solem contuēdum patet. Ad illa uero uidēda quæ mēte conspici dixi: id est q̄ uiuas: q̄ uidere deū uelis: q̄ id reqras: q̄ te uiuere & uelle & quærere scias: quomodo autē deus uideat̄ nescias. Ad hæc in quā omnia uidenda non oculos corporis adhibes: nec interuallum loci per quod intē datur obtutus: ut ad ea cernēda perueniat̄: sentis aut quæris: sic uides uitam tuam: uoluntatem: inquisitionem: scientiam: ignorantiam: quia nec ipsa est contemnēda uisio: uidere qd̄ nescias. Sic inq̄ uides hæc omnia ut in te uideas: apud te habeas: ac sine ullis figurarum liniamentis colorūq; nitoribus: tanto clarius & certius quāto simplicius interiusq; cōspicias. Cū igit̄ nec corporis oculis sicut corpa siue cælestia siue terrestria: nec mentis affectu sicut ea sunt quorum nonnulla cōmemorauī: quæ apud temetipsā certissime intueris: nec uideamus deū: Cur credim⁹ eū uideri: nisi quia scripturæ accō
Matth. 5. modamus fidē ubi legit̄: Beati mūdo corde quoniam ipsi deum uidebūt? Et si qua alia in hac sentētia mea de diuina auctoritate conscripta sūt: cui nō credere nefas ducim⁹: credere aūt pietatis esse minime dubitam⁹. Hāc itaq; distinctionē tene: ut si quid te admonuero: differēdo quo ita uideas oculis carnis: uel ullo alio sēsu cui⁹ sētias: seu te sensisse recolas: sicut sentiunt̄ colores: fragores: odores: sapores: feruores: & si quid aliud per corp⁹ cernēdo: audiēdo: olfaciēdo: gustando: tangendo sentiam⁹: Aut ita uideas mentis intuitu: ut uides uitam: uolūtatem: cogitationē: memoriam: cognitionē: intelligentiam: scientiam: fidē tuam: & quicquid aliud mēte conspicis: atq; ita esse non tantum credēdo sed plane ujuēdo non dubitas hoc me iudices ostēdisse. Quod aūt non sic ostēdero ut aut corporis aut animi sensu uisum perceptūq; teneat̄: & tamē dixero aliquid qd̄ aut uerum quidem aut falsum esse necesse sit: sed nullo illorū duum genere uideat̄: restat ut tantūmodo credat̄ uel non credat̄. Sed si diuinarum scripturarū: earum scilicet quæ canonicæ in ecclesia nominant̄ perspicua firmatur auctoritate: sine ulla dubitatione credendum est: Alijs uero testib⁹ uel testimonijs quib⁹ aliquid credēdum esse suadet̄: tibi credere uel non credere liceat: quantum meriti ea admonētem ad faciendam fidem uel habere uel non habere perpēderis. Si enim ea quæ non uidimus: hoc est in præsenti apparētia nō sensim⁹ uel mēte uel corpore: neq; de scripturis sanctis uel legendo uel audiendo didicim⁹ nulla omnino credidissem⁹: unde sciremus esse ciuitates ubi nunq̄ fuim⁹: uel a Romulo conditam Romam: ul' ut de propinquioribus loquar: Constantinopolim a Constātino? Vnde postremo scirem⁹ qui nam parentes nos procreauissent: quib⁹ patribus: auis: maiorb⁹ geniti essemus T? alium quippe cū plurima sciam⁹: non tamē ea ul'ullo sensu præsētia: sicut solem: sicut nostri animi uolūtatem: uel canonicorum eloquioq; auctoritate: sicut Adam fuisse primum hominem: aut christum in carne natum passumq; resurrexisse didicimus: sed alijs referentib⁹: de quorum testimonio in hoc dumtaxat rerum genere minime dubitādum esse putauimus. In quibus si alicubi fallimur credendo: uel ita esse quod ita non est: ul' non ita esse quod ita est: nihil periculi esse iudicam⁹? si nō sit contra illam fidem qua pietas informatur. Hæc prælocutio mea nondum propositam discutit quæstionē: sed te atq; alios qui ista lecturi sunt præstruit quales seu meorum seu quorumlibet scriptorum iudices esse debeatis: ne uel scire uos opinemini qd̄ nescitis: uel temere credatis quod neq; corporis sensibus aut animi contuitu in eiusdem rei quæ cognoscēda est euidētia

percepistis: neq; canonicarū scripturarum aūctoritate etiam si non affuit sensibus: uel
V animi uel corporis uestri: tamen credendū esse didicistis. Iam ne ergo uenim⁹ ad cau/ Ca. 2.
sam: an adhuc lectur⁹ instruend⁹ est? Nonnulli em̄ putant ipsum qđ dicim⁹ credere cū
res uera credit̄: hoc solū esse mēte cōtueri. Qđ si ita est: fallit̄ ista nostra superior præ
locutio: in qua distinxim⁹ aliud esse aliqd sentire p corp⁹: sicut in cælo solem: & in terra
montem: arborem corpusue qđlibet: & aliud mētis intuitu rem nihilomin⁹ euidētem:
sicut nr̄a uolūtas a nobis ipsis metipsis intus aspicit̄ cum aliqd uolum⁹: uel cogitatio cum co
gitam⁹: uel memoria dū recordamur: uel tale aliqd in animo siue in corpe: aliud autē
credere qđ in corpis mentisue cōspectu nec adest nec affuisse recolit̄: sicut sine parenti
bus creatū Adā: & natū ex uirgine passūq; resurrexisse christū. Hæc em̄ etiā corpaliter
facta sūt & uideri p corp⁹ si tūc adessem⁹ utiq; potuer̄t: Nunc autē nō assunt sicut adest
ista lux quæ oculis cernit̄: aut uolūtas qua nūc aliquid uolum⁹ conuenienter conspicit̄.
Sed quia hæc distinctio falsa non est: ꝓfecto illa præstructio min⁹ habebat qđ inter cre
dere & aliqd præsens mente conspicere: nec omnino unū atq; idem putaret̄: parū cla
ra fuerat elocutiōe discretū. Quid ergo dicim⁹? Num satis est ut inter uidere & crede/
re hæc distare dicam⁹: quia præsentia uident̄: credunt̄ absentia? Plane forsitā satis est
si præsentia illa hoc in loco intelligam⁹ dicta quæ præsto sūt sensib⁹: siue animi siue cor
poris: unde etiam ducto uocabulo præsentia nominant̄. Sicut enim hanc lucē corpo/
ris sensu: sic & meam uolūtatem plane uideo: quia præsto est animi mei sensib⁹ atq; in/
tus mihi præsens est. Si qs uero mihi indicet uolūtatem suam: cui⁹ os & uox mihi præ/
sens est: tamē quia ipsa uolūtas quam mihi indicat latet sensum corporis & animi mei:
credo: non uideo: aut si eum mētiri existimo: non credo: & si forte ut dicit ita sit. Cre/
dunt̄ ergo illa quæ absunt a sensibus nostris: si uident̄ idoneum qđ eis testimoniū per
hibet̄. Vident̄ enim quæ præsto sunt: unde & præsentia nominant̄ uel animi uel cor/
poris sensib⁹. Nam cū sint qnq; corporis sensus: cernēdi: audiendi: olfaciēdi: gustandi:
tangēdi: uisus qdem in eis præcipue oculis attribut⁹ est: Verūtamē hoc uerbo utimur
& in cæteris. Nō enim tantū dicim⁹: uide qd luceat: sed etiam uide quid sonet: uide qd
oleat: uide quid sapiat: uide quid caleat. Nec quia dixi eis credi quæ absūt a sensib⁹ no
stris sic accipiat̄ ut inter illa deputent̄ quæ aliquando uidim⁹ & nos uidisse retinem⁹:
certiq; sumus: quis tunc non præsto sint cū recolunt̄ a nobis. Neq; enim inter credita
sed inter uisa deputant̄: & ideo nota sūt: non qa fidem adhibuim⁹ alijs testib⁹: sed quia
nos uidisse sine dubio recordamur & scimus. Constat igit̄ nostra scientia ex uisis reb⁹ &
creditis; sed in his quæ uidim⁹ uel uidem⁹: nosipsi testes sum⁹: In his aūt quæ credim⁹
alijs testib⁹ mouemur ad fidem: cum earū rerū quas nec uidisse nos recolim⁹ nec uide
mus: dant̄ signa uel in uocib⁹ uel in litteris uel in qbusq; documētis: quib⁹ uisis non ui/
sa credant̄. Non aūt immerito scire nos dicim⁹ non solū ea quæ uidim⁹ aut uidem⁹: ue
rū & illa quæ idoneis ad quāq; rem commoti testimonijs uel testib⁹ credim⁹. Porro si
scire nō incongruēter dicimur: etiam illud qđ certissimū credim⁹: hinc factū est ut etiā
recta credita & si nō assint sensib⁹ nostris: uidere mēte dicamur. Scientia quippe menti
tribuit̄: siue per corporis sensus: siue p ipsum animū aliqd perceptū cognitūq; retine/
at: & fides ipsa mente utiq; uidet̄: q̄is hoc fide credat̄ qđ non uidet̄. Vnde & aposto
lus Petr⁹ dicit: In quem modo non uidētes creditis: Et ipse domin⁹: Beati qui nō uide 1. Petri. 1. Joh. 20
rūt & crediderūt. Cum itaq; dicit̄ homini: Crede christū resurrexisse a mortuis: si cre/
dit: attende quid uideat: attē de quid credat: & utrūq; discerne. Videt hominem cui⁹
audit uocem: & ipsa uox in uisis corporalib⁹ computat̄ uel deputat̄ scđm ea quæ su/
pra dixim⁹. Hæc duo sunt testes & testimoniū: quoꝝ ad oculos unum: ad aures alterū
pertinet. Sed hunc testem fortasse alioꝝ testimonioꝝ auctoritate confirmat: diuina/
rum scilicet scripturaꝝ uel quorūlibet aliorum quib⁹ est mot⁹ ad fidem: Scripturæ ad
uisa pertinēt corporis oculorum si eas legit: uel aurium si audiuit: Videt aūt animo qc/
quid figuris litterarū sonisue significari intellexit: Videt ipsam fidem suam: quæ se cre
dere sine cūctatiōe respondet: Videt cogitationem qua cogitat qđ ei posset prodesse
quod credit. Videt uolūtatem qua accessit ad suscipiēdam religionē: Videt etiam ipsi⁹

resurrectionis quandam imaginē in animo suo factam: sine qua intelligi non potest qꝯ
Ca.3. quid factum corporaliter dicit̄: siue credat̄ siue nō credat̄. Sed ut puto distinguis quo X
modo uideat fidē suam qua credit: & quomodo uideat illam resurrectiōis imaginē in
aio suo factam: quā si hoc audit uidet: etiam qui non credit. Hæc ergo oīa uidet: par-
tim corpore: partim mente: uolūtatem uero eiꝰ a quo audit ut credat: & ipsam christi
resurrectionē non uidet sed credit: & tamē eam uidere dicit̄ quodā mētis obtutu ma-
gis ꝑm testimonioꝝ fidē q̄ rerū præsentia creditaꝝ. Illa enim quæ uidet assunt sensib⁹
uel amini uel corporis: quæ aūt credit absūt a sensib⁹ & ai & corpis: q̄uis uolūtas eius a
quo audit ut credat nō sit præterita sed maneat in loquēte: q̄q̄ in seipso idēipse q loqt̄ ui
det: ille uero q audit nō eā uidet sed credit. Resurrectio aūt xp̄i præterita est: quā nec
illi uiderūt boies q tūc fuerūt. Nā qui uiderūt uiuentē christū quē uiderūt morientē: ipsā
tamē resurrectionē cum fieret non uiderūt: sed eam certissime crediderūt: uidēdo &
tangēdo uiuū quem nouerāt mortuū. Nos totum credim⁹ & ꝙ resurrexit: & ꝙ ab ho-
Ro.6. minib⁹ tunc usus & contrectat⁹ sit: & ꝙ nūc uiuat in cælis: nec iā moriat̄: & mors illi ul
tra non dominet̄. Res aūt ipsa nec corporis nostri sensib⁹ adest: sicut adest hoc cælū &
terra: nec nostræ mentis obtutib⁹: sicut adest fides ipsa qua hoc credim⁹. Sed iam satis
ut puto ista mea prælocutiōe cognouisti: quid sit uidere uel mēte uel corpore: & quid
ab eis distet credere. Qđ quidem fit mente & uidet̄ mēte: quoniam mēti nostræ fides
nostra conspicua est. Sed tamē qđ eadem fide credit̄: abest & ab aspectu corporis chri
sti: sicut abest corpus in quo christus resurrexit: & ab aspectu mentis alteri⁹: sicut abest
ab aspectu mentis meæ fides tua: q̄uis eam esse in te credā cū eam non uideā corpe qđ
1.Cor.2.et.4. nec tu potes: nec mente qđ tu potes: sicut ego meā quā tu non potes. Nemo em̄ scit qđ
agat̄ in homine nisi spūs hominis: qui in ipso est: donec ueniat domin⁹ & illuminet ab-
scondita tenebraꝝ: & manifestet cogitatiōes cordis: ut eas non solū quis suas uideat:
sed & alioꝝ. Sc̄m hoc enim dixit apl's: neminem scire quid agatur in homine nisi spūs
hois qui in ipso ē: sc̄m ꝙ uidem⁹ in nobis. Nam ꝑm id ꝙ credim⁹: nec uidem⁹: & mul-
Ca.4. tos fideles eē nouim⁹: & mltis noti sum⁹. Si ergo iā ista distincta sūt: ueniam⁹ ad causā. Y
Matth.5. Scimus posse deū uideri: quoniam scriptum est: Beati mundo corde q̄m ipsi deum ui
debunt. An forte non debui dicere: scimus: sed credimus: quoniam deum nec corpo
re aliquando uidimus sicut hanc lucem: nec mēte sicut ipsam in nobis qua id credim⁹
fidem: sed tantum quia scriptum est in ea scriptura cuius fideles sumus: qđ uerū sit mi
1.Joh.3. nime dubitamus: Apl'us tamen Iohannes cum tale aliquid diceret: Scimus inquit qa
cum apparuerit: similes ei erimus: quoniam uidebim⁹ eum sicuti est: Ecce scire se dixit
quod nondum factū fuerat: nec uidendo: sed credendo cognouerat. Recte itaq; dixi-
mus: scimus deum posse uideri: quāuis eum non uiderimus: si diuinæ auctoritati quæ
in sanctis libris continetur crediderim⁹. Quid est ergo qđ eadē dicit auctoritas: Deū
nemo uidit unq̄: An fortasse respondet̄ ꝙ illa testimonia de uidēdo deo: sūt nō de ui-
so: Ipsi enim deū uidebunt: dictū est: non uiderunt: & non uidimus: sed uidebimus eū
sicuti est. Proinde his sententijs non est contrarium: Deū nemo uidit unq̄: Videbunt
Deu.32 em̄ quē non uiderūt: qui mundo corde filij dei esse uoluerūt. Quid est ergo: Vidi deū
facie ad faciem: & salua facta est anima mea? An & hoc non est contrarium illi quod
Job.1. dictum est: Deum nemo uidit unq̄? Et illud qđ de moyse scriptum est: Quia loquebat̄
Exo.33. cum deo facie ad faciem: sicut quis loquitur ad amicum suū: Et illud qđ ꝓphēta Esaias
Esa.6. uel de ipso loquens ait: Vidi dominum sabaoth sedētem in throno: Et si qua alia solēt
similia testimonia ex eadem auctoritate proferri: quomō nō sūt cōtraria sentētiæ qua
dictum est: Deum nemo uidit unq̄? Q̄q̄ & ipsum euāgelium potest putari sibi esse cō-
Joh.14 trarium. Quomodo enim uerū est: qđ in eo dicitur: Qui me uidet uidet & patrē: si deū
Matth.18. nemo uidit unq̄? Quomodo ueꝝ est: Angeli eoꝝ semp uidēt faciē patris mei: si deum
nemo uidit unq̄? Qua igitur regula intelligētiæ ista ueluti contraria & repugnantia nō
esse contraria: nec repugnare probabim⁹? Neq; em̄ fieri ullomodo potest: ut hæc scrī
Joh.1. pturarum auctoritas aliqua ex parte mētiatur: si dicimus in eo qđ scriptum est: Deum
1.Cor.2. nemo uidit unquā: homines tantūmodo intelligendos: sicut etiam illud dictū est: Nec

mo scit quid agatur in homine nisi spūs hois qui in ipso est: Nemo utiq; scilicet hoim. Neq; em̄ hoc de deo accipi potest: cū de christo scriptum sit: Nō opus fuisse ut q̄squā filii testimoniū perhiberet de homine: quoniam ipse sciebat q̄d esset in homine. Nam hoc apostolus plan⁹ explicans: Quem nemo inquit hominū uidit nec uidere potest. Si ergo ita dictū est: Deū nemo uidit unquam: ac si diceret: nemo hominū: hac ten⁹ illa quæstio soluta uidebit: ut nō sit huic sentētiæ contrariū q̄d domin⁹ ait: Angeli eor̄ semper uidēt faciem patris mei: ut scilicet angelos deū uidere credam⁹: quem nemo uidit unquā scilicet hominū. Quomodo ergo deū uidit Abraā: Isaac: Iacob: Iob: Moyses: Michæas: Esaias: & si qui alij sunt de quib⁹ ueracissima scriptura testat̄ q̄ deū uiderint: si deū nemo unquam hominū uidit nec uidere potest? Quā q̄ nonnulli uolentes etiam probare impios uisuros deū: a diabolo quoq; ipso deū uisum putant: sic accipientes q̄d scriptū est in libro Iob: uenisse cum angelis & diabolū in conspectu dei: ut iam & illud ueniat in quæstiōem: quomodo dictū sit: Beati mūdo corde: quoniam ipsi deū uidebūt: Et illud: Pacem sectamini cū omnib⁹: & sanctificatiōem: sine q̄ nemo poterit uidere deum. Multū enim minor si eousq; progrediunt̄ qui existimant impios uisuros deū & a diabolo uisum deū: ut eos & mūdo corde esse & pacem & sanctificationem cū omnib⁹ sectari asseuerent. Nam q̄d domin⁹ ait: Qui me uidet: uidet & patrem: potest paulo attenti⁹ consideratū non uideri esse contrariū ei q̄d dixit: Deum nemo uidit unquam. Neq; enim dixit: quia uidistis me: uidistis & patrem: sed dicendo: Qui me uidet: uidet & patrem: ostēdere uoluit unitatem substantiæ patris & filij: ne in aliquo inter se putarent̄ esse dissimiles: ac per hoc quoniam uer̄ dictū est: Qui me uidet: uidet & patrem. Profecto quoniam deū nemo hominū uidit unquam: nec patrem quisquā putand⁹ est uidisse: nec filiū f̄m q̄ deus est & filius cū patre unus deus. Nam f̄m id q̄d homo est: utiq; in terra uisus est & cū hominib⁹ conuersat⁹ est. Sed magna quæstio ē: quō nō sit cōtrariū: qa tot ātiqui uiderī deū: si deū nemo unq̄ uidit quē nemo hoim uidit: nec uidere pōt? Vides q̄ difficilē mihi ꝓposueris quæstionem: unde me aliq̄d prolixe copioseq; scribere uoluisti ex occasiōe breuis epistolæ meæ: quæ tibi uisa ē diligēti⁹ & uberi⁹ explicāda. Vis ne ergo attēdere quæ apd̄ alios interim cōperi diuinar̄ scripturar̄ egregios tractatores: q̄d de uisiōe dei senserit: ne forte sufficiāt desiderio tuo: q̄s ea forsitan noueris. Pauca ergo ista attende si placet: Cū euāgeliū exponēs beat⁹ Ambrosius mediolanensis episcop⁹: uenisset ad eū locū ubi angelus apparuit in templo Zachariæ sacerdoti: Ex hac occasiōe: uide q̄nta & q̄lia de dei etiā uisiōe deseruit. Non imerito inquit angelus uidet̄ in templo: quia ueri sacerdotis iam annūciabat̄ aduent⁹: & cæleste sacrificiū parabat̄ in quo angeli ministrarēt. Et bene apparuisse dicit̄ ei qui eum repente conspexit. Hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere consueuit: ut quod nō potest uideri: apparere dicatur. Sic enim habes: Apparuit deus Abraæ ad ilicem mambræ. Nam qui ante nō præsentiē: sed repentino uidetur aspectu: apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia uidentur: & is in cuius uoluntate situm est uideri: & cuius naturæ est non uideri: uoluntatis uideri: Nam si non uult: non uidetur: si uult uidetur. Apparuit enim deus Abraæ quia uoluit: alijs quia noluit non apparuit. Visus est etiam Stephano cū lapidaret̄ a populo aperire cælum: Visus est etiam Iesus stans ad dexteram dei: & nō est uis⁹ a populo. Vidit Esaias deū sabbaoth: sed & ali⁹ uidere non potuit: quia cui placuit apparuit. Et quid de hominib⁹ loquimur: cū etiā de ipsis cælestib⁹ uirtutib⁹ & potestatib⁹ legerim⁹: Quia deū nemo uidit unq̄? Et addidit q̄ ultra cælestes uirtutes & potestates: unigenit⁹ filius qui est in sinu patris ipse narrauit: Aut acquiescat̄ igit̄ necesse est si deum patrem nemo uidit unq̄: filiū uisum esse in ueteri testamēto: & desināt hæretici ex uirgine ei principiū dare: qui anteq̄ nascerer̄ ex uirgine uidebat̄: Aut certe refelli nō potest: uel patrē: uel filium: uel spm̄sanctum: si tamē est spūssancti uisio ea specie uideri quā uoluntas elegerit: non natura formauerit: qm̄ spiritū quoq; uisum accepim⁹ in columba: Et ideo deū nemo uidit unq̄: q eam quæ in deo habitat plenitudinē diuinitatis nemo cōspexit: nemo mente aut oculis comprehendit: Vidit em̄ ad utrūq; referēdum est. Deniq; cum

Iob.2. 1.Timoth.6. Iob.1. Matth.18 Iob.1.et.2. Heb.12 Iob.14 Iob.1. Baruch.3. Ca.5. Ambros⁹ sup Lucā li.1.ca.1. Act.7 Heb.18

addit: Vnigenit⁹ filiꝰ ipse enarrauit: mentium magis q̄ oculoꝝ uisio declarat. Species enim uidet: uirtus uero enarrat. Illa oculis: hæc mente comprehenditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quando uoluit apparuit: & uocem eiꝰ Esaias solus audiuit. Apparuit angelus: & nūc præsto est: sed non uidet. Neqꝫ enim in potestate nostra est uidere: sed in potestate illiꝰ apparere. Tamen & si potestas non est uidendi: est gratia promerendi ut uidere possimꝰ. Et ideo qui habuit gratiam: meruit copiam: nos copiā non meremur: quia deum uidendi gratiam non habemꝰ. Et quid miꝝ si in præsenti sæculo nisi quando uult dominꝰ non uidet? In ipsa quoqꝫ resurrectione nō facile est deū uidere: nisi bis qui corde sunt mundo: Et ideo beati mūdo corde: ipsi enim deum uidebunt. Quantos beatos numerauerat & tamen uidendi bis deum non promiserat facultatem? Si ergo bi qui mūdo sunt corde deum uidebūt: utiqꝫ alij non uidebūt. Neqꝫ enim indigni deum uidebūt: neqꝫ is qui deum uidere noluerit potest deū uidere. Nec deus in loco uidet sed mundo corde: nec corporalibus oculis deus quærit: nec circūscribit uisu: nec tactu tenet: nec audit affatu: nec sentit incessu. Et cum absens putatur uidetur: & cum præsens est non uidet. Deniqꝫ nec apostoli omnes christum uidebāt:

Joh.14. Et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum: & adhuc me non cognouistis? Qui enim cognouit quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profunditas: & supereminentem scientiæ charitatem christi: uidit & christū: uidit & patrem. Nos enim iam scd̄m carnem non nouimꝰ christum sed scd̄m spiritum. Spiritꝰ enim ante faciem nostram christus dominꝰ: qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere dignet: ut

Ca.6. uideri possit a nobis. Si hæc uerba intelligis: quid restat qd̄ ad me amplius requirat: cū & iam illa quæ difficilis uidebat soluta sit quæstio? Discretū est quippe quomodo dictū

Joh.1. sit: Deū nemo uidit unq̄: & quomodo deū iusti antiqui uiderint: Sed illud ꝓpterea dictum est: quoniam deꝰ natura inuisibilis est: Illi autem ideo uiderī: quicūqꝫ deū uiderī:

1.Joh.4. qa cui uoluerit sicut uoluerit apparet ea specie quā uolūtas elegerit: etiam latente natura. Nam si patres qñ deū uiderint ipsa illis natura eius apparuit: quamuis si noluisset utiqꝫ non apparuisset: quomodo deum nemo uidit unquam: cum eo uolente ipsa eiꝰ a tot patribꝰ natura conspecta sit? Q̄ si dicit filius a patribꝰ uisus: ut de deo patre accipiat dictum: ꝙ eum nemo unquam uiderit: Non quidem amisit occasionem Ambrosius: ut binc quosdam bæreticos redargueret: id est Fotinianos: qui principiū filio dei ex utero uirginis tribuūt: nec uolūt credere ꝙ & antea fuerit: Sed quia uidebat alios: id est arrianos pernicioſiꝰ insidiantes: quoꝝ proculdubio error astruit: si patris natura inuisibilis: filij uero uisibilis esse credit: utriusqꝫ unam pariterqꝫ inuisibilem asseruit esse naturam: adiungens etiam spūssancti: Qd̄ breuiter quidem sed admirabiliter intimauit: ubi secutꝰ ait: Aut certe refelli non potest: uel patrem: uel filium: uel certe spiritumsanctū: si tamen est spūssancti uisio: ea specie uideri quā uolūtas elegerit: non natura formauerit. Potuit dicere: non natura monstrauerit: sed maluit dicere formauerit: ne ipsam speciem in qua deꝰ elegit apparere de sua natura formare putaret: & ex hoc utiqꝫ conuinceret conuertibilis esse mutabiliſqꝫ substantiæ: qd̄ ipse deꝰ a fide pioꝝ mi-

Ca.7. sericors & benignꝰ auerterit. Inuisibilis est igit natura deꝰ: nō tm̄ pater: sed & ipsa trinitas: unus deus. Et quia nō tm̄ inuisibilis: uerū etiā incommutabilis sic apparet qbus uoluerit in qua uoluerit specie: ut apud eum integra maneat eiꝰ inuisibilis incommutabiliſqꝫ natura. Desideriū autem ueraciter pioꝝ quo uidere deum cupiūt: & inbianter ardescūt: non opinor in eam speciem contuendam: flagrat q̄ ut uult apparet qd̄ ipse non est: sed in eam substantiam qua ipse est qd̄ est. Huiꝰ enim desideriꝰ sui flammam sanctꝰ

Exo.33. Moyses fidelis famulꝰ eiꝰ ostēdit: ubi ait deo cū quo ut amicꝰ facie ad faciē loquebat: Si inueni gratiā ante te ostēde mihi temetipsū. Quid ergo ille non erat ipse: si nō est & ipse: nō ei diceret: Ostende mihi temetipsum: sed ostende mihi deū: & tñ si eiꝰ naturā substantiamqꝫ conspiceret: multominꝰ diceret: Ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie q̄ apparere uoluerat: nō aūt ipse apparebat in natura ꝓpria quā Moyses uidere cupiebat. Ea qppe ꝓmittit sāctis in alia uita. Vnde qd̄ rñsum ē Moysi: ueꝝ est: qa nemo pōt faciē dei uidere & uiuere: id est nemo pōt eū in hac uita uidere uiues

sicuti est: Nã multi uiderẽt: sed qđ uolũtas elegit: nõ qđ natura formauit. Et illud quod
sanctꝰ Iohãnes ait: si recte intelligiẽ: Dilectissimi: filij dei sumꝰ: & nõ apparuit qd erimꝰ: 1. Joh. 3.
Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est:
nõ sicut homines uiderunt quando uoluit in specie qua uoluit non in natura quã in se-
metipso etiam cum uideretur latuit: sed sicut est quod ab eo petebatur: cum ei dicere-
tur: Ostende mihi temetipsum ab eo qui cum illo facie ad faciem loquebat. Nõ quia Exo. 33.
dei plenitudinem quisquam non solum oculis corporis: sed uel ipsa mente aliquando
A comprehendit. Aliud est enim uidere: aliud est totũ uidendo comprehendere: quan- Lu. 8.
doquidem id uidetur quod præsens utcunq; sentitur: totum autem comprehenditur
uidendo quod ita uidetur ut nihil eius lateat uidentem: aut cuiꝰ fines circumspici pos-
sunt: sicut te nihil latet præsentis uoluntatis tuæ: circumspicere autem potes fines an-
nuli tui. Exempli gratia: Duo posui: quorum alterum ad mentis obtutum: alterum ad
corporales oculos pertinet. Visus enim sicut ille ait: ad utrũq; referẽdꝰ est: id est & ad
oculos & ad mẽtem. Porro si propterea deũ nemo uidit unquam: quia sicut ait dispu-
tator: cuius uerba consideramus: Plenitudinem diuinitatis eius nemo conspexit: ne-
mo mente aut oculis comprehendit: Vidit enim ad utrunq; referendũ est. Restat in-
quirere quomodo angeli deum uideant: propter illud quod ex euangelio commemo
rauit: Angeli eorum semper uident faciem patris mei. Si enim & ipsis non sicuti est sed Matth. 18.
latente sua natura in specie qua uoluerit apparet: magis magisq; requirẽdum est: quo-
modo eum nos uidebimus sicuti est: & sicut Moyses desiderauit cum peteret: ut deus
qui in conspectu eius erat: ostenderet illi semetipsum. Hoc enim nobis summum præ-
mium in resurrectione promittitur: ꝙ erimus æquales angelis dei: ac per hoc si nec
ipsi eum uident sicuti est: quomodo nos ita uisuri sumus cum eis æquales in resurre-
ctione facti fuerimꝰ? Sed uide quid consequenter dicat noster Ambrosius. Deniq;
inquit cum additur: Vnigenitꝰ filius ipse narrauit: mentium magis q̃ oculorum uisio de-
claratur. Species enim uidetur: uirtus uero narrat. Illa oculis: hæc mente compreben
dit: qui pauloante dixerat uisionẽ ad utrũq; referẽdam: nũc eam non menti: sed ocu-
lis dedit: non ut opinor negligenter sua uerba respiciens: sed qa usitatius in loquendo
solemus oculis attribuere uisionem sicut speciem corpori. Nam & hic mos loquendi
crebrꝰ usurpatur in rebus quæ locis continentur: uariantur; coloribus. Sed si nulla Psa. 44
species esset mẽte contuẽda: non diceretur ille speciosus forma præ filijs hoim. Neq;
enim hoc secũdum carnem dictum est: sed secundum speciem spiritalem. Dicitur er-
go & species pertinens ad mentis obtutum: Sed quia usitatꝰ in corporibus dicitur uel
in similitudinibus corporum: ideo dixit: Species uidetur: uirtꝰ uero narrat: Illa oculis:
hæc mente comprehenditur. Proinde narrante unigenito qui est in sinu patris narra-
tione ineffabili: creatura rationalis: mũda & sancta impletur uisione dei ineffabili: quã
tũc cõsequemur cũ æquales angelis facti fuerimꝰ. Quia sicut uidẽt ista uisibilia corpis
sẽsibꝰ nota: deũ nemo uidit unq̃: qm̃ si aliqñ eo modo uisus ẽ: nõ sicut ista natura uidet:
sed uolũtate uisus ẽ specie q̃ uoluit apparẽs latente natura atq; in se incõmutabiliter p-
manẽte: Eo aũt modo quo uidet sicuti est: nũc fortasse uidet a qbusdã angelis: a nobis
B autem tunc ita uidebitur: cum eis facti fuerimꝰ æquales. Deinde cum addidisset: quia Lu. 9.
nec potestates cælorꝝ: sicut seraphin nisi cum uolũt & quemadmodũ uolũt uidentur:
ut hinc etiam conijceret quanta sit inuisibilitas trinitatis: Tamen inquit: & si potestas
non est uidendi: est gratia promerendi ut uidere possimus. Et ideo q habuit gratiam:
meruit copiam: nos copiam non meremur: quia deum uidendi gratiam non habemꝰ.
His itaq; uerbis qa non sua docet: sed euangeliũ exponit: non hoc uoluit intelligi: ꝙ q-
dam eorum uidebunt deum: quidam uero non uidebũt: quibus credentibꝰ dedit po-
testatem filios dei fieri: cũ ad eos omnes pertineat qđ dictum est: Videbimꝰ eũ sicuti
est: Sed dicendo: nos copiam non meremur: qa deũ uidendi gratiam non habemꝰ: de
hoc sæculo se loq; significauit: ubi qbusdã deꝰ licet non in sua natura: sed in q̃ uoluit spe
cie dignatꝰ ẽ apparere: sicut Abraæ: sicut Isaac: aliisq; filibꝰ: cæteris uero inumerabilibꝰ:

quãuis ad ſuum populum & hæreditatem æternam pertinentibus nulla uel tali ſpecie ſe demonſtrat: In futuro autem ſæculo qui regnum accepturi ſunt quod eis ab initio præparatum eſt: omnes eum corde mundo uidebunt: nec in illo regno niſi tales erũt.

Ca.10 Attende itaq; quid adiungat iam de illo ſæculo dicere incipiẽs: Et quid mirum inquit C ſi in præſenti ſæculo niſi quando uult dominus non uidetur: in ipſa quoq; reſurrectiõe non facile eſt deũ uidere: niſi eis q mũdo ſũt corde: Et ideo beati mũdo corde: ipſi eñ deũ uidebũt. Quantos beatos iam numerauerat: & tñ uidẽdi bis deũ nõ promiſerat facultatẽ. Si ergo bi q mũdo ſunt corde deũ uidebũt: utiq; alij nõ uidebũt. Neq; eñ indigni deum uidebunt: neq; is qui deum uidere noluerit: poteſt deum uidere. Cernis q̃ circũſpecte loquat̃ iam de bis qui in futuro ſæculo uidebũt deum: Neq; enim omnes ſed q digni ſunt. Reſurgẽt enim digni & indigni regno illo ubi uidebit̃ deus: quoniam omnes qui in monumentis ſunt: audient uocẽ eius & procedent: ſed cũ magna

Joh.5. differẽtia. Nam qui bene fecerunt in reſurrectionẽ uitæ: qui uero male egerunt in reſurrectiõem iudicij. Hoc iudiciũ pœnam æternam ſignificat: ſicut etiam illud dictum

Joh.3. Ambroſius tup Lucam eſt: Qui non credit: iam iudicat⁹ eſt. Qđ ergo ait ſanctus Ambroſius: Neq; is qui deũ uidere noluerit: poteſt deum uidere: quid aliud intelligi uoluit: niſi quia is qui mundando cordi curã tanta re dignã non uult impendere: nõ uult deũ uidere. Vide proinde quid adiungat: Nec in loco inquit deus uidetur: ſed mundo corde: quid euidentius: qd expreſſius dici potuit? Ab hac igit̃ uiſione diabolus & oẽs angeli eius: & omnes cum eis impij ſine ulla nebũla dubitationis excluſi ſunt: quoniam mundo corde nõ ſunt: ac per hoc qđ ſcriptum eſt in libro Iob: ueniſſe angelos in conſpectu dei: & uenisſe cum eis diabolum: non ideo diabolus deum uidiſſe credendus eſt. Ipſi enim dicti ſunt uenisſe in conſpectu dei: non deus in conſpectũ eor̃. Veniunt autem in conſpectũ noſtrum quæ uidem⁹: non a quib⁹ uidemur. Venerunt ergo ſicut in multis codicibus legit̃: ut aſſiſterẽt coram deo: non ut coram ipſis de⁹. Nec eſt opus hoc loco imorari: ut pro uirib⁹ noſtris conemur oſtendere quomodo & hoc temporaliter fiat: cum in dei conſpectu ſint omnia ſemp. Nũc enim quærit̃ quomodo uideat̃ de⁹: non ea ſpecie qua & in iſto ſæculo quibuſdã uoluit apparere: quãdo non ſolũ cum Abraã alijſq; iuſtis: uerumetiam cum Cain fratricida locutus eſt. Sed quomodo uideatur in illo regno ubi eum uidebũt filij ei⁹ ſicuti eſt: Tunc quippe ſatiabit̃ in bonis deſiderium eor̃: quo deſiderio flagrabat Moyſes: cui loqui ad deum facie ad faciem non ſufficiebat: &

Exo.33 dicebat: Oſtẽde mihi temetipſum manifeſte: ut uideam te: tanq̃ diceret: quod in pſal-

Pſ.5.16 mis ex eodem deſiderio canit̃: Satiabor cũ manifeſtabit̃ gloria tua. Quo deſiderio ar-

Joh.14 debat & Philippus: & ſic ſatiari cupiebat dicẽs: Oſtende nobis patrẽ & ſufficit nobis. De hac uiſione loquens eius etiam ipſe amator & deſiderator Ambroſi⁹: Non in loco inquit deus uidet̃: ſicut ad ilicem mambræ: ſicut in monte ſyna: ſed mundo corde. Et ſequit̃: Sciens quid deſideret: & quid æſtuet: & qd ſperet. Nec corporalib⁹ inquit oculis deus quærit̃ quib⁹ ſe oſtendit Abraã: Iſaac: Iacob: & alijs in hoc ſæculo: Nec circumſcribit̃ uiſu: ꝓpter illud qđ dictũ eſt: Poſteriora mea uidebis: Nec tactu teneт̃: ſicut lactatus etiam eſt cũ Iacob: Nec audit̃ affatu: ſicut non ſolũ a tot ſanctis: ueꝝ etiam a diabolo audit⁹ eſt: Nec ſentit̃ inceſſu: ſicut aliqndo cũ in paradiſo deambularet ad veſperam. Vides quemadmodum uir ſanctus enitat̃ noſtras mentes ab omnib⁹ carnis ſenſibus euocare: ut aptas faciat ad uidendum deum. Et tamẽ quid agit talis extrinſec⁹ plãtator & rigator: niſi intrinſecus operet̃ qui dat incremẽtum deus? Quis enim ſine adiutorio ſpiritus dei cogitare ualeat eſſe aliquid magiſq; eſſe q̃ omnia quæ per corpus ſentiuntur: quod nec in loco uideatur: nec quærendum ſit oculis: nec audiatur affatu: nec tactu teneatur: nec ſentiatur inceſſu: & uideatur tamen ſed mundo corde? Neq; enim de hac uita ille loquebatur cum hoc diceret: quandoquidem ab hoc ſæculo in quo deus apparuit: non ſicuti eſt: ſed in ſpecie qua uoluit: quibus uoluit: ſatis diſcreuit ſæculi futuri uitam: diſcretione apertiſſima: ubi ait: Et quid mirum ſi in præſenti ſæculo niſi quando uult dominus non uidetur. In ipſa quoq; reſurrectione non facile eſt

Matth.5 deum uidere: niſi bis qui corde ſunt mundo. Et ideo beati mũdo corde: quoniam ipſi

deū uidebūt. Hinc iam de illo sæculo dicere exorsus est: ubi deū uidebunt: non omes qui resurgent: sed qui resurgent ad uitam æternam: non indigni de quib⁹ dictum est: Tollatur impius ne uideat claritatem dei: sed digni de qualibus dixit ipse dominus cū præsens non uideretur: Qui diligit me mādata mea custodit: Et qui diligit me: diligetur a patre meo: & ego diligam eum: & ostendam meipsum illi. Nec hi quibus dicet: Ite in ignē æternū: qui parat⁹ est diabolo & angelis ei⁹: Sed hi qb⁹ dicet: Venite benedicti pris mei pcipite regnū qđ uobis præparatū est ab initio mūdi. Illi quippe ibunt in combustionem æternam: Iusti autem in uitam æternam. Et quæ est uita æterna: nisi q ipse uita: alibi dicit: Hæc est aūt uita æterna: ut cognoscāt te unū deū uerū & quem misisti Iesum christum. Sed sic quomodo promisit ostensurꝰ seipsum dilectorib⁹ suis cum patre unum deum: non quomodo in hoc sæculo in corpore uisus est a bonis & a malis. Et in iudicio enim futuro quō sic uētur⁹ est: quo uisus est iens in cælū: hoc est in eadem forma filij hominis: eandem formam uidebūt: quib⁹ dicturus est: Esuriui: & non dedistis mihi manducare: quia & iudæi uidebūt in quem pupugerūt: non illam dei formam in qua non rapinam arbitrat⁹ est esse æqualis deo: in illa dei forma tunc uidebūt eum sicuti est. Nec ideo uidebūt: quia pauperes spū in hac uita fuerūt: quia mites: quia lugētes: quia esurientes & sitientes iusticiā: quia misericordes: quia pacifici: quia persecutionē passi propter iusticiā: q̄uis & hæc omnia idemipsi passi sunt: sed quia mūdo sunt corde. Ideo quippe inter illas beatitudines cum omnia faciant qui cor mundū habēt: non est tame alicubi positum: deum uidebūt: nisi ubi dictum est: Beati mundo corde: quoniam mūdo corde uidebit: qui nec in loco uidet: nec oculis corporalibus quærit: nec circūscribitur uisu: nec tactu tenet: nec audit affatu: nec sentit incessu. Deū enim nemo uidit unquam: uel in hac uita sicuti ipse est: uel etiam in angelorū uita: sicut uisibilia ista quæ corporali uisione cernuntur: Quia unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrauit. Vnde nō ad oculorum corporalium: sed ad mentium uisionem dictum
D est pertinere qđ narrat. Sed rursus ne desiderium nostrū a corporis sensu ad aliū corporis sensum migraret: hoc est ad aures ab oculis: Ideo cum dixisset: nec corporalib⁹ deus oculis quærit: nec circūscribitur uisu: nec tactu tenetur: addidit etiam: nec audit affatu: ut si possum⁹ unigenitum filium qui est in sinu patris: sic intelligam⁹ narrantem: quoniam & uerbum est: nō sonus auribus strepēs: sed imago mentib⁹ innotescens: ut illic interna & ineffabili luce clarescat qđ dictū est: Qui me uidet: uidet & patrem: qđ hic Philippo dicebat qñ uidebat & nō uidebat. Sequit em̄ hui⁹ uisiōis eximi⁹ concupitor Ambrosius: dicens: Et cum absens putat uidetur: & cum præsens est non uidet. Non dixit cum absens est: sed cum absens putatur. Nusquam enim absens est qui cælum & terrā implet: nec spacijs includit paruis magnisq; diffūdit: sed ubiq; tot⁹ est & nullo continetur loco. Hoc qui excedente mēte intelligit uidet deum: & cum absens putatur. Qui autem hoc non potest: oret & agat ut posse mereatur: nec ad hominem disputatorem pulset ut qđ non legit legat: sed ad deum saluātorem: ut qđ non ualet ualeat. Vnde autem dixerit: Et cum præsens est non uidet: consequenter aperuit dicēs: Deniq; nec apostoli omnes christum uidebat. Et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum: & adhuc me non cognouistis? Ecce quomodo deus præsens erat & non uidebatur. Sed quare non ausus est dicere: deniq; nec apostoli christum uidebāt: sed ait: Nec apostoli omnes: tanq̄ aliqui tūc uiderēt ea uisione in qua ipse & pater unū sūt? An forte illud attendit q cum Petr⁹ dixisset: Tu es christus fili⁹ dei uiui: Responsum accepit: Beat⁹ es Symon bariona: quia non tibi reuelauit caro & sanguis: sed pater me⁹ qui in cælis est? Quamuis illa reuelatio utrū per fidem tantæ rei creditæ: an per uisionē conspectæ facta in ei⁹ mente fuerit: nō mihi uideat elucere: cū & ipse Petr⁹ tam paruulū se adhuc illi ostenderet: ut timeret ne amitteret morientem quem filiū dei uiui: hoc est
E uitæ fontē fuerat pauloante confessus. Deinde potest mouere: quomodo iam ipsa dei substātia uideri potuerit: a qbusdā in hac uita positis: ꝓpter illud qđ dictū est ad Moysen: Nemo potest faciē meam uidere & uiuere: nisi quia potest humana mens diuinit⁹ rapi ex hac uita ad angelicam uitam: anteq̄ p istam cōmunem mortē carne soluat? Sic

Ioh. 14.
Matth. 25
Matth. 25
Zacharie. 12
Philip. 2.
Matth. 5.
Ioh. 1.
Ca. 11.
Ambrosius super Lucā
Ioh. 14
Matth. 16
Ca. 12.
Exo. 33.
2. Cor. 12

enim raptus est qui audiuit illic ineffabilia uerba: quæ non licet homini loqui: ubi usq; adeo facta est ab huius uitæ sensibus quædam intentiõis auersio: ut siue in corpore: siue extra corpus fuerit: id est utq; sicut solet in uehemẽtiori extasi mẽs ab hac uita in illam uitam fuerit alienata manente corporis uinculo: an omnino resolutio facta fuerit qualis in plena morte cõtingit nescire se diceret. Ita fit ut & illud uerum sit quod dictũ est: Nemo potest faciem meam uidere & uiuere: quia necesse est abstrahi ab hac uita mentem: quando in illius ineffabilitatem uisionis assumitur: & non sit incredibile quibusdam sanctis nondum ita defunctis: ut sepelienda cadauera remanerent: etiam istã excellẽtiam reuelationis eius concessam fuisse. Quod existimo cogitasse illum qui noluit dicere: Nec apostoli christum uidebant: sed ait: nec apostoli omnes christum uidebat: credens quibusdam eorum diuinitatis quorum ipsius uisionem de qua loquebat etiam tunc potuisse donari: Certe propter beatũ Paulum: quia & ipse quãuis nouissimus utiq; apostolus erat: qui de sua illa ineffabili reuelatione nõ tacuit: Quãq; & illi fidelissimo antiquo famulo dei Moysi mirũ: ubi in hac terra laboraturo populũq; illum adhuc recturo: concessum est quod petiuit ut claritatem domini uideret. Cui dixerat:
Exo.33. Si inueni gratiam ante te ostende mihi temetipsum manifeste. Accepit enim in præsentia congruũ responsum: q̃ faciem dei uidere non posset: quam nemo uideret & uiueret: Hoc modo significante alteri⁹ potioris uitæ illam esse uisionẽ. Denicq; in uerbis dei futuræ christi ecclesiæ mysteriũ figuratũ est. Gestauit quippe Moyses typum populi iudæoq; in christũ passum postea credituri: Ideo dictũ est illi: Cum transiero: posteriora mea uidebis: Et cætera quæ ibi dicunt: mirabili sacramẽto prænũnciant ecclesiam post futuram: unde modo longũ est disputare. Quod aũt dicere instituerã desi-
Numeri.12. derio ei⁹: etiã illud q̃d petierat fuisse concessum: In libro numeroq; postea monstratũ est: ubi domin⁹ arguit contumaciam sororis ipsius: & dicit alijs prophetis in uisione se apparere & in somno: Moysi aũt per speciem: non per ænigmata: ubi etiam addidit dicens: Et gloriam domini uidit. Quid ergo est q̃ eum sic fecit exceptũ: nisi forte quia illa contemplatiõe dignũ etiã tunc habuit populi sui talẽ rectorem & ministrũ in tota domo sua fidelẽ: ut quẽadmodũ concupiuerat uideret deũ sicuti est: quæ contempla-
Ca.13. tio cunctis filijs in fine promittit̃: Ista credo cõsiderãs uir ille sanct⁹ cui⁹ uerba tractam⁹: F
Nec apli inquit oẽs christũ uidebãt: q̃m forte aliqui eorũ etiam ipso tempore uiderãt scd̃m ista quæ dixi. Vt autem probaret q̃d dixit: quia non omnes uidebant: continue
Joh.14. subiecit. Et ideo ait: Tanto tempore uobiscũ sum & adhuc me non cognouistis? Deinde subiungẽs a qualib⁹ deus uideat̃ illa contemplatione sicuti est: Qui enim cognouit inquit quæ sit latitudo: & longitudo: & altitudo: & profundũ: supereminentẽ scientiæ
Eph.3. charitatẽ xpi uidit & christũ: uidit & patrẽ. Ego hæc uerba apli Pauli sic intelligere soleo: In latitudine bona opera charitatis: In longitudine perseuerantiam in bonis usq; in finem: In altitudine spem cælestium præmiorũ: In profundo inscrutabilia iudicia dei: unde ista gratia in homines uenit. Et hũc intellectum coaptare etiam sacramẽto crucis: ut in latitudine accipiat̃ transfersum lignũ: quo extendunt̃ man⁹ propter operum significationem. In longitudine ab ipso usq; in terram ubi totum corp⁹ crucifixũ stare uidet̃: q̃d significat persistere: hoc est longanimiter permanere. In altitudine ab ipso tranuerso ligno sursum uersus q̃d ad caput eminet: propter expectationem superno-
Gal.5. rum: ne illa bona opera atq; in eis perseuerãtia propter beneficia dei terræna atq; temporalia facienda credant̃: sed pot⁹ propter illud q̃d desuper sempiternũ sperat fides quæ per dilectionem operat̃. In profundo aũt pars illa ligni quæ in terræ abdito defixa latet: sed inde consurgit omne illud q̃d eminet: sicut ex occulta dei uolũtate uocat̃ homo ad participationẽ tantæ gratiæ: alius sic: alius aũt sic. Supereminẽtem uero scientiæ charitatẽ christi: eã ꝓfecto ubi illa ẽ pax quæ præcellit oẽm intellectũ. Sed siue hoc in apostolicis uerbis etiam ille senserit euangelicus disputator: siue aliud aliqd fortasse congruenti⁹: uides tamẽ etiam hoc ni fallor a regula fidei non aberrare. Vnde autem nũc agim⁹ propter contuitũ spiritalem: cum dixisset: Qui cognouit quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profundũ: & supereminentẽ sciẽtiæ charitatem christi: uidet

& christum:uidet & patrem:ne alicui tardissimo de corporali uisiõe dicere uideretur: Nos enim inquit iam ſm carnem nõ nouimus christum:sed ſm spiritum. Spiritus eñ ante faciem nostram christus dominus. Qđ ait hoc loco: nouimus:scđm fidem dixit: quæ nunc est non ſm contemplationẽ quæ tunc erit: quia & illud nouimus quicquid fide non ficta etiam si nondum per speciem contuendo:iam tamen inconcusse credẽ/ do retinemus. Deniq; cum dixisset:Iam non se scđm carnem christum nosse: sicut apo stolus ait:& addidisset testimonium de prophetа: Spiritus enim ante faciem nostram christus dominus:continuo subiecit: Qui nos in omnem plenitudinem dei misericor/ dia sua implere dignetur:ut uideri possit a nobis: Certe manifestum est ꝙ illam notici/ am:ubi dixerat:nouimus ex fide:posuit:ex qua modo iustus uiuit:non ex cõtemplati one qua deum uidebimus sicuti est. Hanc enim sibi & nobis consequenter optauit fu/ turamq; significauit dicendo: Qui nos in omnem plenitudinẽ dei misericordia sua im
G plere dignetur: ut uideri possit a nobis. Hanc plenitudinem dei quidam in sermo/ ne apostoli sic intellexerũt: ut putarent nos hoc futuros omnino quod deus est. Hæc enim uerba sicut recognoscis:apostol⁹ posuit ita loquens: Cognoscere etiã superemi/ nentem scientiæ charitatem christi: ut impleamini in omnẽ plenitudinem dei: Qua/ propter inquiunt:si aliquid minus q̃ deus habebimus:& in aliquo minores erim⁹:quo/ modo implebimur in oñem plenitudinem dei? Sed quoniam implebimur: profecto erim⁹ æquales:auersaris istum utiq; & detestaris humanæ mentis errorem:Scio:recte facis. Sed quomodo intelligẽda sit ista plenitudo qua dictum est: Implendos nos esse in omnẽ plenitudinem dei: postea si deus uoluerit pro uiribus q̃s dederit disseremus. Nunc autem qđ mihi proposueras:& ad explicandũ difficile uidebatur:utrũ explica/ tũ sit:diligenter attende recolẽdo quæ dicta sũt. Si enim quæris: utrũ possit deus uide ri? Respondeo potest. Si quæris:unde sciam? Respõdeo:quia in ueracissima scriptura legitur:Beati mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt: & cætera talia. Si quæris quomodo dictus sit inuisibilis si uideri potest? Respõdeo: inuisibilẽ esse natura:uideri autem cum uult sicut uult:plurimis enim uisus est: non sicuti ẽ:sed quali specie illi pla/ cuit apparere. Si quæris: quomodo eum uidit:uel Cain sceleratus quando de suo sce/ lere ab illo interrogat⁹ & iudicat⁹ est:uel etiam ipse diabolus:quãdo uenit cum ange/ lis ut cum illo assisteret:Si beati mũdo corde quoniam ipsi deũ uidebũt? Respondeo non quidem esse consequẽs:ut etiam uideant deũ qui uoces ab eo factas aliquãdo au diũt. Neq; enim uiderũt eum qui audierũt quando dixit ad filium:Et clarificaui & cla rificabo iterum: Verũtamẽ non esse mirandũ:si aliqui etiam non mũdo corde uiderũt deum in specie:qua uolũtas eius fecerit latẽte inuisibili & apud se incommutabili ma/ nente natura. Si quæris utrum etiam sicuti est possit aliquãdo uideri? Respõdeo: filijs hoc esse promissum: de quib⁹ dictum est: Scim⁹ quia cum apparuerit similes ei erim⁹: quoniam uidebim⁹ eũ sicuti est. Si quæris:unde eum uidebim⁹? Respondeo:unde angeli uident: quib⁹ tunc erim⁹ æquales. Sicut enim uidenť ista quæ uisibilia nominanť: deũ nemo uidit unquam:nec uideri potest: quoniam lucem habitat inaccessibilem:& est natura inuisibilis sicut incorruptibilis:quæ contextim posuit apostolus dicẽs: Regi autem sæculorum inuisibili: incorruptibili: quia sicut nunc incorruptibilis nec postea corruptibilis:ita non solũ nũc sed etiã semp inuisibilis. Nec in loco enim uidetť:sed mũ do corde:nec corporalib⁹ oculis quæritť:nec circumscribitť uisu:nec tactu tenetur:nec auditť affatu:nec sentitť incessu. Vnigenit⁹ aũt filius qui est in sinu patris diuinitatis na/ turã atq; substantiã insonabiliter narrat. Et ideo dignis idoneisq; tanto conspectu ocu/ lis etiam inuisibiliter monstrat. Ipsi enim sunt:oculi:de quib⁹ apostolus dicit:Illumina/ tos oculos cordis uestri:Et de quib⁹ dicitť:Illumina oculos meos ne unquam obdormi/ am in morte:neq̃ dicat inimic⁹.&c̃. Domin⁹ enim spũs est. Vnde q adbæret domino unus spũs est. Proinde qui potest deum inuisibiliter uidere: ipse deo potest incorpo/
H raliter adbærere. Puto iam non esse in quæstione quam proposuisti amplius quod re quiras. Sed in hac tota nostra disputatiõe:considera quid uideris: qđ credideris:quid adhuc nescias: siue quia non dixi: siue quia non intellexi: siue quia non iudicasti esse

1.Cor.5. Ebreũ.4. Ca.14. Epb.3. Matth.5. Gen.4. Job.1.et.2. Joh.12. 1.Joh.3. Job.1. 1.Timoth.6. 1.Timoth.1. Job.1. Epb.1. Psã.12. 2.Cor.3. 1.Cor.6. Ca.15

credendum:& ea quæ uera esse uidisti: adhuc discerne unde uideris: utrum recolendo illa te uidisse per corpus: sicut corpora cælestia & terræstria: an uero nunquã oculis corporalibus ea attigeris uisibus:sed sola mente intuens uera & certa esse perspexeris:sicut uoluntatem tuã:de q̃ ego tibi credere loquenti possum:eam uero ut absteꝫ uidere ipse possum. Et cũ hæc itaq; discreueris:etiã id attẽde unde discernas:quãuis enim alia corpore alia mente uideamus:horum tamen duorum generum ipsa discretio uidetur mente non corpore: & ea quæ mente conspiciũtur: non indigent ullo corporis sensu: ut ea uera esse nouerim⁹. Quæ autem per corpus uidentur: nisi mens assit quæ talia nunciata suscipiat:nulla possunt scientia contineri:& quæ nunciata quasi suscipere perhibetur:foris ea relinquit. Sed eorum imagines:id est corporales similitudines corporum incorporaliter commendat memoriæ:unde cum uoluerit & poterit:uelut de custodia productas atq; in conspectu cogitationis exhibitas iudicet. Et cũ uolet etiã ista duo discernit:quid in specie corporali foris reliquerit:quid eis simile intus aspiciat:& illud absens:hoc præsens esse dinoscit. Sicut me absente faciem mei corporis cogitas: & illa tibi est imago præsens: Absens autem facies cuius imago est hoc corpus: Illa uero incorporea corpis similitudo est. His ergo quæ uides diligẽter fidẽterq; perspectis atq; distinctis: attende quæ credis in hocipso sermone toto:ex quo ad te loqui bis litteris cœpi:& in eisipsis quib⁹ non uisis accõmodas fidem: ipsa testiũ ponAmbrosius dera discernendo perpende. Neq; enim mihi sic credis:quemadmodũ Ambrosio:de cuius libris tanta illa testimonia posui: Aut si ambob⁹ nobis æqua lance putas esse credendum:nunquid ullo modo euãgelio nos comparabis: aut scripta nostra scripturis canonicis coæq̃bis? Profecto si recte in dijudicãdo sapis:lõge nos infra uides ab illa auctoritate distare: Et me quidem longius:sed utriq; nostrum quãtumlibet credas: utrũ-
Iob.1. q; illi excellentiæ nequaquã comparas. Quocirca id quod scriptum est:Deum nemo
1.Timoth.6. uidit unquã: Et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nemo hominũ uidit nec uidere
Matth.5. potest: Et beati mũdo corde quia ipsi deum uidebũt: Et quicquid ex illis libris sanctis cõmemorauí:firmi⁹ credis q̃ id qđ dicit Ambrosi⁹: Nec in loco deus uidet: nec corporalibus oculis quærit:nec circũscribitur uisu:nec tactu tenetur:nec audit affatu:nec sentitur incessu. Talem quippe esse intellexit ul' credidit deũ: qui mũdo corde conspicit. Hanc aũt etiã meã sententiã esse cõfiteor. Aliter ergo ista:aliter illa diuina uerba in fide recipis. De nobis em̃ tibi subest fortasse aliqs scrupul⁹:ne in his diuinis eloqis aliqd min⁹ dilucide intelligam⁹:& non sicut dicta sũt: sed sicut suspicamur exponãt a nobis. Fortasse enim dicis apud teipsam: Quid & si mũdo corde uidet de⁹: & in loco tamen uidetur: aut quid si oculis etiam corporalibus deum uidebunt qui mundo sunt cor-
1.Cor.15. de:cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem: quãdo erimus æquales angelis dei?
Luc.20 Quantũ ergo nobis credere debeas uel nõ debeas:fortassis ignoras:& ul' plus uel minus q̃ debes nobis credẽdo:ne fallaris attendis:diuinis autem scripturis:etiã nondum perspicue intellectis credendum esse non dubitas. Sed banc consideratione credendi uel non credendi:& difficultatem scientiæ & dubitationẽ æstus & piam fidem quæ diuinis debet affatibus:in tua mente ita ut sunt attendis & uides:nec de bis omino qđ apud te ita sint:siue ut ego dixi:siue ut ipsa potius nosti aliquid ambigis. Vides itaq; fidẽ tuã:uides dubitationẽ tuã:uides studiũ tuũ uolũtatẽq; discendi:& cũ auctoritate diuina mouearis ad credẽda quæ non uides:hæc te tñ credere incunctãter uides:distri-
Ca.16. buis & discernis hæc omnia. Num ergo bis oculis cordis tui quibus hæc omnia uera & H certa esse contueris:ubiq; præsentia inuisibiliter cernis atq; discernis: ullo modo corporeos oculos comparabis? Cum etiam de ipsis rebus uisibilibus: quæ corporalium oculorum acie quodammodo radiantur: & de ipsis corporeis oculis eorumq; acie: qualiscunq; & quantacunq; sit quantum distet ab inuisibilibus: non excellentioribus quib⁹ etiam nobis non uisis fidem debes:sed ab bis quæ commemorauí: quæ non credis absentia sed præsentia mente contueris:non eisdem ipsis carnis oculis sed illis interiorib⁹ iudices. Cum ergo interiores oculi iudices sint oculoꝝ exterioꝝ:isti autem illis quodam officio nunciandi & in ministerio famulentur:multaq; illi uideãt quæ isti

non uident: nihil isti uideãt: unde illi non tanquã præsides iudicent: quis non illos istis incomparabili estimatione præponat? Quæ cum ita sint: obsecro te: cum agitur in teipsa hoc tam grãde negocium: cum ab exterioribus interiora distinguis: atq; illa istis ineffabiliter anteponis: cunq; istis foris relictis in illis intrinsecus demoraris: & ea suis quibusdam incorporalibus finibus metiendo iudicas: in nulla te putas: an in aliqua luce uersari? Ego enim existimo q; tãta ibi & talia: tam uera: tam clara: tam certa uideri sine luce non possunt: Ipsam ergo lucem in qua cuncta illa perspicis intuere: & uide utr; ad eam possit accedere ullus corporeoq; radius oculorũ? Profecto nõ potest. Attende etiam: & utrum in ea uideas ulla locorũ spacia uel interualla: responde: nihil ibi tale ut arbitror inuenis: sed uigilãter abigis ab aspectu intimo quicq̃d imaginum corporalium exterioris hominis sensus inuexit. Sed forte difficile est: irruit enim de cõsuetudine corporalis uitæ: in eos quoq; interioris oculos turba phantasmatum in similitudinibus corporum: cui resistere conet: saltem auctoritate diuina exclamaui: dolẽs in illa breui epistola & dixi: Audiat caro carnalibus cogitationib9 ebria: Spũs est deus. Neq; enim cuiusq̃ magis q̃ etiam ipsam meã mentem ab huiusmodi uanitate illa increpatione compescui. Facilius qppe inclinamur ad solita: & amicũ est infirmitati humanæ corporalem conuersationem introrsus uel mittere uel admittere: non nisi sana consistat: sed nisi languida quodammodo: aut incumbat: aut iaceat. Proinde si nõ potes aciem mentis tuæ a corporearũ similitudinũ quasi nubilo perspicue serenare: easipsas apud teipsam uigilanter attende: Intuere cælum & terram constando: sicut oculis corporis cernendo consuesti: easq; imagines cæli & terræ quæ ante oculos cogitationis productæ sunt: uide similitudines corporũ esse non corpora: Sic ergo iudica contra teipsam pro teipsa. Si non potes omnifariã corporalium qualitatũ imaginarias formas ab acie tuæ mentis abigere: & unde uinceris inde conuince. Neq; enim est ut opinor quisquã etiam talibus imaginationib9 ita deditus: ut credat sic esse in memoria sua: uel in ipso conspectu cogitationis suæ solem: lunã: stellas: amnes: maria: montes: colles: urbes: parietes denicq; domus suæ uel etiã cubiculi sui: & quicquid per oculos corporis tale cognouit & tenet: ut locorum spacijs atq; interuallis siue stent siue moueant. Porro si ea quæ in animo nostro sunt corporalia lociscq; simillima: non tamen locorum spacijs atq; finibus continentur: nec interuallis localibus in nostra memoria reponuntur: quantomagis illa quæ nullam gerunt similitudinem corporum: Charitas: gaudium: longanimitas: pax: benignitas: bonitas: fides: mansuetudo: continentia: nulla locorum spacia tenẽt: nulla intercapedine separãt: aut aliq̃ oculi cordis quo radios suos mittãt: & ea uideãt interualla cõquirũt? Nõne oia in uno sunt sine angustia & sine terminis nota sũt sine circũitu regionũ? Aut dic in quo loco uideas charitatẽ: quæ tñ intm̃ tibi cognita est: inquantũ eã potes mentis acie contueri: quã non ideo magnã nosti: quia ingentem aliquam molem conspiciendo lustrati: nec cum tibi intus coquitur: ut scd̃m eam uiuas ullis perstrepit sonis: nec ut eam cernis: corporalium lumẽ erigis oculorum: nec ut eam fortiter tenes corporalium uires præparas lacertorum: nec cum tibi uenit in mentem: sentis eius incessum: Ecce etiam charitatis quantulacunq; in nostra uoluntate consistit nobisq; conspicua est: nec in loco uidetur: nec corporalibus oculis quærit: nec circumscribitur uisu: nec tactu tenetur: nec auditur affatu: nec sentit incessu: quãtomagis deus ipse cuius hoc ipse in nobis est? Nam si interior homo noster quantulacũq; imago eius: non de illo genitus: sed ab illa creata: quãuis adhuc renouetur de die in diem: uel tamen in tali luce habitat: quæ nullus oculorum corporalium sensus accedit: Si ea quæ in illa luce cordis oculis intuemur & discernuntur inter se: & nullis locorum spacijs separantur: quantomagis deus qui lucem habitat inaccessibilem: corporis sensibus: quibus nec ipsius nisi mundi potest esse cordis accessus: nõ solum iudicationis: sed amoris quoq; appetitu præposuerimus: quãto id magis ualebim9: donec sanent omnes languores animæ nostræ ab illo qui propitius sit omnib9 iniquitatibus nris? In hac em̃ uiuatiore uita facti spiritales poterm9 oia dijudicare: ibi uero a nemine dijudicari. Animalis aũt hõ non percipit quæ sunt spũs dei: Stultitia em̃ est illi & non po-

Job. 4.

Gal. 5.

2. Cor. 4.

10. de Gen. ad litteram, ca. 24 25. et. 32.

Ps. 102

1. Cor. 2.

Ca.17. test scire quoniam spiritaliter dijudicat. Quod si nondū possimus præferre lucem iu- k
dicātem: & luci de q̄ iudicat præferre uitā intelligentē: uitæ tm̄modo sentiēti præfer-
re naturā. Nō alibi: hoc ē alibi illud: sed oia quæ habet i uno sil'babētē sicuti ē nra intel
ligentia ei natura quæ ita ptibus constat: ut minus sit dimidia q̄ tota: sicuti est oīe cor-
pus: superfluo de rebus quātis ac talibus disputamus. Si aūt hoc iā possum⁹: aliqd me-
Phil'.4. lius q̄ intellectum nostrū deū esse credamus: ut pax eius quæ excellit omnē intellectū
custodiat corda nostra & intelligentias nostras in christo Iesu. Ipsa em̄ pax quæ præcel
lit omnē intellectum: non est utiq; minor nostro intellectu. Et cum iste sit oculis corpo
ralibus uisibilis: illa putet esse uisibilis: an aliud pax dei: aliud splendor dei cum ipse sit
unigenitus fili⁹: cuius & illa charitas quæ supereminet scientiæ: cui⁹ cognitiōe implebi
mur in omnē plenitudinē dei: unde est nostræ mētis luce inferior: quæ illa illuminā-
te tribuit. Porro si ista inaccessibilis est oculis carnis: q̄ntomagis illa quæ huic incōpabil'
est supeminēs: at p̄ hoc cū sit aliqd nr̄m uisibile sicut hoc corp⁹: aliud uero iuisibile sicut
hō interior: & cū optimū nr̄m: hoc est mēs atq; intelligētia iuisibile sit oculis corpis: qm̄
Ca.18. id quod est melius optimo nostro: uisibile erit inferiori nostro: Arbitror te iā cōcede- L
re bis omnib⁹ consideratis: recte dictum esse: q̄ deus nec in loco uidet sed mūdo cor-
de: nec corporalib⁹ oculis quærit: nec circūscribit uisu: nec tactu tenet: nec audit affa-
tu: nec sentit incessu. Et si quid in bis nimis intelligim⁹: uel aliter sapimus: id quoq; no-
bis reuelauit: si in quod puenimus: in eo ambulemus. Peruenimus autem ut credam⁹
Joh.1. deum non corpus esse sed spiritū. Peruenimus etiam ut credam⁹ q̄ deū nemo uidit un
1.Joh.1. quā: Et q̄ deus lux est & tenebræ in eo sunt nullæ: Et q̄ apud eum non est cōmutatio:
Jacobi.1.
1.Timoth.6. nec momenti obumbratio: Et q̄ lucem habitat inaccessibilem: quē nemo hominum ui
1.Joh.5. dit: nec uidere potest: Et q̄ pater & filius & spiritussanctus unus deus est sine ulla di-
1.Joh.3. uersitate & separatione naturæ: Et q̄ similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti
1.Joh.4. est: Et q̄ deus charitas est: & q̄ manet in charitate in deo manet & de⁹ in illo manet: Et
Heb.12. q̄ pacem & sanctificationē sectari debemus: sine qua nemo poterit uidere deum: Et q̄
1.Cor.15 corruptibile hoc & mortale corpus nostrū in resurrectione cōmutabit & induet incor
ruptionem atq; immortalitatem: Et quia seminat corpus animale: resurget corpus spiri-
Phil'.3. tale: trāsfigurāte domino corpus humilitatis nostræ: ut cōforme faciat corpori gloriæ
Gen.1. suæ: Et q̄ deus fecit hominē ad imaginē & similitudinem suā: Et q̄ spū mentis nostræ
Eph.4. renouamur in agnitione dei scd̄m imaginem eius qui creauit nos. In bis aūt huiusmo-
di scripturarū; sanctarū; auctoritatib⁹ p̄ fidē ambulātes: q dato uel diuinitus adiuto intel
lectu spiritaliter profecerūt: & spiritalia spiritalib⁹ cōparare potuerūt: uiderūt melius
uideri mente q̄ corpore: & ea uideri mente: quæ nō continent locis: nec se locoq; in-
teruallis separāt: nec minora essent in pte q̄ in toto. Hinc est q̄ fiducial'r ille dicit: q̄ nec
in loco deus uidet: sed mūdo corde: nec corpalib⁹ oculis quærit: nec circūscribit uisu:
nec tactu tenet: nec audit affatu: nec sentit incessu. Vnde qa & intuisibilis in scriptu-
ris sanctis ei⁹ substātia cōmendat: & uisus esse a plurib⁹ p̄ corp⁹ & corporalibus locis in
eisdem auctoritatibus inuenit: aut spiritu quo corporales cernunt imagines: per ali-
quā licet incorporeā: tamē similitudinē corporis: sicut in somnijs uel in extasi se cernit
ille uir sanctus dei naturā ab huiusmodi uisionib⁹: easq; dicit esse quas dei uoluntas ele
gisset: non quas natura formasset. Facit enim deus istas ex quib⁹ uult: ut cui uult quā-
do uult appareat: sua latente atq; in se incōmutabiliter manente substātia. Si enim uo-
luntas nostra apud se manens & latens sine ulla sui commutatione per quas se utcūq;
ostendat: exprimit uoces: quāto facilius deus omnipotens sua latente atq; incommu-
tabiliter manente natura: in q̄ uoluerit specie potest cui uoluerit apparere: qui ex ni-
Ca.19 bilo creauit omnia atq; in se manens innouat omnia. Ad eam uero uisionem qua uide M
bimus deum sicuti est: mundāda corda commonuit. Quia enim corpora consuetudi-
ne loquendi uisibilia nominātur: propterea deus inuisibilis dicit ne corpus esse creda-
tur: non quia corda mūda suæ substātiæ contemplatione fraudātur: cum hic sūma &
magna merces deum colentibus & diligentibus promittatur: dicēte ipso domino: q̄
corporalibus oculis uisibiliter apparebat: & inuisibilem se contuendū mundis cord ib⁹

promittebat: Qui diligit me diliget a patre meo:& ego diligam eum: & ostendā me Joh.14.
ipsum illi. Hæc quippe natura ei⁹ æqualiter cū patre inuisibilis: sicut æqualiter incorru
ptibilis est:quæ sicut supra dictum est:continuatim apostolus posuit:diuinam substan
tiam qua potuit hominib⁹ prædicatione cōmēdans: quā si oculi corporales in resurre
ctione mutata corporum qualitate conspiciunt: uiderint qui hoc possunt astruere:me
plus mouet illi⁹ sentētia:qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalib⁹ oculis sed mūdis
N cordib⁹ tribuit: & de spiritalis quidem corporis qualitate qđ resurrecturis promittit: Ca.20.
uel discere aliquid adhuc uel quærere non recuso. Si tamen de hac re disputantes illis
uitijs carere possum⁹:quæ plærūq; studijs humanis & concertationib⁹ excitant: dum
supra q̄ scriptū est unus pro altero inflet aduersus alterum: ne dum altercando quæ
rimus uestigare quomodo possit uideri de⁹:ipsam pacem sanctificationēq; perdam⁹:
sine q̄ nemo poterit uidere deū:qđ ipse auertat a cordib⁹ nostris:ut ea suæ contēpla
tioni mūda reddat atq; custodiat. Illud tamē quia non dubito:non requiro q̄ dei natu
ra nūq̄ uideat in loco. Iam ut q̄ possit hui⁹ corporis oculis uideri aliqđ qđ in loco non
uidet ab eis qui ualent disserendo monstrare: cū pace dilectionis audire parat⁹ sum:
& qđ me mouet in cōmune conferre. Sunt enim quidam q deum ipsum omnino cor
pus esse præsumūt:putantes quicqd corp⁹ non est: prorsus nullam esse substantiam:
istos omnimodo auersandos censeo. Sunt aūt alij deū quidem ipsum corp⁹ non esse
minime dubitantes:sed ideo eos qui ad uitam eternam resurgēt: etiam per corp⁹ deū
uisuros putant:quoniam talem sperant spiritalis corporis qualitatē:ut etiam ipsa quæ
caro fuerat spūs fiat. Quod si ita est:quantū distet a superiori opinione. & q̄ hoc sit to
lerabili⁹ etiam si uer̄ non sit:puto facillime judicari. Primo quia multū interest:utrum
de creatore an de creatura aliter aliquid sentiat q̄ ueritas habet. Deinde quia conatus
mentis utcūq; ferendus est:uolentis corp⁹ conuertere in spm̄: non in corpus deū. Po
stremo qa id qđ ego in illa epistola mea dixi de istis nostræ carnis oculis: qa neq; nūc
possunt: neq; tunc poterūt deū uidere: etiam sic uerū est. Non enim dictū est nisi de
oculis corporalib⁹ qđ tunc non erūt si corpus ipsum spūs erit:ac per hoc corporei ocu
li nunq̄ deum uidebunt: quia cū uidebit: spūs eum non corp⁹ uidebit. Tota igit quæ
stio iam remansit de corpore spiritali:quaten⁹ induat incorruptionem & immortalita
tem hoc corruptibile atq; mortale:& q̄ten⁹ ex animali in spiritale mutet: Quæ diligē
tius sollicitiusq; tractanda est:maxime propter corpus ipsius domini:qui transfigurat
corpus humilitatis nostræ:conforme corpori gloriæ suæ:ut possit sibi subijcere om̄ia.
Cum enim & de⁹ pater uideat filiū & fili⁹ patrem:proculdubio non sunt audiendi q ui
sionem nolūt tribuere nisi corporib⁹. Neq; em̄ dici fas est q̄ filiū pater non uideat:aut
& ut ipse uideat corpore indut⁹ est: si non nisi ad corp⁹ pertinet uisus. Quid q̄ in ipso Ecc.1.
mūdi exordio ante q̄ filio esset ulla forma serui suscepta:uidit de⁹ lucem quia bona est:
& firmamentū & mare & aridam & omne fœnū atq; omne lignum: solem:lunam:stel
las: reptilia animaq; uiuaq;:uolatilia cæli:animam uiuam: Postremo uidit deus omnia
quæ fecit:& ecce bona ualde. Quod cum per quasq; scilicet creaturas scriptura totiēs
repetisset: miror unde nata fuerit illa opinio:qua putatū est tantum ad corpora perti
nere uisionem. Quæ opinio de quocūq; loquēdi more orta sit: scripturæ tamē sanctæ
nō sic loq solent:quæ nō nisi tantū corpori:uerūetiam spiritui:magisq; spiritui q̄ corpo
pori tribuerent uisionem:non propbetas proprie uidentes appellauissent:q non cor 1.Reg'.9.
O pore sed etiam spū futura uiderunt. Sed cogitandum est ne quid insolenter audiam⁹: Ca.21.
si dixerimus corpus non solū mortalitatem & corruptibilitatem:uerūetiam hoc ipsum
quod corpus est per gloriam resurrectionis amittere & spiritū fieri. Eo modo quippe
aut cōduplicabit substantia spūs si & corp⁹ spūs erit: aut si uerus erit spūs hominis ita
ut commutato & conuerso in spiritū corpore: neq; geminatione neq; incremēto con
duplicetur: nec omnino ullius accessu quantitatis augeatur:metuendum est ne nihil
aliud dici uideatur: q̄ corpora non illa mutatione immortalia mansura: sed nulla
potius futura & omnino peritura. Quapropter donec diligenti inquisitione: si domi
nus adiuuerit: reperiatur quid scd̄m scripturas de spiritali corpore qđ in resurrectiōe

C

ꝓmittit: probabili⁹ sentiēdū sit: interim nobis sufficiat ꝙ unigenit⁹ fili⁹ idēq; mediator dei & hominū homo christus Iesus: ita uidet patrem sicut uidet a patre: Nos autem ad illam uisionem dei quæ nobis in resurrectione promittit: non ex hoc mūdo istam concupiscentiam oculoꝝ transferre conemur: sed mūdandis cordib⁹ pio studiamus affe-
1. Cor. 13. ctu: nec corporalem faciem cogitem⁹: cū dicit apostolus: Vide m⁹ nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem: præsertim quia apostolus expressius dixit: Nunc scio ex parte: tūc autem cognoscam sicut & cognit⁹ sum. Si ergo tunc corporali deum facie cognoscem⁹: corporali eius nunc facie cogniti sumus. Tunc enim cognoscam inquit sicut & cognit⁹ sum. Vnde quis eum non intelligat eo loco etiam nostram
2. Cor. 3. faciem illā significare uoluisse: de qua dicit alio loco: Nos aūt reuelata facie gloriā domini speculantes: in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam: tanquam a domini spū: de gloria scilicet fidei: in gloriam contemplatiōis æternæ? Hoc quippe agit hæc transformatio: qua interior homo renouat de die in diem. De quo & apostolo-
1. Petri. 3. lus Petrus cū eum moneret ornari: non quæ a foris inqt ornant capilloꝝ incrispationibus: aut auro: aut margaritis: uel ueste preciosa: sed ille absconditus cordis homo: q est ante deum diues. In qua enim facie uelamen habent iudæi non transeūdo ad christum: quoniam cum transierit quisq; ad christum auferetur uelamen: & nos facie reuelata in eandem imaginem transformamur. Apertissime autem dicit: uelamen super corda eorū positum est: Ibi est igit facies qua reuelata nunc in fide: quamuis per spe-
Ca. 22. culum & in ænigmate contuemur: tūc autem facie ad faciem. Quæ si approbas: tene P mecum sancti uiri Ambrosij sententiam: iam non eius auctoritate: sed ipsa ueritate firmatam. Neq; enim & mihi propterea placet quia per illius os potissimum me dominus ab errore liberauit: & per illius ministerium gratiam mihi baptismi salutaris indulsit: tanquam plantatori & rigatori meo nimium faueam: sed quia de hac re & ipse hoc dixit: qđ pie cogitanti & recte intelligenti loquitur etiam ille qui incrementū dat dat deus. In ipsa ergo resurrectione non facile est deum uidere: nisi bis qui corde sunt
Matth. 5. mundo. Et ideo beati mundo corde quoniam ipsi deū uidebūt. Quantos beatos iam numerauerat: & tamen uidendi bis deum non promiserat facultatem. Si ergo bi qui mundo sunt corde deum uidebunt: utiq; alij non uidebunt. Neq; indigni deum uidebūt: neq; is qui deum uidere noluerit potest eum uidere. Nec in loco de⁹ uidetur: sed mundo corde: nec corporalibus oculis deus quæritur: nec circumscribit uisu: nec tactu tenetur: nec auditur affatu: nec sentitur incessu: Et cū absens putatur uidetur: & cum præsens est non uidetur. Denicq; nec apostoli omnes christum uidebant: & ideo
Joh. 14. ait: Tanto tempore uobiscum sum & adhuc me non cognouistis? Qui enim cognouit quæ sit latitudo: & longitudo: & altitudo: & profundum: & supereminētem scientiæ
2. Cor. 5. charitatem christi: uidit & christum: uidit & patrem. Nos enim iam secm carnem nō
Ebreū. 4. nouimus christū: sed secm spiritum. Spirit⁹ enim ante faciem nostram christus dominus: qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere dignetur: ut uideri possit a nobis. Hæc uerba sancti uiri: quæ nō carnalia sed spiritalia sūt: inquantum intelligis & uera esse: non quia ipse dixit: sed quia ueritas sine strepitu clamat: agnoscis: intantum intelligis unde adhæreas domino: teq; ipsam intrinsec⁹ præparas incorporalem locum mansionis eius ad audiendum silentium narrationis eius: & uidendam inuisibilem formam eius. Beati enim mundo corde quia ipsi deum uidebunt: Non tamen eis sicut corpus ex aliquo loci interuallo apparebit: sed cū uenerit ad eos & mansionem fecerit apud eos: quoniam sic implebuntur in omnem plenitudinem dei: non tamē fuerint & ipsi plenus deus: sed cum perfecti fuerint pleno deo. Si autem non nisi corpora cogitamus: & nec illud saltem digne cogitare possum⁹: unde uel ipsa corpora cogitemus: non quæram⁹ quid auersum nosipsos loquamur: sed ab hac pot⁹ carnali consuetudine orando: & in anteriora nos extendendo corda mundemus. Vt em̄ nō tantum quod beatus Ambrosius: uerūetiam qđ beatus Hieronymus dicam nō solum patris diuinitatem: sed nec filij quidem: nec spūssancti: quia una in trinitate natura est: possunt oculi carnis aspicere sed oculi mentis: De quibus ipse saluator ait: Beati mūdo

corde quia ipsi deum uidebũt. Nanq; sicut alibi idem Hieronymus breuiter ac ueraciter definiuit: res incorporalis corporalib⁹ oculis non uideť. Has sententias de re tanta uirorum tantoꝝ non ob hoc interponere uolui ut cuiusq; hominis sensum tanquã scripturæ canonicæ auctoritatem sequendam arbitreris: sed ut illi qui aliter sapiũt contentur mente uidere quod uerum est: & in simplicitate cordis quærere deum: ne tam doctos diuinoꝝ eloquioꝝ tractatores temere reprehendãt. Nec te moueat q̃ a q̃busdam minus considerare dicitur: quid tunc uidebunt oculi corporales si deum non uidebunt? an forte cæci erunt uel sine causa erũt? Neq; enim attendũt qui hæc loquuntur: quia si non erunt corpora: profecto non erunt illi oculi corporales. Si autem erunt corpa: erit qđ uidere possint oculi corporales. Sed hæc iam satis dicta sint: quæ ab initio hui⁹ opusculi mei diligẽter lecta & relecta cõsiderãs: sine ulla fortasse dubitatiõe perspicies: ad uidendũ deũ p̃ eius auxiliũ: cor mundũ te debere præparare. De corpe uero spirituali si dñs iuuerit: ope alio experiemur qd disputare ualeam⁹. 22. de Ciuitate dei. ca. 29.

¶ Beati Augustini ad Romanianũ: rationẽ cur in pellicula ad eũ scripserit reddentis: gratũq; habetis q̃ se gaudij domestici participẽ facere uoluerit. Epla. CXIII.

QUon hæc epistola sic inopiam chartæ indicat: ut membranas saltem abũdare tẽ stetur. Tabulas eburneas quas habeo auũculo tuo cum litteris misi. Tu enim huic pelliculæ facilius ignoscis: quia differri non potuit qđ ei scripsi: & tibi non rescribere etiam ineptissimũ existimaui. Sed tabellas si quæ ibi nostræ sũt: propter huiusmodi necessitates: mittas peto. Scripsi quidem de catholica religione quantũ dominus dare dignatus est: qđ tibi uolo ante aduentũ meũ mittere: si charta interim nõ desit. Tolerabis enim qualemcunq; scripturam & officina maioꝝ de codicibus præter libros de oratore: totũ mihi excidit. Sed nihil amplius rescribere potui q̃ ut ipse sumens quos liberet: & nũc in eadem maneo sententia: Absens enim quid plus faciam: non inuenio. Gratissimũ mihi est: q̃ in ultima epistola me participem domestici tui gaudij facere uoluisti. Sed me ne salis placiti uultũ fluctusq; quietos Ignorare iubes: q̃q̃ nec me iubeas: nec ipse ignoras. Quare si ad melius cogitandũ quies aliqua data est: utere diuino beneficio. Nec enim debem⁹ nobis cum ista proueniũt: sed illis per quos ista proueniũt gratulari: quoniam iusta & officiosa: & pro suo genere pacatior atq; tranquillior rerum temporaliũ administratio recipiendoꝝ æternoꝝ meritum gignit: si non teneat cum teneť: non multiplicet cum multiplicať: si non cum pacatur inuoluat. Ipsius enim ueritatis ore dictũ est: Si in alieno fideles nõ fuistis: qđ uestrũ est qs dabit uobis? Laxatis ergo curis mutabilium rerum: bona stabilia & certa quæramus: si peruolem⁹ terrænis operib⁹ nostris. Nam in mellis copia: non frustra pẽnas habet apicula: nectit enim hærentem. 1. Retrac. 12. Tit. 3. ene. Luc. 16.

¶ Nebridij ad beatũm Augustinum: illum se amare: illi seruire atq; inhærere obtestantis. Epistola. CXIIII.

RIta ne est mi Augustine: fortitudinem ad tolerantiam negocijs ciuiũ præstas: necdum tibi redditur illa exoptata cessatio? Quæso qui te tam bonũ homines interpellant: credo qui nesciunt quid ames: quid concupiscas? Nullus ne tibi est amicoꝝ q̃ eis amores referat tuos? Nec Romanian⁹ nec Lucian⁹ me certe audiãt. Ego clamabo: ego testabor te dñm amare: illi seruire atq; inhærere cupere. Vellem ergo te in ius meũ uocare: ibiq; acquiescere. Non eñ timebo me seductorẽ tuũ dici ciuibus tuis: quos nimiũ amas: & in quib⁹ nimiũ amaris.

¶ Beati Augustini ad Nebridium: epistolis suis respondendo eum consolãtis: & quæstioni qua cunctať: quomodo fiat ut nobis a supiorib⁹ potestatibus uel a dæmonib⁹: & cogitatiões quædã inseranť & somnia: Illi quoq; qua quærit utꝝ sũma illa ueritas & sũma sapiẽtia &c. generaliter hominis: an etiã uniuscuiusq; nostrũ rationẽ contineat: satisfacientis. Epla. CXV.

QVanq̃ mei animi cognitor sis: fortasse tamen ignoras quantũ uelim præsentia S
tui frui. Verũ ob tam magnũ beneficiũ deus qñq; præstabit. Legi rectissimã
epistolã tuã: in qua de solutione quæstus es: & quadã desertione a familiaribus
tuis: cum quib⁹ uita dulcissima est. Sed qd aliud hic tibi dicam: nisi qđ te nõ dubito fa
cere: Confer te ad tuũ animũ: & illum in deũ leua q̃ntũ potes. Ibi enim certi⁹ habes: &
nos non per corporeas imagines: quib⁹ nunc in recordatione uti necesse est: sed p illã
cogitationẽ qua intelligis nõ loco esse nos simul. Epistolas tuas cũ considerarẽ quib⁹
non dubiũ tibi quærẽti magna respondi: uehementer me illa terruit qua percunctaris
quõ fiat: ut nobis a supiorib⁹ potestatib⁹ uel a dæmonib⁹ & cogitatiões quædã inserãt
& somnia. Magna em̃ res est: cui tu quoq; pro tua prouidentia prospicis: nõ epistola:
sed siue præsenti locutione: aut aliquo libello respondendũ esse. Temptabo tñ calles
ingeniũ tuum quidẽ quæstionis usus lumina præseminare: ut aut certa tecũ ipse conte T
xas: aut posse ad rei tantæ probabilem inuestigationẽ pueniri minime desperes. Ar
bitror enim omnẽ motum animi aliquid facere in corpore. Id aũt usq; ad nostros exi
re sensus: tam bebetes tamq; tardos: cũ sint maiores animi mot⁹: uelut cum irascimur:
3. de Gen. ad lrã 3. ca. 9. et 10. et. 11. aut tristes: aut gaudentes sum⁹. Ex quo licet conuincere cũ etiã cogitam⁹ aliquid neq;
id nobis in nostro corpore apparere: tñ posse aereis æthereisue animãtibus: quoq; &
sensus acerrim⁹ & in cuius comparatiõe noster nec sensus quidẽ putandus est. Igiẽ ea
quæ ut ita dicã uestigia sui motus anim⁹ fingit in corpore: possunt & manere & quen
dã quasi habitũ facere: quæ latenter cũ agitata fuerint & contrectata: fm agitãtis & cõ
trectãtis uoluntatẽ: ingerũt nobis cogitationẽ & somnia: atq; id fit mira facilitate. Si em̃
nostroq; corpoq; terrænoq; & tardissimoq; exercitatiões agendi organis musicis seu
inluminabolo: cæterisq; huiusmodi spectaculis inumerabilib⁹ ad quædã incredibilia
2. de Gen. ad lrã 3. ca. 12. et 14. et. 17. pueniss̃e manifestũ: nequaq̃ est absurdũ: eos q̃ aereo uel æthereo corpe aliqd in corpi
bus agũt: quæ naturali ordine penetrãt longe maiore uti facilitate ad mouendũ qđc
quid uolũt: non sentientib⁹ nobis: & tamen inde aliquid perpetiẽtibus. Neq; enim etiã V
quomodo fellis abundantia nos ad iram crebriorem sentimus: & tamen cogat cum
hæc ipsa quã dixi abundantia facta sit irascentibus nobis. Sed hoc aut si non uis simi
le nobis prætereũt accipere uersa id cogitatione quantum potes. Nã si animo existat
assidue aliqua difficultas agendi atq; implendi quod cupit assidue irascimur. Ira est aũt
quantum mea fert opinio: turbulent⁹ appetitus auferẽdi ea quæ facilitatem actionis
impediunt. Itaq; plerũq;: non hominibus tantũ: sed calamo irascamur in scribendo eũ
q; collidimus atq; frãgimus: Et aleatores tesseris & pictores e nihilo & cuiq; instrumẽ
to quilibet ex quo difficultatem se pati arbitratur. Hac autem assiduitate irascendi fel
crescere medici affirmãt. Cremento autem fellis rursus & facile ac prope nullis causis
existentibus irascimur: Ita quod suo motũ animus fecit in corpore ad eum rursus com
mouendum ualebit. Possunt latissime ista tractari: & multis rerum testimonijs ad cer X
tiorem pleniorẽq; perduci noticiam. Sed huic epistolæ adiunge illam quam tibi nup
de imaginibus & de memoria misi: & eam diligentius pertracta. Nã minus plene a te
intellecta: rescripto tuo mihi apparuit. Huic ergo quã nunc legis: cum adiunxeris de il
la quod dictum tibi est de naturali quadã facultate animi minuentis & augentis cogita
tionem: qđlibet fortasse etiam formæ corporũ quas nunquã uidim⁹ uel cogitãdo
apud nos uel somniãdo figurantur: tam & si actus animi nullo modo est bis quas uide
mus comparãdus. Si autem animum ita ut æquũ est: animo conferas: magis idem uel
cogitare uel contemplari: aut si aliquid aliud cõmodius dicitur: si ullus ei inest ani
mus: sidera q̃ homines considerãda sunt. Cæterũm in corporum motibus: si utso
les diligenter attendas: nihil omnino a duob⁹ idem fieri potest: An tu cum deambu
lamus simul satis idem nos agere existimas: absit a prudentia tua. Septentrioni namq;
uicinior nostrum qui deambulat: aut alterum pari motu antecedat: aut tardius ingre
diatur necesse est: neutrum tamen sentiri potest. Sed tu ni fallor quid intelligamus
non quid sentiamus expectas. Q; si ab axe in meridiem tendam⁹: coniuncti nobis atq;

inhærentes: quantum ualemus innitamurq; marmori leni & æquali uel etiam ebori: tamē non poteſt eſſe amborum idem motus: q̄ uenæ pulſus: q̄ forma: q̄ facies: remoue nos & pone aliam prolem: nihil egeris quippe. His etiam ſi in illis geminis tanta eſt neceſſitas: ut prope moueantur: quanta fuit ut ſinguli naſcerentur: At enim hoc inquies rationem tantum. Q2 autem ſol ab aſtris differt: ſenſibus etiam clarum atq; manifeſtum: ſi magnitudinem me cogis deſpicere. Noſti de interuallis q̄ multa dicant & ad quantum incertum perſpicuitas iſta reuocetur. Sed ut concedam illa eſſe ut apparet: ſic enim & credo: cuius tandem & ſenſum fefellit illa proceritas ne ſeptem pedes longiores quāquam ſex longiſſima cui te credo nimiū hominem æqualem: & cū minime reperiſſes uſq; in eius formam noſtram epiſtolam tendere uoluiſſe. Quare cum in terris quo & tale aliquid exiſtat: nihil de cælo puto eſſe mirādum.

Si autem te mouet: q̄ præter ſolem nulli⁹ ſideris lumen implet diem: Quis quæſo de hominibus tantus apparuit q̄ homo ille quem deus ſuſcepit longe aliter q̄ cæteros ſanctos atq; ſapientes? Quem ſi cum alijs hominib⁹ eſſe conferas: maiore diſtantia contineā q̄ collatione ſolis cætera ſidera: Quā ſane ſimilitudinē diligenter intuere. Fieri enim poteſt mente qua extolleris: ut quandā quæſtionem de homine chriſto ad id propoſitam tranſeuntes diſſolueremus. Item quæris: utrū ſumma illa ueritas & ſumma ſapientia: forma uerum: per quam facta ſunt omnia: quæ filium dei unicum ſacra noſtra propbetantur: generaliter hominis: an etiam uniuſcuiuſq; noſtrum rationem contineat? Magna quæſtio: Sed mihi uidetur q̄ ad hominem faciendum attinet hominis quidem tantum: non meam uel tuam ibi eſſe rationem. Q2 autem ad orbem temporis uarias hominum rationes in illa ſinceritate uiuere: uerum boc cum obſcuriſſimum ſit qua ſimilitudine illuſtrari poſſit ignoro: niſi forte ad artes illas quæ ſunt in animo noſtro confugiendum. Nam in diſciplina metiendi una eſt anguli ratio: alia quadrati. Itaq; quotiēs demonſtrare angulum uolo: non niſi una ratio anguli mihi occurrit: Sed quadratum nequaquam ſcriberem: niſi quattuor ſimul angulorum rationem intuerer: Ita quilibet homo una ratione qua homo intelligitur factus eſt: ac ut populus fiat: quamuis & ipſa una ratio: non tamen hominis ratio ſed hominum. Si ergo pars huius uniuerſi eſt nebridius ſicut eſt & omne uniuerſum partibus cum ſit non potuit uniuerſi conditor deus partium rationem non habere? Quamobrem q̄ primum hominum ibi ratio eſt: non ad ipſum hominem pertinet quāquam miris rurſum modis ad unum omnia redigantur. Sed tu id cōmodius cogitabis. His contentus ſis interim peto: quāquam non exceſſerim ueniam.

Beati Auguſtini ad Nebridium: litteris eius ubi ipſum arguit q̄ conſulere negligat ut una ſecum uiuere liceat: Simul etiam oſtendentis quo pacto ad hoc peruenīri poſſit ut ſincerum illud bonum guſtetur atq; ametur. Epiſtola. CXVI.

NVnquam æque quicquam tuarū inquiſitionū me in cogitādo tenuit æſtuantem: atq; illud q̄ recentiſſimis litteris tuis legi: ubi nos arguis: quod conſulere negligamus: ut una nobis uiuere liceat: Magnum crimen & niſi falſum eſſet: periculoſiſſimū. Sed cum probabilis ratio demonſtrare uideatur: bic nos potius q̄ carthagini uel etiam in rure ex ſententia poſſe degere: quid tecū agam mi Nebridi: prorſus incert⁹ ſum. Mittat ne ad te accōmodiſſimū tibi uebiculū: non baſtarna innoxiæ te uebi poſſe noſter Lucinian⁹ auctor eſt. Ad matrem cogito ut quæ abſentiam ſani non ferebat imbecilli multominus eſſe laturam: ueniā ne ipſe ad uos? At bic ſunt qui neq; uenire mecum queant: & quos deſerere nefas putem. Tu enim potes & apud tuam mentem ſuauiter babitare: bi uero ut idem poſſint ſat agitur: is eam ne crebro & redeam & nunc tecum: nunc cum ipſis ſum: ac boc neq; ſimul ex ſententia uiuere eſt. Non enim breuis eſt uia: ſed tanta omnino cuius peragendæ negocium ſæpe ſuſcipere non ſit ad optatum ocium peruenīſſe. Hucaccedit infirmitas corporis: qua ego quoq; (ut noſti) non ualeo quod uolo: niſi

omnino desinam quicquam plus uelle q̃ nō ualeo. Profectiones ergo quas quietas & & fœlices habere nequeas: per totam cogitare uitam nō est hominis: de illa una ultima quæ mors uocatur cogitantis: de qua uel sola intelligis uere esse cogitandū. Dedit quidem deus paucis quidusdam: quos gubernatores ecclesiarum esse uoluit: ut & illam non solum expectarent fortiter: sed alacriter etiam desiderarent: & earū obeundarum labores sine ullo angore susciperēt. Sed neq; his qui ad huiusmodi administrationes temporalis honoris amore raptantur: neq; rursum his qui cum sint priuati: negociosam uitam appetunt ob tantū bonum concedi arbitror: ut inter stre pitus inquietosq; conuentus atq; discursus cum morte familiaritatem quam quærimus faciant: deificari enim utrisq; in ocio licebat. Aut si hoc falsū est: ego sum omniū ne dicam stultissim⁹: certe ignauissimus: cui nisi proueniat quædam secura cessatio: sincerum illud bonum gustare atq; amare nō possum. Magna successione a tumultu rerum labentium: mihi crede opus est: ut non duricia: non audacia: non cupiditate inanis gloriæ: non superstitiosa crudelitate fiat in homine nihil timere. Hinc enim fit illud etiam solitum gaudium: nullis omnino lætitijs ulla ex particula conferendū.

Quod si in natura humana talis uita non cadit cui aliquando euenit ista securitas: cur tanto euenit crebrius: quanto quis in mentis penetrabilibus adorat deum: cur in actu etiam humano plærumq; ista tranquillitas manet: si ex illo addito ad agendum quisq; procedat: cur interdum & cū loquimur mortem non formidamus: cum autem non loquimur etiam cupimus? Tibi dico: non enim hoc cuilibet diceretur: tibi inquam dico: cuius itinera in superna bene noui: tu ne cum expertus sæpe sis q̃ dulce uiuat cum amori corporeo animus moritur: negabis tandem totam hominis uitam posse intrepidam fieri: ut rite sapiens nominetur: aut hanc affectionem qua ratio mittit tibi accidisse unquam nisi cum intimis ageris asserere audebis. Quæ cum ita sint: restare unum uides: ut tu quoq; in commune cōsulas quo uiuas simul. Quid enim cum matre agendum sit: quam certe frater uictor non deserit: tu multo melius calles q̃ ego. Alia scribere ne te ab ista cogitatione uerterem nolui.

Beati Augustini ad Nebridium: epistolæ qua petit ut tanto ocio suo indicet quid insensibilis atq; intelligibilis naturæ discernētia p̃fecerit: respondētis. Epla. CXVII.

Mirum admodum est q̃ mihi præter spem euenerit: quod cum requiro quibus epistolis tuis mihi respondendum remanserit: unam tantum inueni: quæ me adhuc debitorem teneret quacunq; petis: ut tanto nostro ocio quantum esse arbitraris tecum aut nobiscum cupis: indicemus: ubi quid insensibilis atq; intelligibilis naturæ discernentia profecerimus. Sed non arbitror occultum tibi esse si falsis opinionibus tanto quisq; inserit: tantomagis in eis familiaritasq; uolutatur. Multo id facilius in rebus ueris animo accidere: ita tamē paulatim non per hominem proficim⁹: Quippe cum plurimum inter puerum & iuuenem distet: nemo a puericia quotidie interrogatus se aliquando iuuenem dicet: Q̃d nolo in eā partem accipias: ut nos in his reb⁹ quasi ad quādam mentis iuuentutem firmioris intelligentiæ robore peruenisse existimes: Pueri enim: sed ut dici assolet forsitā: belli: & non male. Nam plærumq; perturbatos & sensibilium plagarum curis refertos: illa tibi notissima ratiuncula in respiratione leuet mentem atq; intelligentiam oculo⁹: & hoc uulgari aspectu esse meliorem: quod non ita esset: nisi magis essent illa quæ intelligimus q̃ ista quæ cernimus. Cui ratiocinationi utrum nihil ualide inimicū sit: peto mecum consideres. Hæc ego interim recreat⁹ cum deo in auxilium deprecationem & in ipsum & in ea quæ uerissime uera sunt attolli cœpero. Tanta nonnunquā rerum manentium præsumptione compleor: ut mirer interdum illa mihi opus esse ratiocinatione ut hic esse credam: quæ tanto insunt præsentia quanto sibi quisq; sit præsens. Recole tu quoq; nam te fateor huius rei esse diligētiorē: ne quid forte nesciens rescriptis adhuc debebam. Nam mihi conficit fidem tam multorum onerum quæ aliquando numeraueram: tam repentina depositio: quamuis te accepisse litte-

ras meas non dubitem: quorum rescripta non habeo.

¶ Beati Augustini ad Ianuariũ: inquisitionibus eius de quibusdam ecclesiasticis observationibus respondentis: certaq; ratione diffinientis circa singula quid faciendũ sit: Et q̃ generaliter id quod neq; cõtra fidem neq; contra bonos mores iniungitur: indifferenter sit habendum: ac pro eorum inter quos uiuitur: societatem seruandũ.

Epistola. CXVIII.

2. Retrac. 20. Ca. 1.

A Dilectissimo filio Ianuario: Augustinus in domino salutẽm. Ad ea quæ me interrogasti: mallem prius nosse quid interrogatus ipse responderes. Ita enim uel approbando uel emendando responsiones tuas multo breuius possem respondere: & te facillime aut confirmare aut corrigere. Hoc quidem ut dixi mallem. Sed tamen ut nunc responderem: malui longiorem facere sermonem q̃ dilationem. Primo itaq; tenere te uolo quod est huius disputationis caput: dominũ nostrũ Iesum christũ: sicut ipse in euãgelio loquit̃: leni iugo suo nos Matth. 11. subdidisse & sarcinæ leui: Vnde sacramentis numero paucissimis: obseruatione facillimis: significatione præstantissimis: societatem noui populi colligauit: sicuti est baptism⁹ trinitatis noie consecrat⁹: cõmunicatio corporis & sãguinis ipsi⁹: & si qd aliud in scripturis canonicis cõmẽdat̃: exceptis his quæ seruitutẽ ueteris ꝓ cõgruẽtia cordis illoꝝ & ꝓphetici tpis onerabãt: quæ & in qnq; libris Moysi legũt̃ Illa aũt quæ nõ Dis. 12. illa scripta sed tradita custodim⁹: quæ quidem toto terrarum orbe obseruant̃: datur intelligi: uel ab ipsis apostolis: uel plenarijs conciljs: quorũ est in ecclesia saluberrima auctoritas cõmẽdata atq; statuta retineri: sicuti q̃ domini passio: & resurrectio: & ascẽsio in cælũ: & aduentus de cælo spiritussancti: anniuersaria solennitate celebrãtur: Et si quid aliud tale occurrerit quod seruatur ab uniuersis quacunq; se diffundat ec-

B clesia. Alia uero quæ per loca terrarum regionesq; uariantur: sicuti est q̃ alij ieiunant sabbato: Alij uero non: Alij quotidie communicant corpori & sanguini dominico: Alij certis diebꝰ accipiũt: Alibi nullus dies intermittit̃ quo non offeratur: Alibi sabbato tm̃ & dominico: Alibi tm̃ dn̄ico: Et si qd aliud huiusmodi aĩaduerti potest: totum hoc genus rerum liberas habet obseruatiões: Nec disciplina ulla est in his melior graui prudẽtiq; christiano q̃ ut eo modo agat quo agere uiderit ecclesiã ad quãcunq; forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem: neq; contra bonos mores iniungit̃: indifferenter est habendũ: & pro eoꝝ inter quos uiuit̃ societate seruandum est. Credo te aliq̃n ex me audisse: sed tm̃ etiam nũc cõmemoro. Mater mea medio lanum me consecuta: inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem: cœperat perturbari & fluctuare quid ageret: Tunc ego talia non curabam: sed propter ipsam consului de hac re beatissimæ memoriæ uirũ Ambrosiũ: Respondit se nihil docere me posse: nisi qd̃ ipse faceret: quia si melio⁹ nosset id potius obseruaret. Cunq; ego putassem nulla reddita ratione auctoritate sola sua nos uoluisse admonere ne sabbato ieiunaremus: subsecut⁹ est: & ait mihi: Cum romam uenio ieiuno sabbato: cũ hic sum non ieiuno: Sic etiam tu: ad quam forte ecclesiam ueneris ei⁹ morem serua si cuiq̃ nõ uis esse scandalo nec quẽquam tibi. Hoc cum matri renũciassem: libenter amplexa est. Ego uero de hac sentẽtia etiã atq; etiam cogitans: ita semper habui: tanq̃ eã cælesti oraculo susceperim. Sensi em̃ sæpe dolẽs & gemẽs mltas infirmoꝝ perturbatiões fieri: ꝑ quorũdã fratꝝ cõtẽtiosã obstinationẽ & superstitiosã timiditatẽ: q in reb⁹ huius modi quæ neq; scripturæ sãctæ auctoritate: neq; uniuersal' eccl'iæ traditõe: neq; uitæ corrigẽdæ utilitate ad certũ pñt terminũ peruenire: tm̃ qa subest qualiscũq; ratiocinatio cogitãtis: aut qa in sua patria sic ipse cõsueuit: aut qa ibi uidit ubi peregrinationem suã quo remotiorem a suis: eo doctiorem factam putat: tam litigiosas excitant

C quæstiones: ut nisi qd̃ ipsi faciũt nihil rectum existiment. Dixerit aliquis non quotidie accipiendã eucharistiam. Quæsieris quare? Quoniã inquit eligendi sunt dies quibus purius homo continentiusq; uiuit: quo ad tantum sacramentum dign⁹ accedat. Qui enim manducauerit indigne: iudicium sibi manducat & bibit. Alius contra:

Ca. 2. De eccl'iastic' dogmatibus cã. 22.

Ca. 3. De cõse. dis. 2. ca. quotidie 4. senten. dis. 12. ca. vltimo 1. Cor. 11.

Immo inquit: si tanta est plaga peccati atq; impetus morbi ut medicamenta talia differenda sint: auctoritate antistitis debet quisq; ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam: & eadem auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere si eo tempore accipiat quo debet agere pœnitentiam: non ut arbitrio suo cum libet uel auferat se cōmunioni uel reddat. Cæterꝙ si pctā tanta nō sūt ut excōmunicand⁹ qsq; homo iudicet: nō se debet a quotidiana medicina dñici corporis separare. Rectꝰ inter eos fortasse quisquā dirimit litem: qui mouet ut præcipue in christi pace permaDe cōse. dis. 2. ca. quotidie neant. Faciat autem unusquisq; qđ scđm fidem suam pie credit esse faciendū. Neuter enim eorū ex honorat corpus & sanguinem domini: si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neq; enim litigauerūt inter se: aut quisquam Luc. 19 eorum se alteri proposuit: Zacheus & ille Centurio: cum alter eorum gaudēs in doMatth. 8. mum suam susceperit dominum: alter dixit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum: Ambo saluatorem honorificantes diuerso & quasi contrario modo: ambo 2. Retrac. 20 peccatis miseri: ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hāc similitudinem ꝙ in primo populo unicuiq; manna ſm propriam uoluntatem in ore sapiebat: sic in ore cuiusq; christiani sacramentū illud quo subiugat⁹ estimād⁹. Nam & ille honorando non audet quotidie sumere: & ille honorādo non audet ullo die prætermittere. Contemptum solum non uult cibus ille sicut manna fastidium. Inde enim & apostolus indigne dicit acceptum ab eis ꝙ non discernebant a cæteris cibis ueneratiōe sin1. Cor. 11. gulariter debita. Continuo quippe cū dixisset: Iudicium sibi manducat & bibit: addidit ut diceret: Non dijudicans corpus: quod satis toto ipso loco in epistola ad Co Ca. 4. rinthios prima: si diligenter attendatur apparet. Sit aliquis peregrinus in eo forD te loco ubi perseuerantes in obseruatione quadragesimæ: nec quinta sabbati lauant: relaxantq; ieiunium: Non inquit hodie ieiunabo: Quæritur causa: Quia non fit inquit in patria mea: Quid aliud ille nisi consuetudinem suam consuetudini alterius præponere conatur? Non enim mihi de libro dei hæc recitaturus est: aut uniuersæ quacunq; dilatatur ecclesiæ plena uoce certabit: aut ostendet istum contra fidem facere: se autem secundum fidem: moresq; hunc optimos aut illum uiolare: aut se custodire conuincet. Violant sane quietem & pacem suam de superflua quæstione rixādo. Mallem tamen in reb⁹ huiusmodi ut & ille in hui⁹ & hic in illi⁹ patria ab eo qđ cæteri faciūt non abhorreret: Si uero etiam in aliena patria cū peregriE nec ubi maior & frequentior est ppls dei: uidit: uerbi gratia: bis offerre qnta sabbati hebdomadæ ultimæ q̄drageſimæ & mane & ad uesperā: ueniēsq; in patriā suā ubi Ca. 5. fine diei mos est offerri male illiciteq; fieri contendat: quoniā alibi aliter ipse uiderit: puerilis est sensus ille cauend⁹ in nobis tolerand⁹ & corrigend⁹ in nostis. Prima ergo inquisitio tua quā in commonitorio posuisti: ex quo triū istoꝝ genere sit attēde. Quæris em̄ his uerbis qd per quintā feriā ultimæ hebdomadis paschæ fieri debeat: An offerendū sit mane: & rursus post cœnā: ꝓpter illud qđ dictū est: Similiter postq̄ cœnatū est: An ieiunādū: & post cœnā tantūmodo offerendū: An etiā ieiunandū & post oblationē sicut facere solem⁹ cœnādum. Ad hæc itaq; ita respondeo: ut quid horꝝ sit faciendū si diuinæ scripturæ præscribit auctoritas: nō sit dubitādū quin ita facere debeam⁹ ut legim⁹: ut iam non quō faciendū: sed quō sacramentū intelligendū sit disputem⁹. Similiter etiā si qd horū tota die per orbem frequentat ecclesia. Nam hoc quin ita faciendū sit disputare insolentissimæ insaniæ est. Sed neq; hoc neq; illud est in eo qđ tu quæris. Restat igit̄ ut de illo tertio genere sit qđ p loca regiōesq; uariat̄. Faciat ergo quisq; qđ in ea ecclesia in quam uenit inuenerit. Non enim quicquā eorꝝ contra fidē est: aut cōtra mores: si hinc uel inde meliores. His em̄ causis: id est aut ꝓpter fidē: aut ꝓpter mores: uel emēdari oportet qđ ꝑpera fiebat: ul̄ institui qđ nō fiebat. Ipsa qppe mutatio cōsuetudinis etiā quæ adiuuat utilitate: nouitate pturbat. Quapropter quæ utilis nō est pturbatiōe infructuosa cōsequēter noxia ē. Nec ideo putari debet institutū esse multis locis ut illo die post refectionem offerat̄: quia

scriptū est identidem: Et calicem accipiens post cœnam dicens: & cætera. Ipsam eñ potuit appellare cœnam: quia iam corpus acceperāt: ut deinde calicem acciperent. Apostolus nanq; alibi dicit: Conuenientibus ergo uobis in unum: non est dominicam cœnā manducare: hanc ipsam acceptionem eucharistiæ dominicā cœnam uocans. Illud magis mouere potuit homines: utrum iam refecti die illa uel offerrent uel sumerent eucharistiā: quod in euangelio dicitur: Cum autem illi manducarent: accepit Iesus panem & benedixit: cum etiam superius dixisset: Cum sero factum esset: recumbebat cū duodecim: & manducātib⁹ eis dixit: Quoniam unus ex uobis me tradet. Post enim tradidit sacramentum: Et liquido apparet: quando primū acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini: non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ ecclesiæ q̄ a ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto: ut in honorē tanti sacramenti in os christiani prius dominicum corpus intraret q̄ exteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruat'. Neq; enim quia post cibos dedit dominus: propterea prandi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent: aut sicut faciebant quos apostolus arguit & emendat mensis suis ista miscere. Nanq; saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinem: ultimū hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum: a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeret': ut apostolis per quos ecclesias disposituras erat seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset ut post cibos alios semper acciperet': credo q̄ eū morem nemo uariasset. Cum uero ait apostolus de hoc sacramēto loquens: Propter quod fratres cū cōuenitis ad manducandum inuicem expectate. Si quis esurit domi manducet: ut non ad iudicium conueniatis: statim subtexuit: Cætera autem cum uenero ordinabo. Vnde intelligi datur quia multum erat ut in epistola totum illū agendi ordinem insinuaret quē uniuersa per orbem seruat ecclesia: ab ipso ordinatum esse: qd' nulla morū diuersitate uariat'.

G Sed nonnullos probabilis quædam ratio delectauit: ut uno certo die per annum quo ipsam cœnam dominus dedit tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguis domini. Honestius autem arbitror ea hora fieri: ut qui etiam ieiunauerit post refectionem quæ hora nona fit ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominca illa cœna prādere: sed nulli etiam contradicere audemus: hoc tamen non arbitror institutum: nisi quia plures & prope omnes in plærisq; locis eo die cœnare consueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium custodiunt: mane offertur christo propter prandentes: quia ieiunia simul & lauacra tolerare non possunt: ad uesperam uero semper ieiunātes. Si autem quæris: cur etiam lauandi mos ortus sit. Nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit: nisi quia baptiçandorum corpora per obseruationem quadragesimæ sordidata cum offensione sensus ad fontem tractarentur nisi aliqua die lauarentur. Istum autem diem potius ad hoc electum quo cœna dominica anniuersarie celebratur. Et quia concessum est hoc baptismum accepturis: multi cum bis laua re uoluerunt ieiuniumq; relaxare. His ut potui disputatis: moneo ut ea quæ præ/locutus sum serues quantum potes: ut decet ecclesiæ prudentem ac pacificum filiū. Alia quæ interrogasti: si deus uoluerit alio tempore expediam.

1.Cor.11.
Ca.6.
Matth.26.
de conse.dis. 2.liquido
4.senten.dis.8 ca.hic autem
1.Cor.11.
Ca.7.

¶ Sancti Augustini ad Ianuariun: residuis quæstionibus eius respondendo: causam reddentis cur anniuersarius dies celebrandæ dominicæ passionis non ad eundem redeat anni diem: sicut dies qua tradit' nat⁹: Et de ratiōe ac mysterio paschæ: siderū: sabbati: præceptorum decalogi: diei dñici: tridui crucifixi: sepulturæ: resurrectionis: quadragesimæ ieuniorū: numeri quadragenarij ac quinquagenarij: diffuse & subtiliter differentis: Saluberrima quoq; regula iterum diffinientis quid de his quæ uarie per diuersa loca obseruantur sectandum sit: quid etiam resecandū. Epla. CXIX.

Ca.1. LEctis litteris tuis ubi me commonuisti: ut debitum reddere de residuis enodandis quæstionibus: quas iam longe ante quæsieras: gratissimum mihi charissimum desiderium studij tui amplo tolerare non potui. Et quamuis in medijs aceruis occupationum mearū hanc feci præcipuam: ut ad ea quæ me interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo: ne hoc ipsum me impediat: iam tandem redhibere quod debeo. Quæris quæ causa sit: cur āniuersarius dies celebrandæ dominicæ passionis: non ad eundem redeat anni diem: sicut dies qua traditur natus: Et deinde subiūgis: si hoc sit propter sabbatū & lunam: quid sibi uelit in hac re obseruatio sabbati & lunæ? Hic primū oportet: ut noueris diem natalē domini: nō in sacramento celebrari: sed tantum in memoriam reuocari q̄ natus sit: ac per hoc nihil opus erit: nisi reuolutum anni diem quo ipsa res acta est: festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione: cum rei gestæ ita remmemoratio fit: ut aliquid etiam significari intelligatur: quod sancte accipiendum est. Eo itaq; modo agimus pascha: ut non solū in memoriam qđ gestū est reuocemus: id est q̄ mortuus est christus & resurrexit: sed etiam cætera quæ circa ea attestant ad sacramenti significationem non omittamus. Quia enim sicut dicit apostolus: Mortuus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram: Transitus quidem de morte ad uitam in illa passiōe dñi & resurrectione sacratus est. Nam etiā uocabulū ipsum qđ pascha dicit: non græcum: sicut uulgo uideri solet: sed hebræū esse dicunt: qui linguam utrāq; nouerūt. Neq; enim a passione quoniam græce πάθος dicit pati: sed ab eo q̄ transitur ut dixi de morte ad uitam hebræo uerbo res appellata est. In quo eloquio pascha transitus dicit: sicut perhibent qui hoc sciunt. Quod uoluit & ipse dominus tangere cū dicit: Qui credit in me transiet de morte ad uitam. Et maxime idem euangelista hoc exprimere uoluisse intelligitur: cum celebraturo domino pascha cum discipulis suis: ubi cœnam eis mysticam dedit: Cum uidisset inquit Iesus quia uenit eius hora ut transiret de mundo ad patrem. Transitus ergo de hac uita mortali in aliam uitam immortalem: hic est enim de morte ad uitam: in passione & in resurrectone domini commendat. Hic transitus a nobis modo agitur per fidem quæ nobis est in remissionem peccatorum: in spem uitæ æternæ diligentibus deum & pro[illegible]: quia fides per dilectionem operat: & iustus ex fide uiuit. Spes autem quæ uidet non est spes: Quod enim uidet quis quid sperat? Si aūt qđ non uidemus speramus: per patientiam expectamus. Scđm hanc fidem: & spem & dilectionem q̄ cœpimus esse sub gratia: iam cum mortui sumus cum christo: & consepulti illi per baptismū: sicut dicit apostolus: Quia & uetus homo noster simul cōfixus est crucī cū illo: & resurrexerimus cum illo: quia simul nos excitauit: & simul sedere fecit in cælestibus. Vnde est & illa exhortatio: Si autem resurrexistis cum christo quæ sursum sunt quærite: ubi christus est ad dexteram dei sedens: quæ sursum sunt sapite: non quæ super terram. Sed quia sequit & dicit: Mortui enim estis & uita uestra abscondita est cum christo in deo: cum christus apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cum illo in gloria: satis indicat quid uelit intelligi: quia tunc transitus noster de morte ad uitam qui fit per fidem spe pagit futuræ in fine resurrectionis & gloriæ: cū corruptibile hoc: id est caro ista in q̄ gemimus modo: induet incorruptionē: & mortale hoc induet imortalitatē. Nunc em̄ qdem iam habemus primitias spiritus per fidem: sed adhuc in nobisipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus. In hac spe cum sumus: corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus autem uita est propter iusticiam. Sed uide quod sequitur: Si autem spiritus eius inquit qui suscitauit christum a mortuis habitat in uobis: qui suscitauit christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpa uŕa p̄ inhabitantē spm̄ eius in uobis. Hic igit uniuersa ecclesia quæ in peregrinatione mortalitatis inuenta est: expectat in fine sæculi qđ in dñi nostri Iesu christi corpe præmōstratū est: qui est ex mortuis primogenitus: quia & corpus eius cuius caput est ipse: non nisi ecclesia est. Nonnulli enim attendentes uerba quæ assidue dicit apo-

H

k

Ro.4. Hab.5. Abacbuc.2. Ro.8. Ro.6. Col.3. 1.Cor.15. Ro.8. Ca.2. Ca.3. Joh.5. Joh.13.

K stolus: Quia & mortui sumus cum christo & resurreximus cum eo: nec intelligentes Ca.3.
quatenus dicat: arbitrati sunt iam factam esse resurrectionē: nec ullam ulterius in fine
temporꝫ esse sperandam. Exqbus est inquit Hymenæus & Philetꝰ: qui circa ueritatē 2.Timoth.2.
aberrauerūt: dicentes resurrectionem iam factam esse: & fidem quorūdam subuerte/
runt. Idem apostolus eos arguens detestat: qui tamē dicit nos resurrexisse cū christo.
Vnde: nisi quia hoc per fidem & spem & dilectionem factū esse dicit in nobis scdm pri
mitias spūs? Sed quia spes quæ uidet non est spes: & ideo si qd non uidemꝰ speramꝰ: Ro.8.
per patiētiam expectamꝰ. Restat utiqꝫ redemptio corporis nostri quam expectantes
in nobismetipsis ingemiscimꝰ. Vnde est illud: Spe gaudētes: in tribulatione patiētes, Ro.12.
Hæc igit innouatio uitæ nostræ est qdam transitꝰ de morte ad uitam: q primo fit per
fidem: ut in spe gaudeamꝰ: & in tribulatione patientes simꝰ: dum adhuc exterior no/
ster homo corrumpit: sed interior renouat de die in diem propter initiū nouæ uitæ: 2.Cor.4.
propter nouū hominē quem iubemur induere & exuere uetere: Expurgātes uetꝰ fer/ 1.Cor.5.
mentū ut simꝰ noua conspersio: quoniam pascha nostrū immolatꝰ est christus. Propter
hanc ergo uitæ nouitatem: primꝰ mensis in anni mensibꝰ celebrationi huic attributus
est. Nam & ipse dicit mensis nouoꝝ: Quia uero in toto tempe sæculi nūc tertiū tempꝰ
apparuit: ideo resurrectio domini triduana est. Primū enim tempꝰ est ante legem: se/
cundū sub lege: tertiū sub gratia: ubi iam manifestatio est sacramēti priꝰ occulti in pro
phetio ænigmate. Hoc ergo & in lunari numero significat: qa enim septenariꝰ numerꝰ
solet in scripturis ad quādam perfectionem mysticꝰ apparere: tertia hebomada lunæ
L pascha celebrat. id est q dies occurrerit a quartadecima in uicesimamprimam. Est il/ Ca.4.
lic & aliud sacramentum: quod si tibi obscurum fuerit: quia in talibus inquisitioni/
bus minꝰ eruditꝰ es: non contristeris. Nec ideo me putes me meliorem: qa hæc in stu/
diis puerilibus didici. Qui enim gloriatur: in eo glorietur inquit scire & intelligere: Hiere.9.
quoniam ego sum dominꝰ. Nonnulli ergo studiosi taliū reꝝ quæsiuerūt multa de mu/
neris & motibꝰ siderū: Et qui subtiliꝰ ista scrutati sunt: incrementa & decremēta luna/
ria ex conuersione globi eius coniecerūt: non ꝙ aliquid substantiæ uel accedat ei cum
augeat uel decedat cū minuit: qd deliramentū imperiti manichæi opinātes: repleri eā
dixerūt: sicut replet nauis ex fugitiua diei pte: quā commixtā principibꝰ tenebraꝝ &
eoꝝ sordibꝰ inquinatam corde ac ore sacrilego & credere & loqui non dubitant. Hinc
ergo impleri lunam dicūt cū magna pars diei magnis laboribꝰ ab inquinamento pur/
gata de toto mūdo atqꝫ omnibꝰ cloacis fugiēs reddit deo lugenti dū redeat: Repleri
uero per mensem dimidiū: & alio dimidio in solem refundi uelut in aliā nauem: Nec
tamē inter istas anathematiçantes blasphemias aliquid unquam fingere potuerunt:
cur uel incipiens lucere uel desinens corniculato lumine fulgeat: aut cur a dimidio
mense incipiat minui & non ad refundendū plena perueniat. Illi aūt qui hoc certis nu/
meris indagarūt: ita ut & defectus solis & lunæ non solum cur fierent: sed etiam q̄ndo
futuri erat longe ante prædicerent: & eos determinatis interuallis temporū canonica
supputatione præfigerent: litterisqꝫ mandarent: quas modo qui legunt atqꝫ intelligūt
nihilominus eos prædicunt: nec aliter aut alias accidūt q̄ prædicunt. Tales ergo qui/
bus non est ignoscendū: sicut sancta scriptura dicit: quia cum tantum ualerent ut pos/
sent extimare scdm deum dominum eius quem supplici pietate possent: facilius inue/
nerunt ex ipsis cornibus lunæ quæ a sole auersa sunt: siue crescentis: siue decrescentis:
coniecerunt eam uel a sole illustrari: & quantomagis ab eo recederet: tantomagis ab
ea parte quæ terris apparet radios eius excipere: quanto autem ad eum magis post
dimidiū mensem ex alio semicirculo propinq̄ret: tantomagis a superiori parte illustra
ta ab ea parte quam terris auerteret non posse excipere radios: & propterea uideri de
crescere: uel si haberet suū lumē: illud haberet ex una pte in hemispærio: quā partē cū
recedēs a sole paulatim terris ostēderet donec corā ostēderet q̄si augmēta mōstrare
dū nō addat qd deerat: sed pdat qd inerat: ac rursus paulatim abscōdere qd patebat:
& ideo uideri decrescere. Sed qlibet horꝫ sit duoꝝ: illd certū atqꝫ manifestū ē: & cuiꝰ
aduertenti facile cognitu ꝙ luna non augeat ad oculos nostros nisi a sole recedendo:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ca.5. neq; minuat' nisi ad solē ex parte alia propinquādo. Attende nūc qđ in Prouerbijs le/ M
Eccl.27. git': Sapiens sicut sol permanet: stultus aūt sicut luna mutat'. Et quis est sapiens q per/
manet: nisi sol ille iustitiæ: de quo dicitur: Ortus est mihi sol iustitiæ: & quem sibi non
Sap.5. fuisse ortum in die nouissima plangentes impij dicturi sunt: Et iustitiæ lumē non luxit
Matth.5. nobis: & sol non ort⁹ est nobis? Nam istum carnis oculis uisibilem solem oriri facit su/
per bonos & malos de⁹: q etiam pluit super iustos & iniustos. Ducunt' aūt semper ex
reb⁹ uisibilib⁹ inuisibiliū congruæ similitudines. Quis est ergo ille stult⁹ qui tanq̄ luna
mutat': nisi Adam in quo omnes peccauerūt? Anima quippe humana recedens a sole
iustitiæ: ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis ueritatis: omnes uires
suas in terræna conuertit: & eo magis magisq; obscurat' in interiorib⁹ ac superioribus
suis: sed cū redire cœperit ad illam incommutabilem sapientiam: quanto magis ei ap/
2.Cor.4. propinquat affectu pietatis: tanto magis exterior homo corrumpit': sed interior reno/
uat' de die in diem: omnisq; lux illa ingenij quæ ad inferiora uergebat: ad supiora con
uertit' & a terrænis quodammodo auferet': ut magis magisq; huic sæculo moriat': & ui/
Col.3. ta ei⁹ abscondat' cū christo in deo. Mutat' ergo in deteri⁹ ad exteriora progrediēs: &
in uita sua proijciens intima sua: & hoc terræ: id est eis q terræna sapiūt meli⁹ uidet': cū
Ps.9. laudat' peccator in desiderijs animæ suæ: & qui inique gerit benedicit'. Mutat' aūt in
meli⁹ cū intentionem suam & gloriā a terrænis quæ in hoc sæculo apparent paulatim
auertit: & ad superiora interiora cōuertit: & hoc terræ: id est eis q terræna sapiūt dete/
rius uidet'. Vnde illi impij postremam infructuosam agentes pœnitentiam: etiam hoc
Sap.5. inter mlta dicturi sunt: Hi sunt quos aliq̄ndo habuim⁹ in derisum & in similitudinē im
properij: Nos insensati uitā illoq; estimabam⁹ insaniam: Ac per hoc spūssanct⁹ de uisi/
bilib⁹ ad inuisibilia: & de corporalib⁹ in spiritalia sacramēta similitudinē ducens: transi/
tū illū de alia uita in aliam uitam qđ pascha nominat': a quartadecima luna uoluit obser
uari: ut nō solū ꝓpter temp⁹ tertiū qđ supra cōmemorauī: qa inde incipit hebdomada
tertia: sed etiam propter ipsam tertiam conuersionē ab exteriorib⁹ ad interiora de lu/
na similitudo assumeret': usq; ad uicesimam uero & primā: propter ipsum numeꝝ se/
ptenariū quo uniuersitatis signatio sæpe figurat': q etiam ipsi ecclesiæ tribuit' propter
Ca.6. instar uniuersitatis. Ideo Iohānes apostolus in Apocalypsi: ad septem scribit ecclesias. N
Ecclesia uero adhuc in ista mortalitate carnis constituta: propter ipsam mutabilitatem
Ps.10 lunæ nomine in scripturis signatur. Vnde est illud: Parauerūt sagittas suas in pharetra:
Col.3. ut sagittent in obscura luna rectos corde. Prius enim q̄ fiat illud qđ dicit apostol⁹: Cum
christus apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cū ipso in gloria: obscura uide/
tur ecclesia in tempore peregrinationis suæ: inter multas iniquitates gemēs: & tūc sūt
timēdæ insidiæ fallaciū seductoꝝ: q̄s nomine sagittarū intelligi uoluit. Vnde alio loco
Ps.88. ꝓpter nuncios fidelissimos ueritatis quos ubiq; parit ecclesia dicitur: Luna testis in cæ
Ps.71. lo fidelis. Et cum de regno domini psalmus cantaret: Orietur inquit in diebus eius iu/
stitia & abundantia pacis: donec interficiatur luna: id est abundantia pacis intantum
1.Cor.15. crescet: donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Tunc nouissima inimica
destruetur mors: & quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis: Vnde nobis perfecta
Vbi s pax nondum est: consumetur omnino: cum corruptibile hoc induerit incorruptionē:
& mortale hoc induerit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri quæ hiericho ap
pellatur: quod in hebræo eloquio: luna interpretari dicitur: septimo circuitu testamē/
ti arcæ corruerūt. Quid em̄ nunc aliud agit annūciatio regni cæloꝝ: quā circuitio arcæ
significauit: nisi ut omnia munimēta mortalis uitæ: id est omnis spes huius sæculi quæ
resistit spei futuri sæculi in dono septenario spiritussancti per liberum arbitrium destru
atur? Ob hoc enim circūeunte arca non impulsu uiolento illi muri ceciderūt: sed spō/
te. Sunt & alia testimonia scripturarum: quæ nobis ingerūt per cōmemorationē lunæ
ecclesiæ significationem: quæ in ista mortalitate ab illa hierusalē cuius ciues angeli sūt:
in erumnis & laboribus peregrinatur. Non ideo tamen putare debent stulti: qui no/
lunt in melius cōmutari adoranda esse illa luminaria: quia ducitur ex eis aliquādo simili
tudo ad diuina mysteria figuranda: Ex omni enim creatura ducitur. Nec ideo debem⁹

in sentētiam damnationis irruere: quæ ore apostolico de quibusdam profertur: qui co Ro.1.
luerunt & seruierunt creaturæ potius q̄ creatori: qui est benedictus in sæcula. Sicut em̄
nō adoram⁹ pecora: quāuis dict⁹ sit christus & agnus & uitulus: nec feram: quia dict⁹
est leo de tribu iuda: nec lapidē: quia petra erat christus: nec montē sion: quia in ipso fi-
guratur ecclesia: Sic nec solem: nec lunā: quāuis ex ea cælesti creatura sicut ex multis
O terrestribus sacramentorum figuræ ad informationes mysticas assumantur. Quapro Ca.7.
pter manichæorū uel mathematicorum delyramēta cum detestatione irridenda sūt:
Quib⁹ cum obiecerim⁹ uana cōmenta: unde homines in errorē præcipitant: quo pri-
us precipitati sunt: garruli sibi uidentur: cum dicunt nobis: Cur & uos ad solis & lunæ
computationem pascha celebratis: quasi nos ordines sider⁹ ac uicissitudines tempor⁹
a sūmo atq; optimo deo conditas arguamus: & non eorum peruersitatem quæ rebus
sapientissime conditis ad stultissimas opiniōes abutūt. Nam & si mathematic⁹ nobis
cōtradictur⁹ ē de sideri⁹ & luminari⁹ cæli ad sacramēta mystice figurāda similitudines
ducere: cōtradicāt & augures: ne dicat nobis: Estote simplices ut colūbæ: Cōtradicāt Matth.10
& marsi: ne dicat nobis: Astuti sicut serpētes: Contradicāt histriones: ne in psalmis ci-
tharam nominemus. At quid ex his reb⁹ ad mysteria uerbor⁹ dei similitudinū signa su
mūtur? Dicā si placet: uel auspicia uos captare: uel uenena cōficere: uel theatricas affe-
ctare luxurias: quod dementissimum est dicere. Non igitur nos de sole & luna annuis
menstruisue temporibus actionum nostrarum euenta conijcimus: ne in uitæ humanæ
periculosissimis tēpestatib⁹ tanquā in scopulos miseræ seruitutis illisi a libero arbitrio
naufragem⁹: sed ad rem sacratæ significandā similitudines aptas: religiosissima deuo-
tione suscipimus: sicut de cætera creatura: de uentis: de mari: de terra: de uolatilib⁹: de
piscibus: de pecoribus: de arboribus: de hominibus. Ad sermonē qdem multipliciter:
ad celebrationē uero sacramentorū iam christiana libertate parcissime: sicut de aqua:
de frumento: de uino: de oleo. In seruitute autem ueteris populi etiam multa celebra-
ri imperata sunt: quæ nobis tantūmodo intelligenda tradunt. Nō itaq; dies obserue
mus & annos & menses & tempora: ne audiam⁹ ab apostolo: Timeo ne forte sine cau Gal.4.
sa laborauerim in uobis. Eos enim inculpat qui dicūt: non proficiscar quia poster⁹ dies
est: aut quia luna sic fertur: uel proficiscar ut prospera cedant: quia ita se habet positio
siderū. Non agam hoc mense commerciū: quia illa stella mihi agit mensem: uel agam
quia suscepit mensem: Non plantem hoc anno uineam: quia bisextus est. Non autem
quisquā sapiens arbitret obseruatores temporū reprehendēdos: qui dicūt: non profi-
ciscar hodie: qa tempestas exorta est: aut non nauigē: qa adhuc sūt hibernæ reliquiæ:
aut tempus seminandi est qa imbribus autumnalibus terra satiata est: uel si q forte alij
naturales effect⁹ circa motum aeris & humoris ad uariandas temporum qualitates in
siderum ordinatissima conuersione notati sunt: de quibus dictum est cum conderent:
Et sint in signis: & temporibus: & dieb⁹: & in annis. Si quæ autem figuræ similitudinū Gen.1.
non tantum de cælo & de sideri⁹: sed etiam de inferiori creatura ducūt ad dispensa-
tionē sacramentorū: eloquētia quædam est doctrinæ salutaris mouendi affectui discē-
tium accommodata a uisibilibus ad inuisibilia: a corporalibus ad spiritalia: a tempora-
P libus ad æterna. Nec quisquā nostrū attendat q̄ eo tempore: quo pascha celebramus: Ca.8.
sol in ariete est: sicut illi appellant quendam siderum locum: ubi reuera mense nouo
sol inuenitur: sed siue illi arietem: siue aliquid aliud eandem partem cæli uocare uolue-
rint: nos de scripturis sanctis hoc didicim⁹: q̄ omnia sidera deus condidit: & locis cæ-
lestibus quibus uoluit: ordinauit: quæ stellis distincta & ordinata in quaslibet partes di
uidant: quibuslibet uocabulis uocēt: ubicūq; sol esset mense nouorū: illic eū reperiret
hæc celebratio: ppter similitudinē sacri renouādæ uitæ: de q̄ satis supra disseruim⁹. Q̄ si
etiā loc⁹ ille sider⁹ aries uocari posset ppt aliquā figuræ cōgruentiā: neq; hmōi time-
ret sermo diuin⁹ aliquā sacri similitudinē ducere: sicut de alijs non solū cælestib⁹: sed etiā
terrestrib⁹ creaturis: sicut de orione uel pliadib⁹: sicut de mōte syna: & de mōte sion:
sicut de fluminib⁹ quæ uocantur geon: physon: tigris: eufrates: sicut de ipso totiens in
sanctis mysterijs nobilitato fluuio iordane rerū figurate insinuādar⁹ mysticas similitu-

D

dines adduxit. Sed quãtũ interſit inter ſideꝝ obſeruatiões ad aereas q̃litates accõmodatas ſicut agricolæ uel nautæ obſeruãt: aut ad notãdas partes mũdi curſũq; aliquo & aliũde dirigendũ: qđ gubernatores nauiũ faciũt: & hi q̃ p ſolitudines arenoſas in interiora auſtri nulla ſemita certa uel recta gradiunt: aut cum ad aliquid in doctrina utili figura ſignificãdum fit nõnulloꝝ ideꝝ aliq̃ cõmemoratio. Quantũ ergo interſit inter has utilitates & uanitates boim ob hoc obſeruantiũ ſidera: ut nec aeris qualitates: nec regionũ uias: nec ſolis temporꝝ numeros: nec ſpiritaliũ ſimilitudines: ſed q̃ſi fataliũ re-
Ca.9. rum euẽta perquirãt: quis nõ intelligat? Sed iam deinceps uideam⁹: cur etiã id obſer- Q
uet cũ paſcha celebrat ut ſabbatũ occurrat: Hoc em̃ propriũ chriſtianæ religionis eſt. Nam iudæi menſem nouoꝝ tm̃modo & lunã obſeruãt a quartadecima uſq; ad uiceſimã primã. Et quia illud eoꝝ paſcha quo paſſus eſt dñs ita occurrit: ut inter mortẽ eius & reſurrectionẽ medi⁹ eſſet ſabbati dies: addendum patres nr̃i cenſuerũt: ut & nr̃a feſtiuitas a iudæoꝝ feſtiuitate diſtingueret: Et qđ non fruſtra factũ eſſe credendum eſt ab illo qui eſt ante tempora: & per quẽ facta ſunt tempa: & q uenit in plenitudine temporꝝ: & qui poteſtatẽ habebat ponẽdi aiam ſuã: & iteꝝ recipiendi eã: & ideo nõ fatalẽ
Ioh.2. ſed oportunã ſacramẽto: qđ cõmendare inſtituerat: horã expectabat cũ diceret: Nõdũ uenit hora mea. Vtigit anniuerſaria paſſionis ei⁹ celebratiõe a poſteris ſeruaret: qđ em̃ nunc ut ſuperi⁹ dixi fide ac ſpe gerim⁹: atq; ut ad id perueniam⁹ dilectione ſatagim⁹: reqes eſt quædã ab oñi labore omniũ moleſtiarum ſancta atq; ppetua: in eadem nobis ex hac uita fit tranſitus quẽ dñs noſter Ieſus chriſtus ſua paſſione demonſtrare ac conſecrare dignatus eſt. Ineſt autẽ in illa requie nõ deſidioſa ſegnicia: ſed quædã ineffabilis tranquillitas actionis ocioſe. Sic em̃ ab hui⁹ uitæ operib⁹ in fine requieſcit: ut in alteri⁹ uitæ actione gaudeat. Sed quia talis actio in dei laude agit: ſine labore membroꝝ: ſine angore curaꝝ non ad eã ſic trãſitur per quietẽ ut ipſe labor ſuccedat: id eſt nõ ſic eſſe incipiat actio ut eẽ deſinat quies. Neq; em̃ redit ad labores & curas: ſed pmanet in actione qđ ad quietem pertinet: neq; em̃ in ope laborare: neq; in cogitatiõe fluctuare. Quia ergo per requiẽ ad primã uitam redit: unde aia lapſa eſt in peccatũ: propterea ſabbato requies ſignificat. Illa aũt uita prima quæ de peregrinatiõe redeuntib⁹ & primã ſtolam accipiẽtib⁹ redditur: per unã ſabbati: quẽ diem dñicum dicim⁹: figurat. Quære ſeptẽ dies geneſim legẽs: inuenies ſeptimũ ſine ueſpera: quia requiẽ ſine fine ſignificat. Prima ergo uita nõ fuit ſempiterna reqes peccãti: requies aũt ultima ſempiterna eſt: ac p hoc & octau⁹ ſempiternã btitudinẽ habebit: qa requies illa quæ ſempiterna ẽ excipit: ab octaua nõ extinguit: Neq; em̃ aliter ſẽpiterna eſſet. Ita ergo erit
Ca.10. octauus qui prim⁹: ut prima uita nõ tollat: ſed reddat æterna. Sabbatum tm̃ cõmen- R
datũ eſt priori populo in ocio corporali temporaliter: & ut figura eſſet ſanctificationis in requiẽ ſpũſſancti. Nuſquã enim legim⁹ in geneſi ſanctificationẽ p oñes priores di-
Geñ.2. es: ſed de ſolo ſabbato dictũ eſt: Et ſanctificauit de⁹ diẽ ſeptimum. Amãt enim requiẽ ſiue pꝛæ animæ: ſiue iniquæ: ſed an perueniãt ad illud quod plurimũ amant neſciunt: nec appetũt etiã ipſa corpora põderib⁹ ſuis niſi qeſcere a motib⁹ ſuis. Nam ſicut corpus tamdiu nitit pondere: ſiue deorſum uerſus: ſiue ſurſum uerſus: donec ad locũ quo nitit ueniẽs cõquieſcat. Põdus qppe olei ſi dimittat in aere: deorſum: ſi aũt ſub aquis: ſurſum nitit: Sic animæ ad ea quæ amãt: propterea nituntur ut perueniẽdo requieſcãt: Et multa quidẽ per corpus delectant: ſed non eſt in eis æterna requies: nec ſaltem diuturna: & propterea magis ſordidãt animã & aggrauãt poti⁹ ut ſinceꝝ eius pondus quo in ſupna ferẽ impediãt. Cũ ergo aia in ſeipſa delectat: nõdũ re incõmutabili delectat: & ideo adhuc ſuperba eſt: quia ſe pro ſũmo habet: cũ ſupior ſit deus. Nec in tali pctõ
Jacobi.4. impunita relinquit: quia deus ſuperbis reſiſtit: humilib⁹ aũt dat gratiam. Cum aũt deo delectat: ibi uerã: certã: æternã inuenit requiẽ: quã in alijs quærebat nec inueniebat.
Pſ.36. Proinde admonet in pſalmo: Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui.
Ro.5. Quia ergo charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris per ſpiritũſanctum qui datus eſt nobis: ideo ſanctificatio in ſeptimo die cõmemorata eſt: ubi requies cõmendat. Quia
Phil.2. uero nec bene operari poſſum⁹ niſi dono eius adiuti: ſicut dicit apoſtolus: Deus enim

est q opaē in nobis & uelle & opari pro bona uolūtate. Nec agere nec requiescere po/
terim⁹ post omnia bona opera nostra quæ in hac uita gerim⁹: nisi eius dono ad æterni
tatē sanctificati atq; pfecti. Propterea de ipso deo dicit̄: Cum feciſſet omnia opera ual/ Gen.1.et.2.
de bona: septimo die requieuit a opib⁹ oīb⁹ suis quæ fecit: Futurā enim requiē signi/
ficabat quā post bona opa datur⁹ erat nobis hominib⁹. Sicut enim cū bene opamur:
S ipse dicit̄ opari in nobis cui⁹ munere operamur: ita cū requiescim⁹ ipse requiescere di/ Ca.11.
citur quo donāte requiescim⁹. Hinc est q; etiā in trib⁹ primis præceptis decalogi quæ
ad deum pertinent: Cætera enim septē ad proximū pertinēt: id est ad hominē: qa in
duob⁹ præceptis tota lex pēdet: tertiū ibi de obseruatione sabbati positū est: Vt in pri Matth.22.
mo præcepto patrē intelligam⁹: ubi prohibet̄ coli aliq̄ in figmētis boim dei silitudo:
non quia non habet imaginē de⁹: sed quia nulla imago eius coli debet nisi illa quæ hoc
est qd̄ ipse: nec ipsa pro illo sed cū illo. Et quia creatura mutabilis est: ac propterea di/
cit̄: Omnis creatura uanitati subiecta est: qm̄ natura etiā uniuersa in parte demonstra Ro.8.
tur: ne quisquā filiū dei uerbum p quod facta sunt omnia putaret esse creaturā: sequit̄
aliud præceptū: Non accipies inuanū nomē dei tui. Spūs aūt sanctus in quo nobis illa Exo.20
requies tribuit̄ quam ubiq; amam⁹: sed nisi deum amādo non inuenim⁹: cum charitas Deut.5. Ro.5.
ei⁹ diffundit̄ in cordib⁹ nostris p spiritūsanctū qui datus est nobis. Quia ergo sanctifi/
cauit deus diē septimū in quo requieuit: tertio præcepto legis insinuat̄ quod scriptū
est de obseruatione sabbati: non ut iā in ista uita nos qescere existimem⁹: sed ut omnia
quæ bene operamur: non habeant intentionem: nisi in futuram requiem sempiternā.
Memento enim maxime qd̄ tam supra cōmemorauī: qua spe salui facti sum⁹: spes em̄ Ro.8.
que uidetur: non est spes: ad ipsum autem ignem amoris nutriendum & flamandum
quodamodo: quo tanquā pondere sursum uel introrsum referamur: ad requiem hæc
omnia pertinent: quæ insinuant̄ nobis figurate. Plus enim mouent & accēdunt amo/
rem: q̄ si nuda & sine ullis sacramentoꝝ similitudinib⁹ ponerent̄. Cuius rei causam dif/
ficile est dicere: Sed tamen ita se habet: ut aliquid per allegoricā significationē intima
tum plus moueat: plus delectet: plus honoretur: q̄ si uerbis proprijs diceretur apertis/
sime: Credo q; ipse animi motus q̄diu rebus adhuc terrenis implicat⁹ pigrius inflāma/
tur: si uero ferat̄ ad similitudines corpales: & inde feratur ad spiritalia: quæ illis similitu
dinibus figurantur: ipso quasi transitu uegetatur: & tanq̄ in facula ignis agitatus accen
T ditur: & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Ideoq; inter omnia il/ Ca.12.
la decem præcepta solum ibi quod de sabbato positum est: figurate obseruandū præ/
cipit̄: quā figurā nos intelligendā: non etiam per ociū corporale celebrandum sūscepi
mus. Cū em̄ sabbato significet̄ spiritalis requies: de q̄ dictū est in psalmo: Vacate & ui/ Ps.45.
dete qm̄ ego sum de⁹: & qua uocant̄ boies ab ipso dño dicēte: Venite ad me oēs qui Matth.11.
laboratis & onerati estis: & ego uos reficiā. Tollite iugū meū super uos: & discite a me
qa mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiē animab⁹ uestris: Cætera tñ ibi præ/
cepta proprie sicut præcepta sunt sine ūlla figurata significatione obseruam⁹. Nam & Exo.20
idola non colere manifeste didicim⁹: & non accipe inuanū nomen domini dei nostri: Deut.5.
& honorare patrē & matrē: & non mœchari: non occidere: non furari: non falsū testi/
moniū dicere: nō concupiscere ullam rē proximi: nō figurate aliud prætēdūt: & my/
stice aliud significāt: sed sic obseruant̄ ut sonāt. Obseruare tñ diē sabbati non ad litte/
rā iubemur p̄m ociū ab ope corporali sicut obseruant iudæi: Et ipsa eoꝝ obseruatio qa
ita præcepta est: nisi aliā quandā spiritalē requiē significet: ridenda iudicat̄. Vnde non
inconuenienter intelligimus ad amorē excitandum: quo ad requiē tendim⁹ ualere om
nia quæ figurate in scripturis dicūt̄: quandoquidē non solū in decalogo figurate præ/
cipit̄: ubi requies commēdat̄: quæ ubiq; amat̄: sed in solo deo certa & sancta inuenit̄.
V Dies tamē dominicus non iudæis sed christianis resurrectione domini declarat⁹ est: Ca.13.
& ex illo habere cœpit festiuitatē suam. Animæ quippe omniū sanctoꝝ ante resurre/
ctionē corporis sunt quidē in requie: sed in ea non sūt actione qua corpora recepta ue/
getant̄. Talem quippe actionē significat dies octauus: qui & prim⁹: quia non aufert il/
lam requiē: sed glorificat. Non enim redit cū corpore difficultas ex corpore: quia nec

1.Cor.15. corruptio. Oportet em̃ corruptibile hoc indui incorruptionē: & mortale hoc indui im
mortalitatē. Qua ꝓpter ante resurrectionē dñi: q̃uis sanctos patres plenos spū ꝓphe
tico octaui sacrm nequaq̃ lateret: quo significaꝛ resurrectio. Nam & pro octaua psalmꝰ
inscribitur: & octauo die circumcidebanꝛ infantes: Et in ecclesia ste: ad duorum testa/
Eccē.11. mentorum significationem dicīꝛ: Illis septem & illis octo reseruatum est: tn̄ illis est oc
cultatum: & solum celebrandum sabbatum traditum est: quia erat antea requies mor
Ro.6. tuorum: resurrectio autem nullius erat donec ueniret christus: qui resurgens ex mor/
tuis iam non morereꝛ: & mors illi ultra nō dominareꝛ. Sed postq̃ facta est talis resurre
ctio in corpe dñico: ut præiret in capite eccl'iæ qd' corpꝰ eccl'iæ sperare in fine: lā etiā
dies dominicus: id est octauus qui & primus inciperet celebrari. Ipsa etiam causa intel
ligitur cur obseruandum pascha ubi agnum occidere & comedere iubenꝛ: quod ma/
nifestissime passionem domini præfigurat: non eis ita præceptum est ut attenderent
occurrere sabbatum: & cum mense nouorum & tertiam lunæ hebdomadam concur/
rere: ut eundem quoq; diem dominus potius sua passione signaret: qui etiam domi/
Ca.14. nicum: id est octauum qui & primus est declaraturus aduenerat. Attende igiꝛ sacra/ X
tissimum triduum crucifixi: sepulti: suscitati. Horū trium quod significat crux: in præ/
senti agimus uita: quod aūt significat sepultura & resurrecto fide ac spe gerimus. Nunc
enim dicīꝛ homini: Tolle crucem tuam & sequere me. Cruciaꝛ autem caro: cū mortifi
Col.3. cantur membra nostra quæ sunt super terram: fornicatio: immundicia: luxuria: auari/
Ro.8. cia: & cætera huiusmodi: de quibus idem dicit: Si scd'm carnem uixeritis moriemini: si
Eph.6. autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Hinc etiam de seipso dicit: Mundus
Ro.6. mihi crucifixus est & ego mundo. Et in alio loco: Scientes inquit quia uetus homo no
ster simul confixus est cruci cum illo: ut euacuetur corpus peccati: ut ultra non seruiꝛ
amus peccato. Quamdiu ergo id agunt opera nostra ut euacueꝛ corpus peccati: quā
diu exterior homo corrumpīꝛ: ut interior renoueꝛ: ut de die in diem tempus est cru/
cis. Hæc sunt etiam bona opera quidem: tamē adhuc laboriosa: quorum merces est re
quies. Sed ideo dicīꝛ: Spe gaudentes: ut cogitantes requiem futuram cum hilaritate
in laboribꝰ operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno
ubi figunꝛ manus. Per manus enim opera intelligimus: Per latitudinem hilaritatē ope
rantis: quia tristicia facit angustias: Per altitudinem uero cui caput adiungīꝛ: expecta/
tionem retributionis de sublimi iusticia dei: qui reddet unicuiq; scd'm opera sua: In his
quidem qui scd'm tolerātiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionē quæ/
rentibus uitam æternam. Itaq; etiam longitudo qua totum corpus extendīꝛ: ipsam to
lerantiam significat: unde longanimes dicunꝛ qui tolerant. Profundum autem quod
terræ infixum est: secretum sacramenti præfigurat. Recordaris enim nisi fallor quæ
Eph.3. uerba apostolica in ista designatione crucis expediam: ubi ait: In charitate radicati atq;
fundati: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo: latitudo:
sublimitas & profundū. Ea uero quæ nondū uidemꝰ & nondū tenemꝰ: sed fide & spe
gerimus: in alio biduo figurata sunt. Hæc enim quæ nunc agimꝰ: tanquam clauis præ/
Ps̄.118 ceptorum in dei timore confixi: sicut scriptum est: Confige clauis a timore tuo carnes
meas: in necessariis deputanꝛ: non in eis quæ per seipsa appetenda & concupiscenda
Phil.1. sūt. Vnde illud qd' est optimū se dicit cōcupiscere: Dissolui & esse cū christo. Manere
aūt in carne: necessariū inqt ꝓpter uos. Qd' ergo inqt: Dissolui & eē cū xp̄o: Inde inci/
pit requies quæ non interrumpīꝛ resurrectione sed clarificaꝛ: quæ tamen nūc fide reti
Abacbuc.2. netur: Quia iustus ex fide uiuit. An ignoratis inquit: quoniam quicūq; baptiz̄ati sumꝰ
Ro.6. in christo Iesu: in morte ipsius baptiz̄ati sumus? Consepulti ergo illi sumus per baptis/
mū in mortem. Vnde nisi fideꝫ Neq; enim iā in nobis perfectū est: adhuc in nobismet/
Ro.8. ipsis ingemiscentibꝰ & adoptionem expectantibus redemptionem corporis nostri:
Spe enim salui facti sumꝰ: Spes autem quæ uideꝛ non est spes. Quod enim uidet quis
quid sperat? Si autem quod non uidemus speramꝰ: per patientiam expectamꝰ: Quod
memento q̃ sæpe cōmemorem: nec iam nunc in ista uita nos beatos fieri debere arbi
tremur: & ab omnibus difficultatibus liberos: ac sic in angustijs rerum temporalium

aduersus deum ore sacrilego murmuremus: quasi non exhibeat quod promisit. Promisit quidem etiam huic uitæ necessaria: Sed alia sūt solatia miserorū: alia gaudia beatorum. Domine inquit scd'm multitudinem dolorum meorū in corde meo: exhortationes tuæ iocundauerunt animam meam. Non ergo murmurem⁹ in difficultatib⁹: ne perdam⁹ latitudinē hilaritatis: de q̄ dicit': Spe gaudentes: qa seq't': In tribulatione patiētes. Noua ergo uita in fide nunc inchoatur & spe geritur: Nam tunc perfecta erit: cū absorbebit' mortale a uita: cum absorbebitur in uictoriam: cum illa nouissima inimica destruet' mors: cū imutati fuerim⁹ & æquales angelis facti. Omnes em̄ inquit resurgemus: sed non omnes immutabimur: Et domin⁹: Erunt inquit æquales angelis dei. Apprehensi enim sumus modo in timore per fidem: tunc autem apprehendemus in charitate per spem. Quādiu enim sum⁹ in corpore peregrinamur a dño: p fidē enim ambulam⁹ non per speciē. Ipse itaq; apostolus qui dicit: Tūc apprehendam sicut apprehensus sū: aperte se non apprehendisse confiteť. Fratres inqt: ego me non arbitror apprehendisse. Sed tamē qa ipsa spes ex promissiōe ueritatis certa nobis est cū diceret: Consepulti igitur sumus illi per baptismum in mortem: subiūxit & ait: Vt quemadmodum surrexit christ⁹ ex mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ambulam⁹ ergo in re laboris. sed in spe quietis: in carne uetustatis: sed in fide nouitatis. Dicit enim: Corp⁹ quidem mortuum est propter peccatum: spiritus autem uiuit propter iusticiam. Si autem spirit⁹ eius qui suscitauit Iesum christum a mortuis habitat in uobis: qui suscitauit christū a mortuis: uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Hoc ex auctoritate diuinarum scripturarū in uniuersæ ecclesiæ quæ toto orbe diffunditur consensione: per āniuersarium pascha y celebratur. In magno utiq; sicut iam intelligis sacramento: & in scripturis quidem ueteribus ad agendum pascha non est præceptum tempus: nisi ex mēse nouorum: a luna quartadecima usq; ad uicesimamprimam: Ex euangelio tamen quia iam manifestū est: quo etiam die dominus crucifixus sit: & in sepultura fuerit & resurrexit: Adiūcta est etiam ipsoꝝ dierū obseruatio per patrū concilia: & orbi uniuerso christiano persuasum est: eo modo pascha celebrari oportere. Quadragesima sane ieiuniorū babet auctoritatem: & in ueterib⁹ libris ex ieiunio Moysi & Heliæ & ex euāgelio: qa totidem diebus dominus ieiunauit: demonstrās euangeliū non dissentire a lege & propbetis. In persona quippe Moysi lex: in persona Heliæ propbetæ accipiunt': Inter quos & in monte gloriosus apparuit: ut euidentius emineret quod de illo dicit apostolus: testimoniū babens a lege & a propbetis. In qua ergo parte anni congruenti⁹ obseruatio q̄dragesimæ constitueret': nisi confinis atq; contigua dominicæ passioni? Quia in ea significatur bæc uita laboriosa cui opus est continentia: ut ab ipsius mūdi amicitia iciunetur: quæ utiq; fallaciter blandiri: & illecebrarum fucos circumspergere atq; iactare nō cessat. Numero aūt q̄dragenario uitā istā propterea figurari arbitror: qa denari⁹ in quo ē pfectio beatitudinis nostræ: sicut in octonario qa redit ad primū: Ita in boc mibi uideť exprimi: qa creatura quæ septenario figurať adbæret creatori: in quo declarať unitas trinitatis p uniuersū mūdū tpaliter annūciāda: qa mūdus & a q̄ttuor uentis delimať: & q̄ttuor elemētis erigit': & quattuor anni temporꝝ uicib⁹ uariať. Decē aūt quater in quadraginta consumunt': quadragenari⁹ autem partib⁹ suis computat⁹: addit ipsum denariū: & fiunt qnquaginta tanquam merces laboris & continentiæ. Neq; enim frustra ipse domin⁹ & quadraginta dies post resurrectionem in hac uita & terra cum discipulis conuersat⁹ est: & posteaq̄ ascendit in cælum: decem dieb⁹ interpositis misit spiritūsanctū. Completo die pentecostes: qui dies quinquagenarius babet alterum sacramentū: q̄ septies septem quadragintanouem fiūt: & cum reddit' ad initiū quod est octau⁹ qui & prim⁹ dies: quinquaginta complent': qui celebrāť post domini resurrectionem: iam in figura non laboris: sed quietis & læticiæ: propter boc & ieiunia relaxant': & stantes oramus: quod est signū resurrectionis. Vnde etiam omnib⁹ diebus dominicis id ad altare obseruať: & alleluia canit': quod significat actionē nostram futuram non esse nisi laudare deū: sicut scriptū est: Beati q̄ babitant in domo tua domi

Ca.15.

Pō.93.

Ro.12.

1.Cor.15.

Luc.20

2.Cor.5.

Phil.3.

Ro.6.

Ro.8.

Pō.83.

ne in sæcula sæculoꝝ laudabũt te. Sed dies q̃nquagesimꝰ & in scripturis cõmendat: non tantum in euangelio: quia tunc spiritussanctus aduenit: sed etiã in ueteribꝰ libris. Nam & ibi postea q̃ pascha occiso agno celebrauerunt: dies quinquaginta numerãtur usq; ad diẽ quo lex data est in monte syna famulo dei Moysi digito dei scripta: In libris aũt euangelij apertissime declarat digitũ dei significare spiritum sanctum. Cum enim
Luc.11. unus euangelista dixisset: In digito dei eijcio dæmonia: alius hoc idẽ ita dixit: In spiritu
Matth.12. dei eijcio dæmonia. Quis banc lætitiam diuinoꝝ sacramentorum cũ sanæ doctrinæ
Ca.16. luce clarescunt: non præferat uniuersi mundi huius imperijs etiam inusitata fœlicitate placatis? Nonne tanquam duo seraphin clamant adinuicem concinentiam laudis al-
Esa.6. tissimo: Sanctus: sanctus: sanctus: dominus deus sabaoth: Ita duo testamenta fideli, Z ter concordantia sacratam concinunt ueritatem deo? Occiditur ouis: celebratur pa-
Esa.53. scha: & interpositis quinquaginta diebus datur lex ad timorem scripta digito dei. Occiditur christus q tanquã ouis ad immolandum ductus est: sicut Esaias testat: celebrat uerum pascha: & interpositis quinq̃ginta diebꝰ datur ad charitatem spũssanctus q est digitus dei: contrarius hominibꝰ sua quærentibꝰ: & ideo iugũ asperũ & sarcinam gra-
1.Cor.13. uem portãtibus: nec inuenientibꝰ requiem animabꝰ suis: quia charitas nõ quærit quæ sua sunt. Ideo animositas hæreticorum semper inquieta est: quos magorum Pharao-
2.Timoth.3. nis habere conatũ: declarat apostolus dicẽs: Sicut eñ lamnes & mambres restiterũt Moysi: sic & isti resistunt ueritati: homines mente corrupti: reprobi circa fidem: sed ul tra non proficient. Dementia uero eorum erit manifesta omnibꝰ sicut & illorum fuit. Quia eñ per ipsam corruptionẽ mentis inquietissimi fuerũt: in signo tertio defecerũt: fatentes sibi aduersũ esse spñsanctũ qui erat in Moyse. Nam deficiẽtes dixerũt: Digitꝰ dei est hic. Sicut autem consiliatus & placatꝰ spũssanctus requiẽ præstat mitibꝰ & humilibus corde: ita contrarius & aduersus immites ac superbos inquietudine exagitat. Quam inquietitudinem muscæ illæ grauissimæ significauerũt: sub qbꝰ magi Pharao-
Exo.8. nis defecerũt dicentes: Digitus dei est hic. Exodũ lege & uide ubi pascha celebra- &
Ca.17. uerunt: post quot dies data sit lex. Loquit̃ deus ad Moysen in monte syna de tertij mensis die. Nota ergo unũ diem egressus ipsius tertij mensis: & uide quid dicat inter
Exo.19. cætera: Descende inquit testare populo & purifica illos hodie & cras & lauent uesti-menta sua & sint parati in diem tertium. Tertia enim die descendit dominꝰ in monte syna corã omni populo: tunc data est lex tertio scilicet die tertij mensis. Numera itaq; a q̃rtodecimo primi mensis die quo factũ est pascha usq; ad diẽ tertiũ tertij mensis: & inuenies decem & septem dies primi mensis: triginta secũdi: tres tertij: qui fiunt quin-quaginta. Lex in arca est: sanctificatio in corpore domini: per cuiꝰ resurrectionem no-
Job.7. bis requies futura promittit̃: ad quam percipiendã spũsancto charitas inspirat̃. Spiritꝰ autem nondum erat datus: cũ Iesus nondum erat clarificatꝰ. Vnde prophetia illa cã-
Ps̃.131. tata est: Exurge domine in requiem tuã tu & arca sanctificationis tuæ. Vbi requies: ibi sanctificatio. Vnde nunc ut amemꝰ & desideremꝰ: pignus accepimꝰ. Vocantur autem ad requiem alteriꝰ uitæ quo ab ista transit̃: quod pascha significat: omẽs in nomine pa-tris & filij & spũssancti. Propterea quinquagenariꝰ numerus ter multiplicatꝰ: addito ad eminentiã sacramenti ipso ternario: in illis magnis piscibꝰ inuenit̃: quos iam domi-nus post resurrectionem nouã uitã demonstrãs a dextera parte leuari imperauit: nec retia dirupta sunt: quia tunc hæreticoꝝ inquietudo non erit. Tunc homo perfectus &
Ps̃.11. quietus purificatꝰ in anima & in corpore per eloquia domini casta: argentum igne exa minatũ terræ purgatũ septuplum: accipiet mercedem denariũ ut sint decem & septẽ. Nam & in hoc numero sicut in alijs multiplices figuras exhibentibꝰ: sacrm mirabile
2.Reg.22. reperit̃. Nec imerito etiã psalmus septimusdecimꝰ in regnoꝝ libris solꝰ integer legit̃: qa regnũ illud significat ubi aduersariũ nõ habebimꝰ. Titulus eñ eiꝰ est: In die q̃ eruit eũ dns de manu omniũ inimicoꝝ eius & de manu Saul. Quis enim figurat in Dauid nisi ille qui uenit scdm carnem ex semine Dauid? Qui utiq; in corpore suo quod est ec clesia adhuc patit̃ inimicos. Vnde illi persecutori quem uoce mactauit: & in suũ corpꝰ
Act.9. traijciens quodãmodo mãducauit: sonuit de cælo: Saule Saule quid me persequeris?

Quando autem eruetur hoc corpus de manu omniũ inimicorum eius: niſi cum & illa nouiſſima inimica deſtrueť mors? Ad hoc tempus pertinet numerus ille centum quinq̃gintatriũ piſciũ. Nam & ipſe numer⁹ ſeptimusdecimus ſurgẽs in trigonũ: centũ qnquagintariũ ſummã complet. Ab unoquoq; uſq; ad decem & ſeptem ſurgẽs oẽs medios adde: & inuenies ad unum ſcilicet: & adde duo fiunt utiq; tria: adde tria fiunt ſex: adde quattuor fiunt decem: adde quinq; fiũt quindecim: adde ſex fiũt uigintiunũ: adde ita cæteros & ipſum decimũſeptimũ fiunt centũ quinquagintatria. Hæc de ſcripturis firmiſſime tenenť: id eſt paſcha & pentecoſte. Nã ut quadraginta illi dies ante paſcha obſeruẽť: eccleſiæ conſenſio roborauit: Sic etiã ut octo dies neophitoꝝ diſtinguanť a cæteris: id eſt ut octau⁹ primo concinat. Vt autẽ Alleluia per illos ſolos dies quinquaginta in eccleſia canteť: non uſq; quaq; obſeruať. Nam & in aliis diebus uarie cantať alibi atq; alibi: ipſis tñ dieb⁹ ubiq;. Vt aũt ſtantes in illis dieb⁹ & omnibus dominicis orem⁹: utrũ ubiq; ſerueť ignoro: tames quid in eo ſequať eccleſia dixi ut potui: & arbitror eſſe manifeſtũ. De lauandis uero pedib⁹: cum domin⁹ hoc propter formam humilitatis: propter quã docendã uenerat commẽdauit: ſicut ipſe conſequẽter expoſuit: quæſitũ é: quo nã tpe potiſſimũ res tãta etiã facto doceret: & illud tps occurreret: quo ipſa cõmẽdatio religioſi⁹ inbæreret. Sed ne ad ipſum ſacrm baptiſmi uideretť pti nere: multi hoc in conſuetudinem recipe noluerũt. Nonnulli etiam de conſuetudine auferre dubitauerunt. Aliqui autem ut hoc ſacratiore tempore commendaretur: & a baptiſmi ſacramẽto mutaretť: uel diem tertium octauarũ: quia ternarius numerus in multis ſacramẽtis maxime excellit: uel etiam ipſum octauum ut hoc facerẽt elegerũt. Ca.18.

Miror ſane qd ita uolueris: ut de his quæ uarie p diuerſa loca obſeruanť: tibi aliqua conſcriberem: cum & non ſit neceſſarium: & una in bis ſaluberrima regula retinenda ſit: ut quæ nõ ſunt cõtra fidẽ: neq; cõtra bonos mores: & habent aliqd ad exhortationem uitæ melioris: ubicũq; inſtitui uidemus: uel inſtituta cognoſcim⁹: non ſolũ nõ improbemus: ſed etiam laudando & imitãdo ſectemur: ſi aliquoꝝ infirmitas non ita impedit ut ampli⁹ detrimẽtum ſit. Si enim eo modo impediat ut maiora ſtudiorum lucra ſperanda ſint: q̃ calumniatorum detrimenta metuenda: ſine dubitatione faciendũ eſt: maxime illud quod etiam de ſcripturis defendi poteſt: ſicut de bymnis & pſalmis canendis: cum & ipſius domini & apoſtolorum habeamus documenta & exempla & præcepta de hac re tam utilia. Ad mouendum pie animũ & accendendum diuinæ lectiõis affectũ: uaria cõſuetudo eſt: & plæraq; in Africa eccleſiæ membra pigriora ſunt: ita ut donatiſtæ nos reprehendãt q⁹ ſobrie pſallim⁹ in eccleſia diuina cãtica ꝓphetaꝝ: cum ipſi ebrietates ſuas ad cãticum pſalmorum humano ingenio compoſitorum quaſi tubas exhortationis inflãment. 1. Retrac. 19.

Quãdo autem non eſt tempus cũ in eccleſia fratres congregantur ſancta cantãdi: niſi cum legitur aut diſputať: aut antiſtites clara uoce deprecãtur: aut communis oratio uoce diaconi indicitť? Aliis uero particulis temporũ quid meli⁹ a congregatis chriſtianis fiat: quid utili⁹: quid ſanctius omnino non uideo. Ca.19.

Quod autem inſtituiť præter conſuetudinem: ut q̃ſi obſeruatio ſacramenti ſit approbare non poſſum: Etiam ſi multa huiuſmodi propter nonnullarũ uel ſanctarũ uel turbulentaꝝ perſonarum ſcandala deuitãda liberi⁹ improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo: quia multa quæ in diuinis libris ſaluberrima præcepta ſunt: min⁹ curanť: & tam multis præſumptionib⁹ ſic plena ſunt omnia: ut grauius corripiať qui per octauas ſuas terrã nudo pede tetigerit: q̃ qui mentem uinolentia ſepelierit. 12. diſt. omnia

Omnia itaq; talia quæ neq; ſanctarum ſcripturarum auctoritatib⁹ continenť: nec in conciliis epiſcoporũ ſtatuta inueniunť: nec conſuetudine uniuerſæ eccleſiæ roborata ſũt: ſed diuerſorum locorum diuerſis morib⁹ innumerabiliter uarianť: ita ut uix aut omnino nunquam inueniri poſſint cauſæ quas in eis inſtituendis homines ſecuti ſunt: ubi facultas tribuiť ſine ulla dubitatione reſecãda exiſtimo. Quãuis enim neq; hoc inueniri poſſit: quomodo contra fidem ſint: ipſam tamen religionem quã pauciſſimis & manifeſtiſſimis celebrationũ ſacramentis miſcťia dei eſſe liberam uoluit: ſeruilib⁹ oneribus præmũt: ut tolerabilior ſit conditio iudæoꝝ: qui etiam ſi temp⁹ libertatis non agnouerint: lega-

libus tamen sarcinis non humanis præsumptionib⁹ subijciunt. Sed ecclesia dei inter
multã paleam multaq; çiçania cõstituta multa tolerat: & tamen quæ sunt cõtra fidem
Ca.20 uel bonam uitã:non approbat nec tacet nec facit. Itaq; illud quod scripsisti:quosdam B
fres ita tẽpare a carnib⁹ edendis:ut immũdos q comederint arbitrẽt:aptissime cõtra fi
dẽ sanãq; doctrinam est. Sed hic ego si diuti⁹ disputare uoluero: poteris putare ante
in illis obscuri aliqd hinc apostolum præcepisse: q etiã post multa quæ de hac re dixit
1.Timoth.4. sic detestatus est hæreticorum impiam opinionem ut diceret: Spiritus autem manife
ste dicit: Quia in nouissimis temporibus recedẽt quidam a fide intendentes spiritibus
seductoribus: & doctrinæ dæmoniorum in hypocrisi mẽdaciloquiorum:cauteriatam
habentes conscientiam suam: prohibentes nubere:abstinentes a cibis quos deus crea
uit ad percipiendum cum gratiarũactione fidelib⁹: & his qui cognouerũt ueritatem:
quia omnis creatura dei bona est:& nihil abijciendũ est quod cũ gratiarũactione pcipi
tur. Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Et alio loco de his rebus loquit:
Titũ.1. Omnia inquit munda mundis: immundis autem & infidelib⁹ nihil est mundum: sed
polluta sunt eorum & mens & conscientia. Tuipse lege cætera:& recita quib⁹ potes:
ne in se irritam faciant gratiam dei: quia in libertate uocati sunt: tantum ne libertatem
in occasionem carnis assumãt. Et ideo iam uoluit refrenandæ carnalis concupiscentiæ
causa a qbuslibet cibis temperari: quia nõ eis hoc permittit superstitiose atq; infideli-
26.q.2.hi qui ter facere. Hi uero qui de paginis euãgelicis sortes legũt:& si optandum est ut hoc po
tius faciãt:q̃ ut ad dæmonia consulẽda concurrãt:tñ etiã ista mihi displicet cõsuetudo:
ad negocia sæcularia & ad uitæ huius uanitatem propter aliam uitã loquentia:oracu-
Ca.21. la diuina uelle conuertere. Hæc tibi si satis esse ad ea quæ requisisti nõ putaueris: ni- C
mis ignoras & uires & occupationes meas. Tantũ enim absum ab eo qd putasti nihil
me latere:ut nihil in epistola tua legerim tristius:quia & apertissime falsum est:Et mi-
ror quia hoc te latet:qd non solum in alijs innumerabilibus rebus multa me latent:sed
etiam in ipsis sanctis scripturis multo nesciam plura q̃ sciam. Et ideo spem in nomine
christi non infructuosam gero: quia non solum credidi deo meo in illis duobus præce
Matth.22. ptis:totam legem propbetasq; pendere: sed etiam expert⁹ sum experiorq; quotidie:
quandoquidem nullum mihi sacramẽtum: aut aliquis sermo admodum obscurior de
1.Timoth.1. sacris litteris aperitur:ubi nõ eadem præcepta reperiam. Finis enim præcepti est cha-
Ro.13. ritas de corde puro: & conscientia bona: & fide nõ ficta: Et plenitudo legis charitas.
Itaq; & tu charissime: siue ista siue alia:sic lege:sic disce ut memineris uerissime dictũ:
1.Cor.13. Scientia inflat:charitas ædificat. Charitas autem non æmulat:non inflat. Sic itaq; ad-
hibeat scientia tanquã machina quædam: per quam structura charitatis assurgat quæ
maneat in æternum:etiam cũ scientia destruet:quæ ad finem charitatis adhibita mul
tum est utilis:per se autem ipsam sine tali fine: nõ modo superflua:sed etiam pernitio-
sa probata est. Scio autem q̃ te cogitatio sancta custodiat sub umbraculo alarum dñi
dei nostri. Sed ideo hæc & si breuiter monui: quoniam noui eandemipsam charitatẽ
tuam: quæ nõ æmulatur:hanc epistolam multis daturã atq; lecturã.

Sancti Augustini ad Honoratum:quæstionem de gratia noui testamenti: cũ quinq;
alijs per eum propositis:accurate: amplissime ac diserte pertractantis atq; dissoluen-
tis. Epistola. CXX.

2.Retrac.36. Prefatio

Qvinq; mihi proposuisti pertractandas quæstiones atq; soluendas dilectissime D
mi frater Honorate:hinc inde raptas:sicut te uel legẽtem mouere uel cogitã-
ti in mẽtem uenire potuerunt: & in conspectum meum fusas quodammodo.
Quarum solutionem si uelim differendo ordinare:ut nõ carptim sicut propositæ sũt
de singulis differam:sed uno quodam tenore sermonis eas inter se conectem atq; con-
textam: difficile opus uidet: Et tamẽ puto facilius eas solui: si hoc fecero. Inuicẽ quip-
pe adiuuabũt: si altera pendebit ex altera: donec omnes ueniant in seriem disputatio-
nis: nõ singilatim separatis locis:quasi unaquæq; in sua priuata intentione habitet:scili
cet unum aliquid iutuentes: & unum collaborantes sociali ratione: & indiuidua ueri-
tate. Voluisti ergo & scripto cõmonuisti exponi atq; aperiri tibi:quid sibi uelit uoxil

la domini: Deus deus meus ut quid me dereliquisti. Et quid sit: quod Apostolus Psa.21.
ait: Vt in charitate radicati & fundati: prævaleatis comprehendere cum omnibus Eph.3.
sanctis: quæ sit latitudo: longitudo: altitudo & profundū: Et quæ sint uirgines qnq; stul Matth.25.
tæ: quæue sapiētes: Et quæ sint tenebræ exteriores: Et quomodo intelligēdū est: Ver- Matth.22.
bum dei caro factum est. Hæ sunt quinq; tam breuiter a me commemoratæ: q̄ abs Joh.1.
te propositæ quæstiones. Proinde si placet addamus & sextam: & illud paratissimū
requiramus: quæ sit gratia noui testamenti. Hanc omnes illæ intueantur: & in hāc ut
oportune quæq; potuerit: opus suum conferat nobis: nō eo scilicet ordine quo eas &
tu proposuisti & ego recolui: sed unaquæq; cū fuerit necessaria: uelut uocata respon-
E deat: & officium sui operis impleat. Ergo ita nascatur exordium. Est quædam uita Ca.1.
hominis carnalibus sensibus implicata: gaudijs carnalibus dedita: carnalem fugitans
offensionem: uoluptatēq; consectans. Huius uitæ fœlicitas temporalis est: Ab hac ui-
ta incipere necessitatis est: in ea persistere uoluptatis. In hac qppe ex utero matris in-
fans funditur: huius offensiones quantum potest refugit: huius appetit uoluptates: ni
hil amplio ualet. Sed postea q̄ uenerit in ætatē: quā in eo rationis usus euigilet: poterit
adiuta diuinitus uoluntate eligere alteram uitam: cuius in mente gaudium est: cuius
interna atq; æterna fœlicitas. Inest quoq; homini anima rationalis: sed interest eiusdē
rationis usu: quo potius uolūtatem conuertat: utrum ad bona exterioris & inferioris:
an ad bona interioris superiorisq; naturæ: id est utrum fruatur corpore & tēpore: an
fruatur diuinitate atq; æternitate. In quadam quippe medietate posita est: infra se ha-
bens corporalem creaturam: super se animi sui & corporis creatorem. Potest igit anī
ma rationalis etiam temporali & corporali fœlicitate seruire creatori: qui & ipsam suæ
bonitatis abundantissima largitate donauit. Sicut enim bona sunt omnia quæ creauit
deo ab ipsa rationali creatura usq; ad infimum corpus: Ita bene agit in his anima ratio-
nalis si ordinē seruet: & distinguendo: eligendo: pendēdo subdat minora maioribus:
corporalia spiritalibus: inferiora superioribo: temporalia sempiternis: ne superiorum
neglectu: & appetitu inferiorum: quoniam hinc fit ipsa deterior: & se & corpus suum
mittat in peius: sed potius ordinata charitate se & corpus suum conuertat in melius.
Cum enim sunt omnes substantiæ naturaliter bonæ: ordo in eis laudatus bonoratur:
peruersitas culpata damnatur. Nec efficit anima peruerse utens creaturis: ut ordina-
tionem effugiat creatoris: quia si illa male utitur bonis: ille bene utitur etiam malis: ac
per hoc illa peruerse bonis utendo fit mala: ille ordinate etiam malis utendo perma-
net bonus. Qui enim iniuste se ordinat in peccatis: iuste ordinatur in pœnis. Volens
itaq; deus ostendere etiam terrænam temporalemq; fœlicitatem suum donum esse:
nec aliunde nisi ab ipso sperare oportere: præ omnibus sæculi temporibo dispensandū
iudicauit testamentum uetus quod pertineret ad hominem ueterem: a quo ista uita
necesse est incipiat: Sed ille fœlicitates patrū dei beneficio concessæ prædicant: quā-
uis ad istam uitā trāsitoriam pertinētes. Illa quippe terræna munera in manifesto pro-
mittebantur & tribuebantur. In occulto autem illis omnibus rebus nouum testamen-
tum figurate prænunciabat: & capiebatur intelligentia paucorum: quos eadem gra-
tia prophetico munere dignos fecerat: dispensabant illi sancti pro congruentia tem-
poris testamentūuetus: pertinebāt uero ad testamentū nouū. Nam & quādo tempo
ralem fœlicitatem agebant: ætenam ueram & proferendam intelligebāt: & istam mi
nistrabant in ministerio ut illam consequerentur in præmio. Et si quando patiebantur
aduersa: ad hoc patiebant ut euidentissimo diuino adiutorio liberati glorificarent deū
omniū bonorū largitorem: non solum sempiternorum quæ pie sperabāt: uerumetiā
F temporalium quæ prophetice gubernabāt. Cum autem uenit plenitudo temporis: Ca.2.
ut gratia quæ occultabat in ueteri testamento iam reuelaret in nouo: misit deus filiū Gal.4.
suum: factum ex muliere: quo nomine proprietate hebraicæ linguæ: oīs fœmina nū-
cupat: siue utro intacta siue iam mixta. Quem autem filium miserit: fieri ex muliere uo
luerit: quātus ille deo sit q hāc humilitatē pro salute fideliū suscipe dignatus sit: ut agno
scas: nunc attende euāgeliū: In principio erat uerbū: & uerbū erat apud deum: & deus Joh.1.

erat uerbum:hoc erat in principio apud deum. Omia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso uita erat:& uita erat lux hominũ:& lux in tenebris lucet:& tenebræ eam non comprehenderunt. Hic ergo deus uerbum dei:per quod facta sunt omnia:filius dei est: non commutabiliter manẽs: ubiq; præsens: nullo clausus loco:nec partiliter per cuncta diffusus:tãquam minorem partem habeat in minori loco:& in maiori maiorem:sed ubiq; totus atq; ita non absens etiã mentib⁹ impiorum:quamuis eum non uideant:sicut nec ista lux uideẽ oculis præsentata cæcorũ. Lu
Eph.5. cet ergo & in tenebris talibus:quales apostolus significat ubi dicit:Fuistis aliquãdo tenebræ:nunc autem lux in domino:sed eam tales tenebræ non comprehenderũt. Suscepit itaq; hominem quem uidere homines poterant:ut sanati per fidem postea uiderẽt quod tunc uidere non poterãt. Sed ne homo christus eoipso quo uisibiliter ap
Joh.1. parebat non crederet:& deus tantũq; illi tribueret:quãtum homini excellentissimæ gratiæ atq; sapientiæ:Ideo fuit homo missus a deo cui nomẽ erat Iohannes. Hic uenit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine:ut omnes crederent per illum. Non erat ille lumen:sed ut testimonium perhiberet de lumine. Tant⁹ enim homo debuit perhibere testimonium de illo qui non tantum homo uerũetiam deus erat:ut in natis mulierum nemo exurgeret maior Iohãne baptista. Sic enim ille cui Iohãnes testimoniũ perhibebat: intelligeret hoc esse maior: quo non tantũ homo sed etiam de⁹ erat. Lumen ergo & Iohãnes:sed tale lumen quale testimonium perhibet ipse domi
Joh.5. nus dicens:Ille erat lucerna ardens & lucens: quod & discipulis suis dicens: Vos estis
Matth.5. lumen mũdi. Vt ostenderet quale lumen:secutus adiunxit: Nemo accendit lucernam & ponit sub modio:sed super candelabrum ut luceat omnib⁹ qui in domo sunt: Sic luceat lumen uestrum coram hominib⁹. Iste similitudines datæ sunt:ut quantum possumus intelligam⁹:uel si hoc nondum possumus:sine ulla dubitatione credam⁹ animam rationalem non esse naturã dei. Illa quippe incommutabilis est:sed tamẽ eã posset participãdo illuminari. Lucernæ quippe accendi indigẽt & extingui possunt. Ideo quod dicitur de Iohãne: Non erat ille lumen:ad illud respicit lumen quod non participãdo illuminat: sed eius participatiõe illuminant quæ ab illo illuminãt. Deniq; sequit: Erat lumen uerũ:& tanquam quærerem⁹:quomodo discerneret lumen uerum a lumine illuminato:id est christus a Iohãne: Erat inquit lumen uerum quod illuminat omnẽ hominem ueniẽtem in hunc mundũ. Si omnẽ hominẽ:ergo & Iohannẽ:atq; ut ostenderet hui⁹ diuinitatem longe præstantiore distantia. In hoc mũdo inquit erat:& mũdus per eũ factus est:& mũdus eum non cognouit. Neq; em̃ habet uim cognoscendi eũ nisi rationalis creatura:quãuis etiam mũdus iste uisibilis per eum factus sit: hoc est cælũ & terra: sed mundũ non cognoscentem increpãdo: significauit infideles constitutos in mũdo. Deinde adiungit: In sua propria uenit: & sui eũ non receperũt: Siue quia & ipsi infideles inquãtum homines sunt:ei⁹ sunt per quem creati sunt: Siue suos proprie iudæos intelligi uoluit:ex quib⁹ naturam carnis assumpsit: nec tamẽ omnes eum non receperũt. Sequit enim & dicit: Quotquot autem receperũt eum:dedit eis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius:qui non ex sanguinib⁹:neq; ex uolũtate carnis: neq; ex uoluntate uiri:sed ex deo nati sunt. Hæc est gratia noui testamenti: quod in ueteri latuit:nec tamen figuris obumbrãtibus propbetari prænũciariq; cessauit:ut intelligat anima deum suum:& gratia eius renascitur illi. Hæc quippe natiuitas spiritalis:tamen ideo non ex sanguinibus: non ex uoluntate uiri: neq; ex uoluntate
Ca.3. carnis:sed ex deo. Hæc etiam adoptio uocat. Eram⁹ enim aliqd antea q̃ essemus filij G dei:& accepim⁹ ut fieremus qđ non eram⁹:sicut qui adoptat anteq̃ adoptaret nondũ erat filius eius a quo adoptat:iam tamẽ erat qui adoptaret:& ab generatiõe gratiæ discernit ille filius:qui cum esset filius dei uenit ut fieret filius hominis: donaretq; nobis qui eramus filij hominũ filios dei fieri. Factus est quippe ille quod non erat:sed tamen aliquid aliud erat. Et hoc ipsum aliquid uerbum dei erat:per quod facta sunt omnia:& lumẽ uerum quod illuminat omnẽ hominem ueniẽtem in huuc mundũ:& deus apud deum. Nos quoq; per eius gratiã facti sumus quod non eram⁹: id est filij dei: sed tamẽ

aliquid eramus: & hocipsum aliquid multo inferius:hoc est filij hominum. Descendit ergo ille ut nos ascenderemus:& manens in natura sua factus est particeps naturæ nostræ: ut nos manētes in natura nostra efficeremur pticipes naturæ suæ.Non tamē sic: Nam illum naturæ nostræ participatio non fecit deteriorem : nos autem facit naturæ illius participatio meliores. Misit itaq; de⁹ filium suum factum ex muliere : factum sub lege.Nā legis sacramenta pcepit:ut eos q sub lege erat redimeret:id est quos lex reos tenebat occidente littera dum præceptum non impleretur:anteq̄ uiuificaret spiritus: quia charitas dei quæ præceptum implet:diffunditur in cordib⁹ nostris per spiritum sanctum qui dat⁹ est nobis. Proinde cū dixisset: Vt eos qui sub lege erant redimeret: continuo subiunxit: Vt adoptionem filiorum reciperem⁹: ut uidelicet huius gratiam beneficij discerneret ab illa filij natura:qui missus est filius:nō per adoptionem factus sed semper genitus filius participata natura filiorum hominum. Quapropter etiam cum dixisset: Dedit eis potestatem filios dei fieri:modūq; adiūxisset:ne carnalis intelligeret natiuitas: quod scilicet eis præstiterit id qđ credūt in nomine eius : & per gratiam renascuntur spiritalem:non ex sanguinibus:neq; ex uoluntate uiri:neq; ex uolūtate carnis: sed ex deo:mox commendauit quasi hui⁹ uicissitudinis sacramentū. Tanquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare:statim subiunxit:Et uerbū caro factum est & habitauit in nobis:Quod unū est ex quinq; illis:quæ tibi exponi uoluisti:tanquā diceret:O homines nolite desperare uos fieri posse filios dei:quia & ipse fili⁹ dei: hoc est uerbum dei caro factum est & habitauit in nobis. Reddite uicem: efficimini spūs & habitate in illo qui caro factus est & habitauit in nobis.Neq; enim iā desperandū est pticipatione uerbi:fieri posse hoies filios dei:quādo filius dei pticipatione carnis factus est filius hominis.Nos itaq; mutabiles in melius commutandi participes efficimur uerbi:uerbum autem incommutabile nihil in deterius commutatū participeps carnis effectum est rationali anima mediāte. Neq; enim homo christ⁹ ut apollinaristæ hæretici putauerūt aut non habuit animam aut non habuit rationalem : sed more suo scriptura ut christi humilitatem magis ostenderet:ne carnis nomen quasi indignum aliquid refugisse uideretur:carnem posuit. Neq; enim quia scriptum est: Videbit omnis caro salutare dei: animæ ibi non sunt intelligendæ:nihilq; proinde aliud dictum est: Verbum caro factum est:quasi diceretur:filius dei filius hominis factus est: Qui cum in forma dei factus esset:sicut dicit Apostol⁹:non rapinam arbitratus est esse æqualis deo.Neq; enim usurpationis erat ut rapina diceret: sed naturæ inerat ut esset æqualis.Semetipsum tamen exinaniuit:non formam dei amittens: sed formam serui suscipiēs:humiliauit semetipsum:factus obediēs usq; ad mortem:mortem autem crucis. Vide quemadmodum eundem hominē quem deū commendat: ut persona una sit etiam filium hominis proteſtetur:ne non trinitas sed quaternitas dicat. Sicut enim non augetur numerus personarum cum accedit caro animæ ut sit unus homo: sic non augetur numerus personarum cum accedit homo uerbo ut sit unus christus.Legitur itaq;: Verbum caro factum est:ut intelligam⁹ huius personæ singularitatem:non ut suH spicemur in carnem mutatam diuinitatem. Itaq; christ⁹ homo ut per eum reuelaretur noui gratia testamenti:quoniam non ad temporalem sed ad æternam uitam pertinet:non utiq; terrena fœlicitate commendandus fuit:inde subiectio:inde passio:inde flagella:sputa:contumeliæ: crux:uulnera : & tanquam superato subiectoq; mors ipsa:ut fideles eius discerent quale pietatis præmiū ab illo cuius filij facti essent petere atq; sperare deberēt:ne ad hoc pro magno seruirent deo:ut terrenam fœlicitatem adipisci quærerent qui seruirent:ipsi abijcientes & conculcantes fidem suam estimando eam mercedem uilissimam: unde beneficentissima prouidentia omnipotens deus terrenam fœlicitatem concessit:& impijs ne pro magno quæreretur a bonis. Hinc ille psalmus septuagesimus & secundus: inducit hominem pœnitentem: ꝙ aliquando corde non recto seruierit pro hac mercede:qua cū pollere atq; excellere impios uideret:turbatus cœperat cogitare ꝙ deus humana non curet. Et cum ab ista cogitatione eum sanctorum ad deum pertinetium reuocaret auctoritas:suscepit & intendit agno-

Gal.4.

Ro.5.

Gal.4.

Joh.1.

Esa.40 Luc.3.

Phil.2.

3.senten.dist.6. ca.ne autem

Ca.4.

scere tam grande secretum: quod ei laboranti non patefactum est: donec intraret sanctuarium dei & intelligeret in nouissimo: hoc est donec accepto spiritu sancto disceret desiderare potiora: & prospiceret quæ pœna futura sit impijs: etiam q tenta quadam temporaliter fœlicitate floruissent. Huc psalmũ septuagesimũ secũdum: nocte quæ illucescebat solennitas beatissimi Cypriani: per ministeriũ nostrũ expositũ lege & diligenter aduerte. Proinde homo christ⁹ idemq; christ⁹ cui⁹ misericordissima humanitate: atq; in cui⁹ forma seruili discere deberem⁹: qd in hac uita cõtemnendũ & qd in alia sperandũ esset: in ipsa passione in q̃ sibi ab ei⁹ inimicis figebat: uetus bõ noster: ut
Pſ.21. euacuaret corp⁹ peccati: dixit: Deus me⁹ deus me⁹ ut qd me dereliquisti: & hoc unũ de quinq; propositis tuis. Sic incipit psalm⁹ uicesimus prim⁹: qui de passione ipsi⁹ & reuelatione quã fidelib⁹ faciendũ liberandisq; attulit in prophetia: tãto ante cantat⁹ est.
Ca.5. Proinde eũdem psalmũ cui⁹ prophetiam domin⁹ ad se pertinere demonstrãs: ei⁹ primũ uersum exclamauit: cũ penderet in ligno: commemorando exponendoq; quãdo in uetere homine uelabat. Dicit enim ex persona christi: quod ad formã serui attinet:
Esa.53. in q̃ nostra portat infirmitas. Dixit enim & de illo Esaias: Ille infirmitates nostras portat & pro nobis in doloribus est. Hui⁹ igit infirmitatis uoce de q̃ Paulus in eo qd pete
2.Cor.12 bat non exauditus: & ideo quodammodo derelictus: audit tamen a domino: Sufficit tibi gratia mea: Nam uirt⁹ in infirmitate perficitur. Ex uoce ergo hui⁹ infirmitatis nostræ quam in se transfigurauit caput nostrum: dicitur in hoc psalmo: Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. In eo quippe derelinquit deprecans: in quo non exaudit. Hanc in se uocem transfigurauit Iesus: uocem scilicet corporis sui: hoc est ecclesiæ suæ a uetere homine in nouum reformadæ: uocem scilicet infirmitatis suæ humanæ: cui deneganda fuerant bona ueteris testamenti bonis ad ueterem hominem pertinentibus: præcipue concupiscitur uitæ hui⁹ productio temporalis: ut aliquanto diutius teneatur: quia semper nõ potest. Ideo diem mortis omnes quidem affuturum sciunt: & eum tamen omnes aut pene omnes differre conantur: etiam qui post mortẽ se beatius credũt esse uicturos. Tantum habet uis carnis & animæ dulce consortium:
Epb.5. Nemo enim unquã carnem suam odio habuit: & propterea non uult anima uel ad tps ab eius etiam infirmitate discedere: quãuis eam se sine infirmitate in æternũ receptura esse cõfidat. Proinde mẽte seruiẽs legi dei: carne aũt trahẽs desideria peccati: quib⁹ obedire uetat apls: mẽtis quidẽ ratiõe cõcupiscit homo dissolui pri⁹: & esse cũ christo: sed id sensu carnis recusat & refugit: & si fieri possit: nõ uult expoliari: sed superuesturi: ut absorbeatur mortale a uita: id est ab infirmitate ad immortalitatem: etiam ipsum corpus sine morte media transferat. Sed hæc uerba quibus human⁹ dies & uitæ huius prolixitas concupiscitur: uerba sunt delictorum: & longe sunt ab ea salute: cuius nõdũ
Ro.8. rem sed iam spem gerim⁹: de qua scriptum est: Quia spe salui facti sumus: Spes autem quæ uidetur non est spes. Ideoq; & in isto psalmo cum dixisset: Dus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: continuo subiũgit: Longe a salute mea uerba delictorũ meorum: id est hæc uerba delictorum meorum sunt: & longe ab illa salute mea sunt: quam mihi non ueteris sed noui testamẽti gratia pollicetur. Q̃q̃ etiã sic distingui pos-
Pſ.21. set: Deus deus me⁹ respice in me: quare me dereliquisti longe a salute mea: tanquã diceret: relinquendo me: hoc est non me exaudiẽdo: longe factus es a salute mea: præsẽti scilicet salute hui⁹ uitæ: ut ali⁹ sẽsus sit: uerba delictoꝝ meoꝝ: id ẽ ista quæ dixi uerba delictoꝝ meoꝝ: qa uerba sunt carnaliũ desideriorꝝ. Hæc ex persona sui corporis christus dicit qd est ecclesia: Hæc ex persona dicit infirmitatis carnis peccati quã trãsfigurauit in eam quã sumpsit ex uirgine similitudinẽ carnis peccati. Hæc sponsus ex perso-
Esa.61. na sponsæ loquit: quia uniuit eam sibi: quodãmodo & apud Esaiã: ubi dicit: Sicut sponso alligauit mihi mitrã: & sicut sponsam ornauit me ornamẽto. Alligauit mihi & ornauit me: tanquã unius uox est: & tamen sponsum & sponsam christũ intelligimus & ec-
Epb.5. clesiã: Sed erũt duo in carne una: Sacramentũ magnũ (dixit apostolus) in christo & in ecclesia. Igit non iã duo sed una caro. Si ergo caro una: profecto competẽter etiã uox una. Quid hic quæris humana infirmitas uocem uerbi per quod facta sũt oĩa? Audi

potius uocem carnis:quæ facta est inter omnia: quoniam uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Audi potiꝰ medicinæ uocem qua sanaris ut uideas deum:quem tibi uidendum distulit: hominem ante uidendum attulit: mirandum contulit: credendum transtulit:ut ista fide ad uidendum deum mentis oculus sanareť. Quid ergo dedignamur audire uocem corporis ex ore capitis? Ecclesia in illo patiebať quando pro ecclesia patiebatur: Sicut etiam in ecclesia patiebatur ipse:quando pro illo ecclesia patiebatur. Nam sicut audiuimus ecclesiæ uocem in christo patientis: Deus deus meꝰ respice. &c̄. Sic etiam audiuimus christi uocem in ecclesia patiētis: Saule saule quid me persequeris. Cum itaq; non exaudimur ad temporalia bona retinēda uel adipiscenda quando pro his deprecamur deum: ut eo quo nos non exaudit derelinquit nos:sed ad potiora quæ uult intelligamus & proferamus & concupiscamus: non nos derelinquit. Vnde sequiť Psalmista & dicit: Clamaui ad te nec exaudies: & nocte:etiā hic non audiť nec exaudies: Sed uide quid adiungit: Et non ad insipientiā mihi. Hoc ergo dicit: Non me exaudies clamantē per diem:id est in rebus prosperis ut eas non amittam:& nocte:id est in rebus aduersis ut prospera quæ amissa sunt redeant. Verū hoc mihi non ad insipientiam facias:sed potius ad sapiētiam:quod iam per noui testamenti gratiam a te expectare:quid desiderare: quid poscere debeam. Clamo quippe ego ut hic bona temporalia non auferanť: Tu autem in sancto habitas laus israel: nolo ut derelinquas concupiscentiam meā qua carnalem fœlicitatem requiro. Verum hæc est in sordibꝰ uetustatis: tu autem quæris mundiciam nouitatis: non exaudiendo istā cupiditatem relinquis:quia charitatem in qua habites quæris. Charitas autem dei diffundiť in cordibꝰ nostris:sed per spiritūsanctū qui datus est nobis. Ideo in sancto habitas laus israel:laus uidentium te:quia non in se laudanť sed in te. Quid enim habēt qđ non acceperūt:ut qui gloriať in domino glorieť? Hæc est gratia noui testamēti. Nam in ueteri testamento quando commendabas:non nisi a te peti sperariq; debere etiam ipsam terrænam temporalēq; fœlicitatem: In te sperauerūt patres nostri: sperauerunt & eruisti eos:ad te clamauerūt & salui facti sunt:in te sperauerūt & nō sūt confusi. Illos quippe patres inter inimicos suos uiuentes:& diuitijs implesti: & ab hostibus eruisti: gloriosasq; uictorias reportare fecisti:& de diuersis eos mortibus liberasti: Pro alio: id est pro Isaac subiecisti ne feriretur arietem: Alium:id est Iob de putredine sanum: & ei dupla quæ amiserat reddidisti: Alium: id est Danielem inter leones esurientes illæsum integrumq; seruasti: Aliorum:id est Ananiæ: Açariæ: Misael inter flammas deambulantium grata uoce laudatus es. Tale aliquid in christo expectabant fieri iudæi: unde probarent si uere filius dei esset: ex eorum persona & in libro sapientiæ dicitur: Morte turpissima condemnemus illum. Erit enim respectus in sermonibꝰ ipsius. Si ēm uere filius dei est:suscipiet eum & liberabit eum de manibus contrariorum. Hæc inqt cogitauerunt & errauerūt: Excæcauit enim eos malicia eorum. Attendentes quippe tempꝰ ueteris testamenti: & illam patrum etiam temporalem fœlicitatem: in qua illis exhibenda demonstrauit deus etiam talia dona sua esse: non uiderunt iam esse tempus quo reuelaretur in christo: bona æterna proprie deū præstare iustis:qui bona tēporalia præstat & impijs. Deniq; cū dixisset:In te sperauerť patres nostri:sperauerť & eruisti eos. Ad te clamauerť & salui facti sūt:in te sperauerť & nō sūt cōfusi:uide qđ adiūxerit: Ego aūt sū uermis & nō hō. Qđ uideť qdē ad cōmendādā humilitatē simpliciter dictum: ut se in oculis persequentium: abiectissimum quidem & contemptissimū demonstraret. Sed non est contemnēda altitudo secreti profunditasq; mysterij:præsertim in eis uerbis quæ tanto saluatori in prædicatione prophetiæ coaptanť. Dictus est hic sensus elegantissimus a prioribus: ideo se hoc nomine christum prænunciari uoluisse: quia uermis de carne sine concubitu nascitur: sicut ille natus est de uirgine. Sed in libro suo Iob:cum de creaturis cælestibus loqueretur:q; in dei conspectu etiam uix ipse mūdæ sint:quantomagis inquit homo putredo & filius hominis uermis? Putredinem pro mortalitate posuit: quæ iam uelut conceptam gerit moriendi necessitatem:in quam peccando contrusus est homo: & filium hominis uermem natum de

Ioh.1.
Psa.21.
Act.9.
Lu.6.
Psa.21.
Ro.5.
Gen.22.
Iob.42.
Daniel.14.
Daniel.3.
Sap.2.
Lu.7.
Iob.25.

putredine quasi putrem: hoc est de mortalitate mortalem: Ac per hoc in his uerbis
psalmi: aliũ sensum nos quærere admonuit. Illo quidẽ saluo neq; reprobato: ut non so-
Psã.21 lum scrutemur quod ait: Ego aũt sum uermis: sed etiam illud quod addidit: Et non ho-
mo: scd'm illud quod de libro Iob commemorauí: tãquam diceret: Ego autem fili⁹ ho-
1.Timoth.2. minis & non homo: non q̃ homo non sit christus: de quo dicit apostolus: Vnus est me
diator dei & hominũ: homo christus Iesus: Omnis enim filius hominis homo est: sed
ad quendam respicit sensus iste: qui sic homo fuerit: ut non esset filius hominis: id est
Adam. Forte ergo sic est dictum: Ego aũt sum uermis & non homo: id est: Ego aũt sum
filius hominis & non homo: tanquam diceretur: Ego aũt sum christus: in quo omnes
uiuificanť: non Adam: in quo omnes moriunť: Ac per hoc homines discite per gratiã
noui testamenti iam uitam concupiscere sempiternam. Quid pro magno uultis a do-
mino de morte liberari: sicut liberati sunt patres uestri: quãdo commẽdabat deus etiã
terrænæ fœlicitatis præter se non esse alium largitorẽ: Illa fœlicitas ad ueterem homi-
nẽ pertinet: quæ uetustas ab Adã cœpit: Ego aũt sũ uermis & non homo: christus non
Adam: a ueteri ueteres fuistis: a nouo noui estote. Ab Adam homies: a christo filij ho
minum. Non enim sine causa familiarissime dominus in euangelio se filium hominis
Matth.17. dicit magis q̃ hominem: nec sine causa in alio psalmo: Homines inquit & iumẽta saluos
facies domine: sicut multiplicata est misericordia tua deus. Abs te quippe ista salus ho
minibus iumẽtisq; communis: Sed habẽt aliã homines noui propriam quãdam & ab
animato⁹ consortio separatã: quæ ad nouũ ptinet testamẽtũ. Habẽt omino: Nã de il-
Psã.35. la ibidem sequiť & dicit: Filij aũt hominum sub tegmine alarum tuarum sperabũt: In-
ebriabunť ab ubertate domus tuæ: & torrẽte uoluptatis tuæ potabis eos: Quoniam
apud te est fons uitæ: & in lumine tuo uidebimus lumẽ. Certe & hic cum superi⁹ dixis
set: Homines: posterius dixit: Filij aũt hominũ: tanq̃ distinguẽs ab homibus filios ho
minũ. In illa quippe fœlicitate eius salutis quæ communis est homibus & iumentis: eo
nomine illos appellare uoluit qui demonstrarent ad illum primũ hominẽ pertinere
quo uetustas cœpit & mors: qui sic fuit homo ut non esset filius hominis: Istis aũt po-
steriorib⁹ q̃ sperãt aliã fœlicitatẽ: & fontis uitæ ineffabilẽ uoluptatẽ: & sempiterni lu
minis lumẽ: hoc nomẽ imposuit: quo se familiari⁹ appellari uoluit dñs eo⁹: in quos ta
lis gratia reuelata est: eosq; filios hominũ potius q̃ homines appellauit. Non aũt existi
mes quasi locutionis regulã figi perpetua lege seruãdam: ut ubicũq; legeris homines
aut filios hominũ: scd'm hanc distinctionẽ semper intelligas: sed ut se habuerit circum-
stantia lectionis: unde sensus si patet hauriť: si latet eruiť: Sicut in hoc loco psalmi hui⁹
Psã.21. quem non moueat distinctionis intentio: cum ille qui dixerat: In te sperauerũt patres
nostri & eruisti eos: ad te clamauerũt & salui facti sunt: In te sperauerũt & non sunt cõ-
fusi: subiũgit: Ego aũt: non enim ait sic: & ego: sed ego aũt. Quid ergo iste qui se ita di-
stinguit: Ego autẽ sum uermis inquit & non homo: tanquã illis quos exaudisti & erui
sti eam commẽdares fœlicitatem: quæ ad uetus pertinet testamẽtum: quæ homini ue
teri tribuẽda esset qui cœpit ab Adam: Ego aũt sum uermis: hoc est filius hominis: non
Ca.8. homo sicut ille homo qui non fuit filius hominis. Ac per hoc & quod sequiť: Oppro M
briũ hoim & abiectio plebis: omẽs qui conspiciebãt me: subsannabãt me & locuti sũt
labijs & mouerunt caput. Sperauit in deum: eruat eum: saluum faciat eum quoniam
uult eum: Hoc in labijs non in corde dixerũt: insultando quod non fieret: non creden
do quod futurum esset. Factum est autem & hoc: sed sicut fieri oportebat in filio homi
nis: in quo spes æternæ uitæ fuerat reuelãda ad nouum pertinẽs testamentum: non si-
cut illi expectabant: & quia fieri non uidebant: tanquam superato insultabant pertinẽ
tes ad testamẽtum uetus & hominẽ in quo omnes moriunť: non ad filium hominis in
quo omnes uiuificabunť. Mortem quippe intulit homo sibi filioq; homis: uitam uero
attulit homo sibi moriens & resurgens: filius hoĩs opprobriũ hoim & abiectio plebis:
Vsq; ad mortẽ enim hoc uoluit pati in conspectu inimicorum: quo eum tãquam de-
relictum putarent: ut gratia commẽdaretur noui testamẽti: qua discerem⁹ aliam quæ-
2.Cor.5. rere fœlicitatem quæ nunc est in fide postea in spe. Quamdiu enim sum⁹ in corpore

ait Apostolus:peregrinamur a domino:Per fidē enim ambulamus:non per speciē: & ideo nunc in spe:tunc in re. Deniq; resurrectionē suam: quam nō sicut nostram in longum differri oportebat: ut in exemplo carnis ei⁹ discerem⁹:quid in nostra sperare deberemus:noluit alienis demonstrare:sed suis. Alienis dico:non natura:sed uitio quod semper est contra naturam. Mortuus est ergo in conspectu hominum: resurrexit aūt in conspectu filiorum hominum:quia mors ad hominem pertinebat:resurrectio ad filium hominis. Sicut enim in Adā omnes moriūtur: sic & in christo omnes uiuificabū- 1.Cor.15.
tur. Vt igitur exemplo suæ carnis exhortaretur fideles suos temporalem pro æterna fœlicitate contemnere:usq; ad mortem pertulit persequentes atq; sæuientes: & quasi uicto & oppresso superbe illudentes. Q; autem carnem suam resuscitauit:& discipulorum conspectibus & contactibus reddidit:eisq; uidentibus ascendit in cælum:ipsos ædificauit: & q; prædicare deberēt: euidentissima ueritate demonstrauit. Illos autem a quibus tanta mala usq; ad mortem pertulerat:quasi de illo superato & extincto gloriantes:in ea opinione dereliquit:ut quisquis eorū salute æterna saluus fieri uellet:hoc de illius mortui resurrectione crederet:qđ bi q uiderūt signis contestantibus prædica
Nuerunt:& pro ea prædicatione similia perpeti non dubitauerunt. Quapropter etiam Ca.9.
Iacobus unus ex apostolis eius in epistola sua cum hortaretur fideles:q post passionē & resurrectiouem christi adhuc in ista uita tenebantur:dispensationē ueteris testamēti nouiq; distinguēs: Sustinentiam inquit Iob audistis:& finē domini uidistis. Ne ideo Jacobi.5.
patiētier sustinerent temporalia mala: ut sibi hoc restitueretur quod recepisse legim⁹ Iob. Nam & ab alio uulnere atq; putredine saluus fact⁹ est:& ei cūcta quæ amiserat du Job.42.
plicata sunt restituta:ubi etiam cōmēdata est resurrectionis fides. Nam filij nō duplū sed totidem redditi etiā illos quos amiserat resurrecturos significauerūt:Sic ipsi quoq; illis priorib⁹ iuncti:a restitutionib⁹ dupli nō inueniēt alieni. Vt ergo nō talē remunerationē sperarem⁹: qñ mala tpalia pateremur:non ait: Sustinētiā & finē Iob audistis: sed finē dñi uidistis:tanq; diceret: Mala tpalia sicut Iob sustinete:sed ꝓ hac sustinētia nō tē poralia bona sperate quæ illi aucta redierūt: sed æterna potiꝰ quæ in domino præceserunt. Iob ergo de illis patribus erat qui exclamauerunt: & salui facti sunt. Cum enim
dicit:Ego autē:satis insinuat qua salute illos saluos esse factos uelit intelligi: in qua ipse Ps.21.
utiq; derelictus est:non q; illi a salute æterna fuerint alieni:sed in occulto tunc erat qđ in eis fuerat reuelandū. In ueteri quoq; testamento uelamē est qđ tunc auferēt: cū ad christum quisq; inde transierit: Quo crucifixo uelū etiam templi scissum est:ut significaretur qđ Apostolus de uelamine ueteris testamenti dixit:quomodo in christo euacuatur. Nam & in illis patribus quāuis rarissima:tamen fuerūt & usq; ad mortē exempla patientiæ:a sanguine Abel usq; ad sanguinē Zachariæ:quorum sanguinē dicit do- Luc.11.
minus Iesus & ab eis exigendum: qui in patrum suoꝝ a quibus illi occisi sunt iniquitate perstiterent: Et in nouo testamento nec defuit nec deest bonorum fideliū multitudo:qui etiam in ista temporali fœlicitate præpolleāt:& in ea largitoris dei bonitatē misericordiamq; experiantur: Tenentes tamē qđ dispensator noui testamenti:diuitibus hui⁹ sæculi Apostol⁹ præcepit: nō superbe sapere:neq; sperare in incerto diuitiarum: 1.Timoth.6.
sed in deo uiuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum:ut benefaciant diuites:sint in operibus bonis:facile tribuant:communicent:thesauriçent sibi fundamētum bonum in futurum:ut apprehendant ueram uitam:qualis in christi non tantū spiritu:uerumetiam carne manifestata est: cum resurrexit a mortuis:nō qualem iudæi in illo peremerūt: quando eum de manibus eorum deus nō eruit: eūq; derelinquere uisus est exclamentē: Deus deus me⁹ ut quid me dereliquisti: ut eo modo in se transfiguraret martyres suos:q & si mori nollēt:quo etiam Petro dixit: Alter te cinget & fe- Iob.21.
ret quo tu nō uis:significans qua mortꝫ glorificaturus erat dominum:Et ob hoc a deo suo derelicti uiderentur ad tempus:cum eis præstare nollet quod uellēt:illam uocem cordis emitterent:illumq; adhiberent pietatis affectum: quem passione impendente ore proprio domin⁹ expressit:eos in se identidem transfigurās: Verum non quod ego Matth.26.
O uolo:sed quod tu uis pater. In quo enim primitus nisi in ipso capite nostro apparere Ca.10

Ps. 21. debuit propter quã causam christiani sumus? Propterea nõ ait: Deus deus meꝰ quare dereliquisti me: sed causam cõmonuit requirendã: cũ addidit: Vt quid dereliquisti me: id est quare: propter quid: quam ob causam? Profecto enim erat aliqua causa: eaq; non parua: ut Noe liberaret de diluuio: Loth de cælesti incendio: Isaac de imminenti gladio: Iosepb de calumnia mulieris & custodia carceris: Moysen ab ægyptijs: Raab ab excidio ciuitatis: Susannã de testibꝰ falsis: Danielem a leonibus: tres uiros ab ignibus: alios q; patres q exclamauerũt & salui facti sunt: & christũ de manibꝰ iudæoꝝ non liberaret: eũq; in potestate sæuiẽtiũ: usq; ad mortis exitũ derelinqueret. Vt qd hoc: propter quid hoc: nisi propter illud qd' paulo post in eodem psalmo dicit: Non ad insipiẽtiam mihi: hoc est corpori meo: ecclesiæ meæ: minimis meis. Nam in euangelio: quod
Matth. 25. uni ex minimis meis fecistis inquit mihi fecistis. Sic itaq; dictũ est: Et non ad insipientiã mihi: quomodo dictũ est: Mihi fecistis. Et sic dictũ est: Quare me dereliquisti: quo-
Luc. 10 modo dictũ est: Qui uos recipit me recipit: & q uos spernit me spernit. Nõ ergo ad insipientiã nobis: sed ut sapiamꝰ: non propter istam uitã in q̃ nos deus aliquando usq; ad mortẽ persequentiũ manibus derelinquit: sed propter illã sempiternã nos debere esse christianos: quia hoc in illo præcessisse intuemur ex eiꝰ nomine sic uocamur. Ecce ita factũ est: tamẽ multi non ob aliud uolũt esse christiani: nisi ut buiꝰ uitæ fœlicitate perfruant': ideoq; illa deficiẽte deficiũt. Q̃ si nõ in ipso nr̃o capite tã insigne constitueret exẽplũ: quo disceremꝰ ꝓ cælestibꝰ terrena cõtemnere: nõ respiciẽtes quæ uidẽt': sed
2. Cor. 4. quæ non uident'. Quæ em̃ uident' temporalia sunt: quæ aũt non uident' æterna: quos in se uocibꝰ illis trãsfigurare dignatꝰ est. Nam quantũ ad ipsum attinet: quomodo uellet liberari ab illa hora: q propterea uenerat in illam horam? Aut quomodo sic loque-
Ioh. 10 bat' quasi qd' nollet ei accideret: cũ potestatem habuerit ponendi animã suam: & iteꝝ sumendi eam: nec eam quisquam tolleret ab illo: sed eam ipse poneret & sumeret: sicut in euãgelio dicit? Sed proculdubio nos in illis uocibꝰ eramus: & caput pro suo corpore loquebat': non disiuncta significatione uocis: ubi connexio non disiũgitur unitatis.
Ca. 11. Deniq; in psalmo sequit': & orãs aduerte quid dicat: Et tu inquit extraxisti me de uẽtre ꝑ spes mea ab uberibꝰ matris meæ deus meꝰ es tu: tanq̃ diceret: de alia re & ab alia re in aliã rem me traiecisti: ut tu sis mihi bonũ pro terrænis bonis mortalitatis huius: quã in matris uentre sortitꝰ sum: quia ubera suxi. Hæc enim uetustas est de q̃ me extraxisti: & illa carnalis natiuitatis bona sũt: a quibꝰ tu spes mea es. Inde enim ad te conuersus sũ ex utero: id est ex bis quæ in utero inchoaui: In te iactatus sum ad te: scilicet transiẽs: totum me tibi committẽs. Ideoq; de uẽtre matris meæ: id est de bonis carnis quã sumpsi in uentre matris meæ: deus meꝰ es tu: ut de bis tu sis bonũ meũ: ea locutione dictũ est: ac si diceret': uerbi gratia: de terra cælũ habito: hoc est hinc illo emigraui: & ista nostra in illũ transfiguratio est: qui per gratiã testamenti noui mutamꝰ uitam: transeuntes de uetere ad nouam. Nam ille banc rem sacramento suæ passionis resurrectionisq; significans: carnem mutauit de mortalitate ad immortalitatem: uitã uero non mutauit de uetustate in nouitatẽ: quæ nunq̃ fuit in impietate unde trãsiret ad pietatem: Q̃q̃ non defuerũt qui hoc quod dictũ est: De uentre matris meæ deus meus es tu: ideo ad ipsũ caput nostrũ pertinere sentirẽt: quoniã pater intantũ est deus eiꝰ: inquantũ homo est in forma serui: non inq̃ntũ illi æqualis in forma dei est: Ideo de uentre matris meæ deꝰ meus es tu. Siquidẽ: tu extraxisti me de uentre: sic ad ipsũ Iesum de uirgine procreatũ referẽt: q̃si alios deus non extrahat: in cuiꝰ prouidẽtia est omnis ordo nascendi: ac inde significare uoluit partũ uirginis seruata uirginitatis integritate mirabili. Cũ ait: Tu extraxisti me de uentre matris meæ: ut qd illic mirabiliter factũ est cũ deus fecisse dicit': nemini incredibile uideat'. Quid ergo est & illud: Spes mea ab uberibꝰ matris meæ? Quomodo & hoc ad ipsum caput ecclesiæ referri posset q̃si eius qui in deo est: a matris uberibus ei cœperit: non & ante in ipso utero? Neq; enim spes alia intelligẽda est: nisi qua futurum erat ut deꝰ eum exaltaret a mortuis. Totum hoc quippe scdm id qd' homo factus est dicit'. An forte quia ubera fœminarũ ab ipso conceptum in ubertatẽ promoueri perhibent': sic intelligi uoluit: ab uberibꝰ: tãquam diceret: ex quo carnem

sumpsi: cui carni fuerat sperãda immortalitas: ut non ante spes ei esset cũ in forma dei esset: in q̃ nihil in melius mutãdum esset: sed ab uteribꝰ matris: id est ab ipsa susceptione carnis quæ concipiebaꝫ in spe: cuius spei res futura erat: cum ad immortalitatem de morte trãsiret. Sed quod dictum est: In te iactatus sum ex utero: quomodo coaptari capiti possit: ignoro: quasi in utero cũ esset non in deo fuit: in quo uiuimꝰ: mouemur & sumus: aut illius infantis anima rationalis ex quo caro processit ex utero: deum spere/re cœperit: Nisi forte credendum est: iam nato animã rationalem accessisse: quæ intra uiscera matris adhuc ei defuisset. Et quoniam eadem anima quæ carni iam natæ addita est deo inhærebat: Ideo secundum eãdem carnem dictum esse existimãdum est: In te iactatus sum ex utero: tanquã diceret: eam sortitꝰ sum animã ex utero quæ tibi co/hæret. Sed quis audeat in hãc se temere præcipitare sententiã cum ratio de aduentu uel exortu animæ in tanto naturæ profundo sic lateat: ut satius sit eã semper quærere quãdiu in hac uita sumꝰ: q̃ aliquãdo inuenisse præsumereꝫ. Ex illa uero in seipsum trãsfiguratione nostra quemadmodum possent hæc accipi dictum est. Si quid autem dici potuit conueniẽtius uel potuerit: nullius præiudicamꝰ ingenio: doctrinæ nullius inui/

Q demus. Iam illud quod sequiꝫ: Ne discedas a me: quoniã tribulatio proxima est: inde iã eminet: quemadmodum dictum est: Quare me dereliquisti. Quomodo enim dereliquit: cui diciꝫ: Ne discedas a me: nisi quia dereliquit uitæ ueteris temporalem fœlicitatẽ: Rogaꝫ ne discedat & deserat spem uitæ æternæ: Sed quid est: quoniã tribulatio proxima est: q̃si ei passio adhuc immineret: cũ ipse media passiõe ista dicere intelligaꝫ: quæ de illo in hoc psalmo prophetata sũt: Hic enim dicturꝰ est etiam: quæ in euãgelio apertissime scripta sũt: Diuiserũt sibi uestimẽta mea: & super uestem meã miserũt sortem: quod factum est cũ iam penderet in ligno. Quid est ergo tribulatio proxima est in q̃ media loquebaꝫ: Sed nimiꝝ illud uult intelligi: qa cũ caro in doloribꝰ est & in pœnis: profecto anima tũc habet magnũ agonem patiẽtiæ: in quo ne deficiat laborãdum & orãdum est. Nihil est autem animæ sua carne propinquius: Ideo mũdi huius quilibet magnus perfectusq; contemptor: cum alibi patiꝫ nihil patiꝫ. Potest enim adhibere uigilem rationem cum amittit bona quæ extrinsecus sunt: & ab animo sapientis qui ex cupiditate non habet: sine dubio longe sunt: & non curare quod patiꝫ: quia nec patiꝫ. Cum uero amittit præcipua corporis bona: id est corporis uitã ac salutem: iam tribulatio proxima est animi bonis: quibꝰ ipse intus tanquã corporis est dominꝰ: qui facit q̃libet ratione: ut non doleat cum corpus uulneraꝫ aut uriꝫ: cui tanto implicaꝫ consortio ut pati possit: dolere non possit. Ideo & diabolus hũc nocendi ordinem tenẽs: illius magni uiri quem postulauerat temptãdum: prius externa bona accepit in potestatẽ: quibꝰ ablatis & perditis: cum illũ inconcussum uideret: dixerat enim: Dominꝰ dedit dominus abstulit: sicut domino placuit: ita factum est: sit nomen domini benedictũ: etiam carnem cruciãdam uulnere postulauit: tali cum eo confligens certamine: ut bona proximi inuaderet: id est corporis bona: quibꝰ ille perditis si forte succumberet: atq; ad impietatem cor inclinaret: etiam bona animi deperirent: quibꝰ perdendis iam in corpore sæuiens uicinius temptator instabat. Deniq; ille uir qui in tanta animi temptatione erat: ubi bonis proxima tribulatio: quamuis multa prophetice loquaꝫ: longe tamen loquiꝫ aliter: q̃ cum illa externa bona deperissent in qbꝰ filios non amiserat sed præmiserat. Clamat ergo martyris anima transfigurata in christum: cum iam in carne tribulari cœperit: & dicit deo a quo derelicta est in terræna fœlicitate: sed quæ cũ illo est in spe uitæ æternæ: Ne discedas a me: quoniam tribulatio proxima est: Non est in agro meo: non in auro: non in pecore: non in tectis atq; parietibꝰ: non in meorum orbitatibus: sed in carne mea est cui copulor: cui connector: cuius sensum non habere non possum: unde me de proximo arguet: ut a patientiæ uirtute deficiam: non discedas a me: quoniã non est qui adiuuet: neq; amicus: neq; propinquus: neq; humana laus: neq; præteritæ recordatio uoluptatis: neq; aliquid eorum quo terrænæ fœlicitatis ruina fulciꝫ: neq;

R ipsa quæ in animo est meo humana uirtꝰ: qa si tu deseris quæ hominis uirtus? Quid est enim homo nisi q̃ memor es eius? Circũdederũt me uituli multi: hoc est minores

Ps. 21. Act. 17. Ca. 12. Matth. 27 Job. 1. Ca. 15.

in plebe. Tauri pingues obsederũt me: hoc est superbi ac diuites principes plebis ape
Luc.23. ruerũt in me os suum: clamãtes: Crucifige crucifige. Quasi leo rapiẽs & rugiens rapu/
erunt eum: comprehensum adducentes ad præsidem: & rugierũt petendo eius mor/
tem. Sicut aqua effusus sum: tãquam in me lapsi caderent persecutores mei. Dispersa
sunt omnia ossa mea: Quid sunt ossa nisi corporis firmamenta: corp⁹ autem christi ec/
clesia? Firmamẽta ergo ecclesiæ qui nisi apostoli: qui etiam columnæ alibi nũcupant?
Hi utiq; dispersi sunt cum ad passionem ipse duceret: uel cum esset passus & mortuus.
Ps.21. Factum est ergo cor meũ tanquã cæra liquescẽs in medio uentris mei. Hoc sane quẽ/
admodũ capiti nostro ipsius corporis saluatori coaptet inuenire difficile est. Neq; em̃
nisi magno pauore cõtingit: ut cor uelut cæra liquescat humanũ: quod unde in illo fie/
Job.10 ri posset: qui potestatem habebat ponẽdi & recipiendi animam suã? Sed profecto aut
infirmorũ suorum in se transtulit causam: uel illorum qui metũ mortis paueścũt: sicut
ipse Petrus ex egregio præsumptore tam creber negator effect⁹: siue illorum qui tristi/
cia salubri cõtabescũt: sicut idẽ ipse Petrus cũ amare fleuit. Nã tristicia quasi soluit cor:
Vnde dicit etiam græce ϕ hinc appellata sit λύπη. Aut certe profundum sacramen/
tũ nos intelligere uoluit: ut cordis sui nomine significaret scripturas suas: ubi eius utiq;
latebat consilium: quod tunc apertum est: cum ea quæ de illo prophetata fuerunt: pas/
sus impleuit. Solutæ sunt ergo scripturæ eius in his quæ perfecta sunt aduentu ei⁹: na/
tiuitate: passione: resurrectione: glorificatione. Quis enim iam ea non intelligit in pro/
phetis: quãdo usq; ad intellectum etiam carnalis multitudinis peruenerũt: quã fortas/
se significauit in medio uentris sui: ut in eius corpore quod est ecclesia quasi uentris lo/
cum habeat carnalis & infirmior multitudo? Aut si uentris nomen magis interioribus
competit: ad eos poti⁹ perfectiorem scripturaꝝ intellectum peruenire monstratũ est:
cum cor ei⁹: id est scripturæ eius quæ continent consilium ei⁹ in medio eorum: hoc est
in cogitatione eorum tãquam cæra dissoluit: hoc est feruore spũs aperit: disputat: ex/
La.14. ponit? Et aruit uelut testa uirt⁹ mea. Testa igne firmata est: sic & uirt⁹ corporis christi S
Ecc.27. non sicut fœnum igne consumitur: sed sicut testa passione uelut igne firmatur. Vasa
enim figuli ꝓbat fornax: sicut alio loco scriptura dicit: & homines iustos temptatio tri
bulationis. Et lingua mea adhæsit faucibus meis: Potest quidem silentium eius signifi
Esa.53. catum uideri: quod & prophetа commendat cum dicit: Sicut agnus coram tondente
fuit sine uoce. Sed si linguam eius: os in ei⁹ corpore quod est ecclesia intelligam⁹: per
quod suum loquitur euangeliũ: tunc eius faucibus adhæret: cum a præceptis eius nõ
recedit. Quod uero sequitur: Et in puluerẽ mortis deduxisti me: quõ capiti coaptabi/
tur: quãdo quidem corpus eius: qđ tertia die resurrexit: nõ est utiq; in puluerem disso/
Act.2 lutum? Nec aliter exposuerũt apostoli: qđ in alio psalmo positũ est: Neq; dabis sanctũ
Ps.15. tuum uidere corruptionem: nisi quia eius caro non est corrupta: quæ tam celeriter re
Ps.29 surrexit? Vnde item in alio psalmo dicit: Quæ utilitas in sanguine meo: dum descẽdo
in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi pulus: aut annũciabit ueritatem tuam?
Hoc scilicet dicens: ϕ si eo modo quo & cæteri mortuus dimitteret in puluerem: & ca
ro eius resurrectioni seruaretur: nulla esset utilitas in sãguine eius: quia nihil prodesset
mors eius: nec annũciaretur ueritas dei: quæ illum continuo resurrecturum esse præ/
dixerat. Quid sibi uult ergo qđ hoc loco ait: Et in puluerẽ mortis deduxisti me? Nisi
corpus eius accipiamus ecclesiam: in qua illi qui pro eius nomine passi sunt uel patiun
tur: nõ ita ut ipse cito resurgũt: sed in mortis puluerem deducũt: tũc resurrecturi cum
Job.5. illud tempus uenerit: de quo in euangelio dicit: Veniet hora quando omẽs qui in mo/
numentis sunt audient uocem eius & procedent. Aut certe tropice puluerem mor/
tis ipsos iudæos intelligi uoluit: in quorum manus deductus est. Scriptum est enim:
Ps.1. Non sic impij non sic: sed tanquã puluis quem proiicit uent⁹ a facie terræ. Deniq; se- T
La.15. quitur: Quoniam circumdederũt me canes multi: concilium malignãtiũ obsedit me:
tanquã ipsos dixerit puluerem mortis in quem deduct⁹ est: quos dixit canes mltos &
concilium malignãtium: canes eos uidelicet appellans: qui plærũq; contra innocẽtes
latrant: cum quibus non habent consuetudinem. Iam uero in his quæ subiũgit tanquã

euangeliū recitaē. Crucifixio quippe eī exprimiē in eo q dicit: Foderūt manus meas & pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerūt & conspexerunt me. Fossæ sunt enim clauis manū & pedes eī: & cum extenderēē in ligno: quod ammodo numerata sunt ossa eius. Considerat eī est autem atq; conspectus quid illi futurum esset: & utrum ueniret Helias & liberaret eum. Iam illud quod sequitur: nullius expositionis indiget: Diuiserūt sibi uestimēta mea: & super uestem meam miserūt sortem. Verba deinde quæ subtexunē: orantis sunt: tam ex persona capitis: id est hominis mediatoris: q̄ ex persona corporis quod est ecclesia: quam dicit etiam unicam suam. Tu autem domine inquit ne longe facias auxilium tuū: hoc ad eius carnem pertinet: cui resurrectio non in longum est missa ut aliorum. In defensionem meam aspice ne quid noceant inimici: qui sibi uidenē aliquid potuisse carnem perimendo mortalē. Non autem nocent si defendente gratia dei: non eis ad malū anima superata consentiat. Sic enim & alibi propbetatum est: Terra tradita est in manus impij: hoc est caro terræna. Erue a framea animam meam. Framea gladi est: Nec utiq; tali ferro christus occisus est sed cruce: nec latus eius gladio sed lancea percusserūt. Translato ergo uerbo: frameam linguam dixit persequentium: sicut in alio psalmo dicīē: Et lingua eorum gladi acut. Vnde quia in eius carne lingua prævaluit malignorum: orat ut animæ nihil noceat: cum dicit: Erue a framea animā meam: ut hæc in propbetia oratio si ad caput corporis referas: non uideaē uelut indigentis petitio: sed poti rei futuræ figurata prædictio. Aut certe: quia corp eius: hoc est ecclesia graues persecutiones fuerat perpessura: Frameam dixit: qua maxime trucidati sūt martyres: unde uult eorū animas erui: ne timeant eos qui corp occidūt: animam autem occidere non possunt: & consentiant ad illicita. Aut etiam in ipsorum passionib: inimicorum linguam frameam dicit: unde animam suam: hoc est animam corporis sui: animam sanctorum suorum uult erui. Quod autem sequiē: Et de manu canis unicam meam: nihil aptius q̄ unica ecclesia mihi uideē intelligi. Canem uero appellauit mūdum: non ratione sed consuetudine contra insolitam ueritatem latrātem. Hæc est enim canum natura: ut cum quibus habent consuetudinem: siue illi boni siue mali sint non ad eos latrent: insolitorum autem personis uisis etiam innocentibus irritenē. Manu autem canis potestatem mundi significauit. Cuius etiam regnum infestum futurum corpori suo: id est ecclesiæ suæ leonis nomine figurauit in eo qd adiūxit: Saluum me fac de ore leonis. Vnde est scriptū: Nihil interest inter minas regis & iram leonis: quā q̄ & diabolum apls Petrus leoni comparet rugienti & quærenti circumeūdo quem deuoret. Superboq; hui mundi: christianis humilibus aduersaturos ostendens: consequenter dicit: Et a cornib unicorniū humilitatem meam. Ideo quippe in unicornibus superbi intelliguntur: quia superbia odit consortium: & quantum in ipso est: solus cupit eminere omnis superbus. Vlam nunc attende ubi sit fructus: uel q derelictus est: ne exaudiretur pro terræna felicitate: non ad insipientiam: sed ut saperemus quid noui gratia testamenti desiderare debeamus: uel q non est derelictus: sed exauditus in eo quod ait: Ne discedas a me: q dixerat: Quare me dereliqsti: qd utiq; cōtrariū est: nisi illud ad aliud: hoc ad aliud referatur. Attende & audi quantum sapis: bauri quantum capis: quantumq; ipse rem tantam eloqui ualeo: quantum tribuit ille qui nos exaudit: & in christo inquantum homo mediator est inter nos & deum: & cum christo inquantum deus est æqualis deo: & potens est facere: ut ait Apostolus: supra q̄ petimus aut intelligimus. Vide in hoc psalmo testamenti noui gratiam: uide illius derelictionis: tribulationis: deprecationis fructum: quid agatur: quid insinuetur: quid mundetur: quid illustretur. Intuere quid legamus tanto ante propbetatum: quid iam cernamus impletum. Narrabo nomen tuum inquit fratrib meis: in medio ecclesiæ cantabo te: Fratres illi sunt de quib in euangelio ait: Vade & dic fratrib meis. Ecclesia illa est quā modo dixit unicam suam: hæc est unica catholica quæ toto orbe copiosa diffundiē quousq; ad ultimas gentes porrigiē. Vnde in euangelio dicit: Et prædicabiē hoc euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: & tunc uenīet filius hominis. Q autem ait: Cantabo: hoc

Ps. 21. Ps. 56 Matth. 10 Prouer. 19 1. Petri. 5. Ca. 16 Eph. 5. Ps. 21 Joh. 20 Matth. 24

Ps.95. est illud canticum nouum: de quo in alio psalmo dicit: Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Habes hic utraq; ex quo cantico cantaturum se dixerit: & in cuius ecclesiæ medio: illud pertinet ad nouum canticum: hoc ad omnem
2.Cor.13. terram. Ipse quippe cantat in nobis cuius gratia cantamus: sicut dicit Apostolus: An uultis experimentum eius accipere qui in me loquit̃ christus? Medium uero ecclesiæ ad eminentiam licet referas & ipsam manifestationem: quia omnia quanto clariꝰ nota sunt: tantomagis in medio esse dicũtur: uel certe ad interiores ecclesiæ: quia interiora sunt media. Neq; enim omnis qui labijs personat: cantat canticum nouum: sed qui
Eph.5. eo modo cantat: ut apostolus admonet dicens: Cantantes & psallentes in cordibꝰ uestris domino. Intus enim est hoc gaudium: ubi uox laudis & canit̃ & audit̃: quia uoce laudatur qui gratis amandus est toto corde: tota anima: tota mente: amatorẽq; suum attendit in se gratia sui spiritussancti. Quid enim aliud est canticũ nouum: q̃ laus dei?
Ca.17. Deniq; sequitur & hoc euidentiꝰ demonstrat. Cum enim dixisset: Narrabo nomen X
Ps.21. Joh.1. tuum fratribus meis: quia deum nemo uidit unquam: sed unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit: atq; adiunxisset: In medio ecclesiæ cantabo te: quomodo cantabit: id est quia in nobis continuo manifestauit dicens: Qui timetis dominum laudate eũ? Quis autem ueraciter laudat nisi qui sinceriter amat? Tantũdem est ergo ac si diceret: Qui timetis dominum amate eum. Dixit enim homini sicut scriptum est: Ecce pietas est sapientia. Porro pietas cultus dei est: nec colit̃ ille nisi amando. Summa igit̃
Matth.22. & uera sapientia est in præcepto illo primo: Diliges dominũ deum tuum ex toto cor-
Ro.5. de tuo: & ex tota anima tua: Ac per hoc sapientia est charitas dei: nec diffundit̃ in cor-
Ecc.1. dibus nostris: nisi per spirtumsanctum qui datus est nobis. Initium autem sapientiæ ti-
1.Joh.4. mor domini: Et timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Proinde præmissus timor in cor nostrum: pellit inde consuetudinem malorum operũ & seruat charitati locũ: qua tanquam domina ueniente ut illa insideat: abscedit. Ergo qui timetis dominum laudate eum: ut deum non seruiliter sed libere colatis: eum amare discite quem timetis: & poteritis laudare quod amatis. Timentes enim deũ homines ueteris testamenti: propter litteram terrentem & occidentem: nondum habentes spiritum uiuificantem: currebant cum sacrificijs ad templum: Et quãuis in figuram futuri sanguinis quo redempti sumus: tamen nescientes q̃ per eos præfiguraretur: cruẽtas uictimas immolabant: Nũc uero in gratia noui testamẽti qui timetis dominũ laudate eum. Ipse quippe in alio psalmo: illa mutanda prænuncians: quæ tunc in um-
Ps.49 bra futuri offerebantur. Non accipiam inquit de manu tua uitulos: neq; de gregibus tuis bircos. Et paulo post ut ostenderet sacrificiũ noui testamenti: quando illa fuerant cessatura: Immola inqt deo sacrificiũ laudis: & redde altissimo uota tua. Et in fine eiusdem psalmi: Sacrificiũ inquit laudis glorificabit me: & illic uia est qua ostendam illi salutare meum. Salutare dei christus est: quem infantem Symeon senex cum agnouis-
Luc.2. set in spiritu: eũq; sumpsisset in manꝰ: Nũc dimittis inquit domine seruum tuum scdm
Ca.18. uerbum tuum in pace: quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. Qui timetis ergo Y
dominum laudate eum: uniuersum semẽ Iacob glorificate eum. Non uacat quod ei non sufficit dicere: semen Iacob: nisi adderet uniuersum: ne in solis eis intelligeretur qui ex Israelitis fuerant credituri. Semen Iacob ipsum est semen Abraæ omnibus in
Gal.3. christum credentibus: non solis qui ex israel fuerant fideles Apostolus dicit: Ergo abraæ semen estis fm promissionem hæredes. Ibi namq; commemorauit præfigurationem noui testamenti: in eo quod scriptum est: In Isaac uocabitur tibi semen: non utiq; in bismael ancillæ filio. In quibus duobus filijs abraæ seruo & libero & duabꝰ mulieri-
Gal.4. bus: ancilla & libera scribens ad Galatas: duo testamẽta dicit in allegoria præfigurata.
Ro.9. Vnde dicit: Non hi q̃ filij carnis: hi sũt filij dei: sed filij promissiõis deputant̃ in semine. Promissionis enim uerbum hoc est: Ad hoc tempus ueniam: & erit Saræ filius. Multũ est & nimis longũ diligẽter enucleare: cur filij promissionis pertinentes ad Isaac noui testamẽti gratiæ deputetur. Breuiter tamen attingam: unde tanto fructuosius cogitabis: quantomagis pie cogitaueris. Non omnia deus quæ prædicit: promittit. Prædicit

enim etiã illa quæ non ipse facit: quia est oim præscius futurorũ. Prædicit ergo & peccata hominum: quæ potuit præscire nõ facere. Promittit autem quæ ipse facturus est: nec ea mala sed bona. Quis enim promittit mala? Quãuis itaq; mala inferat: mala non peccata sed supplicia: minat' tamen poti⁹ q̃ promittit. Omnia largit' & præscit: sed peccata prædicit. Filij ergo promissiõis: filij sunt beneficij. Hæc est gratia quæ gratis dat': non meritis operantis sed miseratione donantis. Hinc gratias agim⁹ domino deo nostro: qđ est magnũ sacramentũ in sacrificio noui testameti: qđ ubi & quãdo & quomodo offerat' cum fueris baptiçatus inuenies. Deinde sequit' & dicit: Timeat eum omne Ca.19
Z semen Israel: quia Iacob ipse & Israel unus homo erat habens duo nomina: Nõ in paruo sacramento: sed uno libro non possũt dici omnia. In quo iam multum progressi sumus & nondum de alijs tribus quæstionibus aliquid diximus: hoc est de tenebris exterioribus: & latitudine & longitudine: altitudine & profundo: & de quinq; & quinq; uirginibus. Quod ergo dixit supra: Vniuersum semẽ Iacob: hic consequẽter ait: Omne semen Israel. Sed quare superius: Magnificate eũ: & posteri⁹: Timeat eum. Magnificatio laudi congruit: de qua dixerat: Qui timetis dominũ laudate eum: unde iam mlta disserui. Ibi quoq; amor uel charitas dei perfecta foras mittit timorem: Cur ergo 1.Ioh.4.
iterum timeat eum omnis Israel? Non enim accepistis (inquit Apostolus) spiritum ser Ro.8.
uitutis iterum in timore. Sed idem Apostolus oleastro inserto in oliua timorem præ Ro.11.
cipit: hoc est gentibus additis radici abraam: Isaac: Iacob: ut & ipsi fierent israel: id est pertinerent ad semen Abraæ. Quam insertionẽ oleastri amputatis propter infidelitatis superbiam naturalibus ramis: etiam ipse dominus in euangelio prædixit: occasiõe illius Centurionis qui in eum ex gẽtibus credidit. Tunc enim ait: Amẽ dico uobis: nõ Matth.8.
inueni tantam fidem in Israel. Et adiunxit: Ideo dico uobis; qa multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cum Abraam Isaac & Iacob in regno cælorum: filij autẽ regni ibunt in tenebras exteriores: illic erit ploratio & stridor dentiũ: Ita significãs inseri oleastrum propter humilitatem. Dixerat quoq; ille Cẽturio: Non sum dignus ut sub tectum meum intres: sed tantum dic uerbo & sanabitur puer meus. Cõfractionẽ autem ramorum naturalium propter superbiam: scilicet eorum qui ignorãtes dei iusticiam: & suam uolentes constituere: iusticiæ dei non sunt subiecti. De his quippe uana elatione tumentibus dictum est: q̃ ibunt in tenebras exteriores: quia iactãtes se de semine abraæ: semen abraæ fieri noluerũt: ut essent filij promissionis: quia fidem noui testamenti non receperunt: ubi iusticiam dei contempserunt: & suam cõstituere uolẽtes: id est tanq̃ de suis meritis & opib⁹ præsumẽtes: præsidẽtes spreuerũt esse filij promissionis: hoc est filij gratiæ: filij misericordiæ: ut qui gloriat' in domino glorietur: credens in eum qui iustificat impium: hoc est qui ex impio facit pium: ut deputet' fides eius ad iusticiam: & impleat' in eo: non quod postulabat eius meritum: sed qđ a domino promissum est beneficium. Cum bis igit' agẽs Apostolus qui oliuæ per gratiam inserebant': Dicis inquit: Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene: propter incredulitatẽ fracti sunt. Tu autem fide sta: noli altum sapere: sed time. Dei est enim beneficium nõ meritum tuum: quod & alibi dicit: Gratia salui facti estis per fidem: & hoc nõ ex uobis: sed Eph.2.
dei donum est: non ex operibus: ne forte quis extollat'. Ipsius enim sumus figmẽtum creati in Iesu christo in operibus bonis: quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. In hoc itaq; intellectu gratiæ est timor: de quo dicit': Noli altũ sapere sed time. Timor aũt Ro.11.
iste alius est: non est ille seruilis quem charitas foras mittit. Illo enim timet' ne iudicet' 1.Ioh.4.
& in tormentum supplicij: isto autem ne amittatur gratia beneficij. Quapropter: quam Ca.20
uis fidelibus ad nouum testamentum pertinentibus: dicat Apostolus quod paulo ante commemorauit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed Ro.8
accepistis spiritum adoptiõis filiorum in quo clamamus: Abba pater: id est ut fides in nobis sit quæ per dilectionem operat': non tam timendo pœnam q̃ amando iusticiam: Gal.5.
tñ quia non fit anima iusta nisi participatione melioris qui iustificat impium: quid em̃ 1.Cor.4.
habet quod nõ accepit? non debet sibi tribuẽdo quod dei est ita gloriari tanquam nõ acceperit. Ob hoc ei dictum est: Noli altum sapere: sed time. Et timor iste præcipit' bis Ro.11.

etiam qui ex fide uiuentes hæredes sunt noui testamēti: atq; in libertatē uocati. Altū
Ro.12. enim sapere: dictū est superbire. Quod alio loco ecōtrario satis ostendit: ubi ait: Nō al-
ta sapientes: sed humilibus consentientes: utiq; aperuit nihil aliud se dixisse alta sapi-
1.Joh.4. entes: q̄ superbiētes. Timor ergo nō est in charitate: qa perfecta charitas foras mittit
timorem: sed illum seruilem quo cum se quisq; ab opere malo abstinet: pœna terretur
non iustitia delectatur. Hunc charitas foras mittit: quā non delectat iniquitas: etiam si
proponarur impunitas. Non illum quo timet anima ne amittat ipsam gratiam: quia in
illa factum est: ut eam non peccare delectet: quo timet ne deus eam deserat: etiam si in
illis dolor̄ cruciatibus puniat. Hic timor castus est: nō eum charitas eijcit: sed asciscit.
Ps.18. De illo quoq; scriptum est: Timor domini castus permanens in sæculū sæculi: nequa-
quam diceret istum permanentem: nisi sciens alium qui non permaneret. Et bene istū
castum dixit: Hoc em̄ nō caret amor quo anima inhæret deo: quæ dicit in alio psalmo:
De vbis apli. Perdidisti omnem qui fornicatur abs te: mihi autem adhære deo bonum est. Nam &
ser.13.18.et.19 coniunx quæ adulterinum animū gerit: etiam si in timore uiri non adulterium perpe-
3.senten.dis. trat: tamē quod deest operi inest uoluntati. Casta uero aliter timet: Nam & ipsa timet
34.nō potes uirū: sed caste. Deniq; timet illa ne uir infestus adueniat: ista ne offensus abscedat. Nō
amanti enim præsentia uiri molesta est: amāti autem absentia. Timore itaq; casto per-
manēti in sæculum sæculi: timeat deum omne semē Israel. Timeāt quem diligunt: nō
alta sapiendo: sed humilibus consentiēdo cum timore & tremore suam ipsorum salu-
tem operando. Deus est enim qui operat̄ in eis & uelle & operari pro bona uolunta-
Ca.21. te. Hæc iusticia dei: hoc est quod deus donauit homini: quē iustificat impium. Hanc
dei iusticiam ignorantes superbi iudæi: & suam uolentes constituere: iusticiæ dei non
sunt subiecti: hac superbia deijciunt̄ ut humilis inseratur oleaster. Et illi ibunt in tene-
bras exteriores: de qbus inter alia requisisti: uenientibus ab oriente & occidente: mul
tis qui recumbant cum Abraam: Isaac & Iacob in regno cælorum. Sunt enim modo in
exteris tenebris: unde correctio desperāda non est: quam si contempserint: ibunt in te
1.Joh.1. nebras exteriores: ubi correctionis locus nō erit: quoniam deus lux est: & tenebræ in
eo non sunt ullæ. Sed lux cordis non istorum qui in carne sunt oculorum: nec omni-
no talis qualis huius lucis uisibilis phantasia cogitat̄: quaquam & ibi est uidere: sed lon
ge aliter: longe dissimiliter. Qualis em̄ lux est ipsa charitas: quis uerbis explicat̄? Quis
Vbi s̄ eaq; req; quæ sensib⁹ carnis subiacēt ullo demōstrat exēplo? An forte lux nō est chari-
1.Joh.4. tas? Audi apl'm Iohannē. Ipse qppe dixit: qđ mō cōmemoraui: Qm̄ de⁹ lux ē: & tene-
Ro.5. bræ nō sūt in eo ullæ. Qui rursū dicit: De⁹ charitas est: Ac p hoc si de⁹ lux ē: & de⁹ cha-
1.Joh.2. ritas est: profecto charitas lux ipsa est quæ diffundit̄ in cordib⁹ nostris per spiritūsan-
ctum qui datus est nobis. Item dicit: Qui odit fratrem suū in tenebris est usq; adhuc.
Istæ sunt tenebræ in quas diabolus & angeli eius multum superbiendo progressi sunt.
1.Cor.13. Charitas enim non æmulat̄: nō inflatur. Ideo non æmulat̄ quia nō inflatur. Vbi enim
præcedit inflatio: continuo sequitur æmulatio: quoniam superbia est mater inuiden-
tiæ. Diabolus igit̄ & angeli eius a luce & feruore charitatis auersi: & nimis in superbiā
inuidiamq; progressi: uelut glaciali duricia torpuerūt. Et ideo per figuram tanquam in
aquilonem ponūt̄. Vnde cum generi humano diabolus incubaret: uentura gratia sal-
Cant.4. uatoris dicit̄ in Canticocanticorū: Exurge aquilo & ueni auster: perfla hortum meum
& fluent aromata. Exurge qui irruisti: qui subditis incumbis: qui possessos præmis. Ex-
urge ut a tuo pondere eleuati erigantur: quorum animas præmendo curuasti. Et ueni
auster inquit: spiritum inuocans gratiæ flantem de meridie: uelut aperte feruida & lu
2.Cor.2. minosa: & fluant aromata. Vnde Apostolus dicit: Christi bonus odor sum⁹ in omnilo
Ps.125. co. Hinc etiam dicitur in alio psalmo: Conuerte domine captiuitatem nostram sicut
torrēs in austro: Captiuitatem scilicet qua sub diabolo tanquā sub aquilone tenebant̄:
ubi abūdante iniqtate friguerāt: & quodāmodo congelauerāt. Hinc em̄ & euangeliū
Matth.24. dicit: Quoniā abūdabit iniquitas refrigescet charitas m'tor̄. At uero flāte austro glaci
es resoluit̄ & torrētes fluūt: id est peccatis remissis: populi ad christū charitate cocur
Ca.22. rūt. Hinc & alibi scriptū est: Sicut glacies in sereno: ita soluūt̄ pctā tua. Proinde ratio-

nalis creatura: siue in angelico spiritu: siue in anima humana ita facta est: ut sibi ipsa bonum quo beata fiat esse non possit: sed mutabilitas eius si conuertat' ad incommutabile bonum fiat beata. Vnde si auertatur misera: auersio eius uitium eius: & conuersio eius uirtus eius est. Natura ergo nō est mala: quia creatura spiritus est uitæ rationalis: etiã priuata bono cuius participatione beatifica: id est etiam uitiosa: melior est corpore quod summum est in corporib⁹: id est hac luce quæ sentit' oculis carnis: quia & ipsa est corpus: omni autem corpore quælibet incorporea natura præstantior non mole quia non nisi corporeum est moles: sed in quadam qua supergredit' omnem phantasiam quam uolutat animus haustam de sensibus corporis. Sed quēadmodum in ipsis corporibus ea quæ inferiora sunt: sicut terra & aqua & ipse aer melora fiunt participatione melioris: id est cum luce illuminant' & feruore uegetant': sic incorporeæ creaturæ rationales ipsius creatoris fiunt participatione meliores: cum ei cohærēt purissima & sanctissima charitate: qua omnimodo si caruerint: tenebrescent & obdurescent quodammodo. Proinde infideles homines tenebræ sunt: qui per fidem cōuersi ad deum quadam promissa illuminatiõe lux fiũt. In qua proficiendo si ex fide ad speciem peruenerint: ut id quod credũt etiam conspicere: sicut tantum bonũ potest conspici mereantur: perfectam recipient imaginem dei. Talibus enim dicit Apostolus: Fuistis aliquando tenebræ: nunc autem lux in domino. Porro diabolus & angeli eius tenebræ sunt infidelibus hominib⁹ deteriores. Plus em̃ ab illa charitate auersi: & in suũ fastum obstinatione progressi sunt: Et quoniam extremo iudicio christus dictur⁹ est eis quos ad sinistram discernet: Ite in ignem æternum: qui paratus est diabolo & angelis eius. His malignis spiritibus coniungendos simulq; damnãdos: dicet ituros in tenebras exteriores: id est in societatem pœnalem diaboli & angelorum eius. Huic pœnæ cõtrarium est quod bono seruo dicitur: Intra in gaudium domini tui: ut quanto sunt istæ tenebræ exteriores: tanto sit lumẽ illud interius. Non hæc per locorum interualla inani phantasmate cogitanda sunt localia spacia: non occupant nisi corporis moles: non est spũs uitæ: non est hoc anima rationalis: multominus deus omnium benignissimus cõditor: & iustissimus ordinator uoluntatibus & affectibus ista uel propinquare uel lõge fieri: uel intrare: uel exire dicunt': sed quia malo opere: id est tenebroso delectant' facientes. Secutura est autem pœna quæ torqueat: Ideo dñs ubi dixit: Tenebras exteriores: addit etiam: Ibi erit fletus & stridor dentium: ne talibus oblectationibus qualibus hic iniqui perfruuntur: quando infidelitate atq; iniusticia tenebrescunt: etiam in illo supplicio sensuros clementer existimẽt: quia enim uolentes iniuste utuntur bonis: iuste nolentes cruciabuntur malis: quibus a charitatis luce auersa mens in peccatis oblectat': Exteræ tenebræ: corporis aũt mala qbus æternis in finẽ torquebit': Exteriores tenebræ: q solas timẽt qui seruili adhuc timore detinẽt'. Nam si eis liceret: in illis exteris quæ sũt in peccatis impune semper uolui & inuolui: profecto nunq; uellẽt accedere ad deũ & illuminari & inhærere illi p charitatẽ: ubi est timor castus permanẽs in sæculũ sæculi: q timor nō cruciat: sed tenaciorẽ facit aiam boni illius: qđ si dimiserit cadit.

B Timeat eum om̃e semẽ israel. Et uide causam quã coniungit: Qm̃ non spreuit inq; neq; despexit precẽ pauperis: neq; auertit faciẽ suã a me. Vbi est illud: Quare me dereliquisti: si non auertit faciẽ suã a me: nisi quia derelinquẽdo non dereliquit: qñ in bonis temporalibus non exaudit nō ad insipientiã nobis? Non inquit spreuit neq; despexit precẽ pauperis: nec auertit faciẽ suã a me: Et cum clamarem ad eũ exaudiuit me. Facit ergo quod pauloante rogatus est: ubi ei deprecãs dixit: Ne discedas a me. Si em̃ exaudiuit: profecto fecit: non itaq; discessit: nō dereliquit: ut saperemus: quoniam magis non ab eo derelinqui uelle debem⁹. Apud te laus mea. Quid ergo nocent qui tanquam uicto insultant q̃ me in temporalibus dereliqueris? In ecclesia magna cõfitebor tibi: non quanta ista synagoga est quæ irridet mortem derelicti: sed in ecclesia magna diffusa per omnes gentes quæ credit in resurrectione non derelinqui. Hæc est unica illa quam petit de manu canis erui: de qua etiam pauloãte dixit: In medio ecclesiæ cantabo tibi. Et nunc quod ait: Confitebor tibi. In eis quoq; qui confitebunt': in quibus &

Ephe. 5.

Matth. 25.

Ibi ē

Luc. 23.

loquit. Confessio aũt non tantũ peccatorũ est:sed & laus dei: sicut ipse in euangelio:
Matth.11. Confitebor tibi inquit pater domine cæli & terræ: quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis.Ideo sequit & dicit: Vota mea reddam coram timentibus eum.Edent pauperes & saturabunt & laudabunt dominum qui requirũt eum.Ipsi sunt paruuli de quibus dixit:Et reuelasti ea paruulis: timẽtes eum & pauperes:id est humiles qui non alta sapiũt:sed timẽtes timore illo casto:non quo pœna formidat:sed quo gratia commẽdat. Vota uero sua:sacrificium uult intelligi corporis sui quod est per fidelium sacramentum.Ideo cum dixisset: Vota mea reddam coram timentibus eum:continuo subiunxit: Edent pauperes & saturabunt. Ipsi enim saturabuntur pane qui de cælo descendit: qui ei cohærentes & eius pacem dilectionem q; seruantes imitant eius humilitatem. Ideo pauperes in hac paupertate & saturitate præcipue apostoli claruerũt. Et laudabũt dominũ inquit q requirũt eum: intelligẽtes non meritorum suorum: sed illius esse gratiæ q; saturati sũt. Requirũt enim eum: quia nõ sunt ex eis qui sua quærũt non quæ Iesu christi. Denic; & si caro eo; qui eũ laudãt patit temporalem tribulationem uel mortem:uiuent corda eorum in sæculum sæculi. Hæc uita cordis nõ est in sensibus corporis: secreta est in luce quæ intus est: non in
1.Timoth.1. tenebris quæ foris sũt:in fine præcepti:nõ in initio peccati. Finis autẽ præcepti charis
1.Cor.13. tas est:de corde puro & cõscientia bona & fide nõ ficta. Charitas nõ æmulat:nõ inflat: quia non altum sapit:sed timet:& ideo cohæret timore casto permanẽte in sæculum
Eccl.10 sæculi.Initium autem omnis peccati superbia:quia diabolus irreuocabiliter in exteriora progressus est:hominemq; inuidendo:& ei simile aliquid suadendo deiecit. Cui bo
Ubi ō mini in quadam scriptura dicitur: Quid superbit terra & cinis? Quomodo in uita sua proiecit intima sua? In uita sua dictum est: tanquam in propria persona: & quasi pri
Ca.24 uata qua delectatur omnis superbia. Vnde in commune charitas magis q̄ in priua- C
tum consulens:dicit non quærere quæ sua sunt: Hac uiuunt corda in sæculum sæculi:
Joh.6. tãquam saturata pane cælesti. De qua saturitate ipse dicit:Nisi mãducaueritis carnem meam & sanguinem meum biberitis:non habebitis uitam in uobis. Merito ergo istorum qui saturãtur: uiuent corda eo; in sæculum sæculi. Vita enim christus est qui habitat in cordibus eorum: interim per fidem:post etiam per speciem. Vidẽt enim nũc
1.Cor.13. in ænigmate per speculum:tunc autem facie ad faciem. Vnde ipsa charitas nunc in bonis operibus dilectionis exercetur:quasi ad subueniẽdum quaq; uersum potest:porrigit:& hæc latitudo est:nunc longanimitate aduersa tolerat: & in eo quod ueraciter tenuit:perseuerat:& hæc est longitudo: hoc autem totũ propter adipiscẽdam uitam facit æternam quæ illi promittitur in excelso:& hæc altitudo est. Existit uero ex occulto
Eph.2. ista charitas ubi fundati & radicati quodammodo sumus:ubi causæ uoluntatis dei nõ
Titũ.3. inuestigantur: cuius gratia sumus salui facti:nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos:
Jacobi.1. sed scd'm eius misericordiam. Volũtarie quippe genuit nos uerbo ueritatis:& hæc uoluntas eius in adoptionem. Cuius secreti profunditatem quodammodo expauescẽs
Ro.11. Apostolus clamat: O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei:q̄ inscrutabilia sũt iudicia eius & inuestigabiles uiæ ei9. Quis em̃ cognouit sensum dñi? Et hoc est profundũ. Altitudo quippe commune nomẽ est excelso & profũdo. Sed cũ in excelso dicit:sublimitatis eminẽtia commẽdat. Cum aũt in profũdo:difficultas inuestigatiõis & cogni
Ps.91. tionis. Vnde & illud de deo dicit: Q̃ magnificata sunt opera tua dñe:nimis profũdæ
Ps.35 factæ sunt cogitatiões tuæ. Et iter:Iudicia tua uelut abyssus multa. Hinc igit est illud
Eph.3. apostoli qd' requirẽdum inter cætera posuisti: Hui9 rei gratia inquit flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri Iesu christi:ex quo om̃is paternitas in cælis & in terra nominat: ut det uobis fm diuitias gloriæ suæ uirtute corroborari per spiritum eius in interiori homine habitare christum per fidem in cordibus uestris:ut in charitate radicati per fidẽ præualeatis comprehẽdere cũ om̃ibus sanctis quæ sit longitudo & latitudo:altitudo: & profũdum. Scire etiã eminẽtem scientiã charitatis christi:ut impleamini in omnem
Ca.25 plenitudinẽ dei. Attende om̃ia diligenter: Huius rei inquit gratia flecto genua mea D
ad patrẽ domini nostri Iesu christi:ex quo om̃is paternitas in cælis & in terra nomina-

tur. Quæris cuiꝰ rei gratia hoc supra dixerat: Propter quod peto non infirmari in tri/ Epb.3.
bulationibus meis pro uobis? Hoc ergo eis optat ut non infirmenẽ in tribulationibus
apostoli: q̃s pro illis sustinebat: & propter hoc genua flectebat ad patrem: Proinde nõ
infirmari: unde illis sic sequitᵉ & dicit: Vt det uobis ſm diuitias gliæ suæ uirtute corro
borari per spiritum eius. Hæ sũt diuitiæ: de quibus dicit: O altitudo diuitiarum. Abdi/ Ro.11.
catas enim habet causas ubi præcedentibus nullis meritis: quid habemus quod nõ ac/
ceptimus? Deinde sequitur: & quid optet adiũgit: In interiori inquit homine habitare Epb.3.
christum per fidem in cordibus uestris. Hæc est uita cordium qua uiuimꝰ in sæculum
sæculi: ab initio fidei usq; ad finem spei: ut in charitate inquit radicati & fundati præ/
ualeatis comprehendere cũ omnibus sanctis. Ista est communio cuiusdam diuinæ cæ
lestisq; reipublicæ: hinc saturantur pauperes: non sua quærentes: sed quæ Iesu christi:
id est non commoda priuata sectantes: sed in commune ubi salus omniũ est consulen/
tes. Nam de ipso pane quo tales saturantur: quodam loco Apostolus dicit: Vnus pa/ 1.Cor.10
nis unum corpus multi sumus. Quid ergo comprehendere quæ sit inquit latitudo: si/
cut iam dixi: in bonis operibus quibus beniuolentia porrigitur: usq; ad diligendos ini/
micos: ut longitudo pro hac latitudine molestiæ toleretur: & altitudo ut pro his æter
num quod in supernis est præmium: non uanum aliquid aut temporale speretᵉ: & pro
fundum unde gratuita gratia dei secũdum secretum & abditum uolũtatis eiꝰ existit.
Ibi enim radicati: ibi sumꝰ fundati: Radicati propter agriculturam: fũdati propter ædi
ficationẽ quæ nõ est ab homine. Dicit alio loco idem Apostolꝰ: Dei agricultura estis: 1.Cor.3.
dei ædificatio estis. Hoc totum agitur cum in hac nostra peregrinatione fides per di/
lectionem operatur. In futuro autem sæculo perfecta & plena charitas sine ulla malo/
rum tolerãtia: non fide credit quod non uidet: nec spe desiderat quod non tenet: sed
in æternum ueritatis incommutabilem speciem contemplabitur: cuius sine fine qui/
etum opus erit: laudare quod amat: & amare quod laudat. De hac Ephesijs dicitur:
Scire etiam eminentem scientiam charitatis christi: ut impleamini in omnem plenitu Epb.3.
dinem dei. In hoc mysterio figura crucis ostenditur: qui enim (quia uoluit) mortuus
est: quoniam uoluit mortuꝰ est. Non frustra igitᵉ tale genꝰ mortis elegit: nisi in eo quo/
q; latitudinis huius & longitudinis & altitudinis & profunditatis magister existeret.
Nam latitudo est in eo ligno quod transuersum desuper figitᵉ: Hoc ad bona opera per
tinet: quia ibi extenduntur manꝰ. Longitudo in eo quod ab ipso ligno usq; ad terram
conspicuum est: Ibi enim quodammodo statur: id est persistitur & perseueratur: quod
longanimitati tribuitᵉ. Altitudo est in ea ligni parte quæ ab illo qdᵈ transuersũ figitᵉ: sur/
sum uersa relinquitur: hoc est ad caput crucifixi: quia bene sperantium est superna ex
pectatione. Iam uero illud ex ligno quod non apparet: quod fixum occultatur: unde
totum illud exurgit: profunditatem significat gratuitæ gratiæ: in qua multorum inge
nia conterentur id uestigare conantia: ut ad extremum eis dicatur: O homo tu quis Ro.9.
es qui respondeas deo? Viuent ergo corda saturorum in sæculum sæculi: hoc est hu/
milium charitate flagrantium: non sua quærentium: sed sanctorũ societate gauden/
tium. Hoc primitus in apostolis factum est: Sed laudando deum: id est prædicando
gratiam dei: quoniam dictum est: Laudabunt dominum qui requirunt eum: quid po/
E pulorum acquisierint in eo qdᵈ sequitᵉ uide: Commemorabuntur inquit & conuerten/ Ca.26.
tur ad dominum uniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ
gentium: Quoniam domini est regnum: & ipse dominabitur gentium. Ille irrisus: ille
crucifixus: ille derelictus hoc regnum acquirit: & tradet in fine deo patri: non ut ipse
amittat: sed quod in fide seminauit cum uenit minor patre: hoc perducat ad speciem
in qua æqualis non recessit a patre. Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites
terræ: Diuites terræ superbos intelligere debemus. Si recte superius pauperes hu/
miles intelligebamus: de quibus in euangelio dominus dicit: Beati pauperes spiri/ Matth.5.
tu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ipsi enim sũt mites: lugentes: esurientes &
sitientes iusticiam: misericordes: mundicordes: pacifici: & qui persecutionem patiun/
tur propter iusticiam: quibus prædicationibus singillatim beatitudinem adiunxit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Contra ergo diuites terræ hoc loco superbi intelligendi sunt. Neq; enim frustra ita distincti sunt: ut de pauperibus supra diceret: Edent pauperes & saturabunt: Hic uero: Manducauerũt & adorauerunt omnes diuites terræ: Et ipsi quippe adducti sunt ad mensam christi: & accipiunt de corpore & sanguine ei⁹: sed adorant tantũ non etiam saturant: quoniam non imitant. Manducãtes enim pauperes dedignantur esse: quia christus pro nobis passus est: relinquens nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Verumtamen q; humiliauit semetipsum factus est obediens usq; ad mortem: mortem autem crucis: aspernantur diuites: & similia perpeti respuunt: timore non magnitudine: infirmitate ergo non sanitate. Sed quia deus exaltauit eum a mortuis: & donauit ei nomen quod est super omne nomẽ: ut in nomine Iesu flectat omne genu: cælestiũ: terræstrium & infernorum: fama celsitudinis eius: & gloria nominis eius in ecclesia usq; quaq; diffusa: permoti & ipsi ueniunt ad mensam: manducãt & adorãt: non tamen saturant: qa non esuriũt & sitiũt iusticiã. Tales enim saturabunt: quãq; perfecta saturitas in illa uita æterna erit: cum ex ista peregrinatione uenerimus ex fide ad speciem: ab speculo ad faciem: ab ænigmate ad perspicuã ueritatem: Non tamen inconuenienter saturitas dicit paupertate christi: qui pro iusticia ei⁹: hoc est pro participatiõe uerbi æterni quã inchoauit interim fide: omnia temporalia non solum temperanter contemnit bona: uerumetiam patienter sustinet mala. Tales fuerũt peccatores & publicani: quia abiecta huius mundi elegit ut confunderet fortia. De his dictum est: Edent pauperes & saturabunt. Istam saturitatem non apud seipsos tenuerũt: quodammodo enim ructantes dominum laudauerunt: id est prædicauerũt quærentes eum non sua quærentes: sed in eum charitate flagrantes. Eorum prædicatione commotus est mundus ut commemorarent & conuerterent ad dominum uniuersi fines terræ. Et adorabũt in conspectu ei⁹ uniuersæ patriæ gentium: Quoniam domini est regnum & ipse dominabit gentiũ. Hac ecclesiæ dilatatione etiam superbi: id est diuites terræ adducti sũt & manducauerũt: & quamuis non saturati: tamen adorant. Hũc quoq; ordinem prophetia psalmi hoc loco tenuit quem uidemus impleri. Adiungit autem: In conspectu ei⁹ procident omnes qui descendũt in terram: id est omnes bona amãdo terrena: non in celum ascendũt. Non enim faciũt quod ait Apostol⁹: Si resurrexistis cum christo quæ sursum sunt sapite: non quæ super terram: sed potius quanto sibi bonis terrænis fœliciores uident: tantomagis in terram descendũt: hoc est in terrena deprimuntur. Et ideo in conspectu ei⁹ procident: id est ubi ipse uidet: non ubi homines uident q eos excelsos sublimesq; arbitrant. Et anima inqt mea ipsi uiuet. Ipsi utiq; non sibi sicut F superborum priuato bono suo lætantium: & a communi omnium bonorum quod deus est inani elatione resilentium: Hoc utiq; deuitem⁹ & communi poti⁹ uero omnium bonorum perfrui: q̃ priuato nostro gaudere quæram⁹: Vt qui uiuit iam non sibi uiuat: sicut ait Apostolus: sed ei qui pro ipsis mortu⁹ est & resurrexit: Pro hoc enim mediator effectus est: ut nos reconciliet deo per humilitatem a quo per impiam superbiam longe recesseramus. Neq; enim tantum illud scriptum est quod supra posui: Initium omnis peccati superbia: sed etiam hoc ibi legit: Initium omnis superbiæ homines apostatare a deo. Non ergo sibi uiuat quisq; sed christo: faciens non suam sed ipsius uolũtatem & manens in eius charitate: sicut & ipse fecit uoluntatem patris: & manet in ei⁹ charitate. Hæc qppe nos admonẽs & exemplo suo exhortans: in euãgelio suo locut⁹ est. Si aũt ipse cũ in forma dei æq̃lis eẽt pr̃i: tn̄ p formã serui quã ꝓpter nos accepit nõ suã uolũtatẽ: sed patris se facere cõmendauit: q̃ntomagis nos ꝓpria priuataq; nr̃a uolũtate contempta qua tenebrati sum⁹: ad illud commune lumen ut illuminent ult⁹ nostri & non erubescant: debem⁹ accedere: qđ illuminat omnem hominem uenientẽ in hũc mũdũ: ut anima nostra ipsi uiuat. Hoc enim de nobis consequenter adiũgit cũ dicit: Et semen meũ seruiet illi: quoniam q seminat bonũ semen: filij⁹ est hominis: bonũ aũt semẽ hi sũt filij regni. Hæc porro omnia quæ in psalmo isto dicta sũt qa nõ ad præsens sed a futuro & prophetiã pertinebãt: sicut etiã ipsis reb⁹ apparet: sic eũ cõcludere uoluit: ut ostenderet se nõ præsentia demõstrare. Annũciabit inqt dño generatio uẽ-

Ps.21 Pet.2. Phil.2. 1.Cor.1. Ps.21. Col.3. Ca.27. 2.Cor.5. Eccl.10 Job.1. Ca.28

tura & annũciabũt iusticiã eius populo q̃ nascet quem fecit dñs. Non ait: Annũciabit domin⁹ generationi uenturæ: sed annũciabit domino generatio uentura. Quod non sic accipiendum est tanquã nescienti aliquid annuncietur ut sciat: sed sicut annunciãt angeli: non solum nobis beneficia dei: uerumetiam illi preces nostras. Nam scriptũ est ubi angelus hominib⁹ dicit: Ego obtuli memoriam orationis uestræ: non ut tũc deus nouerit quid uelim⁹: uel quo indigeam⁹. Nouit enim pater uester: ait domin⁹: quid uobis necessariũ sit priusq̃ petat ab eo: Sed qa necesse habet ratiõalis creatura obtemperãs deo: tpales causas ad æternã ueritatẽ referre: siue petẽdo qđ erga se fiat: siue cõsulẽdo qđ faciat q pius mentis effectus est ut ipsa construat. Nã & hæc quædã attestatio rationalis creaturæ est: q̃ non sibijpsa sit bonum quo beata fiat: sed illud incommutabile cui⁹ participatione etiam sapiens efficit. Siue ita dictũ est: Annũciabit domino generatio uentura: ac si diceretur: domino placebũt non sibi: ut ita sit domino nunciare: sicut est dño uiuere. Sic dictum est: Qui manducat domino manducat: & qui non mãducat domino non mãducat. Ad hoc quippe addidit: Et gratias agit domino: ut ostẽderetur quid esset: domino facit: id est in eius laude facit. Tunc enim recte: tunc iuste: tũc pie fit: cum opus bonũ in eius laude fit: cuius gratia donat ut fiat: Ac per hoc etiã si eo mõ qspiã hæc uerba intelligere uelit: ut eo⁊ iste ordo sit: Annũciabit dño generatio uẽtura: id ẽ generatio annũciabit quæ dño uẽtura ẽ: generatio scilicet pio⁊ atq̃ sctõ⁊: qa impio⁊ & sceleratorũ generatio nõ dño: sed sibi uẽtura ẽ. Ab eadẽ significatione nõ recedit q̃ intelligat animæ participatio in idipsũ: id est rationalẽ creaturam cum sit mutabilis: non fieri beatam nisi a proprio suo mutabili ad immutabile bonum: idemq̃ commune quod deus est: a quo superba impietate abstitit: humili pietate conuersa subsistat. In quo affectu proficiẽs: quicquid boni facit: domino facit: hoc est in ei⁹ laudem: cui⁹ grãm percepit ut faciat: unde est actio grãrum: quæ intimo fideliũ mysterio celebrat. Illud autem quod sequit: Et annunciabũt iusticiã ei⁹ populo qui nascet quem fecit dominus: superioris sensus confirmatio est. Nam quod ibi dictum est: Annunciabit domino generatio uentura: hic est dictum: hæc annũciabit iusticiam eius. Ipsa quippe generatio quæ uẽtura prophetata est piorum atq̃ sanctor⁊: iusticia dei est non ipsor⁊: Ne sint ex illis qui ignorãtes dei iusticiam: & suam uolentes constituere: iusticiæ dei non sunt subiecti. Illa nãq̃ iusticia dei commendatur in eo quod dicit: Ignorantes dei iusticiam qua nos ex eius gratia iusti sumus: ut ipsa dei iusticia nos simus cum iuste uiuimus: credentes in eum qui iustificat impium: Non illa qua ipse iustus est æterna sua & incommutabili iusticia. Hæc itaq̃ iusticia qua nos dei munere iusti sumus: significatur in psalmo illo ubi scriptum est: Iusticia tua sicut montes dei. Montes quippe dei: sancti ei⁹ sunt: de quib⁹ alibi dicit: Suscipiũt montes pacem populo tuo. Et multa de his montib⁹ scripta sunt figurata locutione: quæ commemorare nunc longũ est. Sed qa hoc ipsũ q̃ de⁹ iustificat homines: nimis occulto iudicio facit: qm̃ gratuita gra: Si autẽ grã non ex operib⁹: alioquin grã iã nõ esset grã. Ex hoc qppe incipiũt opera bona ex quo iustificamur: nõ qa præcesserit iustificamur. Et hoc est ꝓfundũ: de quo superius iam multa dixim⁹. Continuo in eodem psalmo cum dixisset: Iusticia tua uelut mõtes dei: subiũxit: Iudicia tua uelut abyssus multa. Inde uenit ad salutẽ hominib⁹ iumentisq̃ cõmunem: quia & ipsa est misericordia dei: & dicit: Homines & iumenta saluos facies domine: sicut multiplicata est misericordia tua deus: Vt hinc intelligamus etiam illam salutem æternam & immortalem: de qua dicit Apostolus: Spe enim salui facti sumus. Similiter ut istã quæ hoib⁹ iumẽtisq̃ cõmunis est: gratis nos accipere nõ ex opib⁹: ne forte qs extollat: qa opera sua ex ipsi⁹ iustificatiõe operamur. Ipsi⁹ enim sum⁹ figmentũ creati in christo Iesu in operib⁹ bonis quæ præparauit de⁹ ut in illis ambulem⁹. Et illa ergo gratuita est: de qua in alio psalmo dicit: Domini est salus & sup populũ tuũ benedictio tua. Sicut ergo q̃ legit: Domini est salus: non ea salus intelligit qua dominus saluus est: sed qua salui sunt quos ipse saluos fecit: Sic q̃ legit dei iusticia: in eo qđ scriptum est: Ignorantes dei iusticiam: & suam uolentes constituere: non est illa intelligenda qua deus iustus est: sed qua iusti sunt homines quos gratia sua iustificat. Inde

4. senten. dis. 45. ca. ß forte

Tobie. 12

Matth. 6.

Ro. 14

Ca. 29

Ro. 10.

Ps. 35.

Ps. 71.

Ro. 11.

Ps. 35

Ro. 8.

Eph. 2.

Ps. 3.

Ro. 10

Matth.9 enim salui unde iusti: quoniam qđ ait: Non est opꝰ sanis medicꝰ: sed male habentibꝰ:
Titũ.3. exposuit in cõsequẽtibꝰ dicẽs: Nõ uenι uocare iustos sed pctõres. Nõ igiť ꝑm opa iu-
sticiæ quæ nos fecimꝰ: sed scđm suã miꝑicordiã saluos nos fecit ꝑ lauacꝝ regeneratio-
Ro.8. nis. In qua gratia spe salui facti sumus. Vnde in illo psalmo subiũgitur: Filij hominum
Pſ.35. sub tegmine alarum tuarum sperabunt: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: & tor-
rente uoluptatis tuæ potabis eos: Quoniam apud te est fons uitæ: & in lumine tuo ui-
debimus lumen: Prætende misericordiam tuam scientibus te: & iusticiam tuam bis q
recto sunt corde. Huic iusticiæ dei cõtraria superbia est: qua fiditur tanquã de operibꝰ
propꝛijs: Ideoqꝫ ibi sequiť: Non ueniat mihi pes superbiæ: hac iusticia dei: qua eius fi-
de iusti sunt interim uiuentes ex fide: donec perfecta iusticia perducãtur ad speciẽ si-
cut salute perfecta: etiam ad ipsiꝰ corporis immortalitatem gratia noui testimẽti. Vn-
2.Cor.5. de alio loco dicit Apostolus: Pro christo legatione fungimur: tanquam deo exhor-
tante per nos. Obsecramꝰ pro christo reconciliari deo: ac inde subiungit: Eum qui nõ
nouerat peccatum: peccatũ pro nobis fecit: id est sacrificiũ pro peccatis. Nam & ipsa
in lege peccata appellabanť: quæ pro peccatis offerebanť: Vt nos simus iusticia dei in
ipso: id est in eius corpore quod est ecclesia cui caput est. Nos sumꝰ iusticia dei: quam
Ro.10 ignorãtes illi & suam uolentes constituere: id est tanquã de suis operibus gloriãtes: iu-
Pſ.21 sticiæ dei non sunt subiecti. Inde & in hoc psalmo cum dixisset: Annũciabũt iusticiam
eius: sequiť & dicit: Populo qui nasceť quem fecit dominꝰ. Quis est enim populꝰ quẽ
non fecit dominꝰ: scđm id ꝙ homines sunt: qui etiam pecora creauit: a quo est omis ui-
ta: omisqꝫ facta & creata natura? Sed ita intelligendũ est: Quẽ fecit dominꝰ: ut nõ solũ
ꝙ homines sunt: uerũ etiam ꝙ iusti sunt ab illo facti intelligaňť: scđm illud quod iam nõ
Eph.2. semel commemoraui ab Apostolo dictum: Ipsius enim figmentũ sumus creati in chri-
Ca.30 sto Iesu in operibꝰ bonis: quæ præparauit deꝰ ut in illis ambulemꝰ. Animæ igiť ratio-
nalis mutabilitas admoneť: qũæ nouerit nisi participatiõe incommutabilis boni iustã:
saluam: sapientem: beatam se esse non posse: nec sibi eam bonũ esse posse propria uo-
luntate sed malum: propria quoqꝫ uolũtate auertiť a bono incommutabili eaqꝫ auer-
sione uitiaťr: nec sanari per seipsam potest: sed gratuita misericordia sui creatoris: quæ
in hac uita eam ex fide uiuentem in spe constituit salutis æternæ: Vnde non altum sa-
piat sed timeat: eo ꝙ timore casto inbæreat deo: qui eam a propria immũdicia qua in-
ordinate bona inferiora dilexit: uelut a quadam fornicatione spiritali mũdauit: nec hu-
manis laudibus extollaťr: nec sit in uirginibus stultis aliena laude lætãtibus. Hoc enim
de quæstionibus tuis restat extremũ: Et propter ipsam inanem laudem: non propter
conscientiam suam: ubi illis testis est deus bona operantibus: sed sit in uirginibus sapiẽ-
2.Cor.1. tibus: ubi dicaťr quod ait Apostolus: Nam gloria nostra hæc est testimonium conscien-
tiæ nostræ. Hoc enim est oleum ferre secum: non a uendẽtibꝰ emere: hoc est ab adu-
lantibus. Adulatores nãqꝫ laudem suam tanquã oleum uendent stultis. De hoc oleo
Pſ.140 diciť in psalmo: Emendauit me iustus in misericordia & arguit me: oleum autem pec-
catoris non impinguet caput meum. Elegit a iusto misericorditer reprehendi: & quo-
dammodo colaphiçari: q̃ ut ei caput in superbiam crescat peccatoris adulatiõe lauda-
ri. Irridentium quippe responsio mihi uidetur: cum eis a sapientibus uirginibus diciť:
Matth.25 Ite potius ad uendentes & emite uobis: sicut in quodam libro Sapientiæ scriptum
Prouer.1. est: ubi contemptoribus dicit: Et ego perditioni uestræ superridebo: Illa responsione
qua petentibus oleum dictum est: Ne forte non sufficiat nobis: non desperanter: sed
humiliter dictum est. Quis enim sic præsumat de conscientia sua ut certus sit eam sibi
Jacobi.2. in iudicio dei posse sufficere: nisi misericors misericorditer iudicet? Iudicium sine mise-
ricordia illi qui non fecit misericordiam. Ipsæ autem sunt lampades accensæ: opera sci-
Matth.5. licet bona: de quibus dñs dicit: Luceant bona opera uestra: & glorificent patrem ue-
strum qui in cælis est. Hucusqꝫ pertendit intentio uirginum sapiẽtium: ut ideo uelint
uideri ab hominibus opera sua bona: non quo ab eis laudentur ipsæ: sed ut glorifice-
tur deus a quo illis est ꝙ bene operanť: Ac per hoc interiori bono gaudent: quod est
coram deo: ubi elemosyna in occulto reddatur. Et ideo non deficiunt lampades: quia

in interiori animo uegetantur: id est intētione bonæ cōscientiæ coram deo fit in eius laudem: quicquid corā hominib⁹ bonis operib⁹ lucet: At uero stultarum uirginū hoc oleum non secum portantium deficiunt lampades: id est non pseueranter bona opera lucent: cum laus humana fuerit subtracta, ppter illa faciebāt: hucusq; intentionem suam perducentes ut uiderent' ab hominib⁹: nō ut glorificaret' pater qui in cælis est: quæ intentio phennis est gloriæ: qua nouit anima deo se debere q̄ iustificata est ad facienda bona opera: & ideo in illo non in se laudari amat. Vnde alibi homo dei cantat: In dño laudabitur anima mea: ut qui gloriatur in domino glorie'. Sed quid est qđ in eodem euāgelio scriptum est: Omes spōso tardante dormisse: somnū istum si intelle/ximus q̄ uelut tardāte iudicio: ad qđ faciēdum uēturus est christus: abundāte iniquitate charitas refrigescit: quomodo ibi ponemus uirgines sapientes: cum potius in illo sint de quib⁹ dicitur: Qui autem perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit? Dictum est ergo dormierūt omnes: quia nō tm̄ stulti qui ppter humanam laudem bona operantur coram hominib⁹: uerūetiam sapiētes qui hoc ppterea faciunt ut laudet' deus expiunt' istā mortē. Ex utroq; em̄ genere moriunt': Et ista mors sæpe in scripturis dormitium dicit' ppter futuram resurrectionē uelut euigilationē. Hinc apostolus dicit: De dormientib⁹ autē nolo uos ignorare fratres: Et alio loco: Ex qbus plures manent usq; adhuc: quidā autem dormierunt: Et alia inumerabilia in hoc testimonio apte per scripturas utriusq; testamenti reperiunt'. Vnde & ille ait: Cōsanguine⁹ læti sopor. Etsi aduertas: multa inuenies etiam sæcularibus litteris ubi mors somno cōparatur. Signi/ficauit ergo dñs futurū esse tempus: quo inter tribulationes & tēptationes sæculi hui⁹ iam iamq; eius expectaret' aduētus tanq̄ ppinquus atq; iminēs: ad quem se præparēt qui in eius familia uident'. Hoc est em̄ qđ ait: exisse obuiā sponso & spōsæ. Spōso qdē filio dei. S. ponsæ autem: uel quia in eo corpore uenturus est qđ sūpsit ex uirgine: siue quia ipsa ecclesia tunc clarior apparebit: ut ad uniuersi corporis congregationē membra concurrant: quibus concurrentib⁹: eius magnitudo monstrabit'. Virgines ppter continētiā nūcupauit. Decem uero: id est quinq; & quinq; ppter numerum quo censetur corporis sensus: in qbus habitat continētia cum a uoluptatibus turpibus & illicitis abstinetur. Lampades sicut dictum est: bona sūt opera: maximeq; ad misericordiā ptinentia: & ipsa quæ coram etiam hominib⁹ lucet laudabilis conuersatio. Sed magni interest: qua mentis intentione fiat: Ideo dicit alias sapiētes: stultas alias. Sed hinc eas discernit q̄ stultæ non sumpserūt oleum secū: prudentes autē acceperunt oleum secū in uasis suis: hoc est in cordib⁹ suis: ubi fit ipsa participatio intimi ac supni boni. Vnde in psalmo quodā: cum dictū esset: Sacrificate sacrificium iusticiæ: & sperate in domio: multi inquit dicunt: quis ostendit nobis bona? Deinde ut manifestaret cui⁹ boni amore debeam⁹ opari iusticiam: hoc est sacrificare sacrificiū iusticiæ & sperare: Signatum est inquit in nobis lumē uultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo. Cuius boni aliquātū participati: & plenius pfectiusq; participandi intentione qui bene opatur: & laudabiliter etiā in cōspectu hominū cōuersat': habet oleum secū: quia bona opa eius etiam in conspectu hominū lucentia non extinguantur: quia non in eis charitas refrigescit abundante iniquitate: sed pseuerat usq; in finem. Hoc oleum stultæ uirgines nō habent secum: quoniam sibi tribuēdo si quid boni operis faciūt: necesse est inflentur supbia: &, ppter hoc uitiū sic laude delectēt' humana: & eius gaudio si quid boni agūt feruere & lucere uideant'. Tardante autem sponso dormierūt omnes: Non enim tūc ueniet: cum sperat': sed media nocte cum ualde obscurum: id est occultum erit: an ueniat. Vnde dicit: media nocte clamorem factum: Ecce sponsus uenit exite obuiam ei. Nimirū clamor iste ē tuba illa quā cōmemorās apostol⁹ dicit: Canet em̄ tuba & mortui resurgent incorrupti: tubæ noie aliqđ euidentissimū signum uult intelligi: Quā uocem archangeli & tubam dei alio loco dicit. Quæ etiā uox ipsius domini Iesu christi in euāgelio dicitur: quā audiāt hi qui in monumētis sunt & ,pcedunt. Surgunt ergo oēs uirgines ille & sapientes & stultæ: & aptant lampades suas: id est rationem præparant reddere de opibus suis. Sed tunc in illius clamoris euidētia & resurrectiōe mortuorū

Ps. 33. 1. Cor. 1. Ca. 31. Matth. 25. Matth. 24. 1. Thessal. 4. Ca. 32. Ps. 4. Ca. 33. Matth. 25. 1. Cor. 15. 1. Thessal. 4. Job. 5.

iustitiam seruemus:quātālibet domino obediētiam exhibeamus:Nunquid meliores esse possumus illis tribus uiris qui in camino ignis ardentis ꝓ conseruanda lege dei ꝓiecti sunt? Et tamen lege quid illic dicat Açarias unus ex tribus:qui aperiēs os suum in medio ignis dixit:Benedictus es domīe deus patrum nostrorū & laudabile & gloriosum nomen tuum in sæcula:quoniam iustus es in omnibus quæ fecisti nobis: & oīa opera tua uera & rectæ uiæ tuæ:& omnia iudicia tua ueritas:& iudicia ueritatis fecisti per oīa quæ intulisti nobis & ciuitati sanctæ patrum nostrorum hierusalem: quoniā in ueritate & iudicio intulisti nobis omnia hæc ꝓpter peccata nostra:quoniam peccauimus:& legi tuæ non paruim⁹: & mādatis tuis non obaudiuim⁹:ut bene nobis esset: & omnia quæ intulisti nobis:iudicio uero intulisti:& tradidisti nos in manus iniquorū inimicissimorum transfugarum:& regi iniusto & pessimo ultra uniuersam terram. Et nūc non ē ut possimus aperire os: Vere confusio & opprobriū facti sumus seruis tuis: & eis qui te colunt: Ne tradideris nos in ꝓpetuum ꝓpter nomen tuum domine:& ne despexeris testamētum tuum: & ne abstuleris misericordiam tuam a nobis: propter Abraam qui a te dilectus est:& ꝓpter Isaac seruū tuum: & israel sanctum tuum: qbus locutus es: multiplicatuꝫ te semē eoꝝ ut astra cæli & arenam maris: quoniā domine minimi facti sumus præ oīb⁹ nationib⁹:& sum⁹ humiles hodie in terra ꝓpter peccata nostra. Vides certe frater quales uiri q̄ sancti q̄ fortes in medio tribulatiōis:ubi tamē eis parcebatur:& eos urere ipsa flamma ferebatur: peccata sua cōfitebantur:pro quibus se digne & iuste humiliari se nouerant nec tacebant. Nunquid etiā meliores esse possumus ipso Daniele: de quo ꝓ Eçechielē prophetā dicit deus ad principem Tyri: Nunquid tu sapientior q̄ Daniel: Et qui ponitur unus in tribus quos dicit de⁹ solos se esse liberaturum: ostendens utiq; in illis tres quasdam formas iustorum: quos ita se liberaturum dicit:ut nec filios suos secum liberarent:sed ipsi soli liberarētur: Noe: Daniel & Iob? Lege tamē etiam precē Danielis: & uide quēadmodū in captiuitate positus peccata non tm̄ populi sui:uerūetiam sua confiteatur:& pro his dicat per iustitiam dei se ad illam captiuitatis pœnam & opprobria peruenisse. Sic em̄ scriptum ē. Et dedi faciem meam ad dominum deum ut quærerem preces & obsecrationes in ieiunio & sacco:& precatus sum dominū deum meum:& confessus sum: & dixi: Domine deus magne & mirabilis: & qui seruas testamētū tuum:& misericordiam diligentib⁹ te:& seruantibus præcepta tua:peccauimus:aduersus legem fecimus:impie egim⁹& recessim⁹:& declinauim⁹ a præceptis tuis:& a iudicijs tuis: & non exaudiuim⁹ seruos tuos ꝓphetas:qui loquebantur in nomine tuo ad reges nostros:& ad omnem populū terræ. Tibi domine iustitia:nobis autem confusio faciei:sicut dies hæc uiro iuda & habitantibus hierusalem & omni israel qui ꝓximi sunt:& qui longe sunt in omni terra in qua eos dissemināsti propter cōtumaciam eorū:qa improbauerūt te domine. Nobis autem confusio faciei:regibus nostris:principibus nostris:& patrib⁹ nostris:quia peccauim⁹ tibi domine deo nostro miserationis & ꝓpitiationis:quoniā recessimus & non audiuimus uocē domini dei nostri: ut essemus in præceptis legis sui⁹ quā dedit in cōspectu nostro per manus seruorū eius ꝓphetarum oium israel. Peccauerūt em̄ aduersus legem tuam: & declinauerūt ne audirēt uocē tuam: & supuenit nobis maledictio & iusiurādū: qd̄ scriptum est in lege Moysi serui dei: quoniam peccauimus:& statuit sermones suos quos locutus est ad nos:& ad iudices nr̄os qui iudicabāt nobis supducere mala magna quæ nunq̄ facta sunt sub oīm cælo scd̄m ea quæ facta sūt in hierusalē: sicut scriptū est in lege Moysi. Oia mala hæc uenerunt ad nos:& nō rogauimus dn̄m deū nr̄m ut auerteret a nobis delicta nostra:& ut intelligeremns oēm ueritatē tuā. Et uigilauit dn̄s deus ad oēm sanctū suum:& ꝓduxit ea quæ fecit ad nos:quoniam iustus dn̄s deus noster in omni mundo suo quem fecit:& nō audiuimus uocē eius. Et nunc dn̄e de⁹ noster qui eduxisti populū tuum de terra ægypti in manu forti: & fecisti tibi nomen sicut dies hæc: delicta aduersus legē tuam fecimus dn̄e in oī misericordia tua. Auertat̄ itaq; impetus tuus:& ira tua a ciuitate tua hierusalem:& populus tuus in cōfusionem uenit omnib⁹ qui circū nos sunt. Et nunc exaudi de⁹ noster p̄ces serui tui &

Daniel.3.

Ezech.28

Ezech.14.

Daniel.9.

orationē eius:& ostēde nobis faciē tuā ad sāctificationē tuā quæ deserta est ꝓpter te: Inclina dñe deꝰ meꝰ aurē tuā & exaudi:api oculos tuos & uide iteritū nostrū:& ciuitatis tuæ hierusalē: sup quā inuocatū est nomen tuū: qm̄ nō in nostra iustitia iactauimus p̄cem nostrā in cōspectu tuo:sed ad misericordiā tuā quæ magna est. Exaudi dñe:ppitiare dñe:intēde dñe:& ne tradideris ꝓpter te deus meus:qm̄ nomē tuū inuocatū est in ciuitate tua sup populū tuū. Et adhuc me loquēte & orante & enumerāte pcā mea & peccata populi mei:audiui uocē de cælo dicētem mihi: Daniel intellige uerba quæ loquor tibi:qa ego sum missus ad te. Nam & Michael unus de sūmis angelorꝫ principibꝰ uenit i adiutoriū mihi:& cōfortauit me:& restituit mihi salutē de mœrore a quo nimiū tenebar. Vide quēadmodū sua peccata prius dixit:& postea populi sui. Et hāc dei cōmēdat iusticiā: & hanc dei laudē dicit: quia non iniuste:sed ꝓ peccatis eorꝫ flagellat etiā ipsos sanctos suos. Si ergo ista dicūt q excellētissima sanctitate:ignes & leones circa se inoxios habuerūt:quid nos oportet dicere in humilitate nostra q tām lōge illis impares sumus quantācūqꝫ iusticiā seruare uideamur? Sed ne aliqs existimet illos dei seruos quos dicis a barbaris interfectos sic illā mortē euadere debuisse: quō tres illi uiri ab ignibꝰ:& Daniel a leonibꝰ liberatus est: sciant illa ꝓptēea facta miracula ut eos uerum deū colere crederēt reges a qbꝰ in illa supplicia tradebāt. Hoc em̄ erat in occulto iudicio & misericordia dei:ut illis regibꝰ eo modo cōsuleret ad salutē: Antiochio aūt regi q machabæos pœnis crudelibꝰ interemit:noluit ita cōsulere:sed eorū gloriosissimis passiōibꝰ cor duri regis acriori sæueritate puniuit. Lege tn̄ etiā:unꝰ illorꝫ qui sexto loco patiebat quid dicat. Ita em̄ scriptū est: Et post hūc sextū applicuerunt.

2. Machab. 7. Cūqꝫ hic tormētis excruciatus moreret dixit: Nolite seducere ꝓpter nos: hæc patimur peccātes in deū nostrum:& facta sūt hæc digna nobis: Tu aūt noli te putare impunitū futurū q aduersus deū & legē eius:legibꝰ tuis pugnare uoluisti. Vides etiam isti q̄ humiliter & ueraciter sapiāt qui ꝓ peccatis suis se flagellari a dño confitent. De quo scriptū est: Quem em̄ diligit dñs corripit: flagellat aūt oēm filium quem recipit.

Prouer. 3. Heb. 12. 1. Cor. 11. Vnde & apls: Si em̄ nosmetipsos iudicaremꝰ: a dño nō utiqꝫ iudicaremur: Cū iudicamur aūt a dño corripimur:ne cū mūdo dānemur. Hæc fideliter lege: fideliter prædica:& quātū potes caue:& cauendū doce ne aduersus deū in his tēptationibus & tribulationibꝰ murmuret. Bonos dicis dei seruos & fideles & sanctos:gladio barbarorꝫ pemptos. Quid autē interest utrū eos febris:an ferrū de corpe solueret: Non qua occasione:sed quales ad se exeant dñs attēdit in seruis suis: nisi ꝙ maiorē habet pœnam lāguor diuturnꝰ q̄ citissimꝰ exitus: & tn̄ etiam ipsum languorem diuturnū & borrendū legimus: qualē passus ē Iob ille: cuiꝰ certe iusticiæ deus ipse q falli nō pōt: tale phibet testimoniū. Grauissima sane & multū dolēda est illa captiuitas fœminarꝫ castarū p

1. de Ciuitate dei. ca. 14 atqꝫ sanctarꝫ:sed nō est captiuus earū deꝰ: nec captiuas deserit suas si nouit suas. Nā & illi sancti quorꝫ passiones & cōfessiones de scripturis sanctis cōmemorauī: ab hostibus ducti atqꝫ in captiuitate positi: illa dixerūt quæ cōscripta legant a nobis:ut discamus captiuos dei seruos nō deseri a dño suo. Vnde aūt scimus quid etiā p istas omnipotens & misericors deus in ipsa terra barbarica fieri uelit mirabiliū suorꝫ:tm̄ non cessetis ꝓ illis ingemiscere ad deū:& quærere quātū potestis:& quantū ipse pmittit:cum tēpus & facultatē dederit:quid de illis factū sit:uel quæ ūra possint hīe solatia. Nam Sitisensis ante paucos annos Seueri epi neptis sanctimonialis a barbaris ducta ē:& p mirabilē dei misericordiā:cum honore magno suis parentibus restituta est. Domꝰ em̄ illa barbarorꝫ ubi captiua ingressa est:subita cœpit dominorū infirmitate iactari:ita ut omnes ipsi barbari:tres nisi fallor uel amplius fratres periculosissima infirmitate laborarent. Quorum mater animaduertit puellā deo deditā:& credidit q eius orationibꝰ sui filij possent ab imminentis iā mortis periculo liberari:petiuit ut oraret ꝓ eis: pollicens q si salui facti essent:eam suis parentibus redderent. Ieiunauit illa & orauit:& exaudita continuo est. At hoc enim factum erat: quātum exitus docuit. Ita illi tam repētino dei beneficio salute percepta:mirātes eā & honorātes:qd eorum mater ꝓmiserat impleuerūt. Ora ergo deum ꝓ eis:& roga ut etiam ipsas doceat talia dicere:qua-

lia supra memoratus sanctus Açarias: inter cætera in oratione & confessione sua fudit ad deum. Sic enim sunt illæ in terra captiuitatis suæ: quomodo erāt illi in ea terra ubi nec sacrificare more suo poterant domino: sicut nec istæ possunt ul' ferre oblationem ad altare dei: uel inuenire ibi sacerdotem p quē offerāt deo. Donet ergo eis dominꝰ ut ei dicant qđ Açarias dixit in consequentibus precum suaꝝ: Non est in hoc tēpore princeps & ꝓpheta & dux: nō holocausta neq; oblatio: neq; supplicatiōes nec locus ad sacrificādū in conspectu tuo & inuenire misericordiā: sed in anima & spū humilitatis accipiamur. Sicut in holocaustomatibꝰ arietū & taurorū: & in multitudine agnoꝝ pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie perficere subsequentes te: quoniam non erit confusio bis qui in te confidunt: Et nunc sequimur in toto corde & timemus te: & quærimus faciem tuam domine: ne confundas nos: sed fac nobiscū scđm māsuetudinē tuam: & scđm multitudinem misericordiæ tuæ: & libera nos scđm mirabilia tua: & da gloriam nomini tuo domine: & uereant' omnes qui ostēdūt seruis tuis mala: & cōfundant' ab omnipotentia tua: & uirtus eoꝝ conteratur: & sciant quoniam tu es dominus deus solꝰ: & gloriosus in uniuerso orbe terræ. Hæc illis dicētibꝰ & ad deum ingemiscentibꝰ: omnino suis aderit qui suis adesse cōsueuit: Et aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili ꝓpetrari ꝑmittet: aut si ꝑmittit cū earū animus nulla consensionis turpitudine maculatur: etiam carnē suam defendet a crimie: Et quicquid in ea nec cōmisit: nec permisit libido patientis: solius erit culpa facientis: omnisq; illa uiolentia non ꝓ corruptionis turpitudine: sed ꝓ passionis uulnere deputabitur. Tm̄ enim in mente ualet integritas castitatis: ut illa inuiolata: nec in corpe possit pudicitia uiolari: cuius membra potuerūt superari. Hæc epistola ꝓ tuo desiderio breuis: ꝓ meis tamē occupationibꝰ multum ꝓlixa: & ꝓpter platoris festinationem nimis accelerata sufficiat charitati tuæ. Multo uberius uos dns cōsolabitur si scripturas eius intentissime legeritis.

Daniel. 3.

32.q.5.ad deū

1.de Ciuitate dei.ca.16.18 et.28.

¶ Sancti Augustini ad Orontiū: gras ꝓ aduētu & lris eius agētis: nūciatāq; incolumitatē ipsius cōtinuā optantis: & ad quædā uerba ab eodē scripta humiliter: respōdētis. Epistola. CXXIII.

QDomino eximio meritoq; bonorabili & suscipiēdo filio Orontio: Augustinus. Ago gras ꝙ aduētū eximietatis tuæ lras etiā præuenire dignatꝰ es: & añ contuitū misisti colloquiū: ut tuo priꝰ affatu q̄ aspectu frueremur: & diu desideratā noticiā epistolatio quodāmodo prægustātes: expectaremꝰ auidiꝰ & ardētiꝰ: qđ iocūdius gratiusq; caperemꝰ: dñe eximie meritoq; bonorabilis & suscipiēde fili. Reddo itaq; meritis tuis: & præcurrētibꝰ officijs debitū resalutatiōis obsequiū. Incolumitatē tuā gaudēs nunciatā optansq; cōtinuā. Et ꝙ rescripta exiguitatis meæ iure prærogatæ beniuolētiæ reposcendo addidisti dicēs: Si tn̄ id de tāta sanctitate possumꝰ ꝓmereri: nullo modo audeo desperare sanctitatis eiusdē: cuius haustu ꝓ nro modulo aliquid sumus: ipsum fontē nō solum laudādum: uerūetiā nobiscū participādū: & tuæ prudētiæ placituꝝ: ut deus incōpabiliter atq; incōmutabiliť bonus: qui ꝑ suā potentiā tam bonæ tuæ mētis est institutor: sit etiā ꝑ gram restitutor. Incolumē te deus omnipotēs fœliciorēq; tueatur dñe eximie meritoq; bonorabilis ac suscipiēde fili.

¶ Sancti Augustini ad Olympium: eū cōmēdātis: & bonorē adeptū celsiorē non alta sape: sed humilibus cōsentire debere scđm ꝙ a dño didicerit: insinuātis: petitionemq; Bonifacij epi sibi faciētis cōmēdatam. Epla. CXXIIII.

RDomino dilectissimo & in christi mēbris bonorabiliter amplectēdo filio Olympio: Augustinus. Quicquid sis scđm sæculi huius cursū: nos tamē charissimo & sincerissimo cōseruo nro Olympio christiano fidelissime scribimꝰ. Hoc em̄ tibi esse scimꝰ oi gria gloriosius: & omi sublimitate sublimius. Fama quippe ad nos pertulit: honorē te adeptum esse celsiorē: quæ utrū uera eēt: nōdū apud nos fuerat cōfirmatū cū hæc scribēdi uenit occasio. Sed qm̄ nouimꝰ te a dño didicisse: nō alta sape: sed humilibus cōsentire: quolibet culmie ꝓuectus esses: non aliter q̄ soles litteras nostras te acceptuꝝ esse præsumimꝰ: dñe dilectissime & i xpi mēbris honorabiliť amplectēde

Ro.12.

fili. Temporali uero fœlicitate ad æ̃na lucra te prudẽter usurum minime dubitam⁹: ut quãto plus potes in hac terrena republica: tãto plus impendas cælesti illi quæ te in christo peperit ciuitati: qđ tibi uberius repẽdatur in regione uiuentiũ: & in uera pace securorum ac sine fine gaudiorum. Sãcti fratris & coepiscopi mei Bonifacij petitionẽ tuæ rursus charitati cõmendo: ne forte nunc fieri possit qđ ante non potuit. Cum em̃ posset sine ulla forsitan quæstione qđ præcessor eius: q̃uis sub alieno nomine cõparauerat: & sub ecclesiæ nomine possidere iam cœperat: consequẽter etiã ipse retinere: nolumus tamẽ qm̃ fisci debitor fuit hunc scrupulum habere in cõscientia. Neq; enim fraus ista: quia fisco fiebat ideo non fiebat: quia ille quidem Paulus postq̃ episcop⁹ factus est renũciaturus suis omnibus rebus propter imensum cumulũ fiscalium debitorum: exacta quadam cautione in qua certum ei pondus debebat argẽti: hoc exiguo faccello unde uictum sustẽtaret tanq̃ ecclesiæ cõparauit sub nomine tũc potẽtissimæ domus: ut etiam ex ipsis morem suum sequẽs cũ fisco non solueret: nullas exactorum molestias pateretur. Iste autem qui eidem ecclesiæ illo defuncto est ordinatus: timuit hos agros suscipere: & cum posset ꝑ solis fiscalib⁹ debitis quæ de memoratis possessiunculis ille contraxerat imperiale beneficiũ postulare: totum maluit confiteri: ꝙ eas Paulus de argẽto ꝓprio cũ esset fisco obnoxi⁹ de ascario emerat: ut eas ecclesia si fieri potest non occulta episcopi iniquitate: sed manifesta christiani impatoris liberalitate possideat. Qđ si fieri nõ potest: melius inopiæ laborem serui dei tolerãt: q̃ ut necessari orum facilitatem cum cõscientia fraudis obtineant. Ad hoc tuum suffragium petim⁹ impartiri digneris: quia id qđ primo impetratũ est noluit allegare: ne iteꝝ supplicãdi sibi intercluderet facultatẽ: Nõ em̃ erat ad desiderata responsum. Nunc uero cum sis eadẽ benignitate qua soles: sed amplior potestate: nõ desperemus adiuuãte dño meritis tuis hoc facile posse concedi. Cum etiã si tuo noie eadem loca peteres: & memoratæ eccl̃iæ ipse donares: quis reprehẽderet: aut quis nõ maxime prædicaret petitionẽ tuã nõ terrenæ cupiditati: sed christianæ pietati seruiẽtẽ? Dñi dei nr̃i misericordia te in christo fœliciorẽ tueat dñe fili.

¶ Sãcti Augustini ad Corneliũ epl̃am cõsolatoriã ꝓpter mortẽ uxoris Cyprianæ petentẽ: increpãtis: & ut uitã emendet exhortantis. Epl̃a. CXXV.

Domino dilectissimo & honorabili fratri Cornelio: Augustinus. Scripsisti mihi ut ad te aliquam ꝓlixam epistolam consolatoriã darẽ: ꝙ grauiter optimæ uxoris mortẽ uerearis: sicut sanctum Paulinũ ad Macharium fecisse meministi. Et illa quidem anima in societate recepta fideliũ atq; castarũ: laudes nec curat: nec quærit humanas: Sed quia ꝓpter eos fiunt ista qui uiuunt: prius est ut tu qui cõsolari eius laude desideras: ita uiuas ut illic ubi ipsa est esse merearis. Neq; em̃ dubito ꝙ eam nõ credas ibi esse ubi ille sunt quæ uel adulterijs lectulum cõiugalem polluerũt: uel nullo coniugio delicatæ fornicationi fluxerũt. Quare de illius laude uiro longe dissimili: q̃si fugare uelle mœsticiã: adulatio est: non cõsolatio. Nam si eam diligeres sicut ipsa te dilexit: seruasses ei qđ tibi ipsa seruauit. Et cum illa si prior obijsses: nullo modo credẽda sit cuiq̃ fuisse nuptura: Nõne si uere obitum eius laudibus eius cõsolandus doleres: ne unam quidem ac licitã post illam coniugem quæreres? Hic tu dictur⁹ es: Quid mecũ aspere agis? qd dure obiurgas? Nõne iter hæc uerba: ecce semiuiuis: dum uita ducit̃ prius finiẽda q̃ corrigenda est? Vis ut ignoscam satiabili securitati tuæ: quãto satius tu ignoscis si non amabili: certe miserabili follicitudini meæ. Inimico quidem animo Tullius inuebebatur: & longe aliter erat terrenã rempublicam gubernãtis intentio: & tñ ait: Cupio patres conscripti me esse clementem: cupio in tãtis reipublicæ periculis nõ dissolutũ uideri: Quanto iustius ego dico cum ipse noueris q̃ tibi amicum animũ gerã in æternæ ciuitatis seruitio cõstitutus miniſter uerbi sacramẽtiq; diuini? Cupio frater Corneli: me esse clemẽtem: cupio in tãtis tuis meisq; periculis non dissolutum uideri. Plebs mulieꝝ excubat lateribus tuis: crescit in die speculoꝝ numerus: eiusdẽ autem numeri dominũ: imo uero seruum insatiabilem p tot scorta libidinis defluentẽ: & laudes defunctæ castæ coniugis a nobis uelut ad mitigãdã mœsticiã suam iure amicitiæ

flagitantem episcopi patiēter audimus. Q cum esses: nō dico catbecuminus: sed in errore nobiscū pniciosissimo constitutus iuuenis in moribus: nobis ab hoc te uitio tēperatissima uoluntate correxeras: qui nō post lōgum tempus: sordi es reuolut⁹. Deinde i extremo uitæ periculo baptizatus: nō dicam te fide: etiā nobis ecce iam senib⁹ insup episcopis nōdum emendaris: uis de bonæ uxoris morte p nos consolari: nos de
T hac tua ueriore morte quis cōsolatur? An quia non possumus obliuisci tāta erga nos merita tua: ideo cruciandi adhuc sumus moribus tuis: ideo contemnendi: & p nibilo habēdi quādo gemim⁹ ad te de te? Sed fatemur nos non esse aliquid ad te corrigendum ac sanandum: deus attendat: christus cogitetur: apostolus audiat dicēs: Tollēs 1.Cor.6.
ergo membra christi: faciā membra meretricis? Si qualiscūq; episcopi amici tui uerba spernis in corde tuo: corpus dñi tui cogita in corpore tuo. Postremo quoniā de die in diē differendo peccas: cū extremū diē tuū nescias. Nūc ꝓbato quātū ab ore nro laudes Cyprianæ desideres. Certe si adhuc i schola rhetorū uerba discipulis uēderē: pri⁹ ab eis mercedē sumerē: uēdere tibi uolo laudē pudicissimæ uxoris tuæ: pri⁹ mihi mercedē da: pudicitiā tuā. Da inq̄ & accipe. Humanū dico, ppē infirmitatē tuā: puto q̄ nō sit apud te digna Cypriana cui⁹ laudib⁹ anteponis amorē concubinaꝝ tuarū: qđ utiq; faciēs pmanere in illo amore: q̄ ad istas laudes puenire malueris. Quid mihi uis extorquere poscendo: cū ꝓ te uideas esse qđ posco? Quid precaris subiectus qđ potes iubere correctus? Mittamus munera spiritalia cōiugi tuæ: tu imitationē: ego laudem: q̄q̄ sicut supra dixi: laudem ab hominibus iam illa nō quærat: imitationem uero tuam tantū quærit etiam defuncta: quātum te dilexit etiam dissimilē uiua. Faciam de illa qđ uis: cū tu feceris qđ ego uolo & illa. Si em̄ diues ille superb⁹ atq; impius: sicut in euāgelio Luc.16.
dominus loquitur: qui induebatur purpura & byssō: & epulabat quotidie splendide: cum malorum meritorum pœnas apud inferos lueret: neq; de digito contempti ante ianuam suam pauperis aquæ stillā impetrare ualuisset: recordat⁹ ē quinq; fratres suos & rogauit ad eos eūdē pauperē mitti: cuius requiem in sinu Abraæ longe ꝓspiciebāt: ne & ipsi uenirent in illum locum tormentoꝝ: quantomagis tua cōiunx te recordat: quātomagis te casta nō uult ad pœnas uenire mœchorū? Si fratres suos nec superb⁹ ad pœnas uenire uoluit superborum: & cum frater nollet fratribus in malis se esse cōiunctum: quantominus uult in bonis cōstituta cōiunx uirum in malis habere sepatū? Lege ipsum locum in euāgelio: christi est uox pia: crede deo. Doles uidelicet cōiugē mortuam: & putas si eam laudauero q̄ meis affatibus consolaberis: disce qđ doleas si cum illa non eris. An magis tibi dolendū est qđ a me nōdū laudatur: q̄ mihi qđ a te nō amatur? Nam utiq; si amares: cū illa esse post mortem desiderares: qđ ꝓfecto nō eris si qualis es talis eris. Ama ergo cuius exigis laudem: ne qđ mēdaciter exigis: iuste negem & alia manu. Dominus nobis præstet de tua salute gaudere domine dilectissime & honorabilis frater.

Sancti Augustini ad Antoniū: ei de fide: spe & charitate gratulātis: & deo grās agētis: errorēq; cauendū: & qd desideret: exponētis. Epla. CXXVI.

VAugustinus Antonio. Cum a duob⁹ tibi scripta deberentur: cumulatissime magis pars reddita est: q̄ unum nostrū præsentē uides: cui⁹ ex ore cum me quoq; accipis: poteram non rescribere nisi ipso iubente fecissem: quo ꝓficiscente seruacuū uidebatur esse qđ feci. Quapropter fertilius fortasse tecū colloquor q̄ si coram adessem: cum & epistolam meam legis: & eum audis in cuius pectore me habitare optime nosti. Cū magno gaudio litteras sanctitatis tuæ consideraui atq; digessi: q̄ & christianū animū tuū sine ullo fuco iniqui temporis: & in nos præ se gerūt. Gratulor tibi & gratias ago deo & domino nostro de spe & fide & charitate tua: tibiq; apud eum: q̄ de nobis tam bene existimas ut fideles dei seruos eē credas. Idq; ipsum in nobis corde purissimo diligas: Q q̄ hinc etiam gratulādū beniuolentiæ tuæ potius q̄ gratiæ tibi agendæ sunt. Tibi em̄ ꝓdest ipsam diligere bonitatē: quā profecto diligit qui eum diligit qui credit bonum: siue ille se ita: siue aliter q̄ creditur habeat. Vnus tm̄ in hac re cauendus ē error: ne quisq; non de boie: sed de ipso homis bono aliter sentiat q̄

ueritas postulat. Tu uero dilectissime qui nullo modo erras credēdo uel sciendo: magnum bonum est libēter deo casteq; seruire: cum quēlibet hominum ꝓpterea diligis q̄ huius boni participem credis: tecum est fructus tuus etiam si ille nō ita sit. Quapropter tibi de hac re gratulandū est. Illi autem non si ꝓpterea diligitur: sed si talis ē qualē esse existimat a quo ꝓpterea diligitur. Quales itaq; nos simus quātūcūq; in deum ꝓmouerimus ipse uiderit: cuius non solum de hominis bono: sed de homie ipso nō potest errare iudicium: Tibi ad mercedem beatitudinis: qđ ad hāc rem attinet satis est: q̄ nos tales credens: quales oportet esse seruos dei toto sinu cordis amplecteris. Gras uero tibi uberes agim⁹ q̄ nos cum laudas tales sumus mirabiliter hortaris: ut tales esse cupiamus uberiores etiam si nō solum te cōmendes orationibus nostris: sed etiā non prætermittas orare ꝓ nobis. Gratior est enim deo ꝓ fratre deprecatio ubi sacrificium charitatis offertur. Paruulū tuum plurimū saluto: & scđm præcepta domini salutaria opto grandescere. Domui quoq; tuæ unam fidem & deuotionem uerā quæ sola catholica ē: peuenire desidero & p̄cor: In quā rem si quā forte aliā nostrā operā necessariam existimas ne tibi uendicare dubites ex cōmuni domino frætus iure charitatis. Illud sane admonuerim religiosissimam prudētiam tuā: ut amorem dei non irrationabilem uel inferas infirmiori uasi tuo uel nutrias diuina lectione grauiq; colloquio. Nemo em̄ sollicitus de statu animæ suæ atq; ob hoc sine ꝑtinacia inquirendæ uolūtati domini intentus est: qui bono demōstratore usus non dinoscat quid inter scisma quodlibet & unam catholicam intersit.

Sancti Augustini ad Donatum ꝓconsulem Africæ: ut a sceleratis & sacrilegis ausib⁹ inimicos ecclesiæ cohibeat: nō tñ occidat: illum exhortātis. Epla. CXXVII.

Domino eximio meritoq; honorabili insigniterq; laudabili filio Donato: Augustinus in domino salutem. Nollem quidem in his afflictionibus esse Africanā ecclesiam cōstitutam: ut terrenæ ullius potestatis indigeret auxilio. Sed quia Ro.13. sicut apostolus dicit: Nō est potestas nisi a deo: ꝓculdubio cum per uos sincerissimos Ps̄.123. catholicæ matris filios eidem subuenitur: Auxilium nostrū in nomie domini ē qui fecit cælum & terram. Quis enim non sentiat in tantis malis non paruam nobis consolationem diuinitus missam: cum tu uir talis & christi nominis amantissimus: proconsularibus es sublimatus insignibus: ut ab sceleratis & sacrilegis ausibus inimicos ecclesiæ bonæ tuæ uoluntati potestas sociata cohiberet: domine eximie meritoq; honorabilis 23.q.5.vnū insigniterq; laudabilis fili⁹ Deniq; unum solum est qđ in tua iustitia pertimescimus: ne forte quoniam quicquid mali contra christianam societatem ab hominibus impijs ingratisq; cōmittitur: ꝓfecto grauius ē & atrocius: q̄ si in alios talia cōmittāt. Tu quoq; ꝓ imanitate facinorum: ac non potius ꝓ lenitatis christianæ consideratione censeas coercēdum: qđ te p̄ Iesum christum ne facias obsecramus. Neq; em̄ uindictā de inimicis in hac terra requirimus: aut uero ad eas angustias animos debeant coartare quæ patimur: ut obliuiscamur quid nobis præceperit: ꝓ cuius ueritate ac nomie patimur: Ubi s̄ qui diligim⁹ inimicos nr̄os & oram⁹ ꝓ eis. Vnde ex occasione terribiliū iudicū ac legū ne æterni iudicij pœnas incidant: corrigi eos cupimus: non necari: nec disciplinam circa eos negligi uolumus: nec supplicijs qb⁹ digni sūt exerceri. Sic ergo eoꝝ peccata cō pesce: ut sint quos pœniteat peccauisse. Quæsum⁹ igit̄ ut cū eccl'iæ causas audis: quālibet nefarijs iniurijs appetitā uel afflictā ēe cognoueris: ptātem occidēdi te hr̄e obliuiscaris: petitionē nr̄am nō obliuiscaris. Non tibi uile sit neq; cōtēptibile fili honorabilit̄ dilectissime: qđ uos rogamus ne occidāt̄ ꝓ quibus dñm rogam⁹ ut corrigāt̄: excepto etiam q̄ a perpetuo proposito recedere nō debemus uincendi in bono malum. Illud quoq; prudētia tua cogitet: q̄ causas ecclesiasticas insinuare uobis nemo præter eccle 23.q.5.vnū siasticos curat. Proinde si occidēdos i his sceleri⁹ boies putaueritis: deterrebitis nos ne p̄ operā nostrā ad uestrū iudiciū aliquid tale pueniat: quo compto illi in nostrā perniciē licētiore audacia crassabūt̄: necessitate nobis impacta & indicta: ut etiā occidi ab eis eligamus q̄ eos occidēdos uestris iudicijs ingeramus. Hanc admonitionē: petitionem: obsecrationem meam: ne quæso aspernanter accipias. Neq; enim te arbitror nō

recolere magnã me ad te & multo q̃ nũc es altius sublimatum: etiam si episcopus non essem fiduciã tamen habere potuisse. Cito interim prædictæ excellẽtiæ tuæ nouerint hæretici donatistæ manere leges contra errorem suum latas: quas iam nihil ualere arbitrantur: & iactant ne uel sic nobis parcere aliquatenus possint. Plurimum autem labores & pericula nostra quo fructuosa sint adiuuabis: si eorũ uanissimam & impiæ superbiæ plenissimam sectam nõ ita cures imperialib⁹ legibus cõprimi: ut sibi uel suis uideantur qualescunq; molestias ꝓ ueritate atq; iusticia sustinere. Sed eos cũ hoc abste petitur: rerum certarũ manifestissimis documẽtis apud acta uel præstãtiæ tuæ uel minorũ iudicum conuinci atq; instrui patiaris: ut & ipsi qui te iubẽte attinent: duram si fieri potest: flectant in melius uoluntatem: & ea cæteris salubriter legant. Onerosior est quippe q̃ utilior diligentia: q̃uis ut magnum deseratur malum: & magnum teneat bonũ: cogi tm̃ homines non doceri.

Sancti Augustini ad eundem Donatum: illi⁹ uirtutes & præconia extollentis: uerãq; famam: non in ore uulgi: sed in uirtutis fulgore & põdere cõsistere demonstrantis. Epistola. CXXVIII.

Domino eximio & sincerissima dilectione bonorabili fratri Donato: Augustin⁹ in domino salutem. Qd̃ te administrantem multum desiderãs: etiam cum ciuilim uenisses: uidere non potui: credo ꝓpterea factum esse: ut animo tuo curis publicis expedito: potius fruerer: q̃ ut illa salutatiõe me apud te ocioso & te negocioso: neuter nostrum quãtũ satis esset desiderium temptaret. Recolẽs quippe bonestatem ab ineunte ætate indolis tuæ: abundanter idoneũ tuum pectus existimo cui se christus largissime infundat: fructus ei afferens æterna & cælesti gloria q̃ temporali & terreno præconio digniores. A multis em̃: imo prorsus ab oĩbus quos uel pcũctari uel ultro etiam prædicantes audire potui castitatem uirtutemq; administratiõis tuæ constanter omnino laudantibus atq; præferẽtib⁹: & sine ullo scrupulo dissonæ uarietatis accepi: & eo certius ꝙ ignorabãt necessitudinẽ nostram: & utrum te uel tenuiter nossem penitus nesciebãt prædicatores tui: ne magis eos aurib⁹ meis se dedisse: q̃ uera de te spargere crederem. Ibi enim est a uanitate remota laudatio: ubi etiam uituperatio ab offensione secura est. Verumtamen o frater eximie & sincerissima dilectione bonorabilis: nõ nunc docẽdus es: sed fortasse admonendus omnem istam gloriam famamq; popularem non in ore uulgi esse lætabilẽ: sed in rebus ipsis quæ etiam si uulgo displiceant: ꝓprio tamẽ fulgore ac põdere nõ imperitoꝝ cõmẽdatione preciosæ sũt: Magisq; miserandus est qui talia improbat: q̃ ille qui de talibus improbat iudicandus miser. Cum uero placent & sibi debita laude populariter quoq; prædicãt: nec sic qdẽ ipse maiores melioresq; fiunt alieno iudicio: si q̃m integrantur intima ueritate: & solius conscientiæ robore solidantur. Vnde magis hominib⁹ recte existimãtibus: q̃ ei de quo uulgus bene existimat aliqd ex eo fœlicitatis accidit. Quæ cum optime noueris uir bone: intuere ut cœpisti fortissima cordis acie dominũ nostrum Iesum christum & ab omni inani fastu omnino detumescẽs: assurge in illũ q nõ uentose alleuat cõuersos ad se: sed certis fidei passibus initẽtes atq; ascẽdẽtes collocat i sempiterno fastigio cælestis atq; angelicæ dignitatis: Per quẽ te obsecro ut rescribas mihi tuosq; oĩes quos in sinitẽsi uel in hipponensi habes: ad catholicæ ecclesiæ cõmunionẽ cõmuniter & benigne adhorteris. In cuius gremio etiã patrem tuum laudabilem & egregium uirum abs te genitũ esse cognoui: quẽ ut debito meritis ei⁹ a meo officio salutes peto: & nos uisere non graueris. Qd̃ etiam ꝓpter rem tuam qũã hic habes meliorem apud deum faciendam non imprudenter exposco. Dei misericordia te circũplectatur & ab omni inquietate conseruet.

Sancti Augustini ad Olympiũ: de illius erga ecclesiam dei amore gaudẽtis: Et de ꝓfectione & fuga multoꝝ fratrũ ob psecutionem ecclesiæ querulãtis: & illũ ꝓ præsidio ferendo obsecrantis. Epla. CXXIX.

Domino eximio & merito præstãtissimo multũq; in christi charitate bonorãdo filio Olympio: Augustin⁹ in dño salutem. Quis mox ut audiuim⁹ te merito

sublimatum: cum ipsa fama nondū nobis certissima esset: nihil aliud de animo tuo credidimus erga ecclesiam dei: cuius te ueraciter filiū esse gaudem⁹: q̄ q̄ tuis litteris mox aperuisti: tamen etiam illis lectis quibus ultro dignatus es etiam si pigri & cunctantes essemus: exhortationem beniuolentissimam mittere: ut instruēte humilitate nr̄a per religiosam obedientiam tuam: deus cuius munere talis es: ecclesiæ suæ iamiamq; subueniat: maiore fiducia tibi scribimus domine eximie & merito præstantissime multū q; in christi charitate bonorāde fili. Et fratres quidem multi sācti collegæ mei: grauiter ecclesia turbata ꝓfecti sunt pene fugientes ad glorīosissimū comitatum: quos siue iam uideris: siue litteras eorum ab urbe roma oportunitate cuiusq; occasiōis accepis. Ego tn̄ licet nullū consilium cum eis cōmunicare potuerim: non potui pretermittere p̄ hunc fratrem & cōpresbyteꝝ meum: qui urgenti necessitate ꝓ salute cuius sui: etiā media hyeme quomodocūq; ad illas partes uenire cōpulsus est: & salutare & admonere charitatē tuam quā habes in christo Iesu domino nostro: ut opus tuum bonū diligentissima acceleret instantia: quo nouerint inimici ecclesiæ leges illas quæ de idolis confringendis: & hæreticis corrigēdis uno stilichone in Africā missæ sūt ex uolūtate impatoris pijssimi & fidelissimi cōstitutas. Quo nesciente uel nolente factū siue dolose iactant: siue libenter putant: atq; hinc animos imperitoꝝ turbulentissimos reddūt: nobisq; periculose ac uehemēter infestos. Hoc autem qđ petēdo uel suggerendo admoneo præstātiā tuam: non dubito omniū per Africā collegarum meorum fieri uoluntate: arbitror quacūq; primitus exorta occasiōe facillime posse ac debere maturari: ut nouerint sicut dixi homines uani: quoꝝ & aduersantiū salutē requirimus & leges quæ pro christi ecclesia missæ sunt: magni Theodosij filiū quā stilichonē curasse mittēdas. Propterea quippe memorat⁹ presbyter harum ꝑlator: cum de regione sit mi- &
leuitana: ab eō suo uenerabili fratri meo Seuero: q tuam mecū sinceriſſimā dilectionē multū salutat: ꝓ hipponē regiū ubi ego sū trāsire iussus ē: qa cū forte simul essem⁹ in magnis eccl̄iæ tribulatiōib⁹ & ꝑturbatiōib⁹: q̄rebam⁹ occasionē scribēdi ad eximietatē tuā & nō inueniebam⁹. lā qdē unā epistolā miserā i negocio sancti fratris & collegæ mei Bonifacij episcopi cataquensis: sed nondū ad nos ꝑuenerant grauiora quæ nos uehementius agitarent: quibus cōprimendis uel corrigendis quemadmodū meliore scām christi misericordiam cōsilio cōsulatur: cōmodius episcopi qui ꝓpterea nauigauerūt: cum tanta benignitate tui cordis acturi sunt: qui potuerunt cōmuni consilio diligētius deliberatum aliquid ferre: quātum temporis ꝑmittebat angustia. Illud tamē quo animū clementissimi & religiosissimi principis erga ecclesiam ꝓuincia nouerit nullo modo esse differendū: sed etiam anteq̄ episcopos qui ꝓfecti sunt uideas: q̄primū tua præstātissima ꝓ christi mēbris in tribulatione maxima cōstitutis uigilātia potuerit accelerādū suggero: peto: obsecro: flagito. Neq; enim paruū in his malis solatium dn̄s obtulit: q; te uoluit multoamplius posse q̄ poteras: quādo tā de tuis multis & magnis operibus bonis gaudebamus. Multum sane de quorundā neq; paucoꝝ fide firma & stabili gratulamur: qui ex occasione legū ipsaꝝ ad christianā religionē uel catholicā pacē cōuersi sūt: ꝓ quoꝝ salute sempiterna nos i hac tēporali etiā periclitari delectat. Propterea em̄ maxime ab hoīb⁹ nimium dureq; ꝑuersis: nunc inimicitiaꝝ grauiores impetus sustinemus: quos nōnulli eoꝝ nobiscū patiētissime sustinent: sed plurimū infirmitati metuim⁹ donec discāt & ualeāt adiuuāte misericordissima gratia dn̄i sæculū præsens & hominum diem cum robore cordis ualētiore cōtēnere. Cōmonitorium qđ misi fratribus ep̄is: quia sicut puto nōdum ibi sunt: ab eximietate tua illis tradat cū uenerint. Tātā qppe tui sinceriſſimi pectoris habem⁹ fiduciā: ut adiuuante dn̄o deo nr̄o non solum imptitorē auxilij te uelimus: uerūetiam cōsilij participem.

¶ Sancti Augustini ad Circēses: ut bona quæ in eoꝝ ciuitate ꝓ eū facta laudāt: nō sibi sed deo attribuāt cōtestantis: & illud exemplo atq; scriptura cōfirmātis. Quid prætea occulte segregatis ab unitate cogitandū & eligēdū sit exponētis. Epl̄a. CXXX.

Dominis honorabilib⁹ & merito suscipiendis: charissimis ac desiderātissimis fratrib⁹ in omni bonoꝝ gradu: circensib⁹: Augustin⁹ ep̄s. Si id qđ in ur̄a ciuitate

nos grauiter contristabat absumptū est: si duricia cordis humani resistēs manifestissi/
me:& quodāmodo publicæ ueritati eiusdem ueritatis uicta est:si sapit dulcedo pacis
unitatilq; charitas:& nō iam reuerberat oculos saucios:sed sanos illustrat acuegetat:
nō sunt hæc opa nostra sed dei:nō hæc humanis opibus omnino tribuerem. Nec si cū
apud uos essemus tanta conuersio multitudinis nobis loquentibus & hortantib⁹ pro/
ueniret:Hoc agit ille & efficit qui per ministros suos rerū signis extrinsec⁹ admonet:
rebus autem ipsis per seipsum intrinsecus docet. Nec ideo pigrius moueri nos opor/
tet ad uisendos uos:qm̄ quicquid in uobis laudabile est factum:non a nobis:sed ab illo
factum est qui facit mirabilia solus. Multo em̄ alacrius debemus accurrere ad spectan/
da opera diuina q̄ nostra: quia & nos si quid boni sumus:opus illius nō hominū sum⁹.
Vnde apostol⁹ dixit:Neq; qui plantat est aliquid:neq; qui rigat:sed qui incrementum 1.Cor.3.
dat de⁹. Xenocrates Palæmonem ut scribitis: & nos ex illi⁹ litteris recordamur:de Xenocrates
fruge tēperantiæ disputando:non solū ebriosum:uer; & tunc ebrium ad mores alios
repente conuertit. Q̄q̄ ergo sicut ille prudenter & ueraciter intellexit his:non deo fu/
erit acquisitus:sed tantū a dominatu luxuriæ liberatus:tamen ne idipsum quidem qđ
melius in eo factum est humano operi tribuerimus:sed diuino: Ipsi⁹ nāq; corporis qđ
est infimū nostrum:si qua bona sūt:sicut forma & uires & salus: & si quid eiusmodi est:
non sunt nisi ex deo creatore ac pfectore naturæ:quātomagis animi bona donare nul
lus alius potest? Quid em̄ superbius uel ingrati⁹ cogitare potest humana uecordia:
si putauerit cum carne pulchrū faciat deus hominē:animo castū ab homie fieri? Hoc
in libro sapientiæ sic scriptum est:Cum scirem inquit quia nemo esse potest cōtinens Sap.8.
nisi deus det:& hocipsū erat sapientiæ scire cuius esset hoc donū. Palæmon ergo si ex
luxurioso continēs factus ita sciret cuius esset hoc donū: & eum abiectis supstitionib⁹
gentium pie coleret:non solum cōtinens:sed etiam ueraciter sapiens & salubriter reli
giosus existeret:qđ ei nō tm̄ ad præsentis uitæ bonestatem:uer; & ad futuræ imorta/
litatem ualeret. Quātominus igit⁹ mihi arrogare debeo cōuersionem istā uestram uel
ppli uri quā modo nobis annūciastis:quæ me nec loquēte:nec saltē præsente ꝓculdu
A bio diuinit⁹ facta ē i qb⁹ ueracit⁹ facta ē. Hoc itaq; ꝑcipuæ cognoscite:hoc pie humilit⁹q;
cogitate:deo fratres:deo grās agite:deū timete ne deficiatis:amate ut ꝓficiatis. Si aūt
adhuc quosdā amor hois occulte segregat:& timor hominis fallaciter congregat:ob/
seruent qui tales sunt:quia deū cui nuda est humana conscientia: nec testem fallunt:
nec iudicem fugiunt. Si quid autem illos de quæstione ipsius unitatis:pro suæ salutis
sollicitudine pmouet: hoc sibi quātū existimo iustissimū extorqueāt: ut de catholica
ecclesia:id est toto orbe diffusa potius id credant qđ diuinæ scripturæ dicunt:non qđ
linguæ humanæ maledicunt. De ipsa uero dissensione quæ inter homies orta ē qui
qualeslibet fuerint:utiq; præiudicant ꝓmissis dei:qui dixit ad Abraam:In semine tuo Gen.12.
benedicentur om̄es gentes: qđ creditum est cum audiretur prædictum:& negat⁹ cū
uidetur impletū? Hoc tamē interim breuissimū:& nisi fallor inuictissimum cogitent:
aut actam esse istam causam in ecclesiastico trāsmarino iudicio: aut non esse actam. Si
acta ibi non est:inocens est christi societas per omnes transmarinas gentes: cuius so/
cietatis nos cōmunione gaudem⁹:& ideo ab eis inocentibus utiq; sacrilega direptiōe
separantur. Si uero acta est ibi ista causa:quis non intelligat:quis non sentiat:quis nō
uideat eos in ea uictos quorum inde cōmunio separata est? Eligāt ergo utrum malint
credere qđ pronūciauerūt ecclesiastici cognitores:aut qđ murmurāt uicti litigatores
aduersus istā cōplexionē dictu breuissimam:intellectu facillimā. Attendite pro uestra
prudentia diligēter:q̄ nihil sobrium responderi possit:& tamē malus Palæmon magis
ebrietate inueterati erroris uertitur. Date neniam ꝓlixiori fortassis epistolæ q̄ iocun/
diori: uerūtamen ut arbitror utiliori q̄ blandiori: domini bonorabiles & merito susci/
piendi: charissimi ac desiderātissimi fratres. De aduentu aūt nostro ad uos:utrorūq;
desiderio deus impleat. Quāto em̄ charitatis ardore accēdamur ad uisendos uos:uer
bis explicare nō possumus:sed uos benigne credere minime dubitamus.

Sācti Augustini ad Memoriū: cōfitentis se libros quos emēdatuꝝ se ꝓmiserat mittere: causamq; cur id nō fecerat exponētis: Possidiū præterea collegā suū non litteris illis quas uariaꝝ libidinū serui liberales uocāt: sed uere liberalib⁹ institutū cōmendantis: Iniquosq; & impios q sibi eruditi uidenť cōfutātis: ac pariter ostēdētis q illoꝝ litteræ nō recte liberales uocenť: Et quēadmodū in historiarū scriptoribus possit esse aliq̄ ꝓpinquitas libertatis. Petitioni quoq; illi⁹ de libris a se de rhythmo & melos compositis respondētis: & rationē cur nō scripserit quibus numeris uersus dauitici constēt reddentis. Epla. CXXXI.

DOmino beatissimo & uenerabiliter charissimo & sinceriſſimo ac desiderātiſſimo fratri & coepiscopo Memorio: Augustin⁹ in dño salutē. Nullas iam reddere debui litteras sanctæ charitati tuæ sine his libris quos a me sancti amoris iure uiolētissimo flagitasti: ut hac saltem obediētia respōderem eplis tuis: qb⁹ me magis onerare q̄ bonorare dignatus es. Q̄q̄ ubi succūbo: qa oneror: ibi etiā quia diligor: subleuor. Neq; em̄ a quolibet diligor: subleuor: eligor: sed ab eo uiro & dñi sacerdote quē sic acceptū deo sentio: ut cū aiam tuā tā bonā leuas ad dñm: qm̄ i illa me habes: leues & me. Debui ergo nūc libros mittere: quos emendatuꝝ me eē promiserā. Et ideo nō misi: qa non emēdaui: Nō quia nolui: sed qa nō potui: curis uidelicet multis & multum prævalētibus occupat⁹. Nimis aūt ingratū ac ferreum fuit: ut te q nos sic amas: hic sanct⁹ frater & collega noster Possidi⁹ in quo nōstrā nō paruā præsentiā reperies: uel nō disceret: uł sine litteris nostris disceret. Est em̄ ꝓ nostrū ministeriū: nō litteris illis: q̄s uariarum serui libi[illegible]nū: liberales uocāt: sed dominico pane nutrit⁹: quātus ei potuit ꝓ nostras angustias dispēsari. Quid em̄ aliud dicendū est eis q cū sint iniqui & im-
Ioh. 8. pij liberaliter sibi uidenť eruditi: nisi q̄ in litteris uere liberalib⁹ legimus: Si uos filius liberauerit tūc uere liberi eritis. Per eū nanq; præstatť ut ipse etiā quæ liberales disciplinæ ab eis qui in libertatē uocati nō sunt appellāťur: quid in se habeant liberale noscatur. Neq; em̄ habent cōgruū libertati: nisi qd̄ habēt congruū ueritati. Vnde ille ipse filius: Et ueritas inquit liberabit uos. Nō ergo illæ innumerabiles & impiæ fabulæ: qb⁹ uanorum plena sunt carmina poetaꝝ: ullo modo nostræ cōsonāt libertati: Nō oratorū inflata & expolita mendacia: Nō deniq; ipsoꝝ philosophoꝝ garrulæ argutiæ: qui ul' de-
Ro. 1. um ꝓrsus nō cognouerunt: uel cū cognouissent deū: non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerūt: sed euanuerūt in cogitatiōib⁹ suis: & obscuratū ē insipiēs cor eorū & dicentes se esse sapiētes: stulti facti sunt: Et imutauerūt gl̄iam incorrupti dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis & uolucrū atq; quadrupedū & serpētiū: uel q istis simulacris nō dediti: aut nō nimis dediti: coluerūt tn̄ & seruierūt creaturæ potius q̄ creatori. Absit oīno ut istoꝝ uanitates & insaniæ mendaces: uētosæ nugæ ac supb⁹ error: recte liberales litteræ nominēť: hominū scilicet infœliciū: q dei gratiam p Iesum christū dñm nostrū qua sola liberamur de corpe mortis hui⁹ non cognouerunt: nec in eis ipsis quæ uera sunt senserūt. Historia sane cui⁹ scriptores fidē se præcipue narrationib⁹ suis debere ꝓfitēť: fortassis habeat aliq̄d cognitiōe dignū liberis: cū siue bona siue mala boium: tn̄ uera narranť. Quis in eis cognoscendis: qui spiritusancto nō adiuti sunt rumoresq; colligere ipsa humanæ infirmitatis cōditione cōpulsi sunt: quemadmodū nō fallereť in plurimis oino nō uideo. Est tn̄ i eis aliq̄ ꝓpinqtas libertatis si uolūtatē mentiēdi non habent: nec boies fallunt: nisi cū ab boibus humana infirmitate fallunť. Verꝝ quia in oībus rerum motib⁹ qui numerari ualeāt: facilius cōsiderať in uocibus: eaq; consideratio quibusdā q̄si gradatis itineribus nitiť ad supna intima ueritatis: in quibus uijs ostēdit se sapiētia bilariter: & in oīm ꝓuidentia occurrit amantibus:
1. Retrac. 10 Initio nostri ocij cum a curis maioribus magisq; necessarijs uacabat animus: uolui per ista quæ a nobis desiderasti scripta ꝓludere: qn̄ cōscripsi de solo rhythmo sex libos: & de melos scribere alios forsitan sex: fateor disponebā: cum mihi ociū futurū sperabā: Sed postea q̄ mihi curarū ecclesiasticaꝝ sarcina imposita ē: oēs illæ delitiæ fugere de manibus: ita ut uix nūc ipsum codicem inueniam: qm̄ tuam uoluntatē: nec petitionē: sed iussionē contemnere nequeo. Qd̄ sane opusculū si potuero mittere: nō quidē me

tibi obtemperasse: uerũtamen te hoc a me tantopere flagitasse pœnitebit. Difficillime quippe intelligũt in eo quinq; libri: si nõ assit q nõ solũ disputãtiũ possit separe psonas: uerũetiã ꝑnunciãdo ita sonare morulas syllabaꝝ ut eis exprimant sensũq; auriũ ferant genera numeroꝝ: maxime quia i quibusdã etiã silentioꝝ dimensa iterualla miscẽtur: quæ oino sentiri nequeũt: nisi adiutorẽ ꝑnunciator informet. Sextũ sane librum quẽ emẽdatum reperi: ubi est ois fructꝰ cæteroꝝ: nõ distuli mittere charitati tuæ: fortassis ipse tuã non multũ refugiet grauitatẽ. Nam supiores quinq; uix filio nostro & cõdiacono luliano (qm̃ & ipse iam nobiscum cõmilitat) cognitione uidebunt. Quem quidem nõ audeo dicere plus amo q̃ te: quia nec ueraciter dico: sed tn̄ audeo dicere: plus desidero q̃ te. Mirũ uideri põt: quẽadmodum quẽ pariter amo: ampliꝰ desiderẽ: sed hoc mihi facit spes amplior uidendi eum. Puto em̃ ꝙ si ad nos te iubẽte uel mittente uenerit: & hoc faciet qđ adolescentẽ decet: maxime quia nõdum curis maioribus detinetur: & teipsũ mihi expeditius apportabit. Quibꝰ numeris cõsistant uersus dauitici nõ scripsi: quia nescio. Neq; em̃ ex hebræa lingua: q̃ ignoro: potuit etiã numeros interpres exprimere: ne metri necessitate ab interpretandi ueritate amplius q̃ ratio sentẽtiaꝝ sinebat digredi cogeretur: certis tamẽ eos cõstare numeris: Credo illis qui eã linguã ꝑbe callent. Amauit em̃ uir ille sanctus musicam piam: & in ea studia nos magis ipse q̃ ullus alius auctor accẽdit. Habitetis omnes in æternum in adiutorio altissimi: qui habitatis unanimes in domo: pater materq; fratres filioꝝ: & cũcti unius patris filij: memores nostri.

Sãcti Augustini ad Florentinã: sanctũ ꝑpositũ illiꝰ ob timorem dn̄i cõmẽdãtis: atq; admonẽtis ut si qđ ab eo cupiat discere: id qđ uelit quærat: libere se ad satisfaciẽdũ exhibẽdo. Et supbiæ uitiũ in docẽdo sollicitissime cauẽdũ eẽ suadẽtis. Epla. CXXXII.

DOminæ eximiæ meritoq; bonorabili i christo ac suscipiendæ filiæ Florentinæ: Augustinus eps in dño salutem. Sanctum ꝑpositũ tuum & inuiscerateꝰ cordi tuo timor dn̄i castus ꝑmanẽs in sæculum sæculi: curã ꝑ te nostrã non solum in ꝓcibꝰ apud deum: uerũetiam in admonitionibꝰ ad teipsam nõ mediocriter suscitat. Qđ quidem in epistolis meis quas ad matrẽ reuerẽtiæ tuæ: debito mihi cum honore nominãdã dedi nõ semel feci. Sed quia hoc mihi rescribere dignata es: prius te uelle accipere litteras meas. Tunc demũ si qd forte opus esset tibi ex ministerio meo: qđ uenerando studio tuo: omniũq; talium quãtũ possum libera seruitute debere me noui: non te esse taciturã & rescribẽdo insinuaturã. Ecce feci qđ te uoluisse (q̃uis nõ per te) cõperi: ne uiderer tibi ostium fiduciæ inhumaniter claudere: supest ut ꝑmas ipsa: si qd ex me quærẽdũ putas. Aut em̃ scio qđ inquisieris & non negabo: Aut ita nescio ut nullo fidei salutisq; detrimento nesciam: & de hoc etiam teipsam si potuero faciam reddita ratione securam: Aut certe si & nescio & tn̄ sciẽdum est: uel impetrabo a dño ne tibi desim (Nã sæpe officiũ impartiendi meritũ est accipiẽdi) uel ita tibi respondebo: ut noueris ꝙ hac ipsa re quã pariter nescimus ad quẽ pulsare debeam⁹. Hæc ideo prælocutus sũ: ne te ꝑ certo speres quicqd a me quæsieris auditurã: & cũ hoc ꝑ uenerit: audacter potius q̃ prudẽter me fecisse arbitreris: qđ tibi quærẽdi si quid uoles facultatẽ dedi. Hoc em̃ feci ñ doctor pfectꝰ: sed cũ docẽdis pficiẽdꝰ: dña eximia merito ꝙ bonorabilis in christo ac suscipiẽda filia. Equidẽ etiã in bis rebꝰ q̃s utcunq; scio: magis te cupio esse scientem: q̃ scientiæ nostræ indigentem. Neq; em̃ ut qđ scimus doceamus: alioꝝ ignorantiã optare debemus. Multo quippe melius oms sumus dociles deo: qđ utiq; in illa supna patria: cum in nobis cõpletum fuerit qđ ꝑmissum est pficiet: ut non dicat homo ꝓximo suo: Cognosce dn̄m. Omnes em̃ cognoscẽt eum: sicut scriptum est: a minore usq; ad maiorem eorum. Et sollicitissime cauendum est in docẽdo supbiæ uitiũ: qđ in discendo non ita est. Vn̄ & sancta scriptura nos admonet dicẽs: Sit omnis homo uelox ad audiendum: tardus autem ad loquendum. Et ille in psalmo ait: Auditui meo dabis exultationem & lætitiã: cõtinuoq; subiecit: Et exultabunt ossa humiliata. Vidit em̃ in audiẽdo facillime seruari humilitatẽ: quæ difficilis est in docendo: qm̃ necesse ẽ ut doctor habeat supiorẽ locũ: ubi laboriosũ ẽ obtinere ne subrepat

Iere. 31. Psã. 18. Iacobi. 1. Psã. 50

elatio. Vides ne quẽadmodũ piclitemur a qbus hoc expectaꝛ: ut nõ solũ doctores simus: uerũetiã cũ sumꝰ boies diuina doceamꝰ? Sed laboꝝ periculorũqꝫ nroꝝ singulare est solatiũ cũ ita ꝓficitis: ut illo pueniatis: ubi nullius bois doctoris egeatis. Isto autẽ periculo nõ tm̃ nos: nã ad illũ de quo dicturus sũ: qd sumꝰ nos? Non ergo nos tm̃ peri-
2.Cor.12. culo isto: sed etiã ille doctor gẽtiũ periclitatũ se esse testaꝛ cũ dicit: Ne in magnitudine reuelationum meaꝝ extollar datus ẽ mihi stimulꝰ carnis. Vnde & ipse dñs tumoris
Matth.23. huiꝰ admirabilis medicꝰ: Nolite inquit ab boibꝰ uocari rabbi: unus est em̃ magister ue-
1.Cor.3. ster xps. Qd retinẽs idẽipse doctor gẽtiũ dicit: Neqꝫ q plãtat ẽ aliquid: neqꝫ qui rigat: sed qui incremẽtũ dat deus. Hoc & ille meminit qui in natis mulieꝝ: quãto magnus erat: tãto se i oibꝰ humiliabat: indignũ se affirmãs q christi calciamẽta portaret. Quid
Joh.3. em̃ aliud ostendit ubi ait: Qui habet spõsam spõsus est: amicus aũt sponsi stat & audit eum: & gaudio gaudet ꝓpter uocẽ sponsi? Hic ẽ ille audit de quo pauloante cõme-
Ps.50. morauí in psalmo positũ: Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiã: & exultabũt ossa humiliata. Proinde tãto me certiꝰ: tãto solidius: tãto saniꝰ gaudere scias de fide & spe & dilectione tua: quãtominꝰ indigueris: non tm̃ a me qcq̃ discere: sed ab ullo ꝓrsus bominũ. Verũtamẽ qa cũ illic essem: te qdẽ p ætatẽ uerecũdãte boni parẽtes & amãtissimi bonoꝝ studioꝝ tuoꝝ: quãto pietatis ueræqꝫ sapiẽtiæ ardore flagrares mihi itimare dignati sunt: & beniuolẽtissime petierũt ne tibi instruẽdæ in quo opus esset meam operulam denegarẽ: Admonẽdam te bis lr̃is credidi: scd̃m supradictas optiones: ut quæras qd uis: ne sim supfluus si conatus fuero docere qd scis: dũ tn̄ firmissime teneas qd & si aliquid salubriter p me scire potueris: ille te docebit qui est interioris bominis magister interior: qui in corde tuo tibi ostendit uerum esse qd dicit: Quia neqꝫ q plãtat est aliquid neqꝫ qui rigat: sed qui incrementũ dat deus.

¶ Sãcti Augustini ad Italicã: ternis illius lr̃is se respõdisse asserẽtis. Et cur fratres epi de tribulationibꝰ suis nihil sibi scripserint admirãtis. Epla. CXXXIII.

RElegiosissimæ atqꝫ i christi mẽbris merito sanctoqꝫ laudabili famulæ dei Italicæ: F Augustinꝰ in dño salutẽ. Tres epl̃as tuæ benignitatis acceperã cũ ista rescripsi: Vnã quæ adhuc meas lr̃as exigebat: alterã quæ ad te iã pueniſſe idicabat: tertiã quæ beniuolẽtissimã ꝓ nobis curã tuã etiam de domo clarissimi & egregij iuuenis Iuliani: quæ nr̃is adhæret parietibꝰ cõtinebat. Qua accepta cõtinuo respõdere nõ distuli: qa ꝓcurator eximietatis tuæ cito se romã posse mittere scripsit: cuius lr̃is graviter cõtristati sumꝰ: qꝫ ea quæ illic in urbe ul circa urbẽ gerunt: nõ nobis insinuare curauit: ut certũ apud nos fieret qd incertæ famæ credere nolebamꝰ: fratrũ quippe lr̃is ante trãsmissis: q̃is molesta & dura multò tn̄ leuiora nũciata sunt. Plus sane q̃ dici põt mirat sum: qꝫ nec tãta occasione boim tuoꝝ fratres sancti epi scripserint: nec epla tua quicq̃ nobis de tãtis tribulationibꝰ ur̃is insinuauerit: quæ utiqꝫ per uiscera charitatis & nostræ sũt: nisi forte faciẽdum nõ putasti qd nihil prodesse dixisti: aut nos tuis litteris mœstificari noluisti. Prodest aliqd quantũ ego arbitror etiã ista cognoscere: Primo qa
Ro.12. iniustũ est gaudere nolle cũ gaudẽtibꝰ: & flere nõ uelle cũ flentibus. Deinde qa tribu-
Ro.5. latio patientiã opatur: patiẽtia ꝓbationẽ: ꝓbatio spem: spes aũt ñ confundit: qa charitas dei diffusa est in cordibꝰ nostris p spiritũ sanctũ q datus est nobis. Absit itaqꝫ ut recusemus audire etiã quæ amara & tristia sũt erga charissimos nostros. Nescio quo em̃
1.Cor.12. modo minꝰ fit qd patiẽ unũ mẽbrũ si cõpatiũ alia mẽbra: Nec ipsa mali reuelatio fit p cõmunionẽ cladis: sed p solatiũ charitatis: ut q̃is alij ferẽdo patiũ: alij cognoscẽdo cõpatiũ: cõmunis sit tn̄ tribulatio qbꝰ ꝓbatio: spes: dilectio spũsqꝫ cõmunis ẽ. Omnes aũt nos dñs consolaꝛ: q & hæc tẽporalia mala prædixit: & post hæc bona æna ꝓmisit. Nec debet cũ prœliaꝛ ifringi q uult post prœliũ coronari: uires illo subministrãte certantibꝰ q præparat ineffabilia dona uictoribꝰ. Rescripta illa nr̃a nõ tibi ad nos auferãt scribendi fiduciã: præsertim qa timorẽ nr̃m nõ improbabili defensione lenisti. Paruulos tuos resalutamꝰ: & in xpo tibi grãdescere optamus: q iam in hac ætate cernũt q̃ sit amor huiꝰ sæculi piculosus & noxius: atqꝫ utinam cũ magna & dura quatiuntur: parua & flexibilia corrigãt. De domo illa qd dicam: nisi benignissimæ tuæ curæ gr̃as agam?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nã eam quã dare possumus nolũt: quã uolũt autẽ dare non possumus. Neq; em̃ sicut falso audierũt a decessore meo relicta est ecclesiæ: sed inter antiqua eius prædia possidet: & antiquæ alteri ecclesiæ sic cohæret quẽadmodũ ista de qua agit alteri.

¶ Sancti Augustini ad Pãmachium: causam agnitiõis eius absentis simul & dilectiõis exponẽtis: & ea de re plurimum exultantis atq; gratulãtis: gratulatoriasq; has lras ad eum se misisse cõtestantis. Epla. CXXXIIII.

GOmino eximio & merito suscipiẽdo: atq; in christi uisceribus dilectissimo filio Pãmachio: Augustin⁹ in domino salutem. Bona opera tua christi gratia germinantia: te nobis in membris eius bonorãdũ: & plane notissimũ dilectissimũq; fecerunt. Neq; enim si quotidie faciem tuam uiderem: notior mihi esses: q̃ cũ interiorem tuum pacis decorem: pulchrũ ac ueritatis luce radiantẽ: in unius tui facti cãdore conspexi: conspexi & agnoui: agnoui & amaui. Huic nunc loquor: huic scribo: dilecto amico meo: qui mihi corpore absens absens inotuit. Verum aũt iam simul eram⁹: & cõiuncti sub uno capite uiuebamus: In cuius charitate nisi radicat⁹ esses: non tibi tã dilecta catholica unitas foret: nec colonos tuos afros: eo terrarum: unde donatistarũ furor exort⁹ est: hoc est in media consolari numidia constitutos tali admoneres alloquio: tanto feruore spũs animares: ut deuotione ꝓmptissima ad sequẽdũ eligerẽt: qđ te talem ac tm̃ uirum: non nisi agnita ueritate sequi cogitarent: & tam longe a te locorum interuallis remoti irent: sub idem caput atq; in eius mẽbris in æternũ tecũ deputarẽt: cui⁹ præcepto tibi tẽporaliẽ seruiũt. In hoc ergo tuo facto te cognitũ amplectẽs: exultaui ut gratularer tibi in christo Iesu domino nostro: tibiq; has gratulatorias litteras mitterẽ: qualecũq; specimen cordis & amoris erga te mei: Neq; em̃ ampli⁹ potui. Sed quæso ne tu hactenus quicquid te diligo metiaris: plectam trãsi hanc epistolam trãsitu inuisibili qui intus fit: & perge cogitãdo in pectus meũ: & cerne quid illic de te agat. Patebit em̃ oculo charitatis: cubiculũ charitatis qđ claudimus aduersus nugas tumultuosas sæculi: cũ illic deũ adoram⁹: & uidebis ibi delitias lætitiæ meæ de tã bono ope tuo: q̃s nec lingua effari: nec stilo exprimere ualeo: calẽtes atq; flagrantes in sacrificio laudis ei⁹: quo inspirãte hoc uoluisti: & quo adiuuãte potuisti. Gras deo super inenarrabili dono ei⁹. O q̃ multoq; tecũ pariter senatorũ: pariterq; sanctæ ecclæ filiorũ: tale opus desideram⁹ in Africa: de quali tuo lætamur. Sed illos periculosũ ẽ exhortari: tibi securum est gratulari. Illi enim forte non faciẽt: & tanq̃ nos in aio eorum uicerint inimici: ecclesiæ decipiendis insidiabunt infirmis. Tu uero iã fecisti: uide inimicie ecclesiæ liberatis cõfundantur infirmis. Proinde sufficere usum est ut ipse quibus christiano iure potueris: amica fiducia istam epl'am legas. Sic em̃ ex tuo facto fieri posse in Africa credunt: qđ forte dũ putant fieri non posse pigrescũt. Insidias aut̃ quas ipsi hæretici distorto corde moliunt: qm̃ nisi eos arbitratos ualere aliquid in possessione christi animo tuo: nec rescribere uolui. Audies tm̃ hæc a fratribus meis: quos plurimũ cõmẽdo eximietati tuæ: ne in tam magna tanq̃ inopinata salute hominũ: de qb⁹ pte catholica mater exultat: asperneris etiã supflua metuentes.

¶ Sancti Augustini ad Seuerũ: quãtũ debeat ueræ fraternæ charitati ostẽdentis: & cũ eo familiariter de mutua amicitia iocantis. Epla. CXXXV.

HOmino beatissimo atq; dulcissimo: uenerabili nimiũq; desiderabili fratri & cõsacerdoti Seuero: & q tecũ sũt fratrib⁹: Augustin⁹ & q mecũ sũt fratres in dño salutẽ. Epla mea quã puexit charissim⁹ fili⁹ & condiacon⁹ noster Timothæ⁹ iam parata erat ꝓfecturo: qm̃ filiũ nostri Quoduultdeus & Gaudẽtius ad nos uenerũt cũ lris tuis. Inde factũ est ut cõtinuo ꝓficiscẽs: nõ afferret respõsionẽ meã: qm̃ post illorũ aduentũ quãtulũcũq; apud nos imoratus est: & ꝓfecturus p horas singulas uidebatur. Sed & si p eum respõdissem adhuc debitor forem: Nã & tunc qđ uideor respõdisse debitor sũ: nõ dico charitatis: quã tantomagis debemus: quãtoamplius impẽderimus: cui⁹ nos ꝑpetuos debitores ostendit apl's dicẽs: Nemini quicq̃ debeatis nisi ut inuicẽ diligatis: sed ipsius epl'æ tuæ: qm̃ em̃ sufficiã tuæ suauitati: tãtæq; auiditati animi tui quã mihi lecta nũciauit? Rem quidem mihi in te notissimam insinuauit: uerũtamẽ Ro. 13.

&si non mihi rei nouæ insinuatrix:noua tamē rescriptoꝝ exactrix fuit. Miraris fortas/
se:cur me huius debiti psolutorē imparem dicam:cū tu de me tam multū sentias: qui
me tanq̄ anima mea noueris. Sed hocipsum est qđ mihi magnā difficultatem facit re/
spondendi litteris tuis: quia & quātus mihi uidearis parco dicere ꝓpter uerecundiā
tuam. Et utiq; minus dicendo cum tu in me tātā laudē contuleris:quid nisi debitor re/
manebo? Qđ nō curarē si ea quæ de me ad me locut⁹es:non ex charitate sinceriſſima
dicta scirem:sed adulatione inimica amicitiæ. Hoc quippe modo nec debitor fierem:
quia talia repēdere nō deberē:sed quāto magis noui q̄ fideli animo loqueris: tātoma/
gis uideo quāto debito grauer. Vide autē quid mihi cōtingit:ut me quodāmodo ipse
laudauerim:qui me a te fideliter laudatū dixerim. Sed qd aliud dicerem q̄ id qđ de te
admonui quem nosti. Ecce mihi nouam feci quæstionem: quā tu nō ꝓpoſuisti:& eam
fortassis expectas ut soluam:ita mihi parum erat ꝙ debitor eram: nisi etiā me amplio/ I
re debito ipse cumularem:q̄q̄ hoc facile sit ostēdere: & si non ostendā facile tibi uide/
re:& uera infideliter dici posse:& nō uera fideliter. Qui enim sic credit ut loquitur: &
si non uera loquit̄: fideliter loquitur:qui aūt nō credit quæ loquitur:& si uera loquit̄:
infideliter loquit̄. Nunqd ego dubito ꝙ eadē credas quæ scripsisti? Quæ cū in me nō
agnosco potuisti fideliter de me non uera dicere:sed nolo te uel beniuolentia sic falli
cui beniuolentiæ debitor sum:quia & tam fideliter & tam beniuole ea quæ uera sunt
posse de te dicere:nisi ut supra dixi:uerecūdiæ tuæ parcerē. Ego aūt q̄n laudor a ger/
manissimo & familiarissimo aiæ meæ:uelut a meipso lauder:sic habeo qđ cernis q̄ mo
lestū sit etiā uera si dicāt̄: quāto pot⁹ qa etiā cū sis altera aia mea: imo una sit aia tua &
mea:sic in me falleris putādo mihi adesse quæ desunt:quō & de se ipse unus homo fal/
li pōt? Qđ nō tm̄ ideo nolo ne quē diligo tu fallaris:uerūetiā ne min⁹ ores ut sim qđ tā
me esse credis:nec in eo sum tibi debitor:ut eodem ꝓgressu beniuolētiæ credā & lo/
quar de te bona:quæ adhuc & tu tibi deesse cognoscis:sed ut animo tam qdem beni/
uolo ea tm̄ dicam bona tua dona dei de quib⁹ in te certus sū. Qđ non ideo nō facio ne
fallar in eis:sed ne tu a me laudat⁹:ipse te laudasse uidearis:& ꝓpter illā iusticiæ regu/
lam:quia mihi fieri nolo:qđ si fieri debet eligo esse debitor q̄diu puto non esse facien/
dū. Si autē fieri non debet: nec debitor sum:sed noui qd mihi ad hæc respōdere pos/
sis. Ita ista loquēris quāsi ꝓlixam epistolā tuam de laudibus meis desiderauerim: Absit
ut hoc de te credā:sed epistola tua nolo dicere q̄ ueris uel q̄ non ueris: plena tm̄ laudi/
bus meis hoc de me ut reprehenderē etiā te nolente flagitauit. Nā si quid aliud uole
bas ut scriberem largitorē me desiderabas:non redditorē. Porro iusticiæ ordo sic ha/
bet:ut debitū prius reddamus:tū deinde cui reddimus si hoc placet aliquid & done/
mus:q̄q̄ etiam talia qualia desiderasti ut scriberem: si diligētius præcepta dn̄ica cogi/
temus:reddimus potius q̄ donamus:si nemini quicq̄ debendum est nisi ut inuicē dili/
gamus. Ipsa quippe dilectio exigit debitū:ut fraternæ charitati seruiētes eū qui se ad/
iuuari recte uelit in quo possum⁹ adiuuem⁹. Sed mi frater & tu credo qđ noueris quā/ K
ta sint in manibus meis:quib⁹ aduersus curas quas nostræ seruitutis necessitas habet:
uix mihi paucissimæ guttæ temporis stillant̄:quas alijs rebus si impēdero:contra offi/
ciū meū mihi facere uideor. Qđ em̄ uis ut ad te ꝓlixam epistolā scribā:& hoc quidem
debeo fateor:debeo ꝓrsus:hoc tā dulci:tā sincere:tā meæ uolūtati tuæ: Sed qa bonus
es amator iusticiæ:inde te admoneo:ut de illa quam diligis boca me libentius audias.
Cernis prius esse qđ & tibi & alijs q̄ qđ tibi tantūmodo debeo:& tēpus ad oia mihi nō
sufficit:quando nec ad illa quæ priora sūt: Vnde oēs charissimi & familiarissimi mei
quoꝝ in nomine christi inter primos mihi es:rem faciēt officij sui si nō solum alia mihi
scribēda ipsi nō imponāt: uerūetiā cæteros quāta possunt auctoritate & sancta benig/
nitate ꝓhibeāt:ne uidear ego durus cū a singulis petita nō dedero: dū ea uolo magis
reddere quæ oib⁹ debeo. Denicq; cū sicut speram⁹ & ꝓmissū tenemus: ad nos uenerit
uenerabilitas tua:scies quibus opibus litterarum & quantū occupatus sim:& instātius
facies qđ rogaui:ut & alios quos potueris mihi aliqđ aliud scribēdū uolētes iniūgere
a me demoliaris. Domin⁹ deus noster impleat cordis tui tam grandem: & tam sanctū

sinum quē ipse fecit: dñe beatissime.

¶ Sancti Augustini ad Fœlicē & Hilarinū: illos ad pseuerantiā charitatis dei exhortā/tis: Et de accusatione Bonifacij p̄sbyteri se expurgantis. Epl'a. CXXXVI.

LDOminis dilectissimis meritoq; bonorandis fratribus Fœlici & Hilarino: Augu/stinus in domino salutem. Non miror satbanā fidelium animos pturbantem: cui resistite permanentes in spe ꝓmissorum dei: qui fallere non potest: qui nō solum nobis in se credentibus & sperantibus: & in eius charitate usq; in finē pseueran tibus polliceri præmia æterna dignatus est: uerūetiam temporalia scandala non defu tura prædixit: quibus fidem nostram exerceri & ꝓbari oporteret: Ait enim: Quoniā abundabit iniquitas: refrigescet charitas multoꝝ: sed cōtinuo subiecit: Qui autem p/seuerauerit usq; in finem hic saluus erit. Quid ergo mirum si homines seruis dei detra bunt: & quia eorum uitam puertere non possunt: famam decolorare conāt': cū ipsum deum & dominū eorum quotidie blasphemare nō cessent: cum eis displicet quicquid contra eorum uoluntatem iusto & occulto iudicio facit? Vnde exhortor prudētiam uestrā domini dilectissimi meritoq; bonorādi fratres: ut scripturam dei qui nobis hæc omnia futura prænunciauit: & aduersus ea nos firmos esse debere præmonuit: cōtra hominū maledica uaniloquia suspitiōesq; temerarias corde christianissimo cogitetis. Breuiter itaq; dico charitari uestræ: Bonifaciū p̄sbyterū in nullo crimine apud me fu/isse detectū: nequaq̄ me de illo tale aliquid credidisse uel credere. Quomodo ergo iu/berem de numero p̄sbyterorum nomen eius auferri: uehemēter terrente euangelio ubi dominus ait: In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini? Cum em̄ causa quæ inter il lum & spem exorta est: sub diuino examine pēdeat scd'm placitum eorum: qd' uobis si uolueritis poterit recitari: quis ego sum ut audeam dei præuenire sententiā in delē/do uel supprimendo eius nomie: de quo nec suspicari temere mali aliquid episcopus debui: nec dilucide iudicari homo de occultis hominū potui: cum in ipsis causis sæcu/laribus quando ad maiorem potestatem referē arbitrium iudicandi: manentib9 sicuti erant omnibus rebus: expectē illa sententia: unde iam non liceat ꝓuocari: ne superi/ori cognitori fiat iniuria: si eius pēdente iudicio aliqd fuerit cōmutatum? Et utiq; mul tum interest inter diuinā & humanā quālibet excelsissimam potestatem. Dñi dei no/stri misericordia nunq̄ uos deserat dñi dilectissimi & bonorandi fratres.

Matth. 24.

Matth. 7.

2.q.1. nomen

¶ Sancti Augustini ad clerū & uniuersam plebem ecclesiæ hipponēsis: de his quæ cir ca Bonifacium p̄sbyterum gesta fuerint dolēter enarrātis: Ipsosq; ꝓpterea pturbatos paternæ cōsolantis. Epl'a. CXXXVII.

MDollectissimis fratrib9: Clero: seniorib9: & uniuersæ plebi eccleſiæ hipponēsis: cui seruio in dilectione christi: Augustinus in domino salutem. Vtinam scripturæ dei sollicita mente intēdentes: in quibusq; scandalis adiutorio nostri sermonis non egeretis: & ille uos potius consolarē qui consolatur & nos: qui nō solū bona quæ sanctis & fidelibus suis est redditurus: uerūetiam mala quibus erat hic mundus abun/daturus ante prædixit: ante conscribenda curauit: ut bona post sæculi finem secutura certiores expectaremus: q̄ mala similiē prænūciata ante sæculi finem præcedētia sen/tiremus. Vñ & apostolus dicit: Quæcunq; em̄ ante scripta sūt: ut nos doceremur scri pta sunt: ut per patiētiam & consolationem scripturarum spem habeamus ad deum. Quid autem opus erat ut ipse dominus Iesus non solum diceret: Tūc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui: quod post sæculi finem futurum est: uerūetiā exclamaret: Væ mundo ab scandalis: nisi ut nobis non blandiremur uenire nos posse ad sedes fœ/licitatis æternæ: nisi temporalibus malis exercitati nō defecerim9? Quid opus fuit ut diceret: Qm̄ abundabit iniqtas refrigescet charitas multoꝝ: nisi ut illi de qbus cōtinuo locutus a diūxit: Qui perseuerauerit usq; in finē hic saluus erit: cū hac iniquitatis abun dantia refrigescētē charitatē uiderent: nō pturbarent: non expauescerēt: nō q̄si reb9 insperatis & inopinatis cōtristati deficerēt: sed poti9 uidētes accidere quæ futura præ/dicta sūt an̄ finē: patiēter pseuerarēt usq; i finē: ut securi mererēt regnare post finē i ea N uita quæ nō habet finē. Proinde charissimi r̄isto scādalo qd' de Bonifacio p̄sbytero nō/

Ro. 15.

Matth. 13.

Matth. 18.

Matth. 24.

nulli ꝓturbantur: non uobis dico ut nō doleatis: Qui enim iſta non dolent: non eſt in eis charitas chriſti: q aūt etiā de talibus gaudēt: abundat in eis malignitas diaboli. Nō quia i memorato ꝑſbytero apparuit aliquid qđ dignum dānatione iudicaretur: ſed qa duo de domo noſtra talem habēt cauſam: ut unus eoꝝ ſine dubio perdit⁹ habeatur: & ſit alterius fama apud quoſdam mala: apud quoſdā dubia: etiam ſi non ſit maculata cōſcientia. Dolete iſta: quoniā dolēda ſunt. Nō tamen ſic ut eo dolore ueſtra charitas a bene uiuendo refrigeſcat: ſed potius ad dn̄m deprecandū inardeſcat: ut ſi innocens eſt preſbyter ueſter qđ magis credo: quia cū ſenſiſſet alterius motū impudicū & imū, dum: nec conſentire uoluit nec tacere: cito eum ſua diuina ſentētia manifeſtatū mini, ſterio ꝓprio repræſentet. Si autem male ſibi conſcius qđ ſuſpicari nō audeo: uoluit al, teri⁹ exiſtimationē lædere: cū ei⁹ pudicitiā cōtaminare ñ poſſet: ſicut dixit ipſe cū quo habet cauſam: nō eum ꝑmittat ſuam occultare nequiciā: ut qđ homines inuenire non poſſunt: de quolibet eorum diuino iudicio ꝓpaletur. Cum enim me cauſa iſta diu cru, ciaſſet: nec inuenirē quomodo unus e duob⁹ cōuinceretur: q̄is magis ꝑſbytero cre, didiſſem: cogitaueram primo ſic ambos deo relinquere: donec in uno eorū qui mihi ſuſpectus erat aliquid exiſteret: unde non ſine iuſta & manifeſta cauſa de noſtro habi taculo ꝓiiceretur. Sed cum ꝓmoueri in clericatu: ſiue illic ꝑ me: ſiue alibi per litteras meas uehemētiſſime conaret: Ego autē nullo mōdo adducerer ei homini de quo tm̄ mali exiſtimarē man⁹ ordinationis imponere: aut per cōmendationem meam alicui fratri meo: eum ſubintroducere turbulētius agere cœpit: ut ſi ipſe in clericatu non ꝓ, moueret: nec ꝑſbyter Bonifacius in ſuo gradu eſſe ꝓmitteretur. In qua eius ꝓuocati, one cum uiderem Bonifacium nolle quibuſlibet infirmis & ad ſuſpitionem propenſis de ſuæ uitæ dubitatione ſcandalū fieri: paratūq; eſſe bonoris ſui apud homines dānū ꝑpeti potius q̄ in ea contentione in qua non poſſet ignorantibus & dubitantib⁹ uł ad male ſuſpicandū ꝓcliuioribus ſuam demonſtrare cōſcientiā: uſq; ad eccleſiæ ꝓturba, tionem inaniter ꝓgredi: elegi aliquid medium ut certo placito ſe ambo conſtringe, rent ad locum ſanctū ſe ꝓgituros ubi terribiliora opa dei non ſanam cuiuſq; cōſcientiā multofacilius aperirent & ad confeſſionem uel pœna uel timore cōpellerent. Vbiq; quidem deus eſt: & nullo cōtinetur uel includit loco qui condidit omnia: & eum a ue ris adoratorib⁹ in ſpū & ueritate oportet adorari: ut in occulto exaudiens: in occulto etiam iuſtificet & coronet. Verūtamē ad iſta quæ hominib⁹ uiſibiliter nota ſunt: quis pōt eius cōſilium ꝑſcrutari: quare in alijs locis hæc miracula fiant: in alijs nō fiāt? Mul, tis enim notiſſima eſt ſanctitas loci: ubi beati Fœlicis nolenſis corpus cōditum eſt: quo uolui ut ꝓgerent: quia inde nobis facilius fideliuſq; ſcribi poteſt quicquid in eorū ali, quo diuinitus fuerit ꝓpalatum. Nam & nos nouim⁹ mediolani apud memoriam ſan, ctorum: ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitent furē quendā qui ad eum lo, cum uenerat ut falſū iurādo deciperet: cōptuſſum fuiſſe confiteri furtum: & qđ abſtu, lerat reddere: Nūqd non & Africa ſanctoꝝ martytūm corporibus plena eſt? Et tamē
1.Cor.12. nuſq; hic ſcimus talia fieri. Sicut enim qđ apoſtol⁹ dicit: Non oñes ſancti habent dona curationū: nec omnes habēt dijudicationē ſpirituū: ita nec in omnibus memorijs ſan, ctorum iſta fieri uoluit ille qui diuidit ꝓpria unicuiq; ꝓut uult. Quapropter cum ego noluiſſem hunc grauiſſimū dolorem cordis mei uobis ꝑferri in noticiam: ne uos atro, citer & inaniter cōtriſtādo turbarem: fortaſſis ideo deus noluit uos latere: ut nobiſcū orationibus incūbatis: ut qđ ipſe in hac cauſa nouit: nos autem noſſe nō poſſum⁹: etiā
2.q.1.nomen nobis manifeſtare dignetur. Nomē autem preſbyteri ꝓpterea non auſus ſum de nu, mero collegarū eius uel ſupprimere uel delere: ne diuinæ poteſtati ſub cui⁹ examine cauſa adhuc pendet facere uiderer iniuriā: ſi illius iudicium meo uellē iudicio præue, nire: qđ nec in negocijs ſæcularibus iudices faciūt: q̄n cauſæ dubitatio ad maiorē po, teſtatem refertur: ut pendēte relatione aliquid audeāt cōmutare: Et in epiſcoporum concilio conſtitutū eſt: nullum clericum qui nōdū conuictus ſit: ſuſpēdi a cōmunione debere: niſi ad cauſam ſuā examinandā ſe non præſentauerit. Bonifacius tamen hāc humilitatē ſuſcepit: ut nec lr̄as acciperet quib⁹ in ꝑegrinatione honorē ſuū quæreret:

ut in eo loco ubi ambo ignoti sunt: circa ambos æqualitas seruaret. Et nūc si uobis placet ut nomen eius non recitetur: ne his qui ad ecclesiā accedere nolunt: sicut ait apls: 2.Cor.11.
demus occasionē quærētibus occasionem: Non erit nostrum hoc factum: sed eorum
quoꝝ causa fuerit factum. Quid ēm obest homini: ꝙ ex illa tabula nō uult eum recita- 11.q.3.dd obest
P ri humana ignorantia: si de libro uiuoꝝ nō eum delet iniqua conscientia? Proinde fratres mei qui timetis deum: memētote qđ ait apostolus Petrus: Quoniā aduersarī⁹ ue- 1.Petri.5.
ster diabolus tanq̄ leo rugiens circūit quærens quē deuoret: Quem nō potest deuorare seductum ad nequiciā: famā ipsius inquinare conat: ut si fieri pōt opprobrijs hominum: & malarum linguaꝝ detractiōe deficiat: & sic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocētis maculare potuerit: hoc ei psuadere temptat: ut p maliuolas suspitiones de fratre suo iudicet: & sic ab illo implicatus absorbeat. Et quis omnes eius captiones & circūuentiones uel cōprehendere uel enumerare sufficiat? Aduersus tamen hæc tria quæ ad causam præsentē pertinent: prius ne mala exempla imitando: ad ne- 2.Cor.6.
quiciā seducamini: ita uos p apostolum alloquit deus: Ne sitis iugū ducentes cum infidelibus. Quæ ēm participatio iusticiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras: ītē alio loco: Nolite inquit seduci. Corrūpunt mores bonos colloqa mala: Sobrij 1.Cor.15.
estote iusti: & nolite peccare. Vt aūt linguis detrabētium non deficiatis: sic p ꝓphetā Esa.51.
dns dicit: Audite me qui scitis iudiciū: popul⁹ me⁹ in quoꝝ corde lex mea est: Oppro
bria hominum nolite metuere: & detractione eorū ne supemini: nec ꝙ uos spernant
magni duxeritis. Sicut ēm uestimentum ita p tempus absumēt: & sicut lana a tinea
comedent: iusticia aut̄ mea in æternum manet. Iam uero ne maliuolo animo de ser-
uis dei falsa suspicando pereatis: illud apostolicū recordamini ubi ait: Nolite ante tem 1.Cor.4.
pus iudicare quicq̄: donec ueniat dominus: & illuminet abscōdita tenebraꝝ: & manifestet cogitationes cordis: & tunc laus erit unicuiq; a deo. Et item illud qđ scriptū est:
Q Quæ manifesta sunt uobis: quæ autem occulta sunt domino deo uestro. Manifestū est quidē: quia ista in ecclesia nō accidunt sine graui tristicia sanctorum atq; fidelium: uerūtamen cōsoletur nos qui cuncta prædixit: atq; ut abundātia iniquitatis non refrigescamus: sed usq; in finem pseueremus: ut salui esse possimus admonuit. Nam quātū ad me attinet: & si ē in me quātulacūq; charitas christi: quis uestrum infirmatur & ego 2.Cor.11.
non infirmor? Quis scandaliçat & ego non uror? Nolite itaq; augere cruciatus meos deficiēdo: uel in suspitionib⁹ falsis: uel i peccatis alienis. Nolite obsecro uos: ne dicam de uobis: Et super dolores uulnerum meorum addiderūt: Nā illi qui gaudent de istis doloribus nostris: de quibus in psona corporis christi tāto ante prædictū est: Aduersus Ps.68.
me insultabant qui sedebant in porta: & in me psallebāt qui bibebant uinum: ualde tolerabilius sustinentur: p quibus tamen etiam ipsi orare & bonum eis uelle dicim⁹. Ad
quid ēm aliud sedent isti: & quid aliud captant: nisi ut quisquis episcopus uel clericus
uel monachus uel sanctimonialis ceciderit: omnes tales esse credant: sed non oēs posse manifestari? Et tamen ipsi cum aliqua maritata inuenīt adultera: nec ꝓijciunt uxores suas nec accusant matres suas. Cum autem de aliquibus qui sanctum nomē ꝓfitētur: aliquid criminis uel falsi sonuerit uel ueri patuerit: instant: satagūt: ambiunt ut de
omnibus hoc credatur. Hos ergo de nostris doloribus suauitatē suæ malæ linguæ ca-
ptātes: facile est ut illis canibus comparemus: si forte in malo intelligendi sunt: qui lin Luc.16.
gebant uulnera pauperis illius: q ante ianuam diuitis iacebat: & quousq; ueniret ad re-
R quiem sinus Abraæ: laboriosa & indigna omnia tolerabat. Vos me nolite ampli⁹ cruciare: qui aliquam spem habetis ad deū: Vos nolite illa uulnera quæ illi lingebāt multiplicare: Vos ꝓ quibus periclitamur: omni hora habētes foris pugnas: intus timores: 2.Cor.7.et.11
periculum in ciuitate: periculū in deserto: periculum ex gētib⁹: periculum in falsis fratribus: scio quia doletis: Sed nūquid acrius q̄ ego? Scio quia conturbati estis: & timeo ne inter linguas maledicoꝝ deficiatis: & pereat infirmus ꝓpter quem christ⁹ mortu⁹ est. Non ex uobis increscat dolor noster: qa nō culpa nostra factus est uester. Nā hoc est qđ præcauere conatus sum: ut si fieri posset hoc malum: nec uitādum negligeret: nec in ūram noticiā ꝓferretur: ubi infructuose cruciarēt firmi: & periculose turbarēt

H

infirmi. Sed qui hoc cognito ꝑmisit uos temptari: det uobis uires sustinendi: & erudiat uos ex lege sua: Doceat uos & mitiget a diebꝰ malignis: donec fodiatur peccatoris fouea. Audio nonnullos uestrum hic amplius contristari q̄ de lapsu duoꝝ illorū diaconoꝝ: qui ex parte donati uenerāt: tanq̄ disciplinæ Proculiani insultauerūt: uelut gloriantes de nobis: ꝙ ex nostra disciplina nihil tale in clericis extitisset. Qđ quicūq; fecistis: fateor uobis non bene fecistis. Ecce docuit nos deus: ut qui gloriaꝝ: in domio glorietur. Nec obijciatis hæreticis: nisi quia nō sunt catholici: ne similes eis sitis qui nō habendo qđ in causa suæ diuisionis defendāt: nō nisi hominū crimina colligere affectāt: & eaipsa plura falsissime iactāt: ut quia ipsam diuinæ scripturæ ueritatē: qua ubiq; diffusa christi ecclesia cōmendatur: criminari & obscurare non possunt homines ꝑ quos prædicatur adducant in odium: de quibus & fingere quicquid in mētem uenerit possunt. Vos autem nō ita didicistis christū: si tamē illum audistis: & in illo docti estis: Ipse quippe fideles suos securos fecit etiam de dispensatoribꝰ malis: mala sua facientibꝰ: & bona eius loquentibus ubi ait: Quæ dicūt facite: quæ autē faciūt facere nolite: dicunt eñ & non faciunt. Orate qdem ꝓ me: ne forte alijs prædicās ipse reprobus inueniar: Verūtamē cum gloriamini: non in me: sed in domino gloriamini. Quātūlibet eñ uigilet disciplina domus meæ: homo sum & inter homies uiuo: nec mihi arrogare audeo ut domus mea melior sit q̄ arca Noe: ubi tamē inter octo homines reprobus unus inuetus est: Aut melior sit q̄ domus Abraæ: ubi dictum sit: Eijce ancillam & filium eius: Aut melior sit q̄ domus Isaac: cui de duobus geminis dictum ē: Iacob dilexi Esau odio habui: Aut melior sit q̄ domus ipsius Iacob: ubi lectum patris filius incestauit: Aut melior sit q̄ domus ipsius Dauid: ubi filius eiꝰ cum sorore concubuit: cuius alter filius contra patris tam sanctā mansuetudinē rebellauit: Aut melior sit q̄ cohabitatio Pauli apostoli: qui tamen si inꝰ oēs bonos habitaret: nō diceret qđ superius cōmemorauī: Foris pugnæ: intꝰ timores: nec diceret cum de sanctitate & fide Timothæi loqueretur: Neminem habeo qui germane de uobis sollicitꝰ sit: Oēs sua quærūt: nō quæ sūt Iesu christi: Aut melior sit q̄ cohabitatio ipsius domini christi: in qua undecim boni pfidū & furem ludam tolerauerūt: Aut melior sit postremo q̄ cælū: unde angeli ceciderūt. Simpliciter aūt fateor charitati uestræ coram dño deo nostro: qui testis ē super animam meam: ex quo deo seruire cœpi: quomodo difficile sum expertus meliores q̄ q̄ in monasterijs ꝓfecerunt: Ita non sum exptus peiores q̄ qui in monasterijs ceciderūt: Ita ut hinc arbitrer in apocalypsi scriptū: Iustꝰ iustior fiat: & sordidus sordescat adhuc. Quapropter & si contristamur de aliquibus purgamentis: consolamur tamē etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo ꝓpter amurcam: qua oculi uestri offendūt torcularia detestari: unde apothecæ dominicæ fructu olei luminosioris implētur. Dñi dei nri misericordia uos aduersus oēs insidias inimici in sua pace custodiat dilectissimi fratres.

¶ Sancti Augustini ad Clerū & uniuersam plebem hipponēem: Ipsos ne absentiam suam moleste ferant obsecrantis: Et eos ad unanimitatem & patientiam exhortātis. Epistola. CXXXVIII.

Dilectissimis fratribus conclericis & uniuersæ plebi: Augustinus in domino salutem. In primis peto charitatem uestram: & ꝑ Iesum obsecro: ne uos mea cōtristet absentia corporalis. Nam spiritu & cordis affectu puto uos nō dubitare ullo modo me a uobis posse discedere: q̄is me amplius cōtristet q̄ forte uosipsos: ꝙ infirmitas mea sufficere non potest omnibus curis q̄s de me exigunt membra christi: quibus me & timor eius & charitas seruire cōpellit. Illud eñ nouerit dilectio uestra nunq̄ me absentem fuisse licentiosa libertate: sed necessaria seruitute: quæ sæpe sanctos fratres & collegas meos: etiam labores marinos & transmarinos cōpulit sustinere: a quibus me semper non indeuotio mētis: sed minus idonea ualitudo corporis excusauit. Proinde dilectissimi fratres sic agite: ut qđ ait apostolus: siue adueniēs & uidēs uos: siue absens audiā de uobis: quia statis i uno spiritu: uno animo collaborātes fidei euāgelicæ. Si uos aliq̄ molestia tēporalis exagitat: ipsa uos magis admonere debet: quēad modū de illa uita cogitare debeatis: ubi sine aliquo labore uiuatis: euadētes nō mole-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

stas angustias tpis partu: sed horrēdas pœnas ignis æterni. Nā si modo tanta cura: tāta intentione: tāto labore agitis ne in aliquos cruciatus transitorios incidatis: quātū uos oportet esse sollicitos: ut sempiternas miserias fugiatis? Etsi mors sic timetur quæ finit temporalem laborem: quomodo timenda est quæ mittit in æternū dolorem? Etsi delitiæ sæculi huius breues & sordidæ sic amantur: quāto uehemētius futuri sæculi gaudia pura & infinita quærēda sunt? Ista cogitātes nolite esse pigri in operibus bonis: ut ad uestri seminis messem suo tempore ueniatis. Nūciatum em̄ est mihi ꝙ morem uestrum de uestiendis paupibus fueritis obliti: ad quā misericordiā cum præsens essem uos exhortatus sum: & nūc exhortor: ne uos uincat & pigros faciat cōtritio huⁱ mundi: cui talia uidetis accidere: qualia dominus & redemptor noster qui mentiri nō pōt uētura prædixit. Non solum ergo nō debetis minus facere opa misericordiæ: sed etiā debetis amplius q̄ soletis. Sicut em̄ ad loca munitiora festinatius migrant: qui ruinam domus uident contritis parietibus imminere: sic corda christiana quātomagis sentiunt mundi huius ruinam crebrescētibus tribulationibus ꝓpinquare: tātomagis debēt bona quæ in terra recōdere disponebāt: in thesaurum cælestem impigra celeritate trāsferre: ut si aliquis humanus casus acciderit: gaudeat qui de loco ruinoso emigrauit. Si autem nihil tale fuerit subsecutum: non tristetur: qui quandoq; moriturus: immortali domino ad quem uenturus est bona ꝓpria cōmendauit. Itaq; fratres mei dilectissimi ex eo qđ quisq; habet scd̄m suas uires q̄s ipse nouit: facite qđ soletis alacriore animo q̄ soletis: & inter omnes sæculi huius molestias: apostolicam exhortationē corde retinete: ubi ait: Dñs in ꝓximo ē: nihil solliciti fueritis. Talia mihi de uobis nunciētur qbus nouerim: non ꝓpter meā præsentiā: sed ꝓpter dei præceptum q nunq̄ ē absens uos solere facere: qđ multis ānis me præsente: & aliqn̄ etiam me absente feciſtis. Dominus uos in pace cōseruet: & dilectissimi fratres orate ꝓ nobis. Philip. 4.

Audacis ad beatū Augustinū: Imprimis gratias habētis ꝙ libēter sui sūpserit tēptamēta sermonis: & deinde ꝙ minº de desiderato sapiētiæ thesauro acceperit cōquerētis: Ac post Augustini cōmendationē: optantis atq; petentis ut abundātiº sapiētiæ floribus pascat & uiui fontis haustibº irrigēt. Epla. CXXXIX.

VOmino uere prædicabili ac nimiū suscipiēdo: omniq; laudū genere ꝓsequēdo patri Augustino: Audax in dño salutem. Habeo gratiam beatitudini tuæ: ꝙ libēter mei sumpseris tēptamenta sermonis. Tunc em̄ bonæ fidei filijs dat audacia: cū paterni fontis imbribº fuerit irrorata. Prouocaui itaq; dulcis antistes: non ut prælargi pectoris pusillū libamen acciperē: sed ut ingens diuitis ubertim flumen haurirem. Thesauꝝ sapiētiæ desideraui: sed minº accepi q̄ uolui: licet minº nō debet dici: sed munus qđ oraculū legis cōtulerit. Augustinº sacrator iustitiæ: instaurator spiritalis gliæ: dispensator salutis æternæ: tam tibi mundanº orbis notus ē q̄ notatus: tam tu ei cognitº q̄ ꝓbatus Opto itaq; sapiētiæ floribº pasci: & uiui fontis haustibus irrigari: Præsta cupienti quod utiq; prosit. Potest enim semi nudi roboris uelamē genitale uiridari: si meruerit tuis sensim fluentis augeri. Itaq; humilitatis meæ præsentiā spōdeo nō tam stilo q̄ uoto: si uenerabilitatis tuæ scripta prouisu relegero. Diuina te clementia tueatur annis inumeris domine uenerabilis. Cur mihi fons orbis paruo sermone meauit? An minus apta suis sperauit corda fluentis? Cū pateat mens omnis aquis spectetq; loquacem. Religionis opem gratos dat sensibus imbres. Expectat quos plena fides christi de stipite pendens.

Sancti Augustini ad Audacē: rōnem quare epla̅m eius lætus acceperit: & cur lōgā epla̅m ad respondendū nō cōscripserit assignātis: breuiterq; uerbis illiº qbus se cōmēdauit: ac petitioni ipsius respondentis. Epla. CXL.

XOmino dilectissimo & in christo prædicādo nimiūq; desiderabili fratri Audaci: Augustinus in dño salutē. Breuē epla̅m tuā sed plane uehementē flagitatricē, plixæ epla̅æ meæ: nō inuitus: imo etiā lætus accepi. Non ꝙ facile sufficerē auiditati: sed ꝙ gratularer charitati tuæ: qa & si nō de idoneo expetis: bonū ē tn̄ qđ expetis. Et ad lōgam qdē epla̅m cōscribēdā magis mihi ocium q̄ facultas deest: occupa-

tissimo scilicet ecclesiasticis curis a qbus pauculæ tēpoꝝ stillæ uix recreāt: ul' cogitātē aliqd: uel ea quæ magis urgent: & mihi uidenť plurib⁹ ꝓfutura dictantē uel reficientē corporis uires nr̄æ necessarias seruituti. Nam uerba nō desunt: qb⁹ possit multa charta cōpleri: sed qđ a nobis in eadē sermonis plixitate desideras: ad hoc me idoneū nō esse respōdeo. Thesaurum em̄ sapientiæ te desiderasse dixisti: sed minus accepisse q̄ uoluisti: cum ego ex illo thesauro mendicabūda prece quotidianā stipem rogē uixq; impetrem. Oraculū autē legis quomodo sum: de cuius locis atq; abditis penetralibus nescio longe plura q̄ scio: eiusq; multiplices sinus opacosq; secessus adire ac penetrare non ualeo sicut uolo: & me non aliud q̄ minus dignū esse cognosco? Porro sacrator iusticiæ qs ego: cui me sacratum esse ꝓmagnū est? Iam uero q; instauratorē spiritalis gloriæ me appellas: da ueniam: multum cui loquaris ignoras. Ipse quippe adhuc i hac gloria sic instauror: ut de die in diē non solū quātum accedam: sed utrum omo aliquid accedā latere me fatear. Dispēsator plane salutis æternæ: cū cæteris inumerabilibus
1.Cor.9. cōseruis meis sum. Qđ si uolens facio: mercedē habeo. Si autē inuitus: tm̄ dispensatio mihi credita est: meq; em̄ esse salutis illius dispensatorē ꝓ uerbum ac sacramentū iam:
1.Cor.4. hoc ē etiā eē particip̄. Nā si ꝓ bonos nō dispēsareť: nō recte apl's diceret: Imitatores mei estote sicut & ego christi. Rursus si ꝓ malos nō dispensareť: non de quibusdā dns
Matth.23. diceret: Quæ dicunt facite: quæ autē faciunt: facere nolite. Dicunt em̄ & non faciunt.
1.Cor.4. Multi ergo dispensatores sunt: ꝓ quoꝝ ministeriū ꝓuenitur ad æternam salutem. Sed
1.Cor.7. quæritur inter dispēsatores ut fidelis quis inueniať: & inter ipsos fideles in quorū me
Ro.12. numero: ille qui non fallit' cōputet: alius est sic: alius autem sic: sicut unicuiq; deus partitus est mensurā fidei. Itaq; frater charissime atq; dulcissime pascat te dns potius sapientiæ floribus: & uiui fontis haustibus irriget. Si quid autem ꝓ operulā meā religiosissimo studio tuo conferri posse arbitraris: quia & capacem te esse intelligo: & auidū sentio: magis in alia nostra opuscula: quæ multis uoluminibus comprehēduntur: tibi animus intendēdus est: q̄ ꝓ epistolas aliquid sperandum: qđ tuum desideriū possit explere. Aut certe in præsentia sume qđ potero: q̄ te puto tuam nobis idem nō exhiberi: quia non uis. Quid em̄ magnum est adiuuante dño ut homo libera cuiusq; loci munere uenias ad nos: siue nobiscum diu futurus: siue pacto saltem pauxillo temporis reditурus? Ecce pene factum est: qđ in quinq; uersuum tuorum tertio posuisti: ut magis loquacem q̄ eloquentē haberes epistolam meam. Qđ autē in quinto atq; ultimo uersu septem pedes sunt: miror utrum numer⁹ tuum fallit auditum: an experiri uoluisti: utrum ego adhuc ista dijudicare meminerim: quæ forte iam obliti sunt: quia talium aliquādo studiosi postea plurimū in ecclesiasticis litteris ꝓfecerunt? Psalteriū a sancto Hieronymo trāslatū ex hebræo nō habeo. Nos autē non interpretati sumus: sed codicum latinoꝝ nōnullas mendositates ex græcis exemplarib⁹ emendauim⁹. Vñ fortassis fecerimus aliqd cōmodius q̄ erat: non tamē tale quale esse debebat. Nam etiam nunc quæ forte nos tūc præterierūt: si legentes mouerint collatis codicib⁹ emēdam⁹. Ita illud qđ ꝓfectum est tecū nos quoq; requirimus.

¶ Sancti Augustini ad Maximam: tantū se scribētis contristari q; ꝓ errores noxios & pniciosissimos ꝓuinciam ei⁹ periclitari intelligat: quātū studium sanctū ipsius eū lætificauerit: causamq; cur deus ista ꝓmittat exponentis: atq; ipsam cōmendando cōsolantis. Epistola. CXLI.

HOnorabili & eximiæ atq; in mēbris christi laudabili famulæ dei Maximæ: Augustinus in domino salutem. Quantū nos tuum studium sanctū lætificat: tm̄ rursus contristat q; per errores noxios & pernicioſissimos ꝓuinciam uestrā nimium periclitari significas. Sed quia ista futura prædicta sunt: mirādū nō est q; exurgant: sed uigilandū est ne noceant. Hæc autē deus liberator noster exurgere non ꝓmitteret: nisi sanctis eius etiā ꝓ hmōi temptationes erudiri expediret. Comparāt sibi quidē illi sua uoluntate puersa: & præsentis meritū cæcitatis & futuri æterni supplicij: si ꝓ contumaciam indociles fuerint: seq; cum in hac uita sunt corrigere atq; emenda-
Matth.5. re neglexerint. Verūtamē sicut ipsi male utunť bonis dei: qui facit solem suum oriri

ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: qui eos per patiētiam ſuam ad
pœnitentiam uocat: cum theſauriçant ſibi iram in die iræ: & reuelationis iuſti iudicij Ro.2.
dei. Sicut ergo ipſi benignitate & patientia: id eſt bonis dei male utūtur dū non cor-
riguntur: ſic contra deus etiam malis eorum bene utitur: non ſolum ad iuſticiam ſuā
quæ bis digna in fine retribuet: ſed etiam ad exercitationem & ꝓfectum ſanctoꝝ ſuo-
rum: ut ex ipſa etiam malorum puerſitate boni ꝓficiant: & ꝓbentur & manifeſtentur:
ſicut apoſtolus ait: Oportet hæreſes eſſe: ut probati manifeſti fiant inter uos. Nam ſi 1.Cor.11.
nullus etiam malorum bonus uſus eſſet deo ad utilitatem electorum ſuoꝝ: qui etiam
de malo ludæ tm̄ bonū nobis præſtitit: ut xp̄i ſanguine redimeremur: poterat eos aut
naſci nō ꝓmittere quos malos futuros eē præſciebat: aut i ipſo eoꝝ initio malignitatis
extinguere. Sed tantū eos permittit eſſe: quantū nouit expedire atq; ſufficere admo-
nendæ atq; exercendæ ſanctæ domui ſuæ. Ideo noſtram de illis triſticiam cōſolatur:
quia & ipſa triſticia quā ꝓ illis habem⁹ nos releuat: illos autem in ſua puerſitate perſe-
uerantes grauat. Gaudiū uero qđ percipimus: quando aliqui ex eis correcti in meli⁹
cōmutantur: & ſanctorum ſocietati copulāt̄: nulli gaudio in hac uita comparari pōt.
Propterea ſcriptum eſt: Fili ſi ſapiēs fueris: tibi ſapiens eris & ꝓximis tuis: Si autē ma- Prouer.9.
lus euaſeris ſol⁹ hauries mala. Quia cum gaudemus de fidelibus & iuſtis: & illis & no-
bis ꝓdeſt bonum eorum: Cum autem contriſtamur de infidelibus & iniquis: illis ſolis
nocet & eorum malicia & noſtra triſticia. Nos autē etiam hoc plurimū adiuuat apud
deum: q̄ pro eis miſericorditer cōtriſtamur: & ꝓ ipſa triſticia congemiſcimus & ora-
mus. Vnde bonorabilis & in chriſto laudabilis famula dei: & mœſticiam tuā de tali-
bus: & uigilantiā atq; cautelā cōtra tales quā tuis litteris expreſſiſti: multū approbo &
laudo: atq; ut i hac uia ꝓſeuerāt̄ ambules: ꝓ meis uirib⁹ qa hoc exigis: & hortor & mo-
neo ut miſerearis eoꝝ tāq̄ ſimplex ut colūba: caueas aūt illos tāq̄ aſtuta ſicut ſerpens:
deſq; operā quantū potes: ut qui tibi adhærēt tecū in recta fide ꝑmaneant: aut ad fidē
Z rectā ſi forte in aliquo aliq deprauati ſunt: corrigant̄. De hoīe autem quem ſuſcepit
uerbum dei: cum caro factum eſt & habitauit in nobis: emēdarem aliquid: ſi in eo qđ
credi, falſū aut peruerſū inuenirē. Hoc ergo crede qđ credis: quia in illo homine totā
naturam noſtram ſuſcepit fili⁹ dei: id eſt & animā rationalem & carnem mortalē ſine
peccato. Infirmitatis em̄ noſtræ particeps factus eſt non iniquitatis: ut ꝓ infirmitatem
cōmunem: ſolueret iniquitatem noſtram: & adduceret nos ad iuſticiam ſuam: bibēs
mortem de noſtro: & ꝓpinans uitam de ſuo. Sed ſi habes aliquā ſcripturam eorū: in
qua aſſerunt qđ huic fidei ſit contrarium: dignare eam mittere: ut nō ſolum fidem no
ſtram dicamus: ſed eorum quoq; ꝓfidiam quātū poſſumus refellamus. Sine dubio em̄
hocipſum: qđ puerſe & impie ſentiūt: aliquibus teſtimonijs diuinarū ſcripturarum co
nant̄ aſtruere. In qb⁹ eis oſtendendū eſt q̄ nō recte intelligāt litteras ſacras cōſcriptas
ad fidelium ſalutem: tanq̄ ſi quiſq̄ ſe medicinalibus ferramentis grauiter uexet: quæ
utiq; non ad uulnerandū ſed ad ſanādū ſunt inſtituta. Multum autē laborauimus &
laboramus: quātū dn̄s donat cōtra diuerſos errores arguēdos. Sed laborum noſtro-
rum opuſcula ſi forte habere deſideras: mitte qui tibi deſcribāt. Voluit em̄ de⁹ ut hoc
facillime poſſis: qui tibi dedit unde poſſis.

¶ Prænotatio in epl̄am ſequentem.

¶ Epiſtola ſequens q̄is non ſit ſancti Auguſtini: ſed incerti cuiuſpiam auctoris: cū alij
eam eſſe aſſerant Iuliani Pelagianiſtæ: alij alterius alicuius eiuſdem hæreſis ſectatoris:
alij ſancto Hieronymo ipſam aſcribāt: tamē quia plæraq; in ea ab Auguſtino in epiſto
la ad Iulianam Demetriadis matrem reꝑhenſa reperiūtur tāq̄ gratiæ dei aduerſantia:
Vnde & ipſe ibidē ſuſpicari uidet̄ illā a Pelagio eē compoſitā: licet multa nihilomin⁹
ſalutaria monita cōtineat: Ideo ut lucidi⁹ ſingula intelligi ualeāt: hic inſerta præmittit̄.

¶ Argumentum.

¶ Incerti auctoris ad Demetridē: de uirginitate & uita ꝓfecta: ubi auctor ipſe poſt ſui
purgationem a temeritate & ambitione: in cōmendatione Demetriadis uirginis quā

instituturus est: humanæ naturæ bonū ac libertatem arbitrij nimis extollit atq; defendit: & eandem instituēs: quæ prima uirginis cura primūq; studium esse debeat exponit: astruitq; uirginē quæ consiliū amplexata ē: multo magis seruare debere præceptū & animū optimis rebus occupare. Docet quoq; minima præcepta non esse negligenda: & omnia sine murmuratione cōplenda: uirtutes præterea uitiaq; discernere. Monet deinceps adulanti non debere credere: nec quenq̄ adulatione decipere: moderata seruare ieiunia: de dignitate natalium non gloriari: raroq; in publicum, pcedere. Instruit eam post hoc de cōgruo orationis tēpore & modo lectionis scripturarū: & qualis debeat esse ornatus in sponsa christi. Erudit deniq; ipsam ad cautelam in discernendis cogitationibus: Exhortaturq; postremo illam ad omnē laborem ferendū: causam ex cōsideratione instabilitatis humanæ & futuri iudicij aduentu æternitatisq; cōtemplatione assignans. Epla. CXLII.

Ca.1. Si summo ingenio pariq; frætus scientia: officium scribendi facile me implere & posse crederem: tamē tam arduum hoc opus ingredi: sine magno difficultatis timore non possem. Scribendum tñ est ad Demetriadē uirginem christi: uirginem nobilem: uirginem diuitem: & qđ his maius ē: ardore fidei nobilitatem diuitiasq; calcantem. Quā uticq; ꝑ tam insignis admiratione uirtutis: ut laudare omnibus facile: ita docere difficile est. Cui enim oratio deesse possit in eius laude celebrāda: quæ summo loco nata: in sūmis opibus delitijsq; nutrita: tantis: tāq; uarijs huius uitæ blādimētis uelut tenacissimis quibusdam irretita uinculis subito eruperit: cūctaq; simul corporis bona cum uirtute mutauerit: quæ florem adhuc ipsum ineuntis ætatis: quodam fidei gladio: id est uoluntate succiderit: & crucifigens cum christo carnem suam uiuā: sanctamq; hostiam sacrauerit deo: ac nobilissimi sanguinis posteritatem uirginitatis amore contempserit? Prona autem & facilis dicendi uia est: quæ ipsa ubertate materiæ cursum orationis accendit. Sed nobis alio magis itinere pergendum est: quibus ꝓpositum est: institutionem uirginis: non laudem scribere: nec tam paratas iam uirtutes eius exprimere: q̄ parandas: magisq; reliquā ordinare uitam: q̄ ornare præteritā. Est autem difficillimum cum eius persona facere in qua cupiditas tanta discendi est: tantusq; perfectiōis ardor: ut ei quælibet ꝓfecta doctrina par esse uix possit. Meminit ēm rectecq; meminit quas mundi opes gloriamq; respuerit: quibus uoluptatibus renunciauerit: quas deniq; contempserit uitæ præsentis illecebras. Et ideo contenta non est cōmuni hoc mediocriq; genere uiuendi: Et ꝙ facile ipsa multorum societate uilescat: nouum aliquid & inusitatum requirit: præcipuū ac singulare quoddam flagitat nō minus conuersationē suam q̄ conuersionem uult esse mirabilem. In sæculo nobilis: apud deum cupit esse nobilior: tam preciosa requirit in moribus: q̄ contempsit in reb⁹. Hūc itaq; tam deuotæ mentis ardorem: banc tātæ perfectionis sitim: qđ unq̄ satiabit flumē ingenij? Quæ uis aliquando orationis: quæ copia tm̄ exprimere uerbis poterit: quātū parata est uirgo rebus implere? Nobis uero donanda est uenia: qui ad ornādum domini tabernaculum: scd'm uires nostras munus offerim⁹. Nec ueremur ne temere scribendo ad tantæ nobilitatis uirginem: ultro nos morsibus tradamus inuidiæ. Scribim⁹ ēm petente sancta matre eius: imo iubente idq; a nobis transmarinis miro cum desiderio animi flagitante: quæ facile ostendit: quo studio: quātaq; cura in filia germen cæleste plātauerit: dum illud tam sollicite cupit ab alijs irrigari. Remoti ergo a temeritate: & ab ambitiōe liberi: ꝓposito insudemus operi: nec de mediocritate diffidam⁹ ingenij qđ credim⁹: & fide matris & merito uirginis adiuuari.

Ca.2. Exordium cōmendationis boni nature humane

Quotiēs mihi de institutione morum: & sanctæ uitæ conuersatione: dicēdū est: soleo primo humanæ naturæ uim qualitatemq; monstrare: & qd effici possit ostendere: ac iam inde audiētis animū ad species incitare uirtutum: ne nihil ꝓsit ad ea uocari: quæ forte sibi impossibilia esse præsenserit. Nunq̄ enim uirtutum uiam ualemus ingredi: nisi spe ducamur comite. Si quidem appetendi omnis conat⁹ perit: consequendi desperatione. Quē ego exhortationis ordinem cum in alijs quoq; opusculis tenuerim: tum hic maxime obseruādū puto: ubi eo plenius naturæ bonum declarari debet: quo instituēda est uita ꝓfectior:

ne tãto remissior sit ad uirtutem animus ac tardior: quãto minus se posse credat: & dũ qđ ineſſe ſibi ignorat: id ſe exiſtimat non habere. Proferenda ſemper in noticiã ea res eſt: cuius uſus deſideratur: & explicandum quicquid bonum natura poteſt: cũ quicqd posse probatur: implendum eſt. Hæc igitur prima ſanctæ ac ſpiritalis uitæ fundamẽta iaciantur: ut uires ſuas uirgo agnoſcat: quas demum bene exercere poterit: cũ eas ſe habere didicerit. Optima em̃ animi incitamẽta ſunt cum doceẽ aliqs posse qđ cupiat. Nam & in bello ea exhortatio maxima eſt eaq; plurimũ auctoritatis habet: quæ pugnatorem de uiribꝰ ſuis admonet. Primum itaq; debes naturæ humanæ bonum de eius auctore metiri: deo ſcilicet qui cum uniuerſa mundi & quæ intra mundũ ſunt: opera bona & ualde bona feciſſe referatur: quãto putas præſtantiorem ipſum boiem fecit propter quem omnia etiam intelligitur illa condidiſſe? Quem dum ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam facere diſpoſuit anteq̃ faceret: qualem eſſet facturus oſtendit.

Deinde cum ſubiecit ei uniuerſa animalia: cunq; etiam conſtituit eorum dominum: quæ uel mole corporis: uel uirium magnitudine: uel armis dentium: multo ualentiora homine fecerit: declarat: quãto pulchrius ſit homo ipſe cõditus: quem uel ex hoc uoluit naturæ ſuæ itelligere dignitatem dum fortia ſibi ſubiecta miratur animalia. Neq; enim nudum illum ac ſine præſidio reliquit: nec diuerſis periculis uelut expoſuit infirmũ: ſed quem inermem extrinſecus fecerat: melius intus armauit: ratione ſcilicet atq; prudentia: ut per intellectum uigoremq; mentis: quo cæteris præſtabat animalibꝰ factorem omnium ſolus agnoſceret: Et inde ſeruiret deo: unde aliꝭ dominabitur: quem tamen iuſticiæ dominus uolũtarium eſſe uoluit non coactum. Et ideo reliquit eum in manu conſilij ſui: poſuitq; ante eum uitam & mortem: bonum & malum: & qđ placuerit ei: dabitur illi. Vnde etiam in Deuteronomio legimꝰ: Vitam & mortem dedi ante faciem tuam: benedictionem & maledictionem: elige tibi uitã ut uiuas. Hinc iam ꝓuidẽdum eſt: ne forte illud remordeat te in quo temere imperitum uulgus offendit: & ideo nõ uere bonum factum hominem putes: quia is facere malum poteſt: nec ipſa naturæ uiolentia aſtringitur ad imutabilis boni neceſſitatem. Nam ſi diligẽter retractes: & ad ſubtiliorem intellectum cogas animũ: hinc tibi melior ſtatꝰ hominis ac ſuperior apparebit: unde putatur inferior. In hoc em̃ gemini itineris diſcrimine: in hac utriuſq; partis libertate rationabilis animæ decus poſitum eſt. Hinc inquã totꝰ naturæ noſtræ bonor conſiſtit: hinc dignitas: hinc deniq; optimi quiq; laudẽ merẽtur: hinc præmium: nec eſſet omnino uirtus ulla in bono ꝑſeuerantis: ſi is ad malum trãſire non potuiſſet. Volens nanq; deus rationabilem creaturam uoluntarij boni munere: & liberi arbitrij poteſtate donare utriuſq; partis poſſibilitatem homini inſerendo: ꝓpriũ eiꝰ fecit eſſe qđ uelit: ut boni ac mali capax: naturaliter utrũq; poſſet: & ad alterutrũ uoluntatem deflecteret. Neq; enim aliter ſpõtaneum habere poterat bonum: niſi ea creatura quæ etiam malum habere potuiſſet. Vtrũq; nos poſſe uoluit optimus creator: ſed unũ facere: bonũ ſcilicet qđ & imparauit: maliq; facultatem ad hoc tm̃ dedit: ut uoluntatem eius ex noſtra uoluntate faceremus. Qđ cum ita ſit: hoc quoq; ipſum q̃ etiã mala facere poſſumꝰ: bonum ẽ. Bonũ inquã: quia boni partẽ meliorem facit. Facit em̃ ipſam uoluntariam ſui iuris non neceſſitate deuictam: ſed iudicio liberã. Licet em̃ nobis eligere: refutare: ꝓbare: reſpuere. Nec eſt quo magis rationabilis creatura cæteris præferatur: niſi q̃ cum oĩa alia conditionis tm̃ ac neceſſitatis bonum habeant: hæc ſola habeat etiam uoluntatis. Sed plæriq; impie: non minus q̃ imperite cum ſuper ſtatu hominis quæritur: uereor dicere: quaſi reꝓhendentes opus domini: talem illũ aiũt debuiſſe fieri: qui omnino facere nõ poſſet malum. Dicit itaq; ei figmẽtũ qui ſe finxit: quid me feciſti ſic? Et improbiſſimi hominũ dũ diſſimulant: idipſum bene adminiſtrare: qđ facti ſunt: aliter ſe factos eſſe malunt: ut qui uitam ſuam emendare nolunt: uideãtur emendare uelle naturam: cuius bonum ita generaliter cunctis inſtitutum eſt: ut in gentilibus quoq; hominibus: qui ſine ullo cultu dei ſunt: ſe nõnunq̃ oſtendat ac proferat. Q̃ multos enim philoſophoꝝ & audiuimus: & legimus: & ipſi uidimus caſtos: patientes: modeſtos: liberales: abſtinentes: benignos: & honores mũdi ſimul & delitias

Ecci.15.

Deut.30

Ga.3.

Ro.9.

respuentes: & amatores iusticiæ non minus q̄ scientiæ. Vnde quæso hominibus alie-
nis a deo ista: quæ deo placent? Vnde autem illis bona: nisi de naturæ bono? Et cū ista
quæ dixi: uel omnia in uno: uel singula in singulis haberi uideamus: cum omnium na-
tura una sit: exemplo suo: sibi inuicē ostendunt: omnia in omnibus esse posse: quæ uel
omnia in omnibus: uel singula in singulis inueniātur. Qđ si etiam sine deo boies ostē
dunt: quales a deo facti sunt: uide quid christiani facere possunt: quorum in meli⁹ per
Ca.4. christum natura & uita instructa est: & qui diuinæ quoq; gratiæ iuuātur auxilio. Age B
iam ad animæ nostræ secreta uenimus: seipsum unusquisq; attentius respiciat. Interro
gemus quid de hoc sentiant propriæ cogitationes: ferat sententiam de naturæ bono
ipsa conscientia: instruamur domestico magisterio animi: & mētis bona nō aliūde ma-
gis quæq; q̄ ab ipsa mente discamus. Quid illud obsecro est: ꝙ ad omne peccatū aut
erubescimus aut timem⁹: & culpā facti nūc rubore uultus: nunc pallore monstramus:
ac trepidante animo: etiā in minimis delictis testem effugimus: conscientia remorde-
mur? Ex diuerso autē in oīm bono læti: cōstātes: intrepidi sumus: ldq; si occultum est:
palam etiam fieri cupimus: & uolumus: nisi ꝙ testimonio sibi est ipsa natura: quæ hoc
ipso declarat bonū suum: quo ei malum displicet: & dum in bono ope confidit: qd solū
eam deceat ostendit? Hinc illud est: quod frequēter carnifice occulto: in auctorem
sceleris cōscientiæ tormenta desæuiunt: & latētē reum secreta mentis pœna psequit̄.
Nec ullus post culpam impunitatis locus est: dum fit reatus ipse supplicium. Hinc est
ꝙ econtrario innocēs etiam inter ipsa tormenta fruit̄ conscientiæ securitate: & cū de
pœna metuat: de innocētia gloriat̄. Est em̄ inquā in animis nostris naturalis quædam
(ut ita dixerim) sanctitas: quæ uelut in arce animi præsidens: exercet mali bonique iudi-
ciū: & ut honestis rectisq; actibus fauet: ita sinistra opera cōdēnat: atq; ad conscientiæ
testimoniū diuersas partes domestica quadam lege dijudicat. Nec ullo prorsus inge-
nio: aut fucato aliquo argumentorū colore decipit: ipsis nos cogitationib⁹ fidelissimis
& integerrimis sane testibus: aut arguit: aut defendit. Huius legis scribēs ad Roma-
nos meminit apostolus: quā omnibus insitam: uelut in quibusdā tabulis cordis scriptā
Ro.2. esse testatur. Cum em̄ inquit: Gentes quæ legem nō habent: naturaliter quæ legis sūt
faciunt. Huiusmodi legem non habentes: ipsi sibi sunt lex: qui ostēdūt opus legis scri-
ptum in cordibus suis testimonium reddente eis conscientia eorum: & inter se inuicē
accusantium cogitationū aut etiam defendentiū. Hac lege usi sunt oīes: quos inter
Adam atq; Moysen sancte uixisse atq; placuisse deo: scriptura cōmemorat. Quorum
tibi exempli causa aliqui ꝓponendi sunt: ut facile intelligas quātum sit naturæ bonū:
Ca.5. cum eam legis uice docuisse iusticiam ꝓbaueris. Abel primus hanc magistram secu- C
Heñ.4. tus: ita dominū promeruit: ut dum ei offerret hostiam: tam grate sacrificium eius acce
Matth.24. ptum deo fuerit: ut fratrem in inuidiā concitaret. Quem iustum in euangelio domin⁹
ipse cōmemorās: breuiter ꝓfectionem eius exposuit. Oīmis em̄ uirtutum species uno
Heñ.5. iusticiæ noie continetur. Beatum Enoch ita placuisse deo legimus: ut eum ex medio
Eccl.44. mortalium raperet: & in mundo consūmatū de mundi habitatione transferret. Noe
iustus in generatiōe sua & perfectus asseritur: cuius sanctitas eo magis est admirabilis:
quo prorsus a iusticia declinante mundo: solus iustus inuētus est. Nec ab alio sanctita-
tis quæsiuit exemplum: sed ipse præbuit: Et ideo totius orbis iminente naufragio: sol⁹
Heñ.7. ex omnibus meruit audire: Intra tu & domus tua in arcā: quia te uidi iustum in genera
tione ista coram me. Ante deum autem ille iustus ꝓbatur: qui corpore sanā⁹ ē & cor-
Heñ.14. de. Melchisedech sacerdos dei legitur: cui⁹ meritum facile ex hoc intelligi potest: ꝙ
multo post futurum domini sacramētū ante signauit: ac sacrificio panis & uini myste-
rium corporis & sanguinis expressit: ac sacerdotij sui typo christi sacerdotiū figurauit:
Ps.109 cui a patre dicitur: Tu es sacerdos in æternum scđm ordinem melchisedech. Nam &
Heñ.17. benedicit Abraā principē patriarchaꝝ: qui ꝓ circūcisionē pater iudæoꝝ: per fidē gen
tium: illius signātissime ostēdit figurā: qui per fidē suam iudæis donauit benedictionē
Heñ.19 & gentibus. Loth quoq; sancti Noe uirtutem secutus: inter tot peccātiū exempla iu-
sticiam non reliquit. Et ut illum totius mundi exemplū non uicit: ita hic tota illa in qua

habitabat regione peccante: contra multitudinis uitia tenuit sanctitatem. Qui: ut beatus apostolus Petrus ait: Visu & auditu iustus erat: & inter pessimos positus: mala eorum: & oculis auersabatur & auribꝰ: atq; ideo simili exemplo ut ille diluuio: ita hic est creptus incendio. Quid Abraam amicũ dei: quid Isaac & Iacob memorem: q̃ pie fecte impleuerunt domini uoluntatem: uel hinc possumus æstimare q̃ familiari quadã & præcipua dignitate: eorum se deũ uoluit nominari: Ego sum inquit deus Abraam: deus Isaac: & deus Iacob: hoc nomen meum sempiternum: & memoriale in generationes generationũ: Ioseph fidelis domini famulus a puero tribulationibus magnis iustus ostenditur: qui primum a fratribus hismaelitis in seruum addictus est: ab eisq; uenditus: a quibus se uiderat adorandum: deinde ægyptio domino traditus: semper tamen ingenuæ animæ tenuit dignitatẽ: docuitq; exemplo suo & seruos liberos in non peccando: non conditionem cuiq̃ obesse: sed mẽtẽ. Hic quæso remorare paulisper: & castum animum sollicite uirgo considera. Cõcupiscit a domina fœmina adolescẽs: nec ad concupiscẽtiam reuocatur. Rogatur & fugit: una hac in re & blanditur & supplicat: quæ in cæteris imperabat. Amator dei: mulieris amore non uincit. Castum animũ nec ætas adolescentiæ pmouet nec diligentis auctoritas. Contempta frequenter domina: ꝓpiores adolescenti insidias tendit. In secreto ac sine testibꝰ manu impudẽs apprehendit: ac ꝓcatioribus uerbis hortatur ad crimen. Nec quidẽ hinc uincitur: sed ut uerba uerbis: ita res rebus refert. Nam qui frequenter rogatus negauerat: nũc cõprehensus astringitur: & anteq̃ illud euangelicũ diceret: Qui uiderit mulierem ad cõ- Matth.5.
cupiscẽdã eam: iam mœchatus est eam in corde suo: Ille non aspectu solũ: sed ipso pene complexu ꝓuocatus a fœmina: fœminã non concupiuit. Castitatis uirtutẽ bucusq; mirata es. Nũc respice benignitatẽ: priusq̃ ꝓpheta diceret: Vnusquisq; maliciã ꝓximi sui nõ reminiscat in corde suo: ille ꝓ odio reddidit charitatẽ: & cũ uideret fratres suos imo inimicos ex fratribus. Cunq; ab eis cognosci uellet: dilectionis affectum pro dolore: testatus est: deosculabatur singulos & irriguis fletibus pauentiũ colla perfundens: odium fratrum charitatis lachrymis abluebat: quos tam uiuo patre q̃ mortuo: germano semper dilexit amore. Nec recordatus est illum: in quo ob necem fuit deiectus lacum: non cogitauit addictam germanitatem precio: sed pro malis bonum retribuens: Gen.45
D apostolicum præceptum sub naturæ adhuc lege compleuit. Quid de beato Iob dicam famosissimo illo athleta dei: qui post direptas opes: & fundit⁹ deleta patrimonia: post filiorum ac filiarum unum subito interitum: ad ultimũ ꝓprio contra diabolũ corpore dimicauit? Auferunt oĩa quæ extrinsecus possidebat: & extranea bona repente decidunt: ut magis propria clarescãt. Omnibus prorsus uelut indumentis exuitur: ut expeditius & fortius nudus triũphet: & hostem quem ferendo damna ante superauerat: rursus tolerãdo supplicia deuincat. De quo tale ipsi⁹ dñi testimoniũ ẽ: Nũqd Iob.1.et.2.
cõsiderasti puerũ meum Iob? Non est em̃ similis ei quiq̃ in terris: homo sine querela: uerꝰ dei cultor: abstinens se ab omni malo. Nec imerito: Semp em̃ (ut ipse ait) tanq̃ tumentes super se fluctus timebat dominũ: & præsentiæ eius pondus ferre nõ poterat: Iob.31.
nec audebat aliq̃n cõtẽnere: quẽ semp adesse credebat: dicebatq; : Securꝰ sũ: non em̃ Iob.27
repbendit me cor meum in oĩ uita mea. Qui anteq̃ dñs inimicos præciperet eẽ diligẽdos: dicere poterat: Si in malis inimici mei gauisus sũ: si dixi in corde meo: benefactum est. Nec dum euãgelicũ illud sonuerat: Oĩ petẽti te tribue: & iam ille dicebat: Si exire passus sum inopem ianuam meam sine uiatico? Nondũ legerat illud apostoli: Iob.31.
Domini qd iustum est & æquũ seruis præstate: & cõfidens clamabat ad dñm: Si seruo Col.4.
nocui: si ancillã læsi: oĩa tu scis dñe. Priusq̃ idẽ apls præciperet diuitibus: non sublime Iob.31.
sapere: neq; sperare i incerto diuitiarum: sic habuit ille diuitias: ut se alibi diuitem esse mõstraret. In diuitijs inquã nõ cõfidebã: nec in lapide precioso. Et hoc nõ uerbis tm̃: 1.Timoth.6.
sed ipsis quoq; rebus ꝓbauit: dicebatq; per singula: Dñs dedit: dominus abstulit: sicut Iob.31.
dño placuit: ita factũ est: sit nomen domini benedictũ in sæcula. Nudus exiui de utero Iob.1.
matris meæ: nudus redeã illuc. Quo em̃ affectu possideam⁹ aliqd: docem⁹ cũ id amisimus: & cupiditatem fruendi carendi dolor prodit: quem qui in carendo non habuit:

Ca.7. in possidendo quo nam modo habuit? O uirum ante euangelia euãgelicum: & apo- E
stolicum ante apostolica præcepta discipulum apostolorum: qui aperiens occultas di
uitias naturæ: & in medium proferens ex se qđ omnes possimus: ostendit: docuitq;
quãtus sit ille thesaurus animæ quem nos sine usu possidemus: & qđ proferre nolum⁹
nec habere nos credimus. Post multa quæ de natura diximus: etiam sanctoꝝ exem-
plis bonum eius ostendimus: ac probauimus. Et ne econtrario ad ipsius culpam per-
tinere putetur: cp aliqui iniqui fuerint: scripturarum utar testimonijs: quæ peccantes
ubiq; crimine uoluntatis grauant: nõ excusant necessitate naturæ. In Genesi legim⁹:
Heñ.49. Hiere.9. Simeon & Leui fratres consũmauerũt iniquitatem suam ex uoluntate sua. Ad bieru-
salem dominus locutus est: Propter quod ipsi dimiserunt uiã meam: quã dedi ante fa
ciem eorum: & non exaudierunt uocem meam: sed abierunt post uolũtatem cordis
sui mali. Ac rursus idem propheta: Et peccastis deo: & nõ exaudistis uocem eius: &
in mandatis illius & in legitimis & in testimonijs eius ambulare noluistis. Per Esaiam
Esa.1. quoq; ꝓphetam dominus locutus est: Si uolueritis & audieritis me: quæ sũt bona ter-
ræ manducabitis. Si autẽ nolueritis neq; audieritis me: gladius uos consumet. Et rur
Esa.65. sum: Omẽs uos occisione decidetis: quia uocaui uos: & nõ exaudistis: locutus sum &
neglexistis: & fecistis malum ante cõspectum domini: & quæ nolebam elegistis. Ipse
Matth.23. quoq; dominus in euãgelio ait: Hierusalem bierl'm quæ occidis prophetas: & lapidas
eos qui ad te missi sunt: quotiens uolui cõgregare filios tuos: quemadmodum gallina
De arbitrij hu-mani libertate congregat pullos suos sub alis suis: & noluisti? Vbi uelle uidemus: & nolle eligere
& refutare: ibi non uis naturæ sed libertas intelligitur. Voluntatis plena sunt utriusq;
testamenti uolũmina: quibus tam bonum esse: q̃ malum uoluntarium semper ascribit:
quæ nos modo breuitatis causa omittimus: maxime cum sciamus te sacræ lectioni de-
ditam de ipso uberius fonte potare. Neq; uero nos ita defendimus naturæ bonum:
ut eam dicam⁹ malum nõ posse facere: quã utiq; boni ac mali capacem etiam profite-
Nimia liberi arbitrij extol-lentia mur. Sed ab hac eam tantũmodo iniuria uindicamus: ne eius uitio ad malum uidea-
mur impelli: qui nec bonum sine uoluntate faciamus uel malum: & quib⁹ liberum est:
Ca.8. unum semper ex duobus agere cum semper utrũq; possim⁹. Vnde enim alij iudica- F
turi sunt: alij iudicandi: nisi cp in eadem natura dispar uoluntas est: & quia cum omnes
idem possimus diuersa faciam⁹? Itaq; ut hoc ipsum clarius lucere possit: alia exempla
sunt proferenda. Adam de paradiso eijcitur: Enoch de mundo rapitur. In utroq; do-
minus libertatem arbitrij ostendit. Vt enim placere potuit ille qui deliquit: ita potuit
peccare iste qui placuit. Non enim a iusto deo aut ille punire meruisset: aut hic elegi:
nisi uterq; utrũq; potuisset. Hoc de Cain & Abel fratribus: hoc etiam de Iacob & Esau
geminis intelligendum est: Ac sciẽdum solam uolũtatem causam esse: cp in natura ea-
dem: merita diuersa sint: & sodomorum crimina: Loth sanctitas iudicauit. Nec illud
est paruum argumentum ad probãdum naturæ bonum: cp illi primi homines per tot
annorum spatia absq; ulla admonitione legis fuerunt: non utiq; qđ deo aliquãdo cre-
aturæ suæ cura non fuerit: sed quia se talem sciebat hominum fecisse naturam; ut eis p
lege ad exercendam iusticiam sufficeret. Deniq; q̃diu recentioris adhuc naturæ usus
uiguit: nec humanæ rationi uelut quãdam caliginem: longus usus peccandi obduxit:
sine lege dimissa natura est: Ad quã dominus nimis iam uitijs obrutam: & quadam ig-
norantiæ rubigine infectam: limam legis admouit: ut huius frequenti admonitione
expoliretur: & ad suum posset redire fulgorem. Neq; uero alia nobis causa difficul-
tatem quoq; benefaciendi facit: q̃ longa consuetudo uitiorum quæ nos infecit a paru-
o: paulatimq; per multos corrupit annos: & ita postea obligatos sibi & addictos te-
net: ut uim quodammodo uideatur habere naturæ. Omne illud tempus quo negligẽ-
ter edocti: id est ad uitia eruditi sumus: quo mali etiam esse studuimus: cum ad incita-
menta nequitiæ innocentia pro stultitia duceretur: nunc nobis resistit contraq; nos
uenit: & nouam uoluntatem impugnat usus uetus. Et miramur cur nobis per ocium
atq; desidias nescientibus etiam quasi ab alio sanctitas conferatur: qui nullam consue-
Epilogꝰ dictoꝝ ꝺ nature bono tudinem boni facim⁹: cum malum tamdiu didicerim⁹. Hæc de naturæ bono cursim

quasi in alio opere dicta sint: qđ ideo nobis faciendum fuit: ut tibi planiorem uiam ad ꝑfectam iusticiam sternerem⁹: quã eo facili⁹ currere possis: quo in ea nihil asperum: nihil inaccessibile esse cognoueris. Nam si etiã ante legem ut diximus: & multo ante nostri saluatoris aduentum iuste quidam uixisse & sancte referantur: quãtomagis post illustrationem aduentus eius: non id posse credendum est: qui instructi per christi gratiam: & in meliorẽ hominem renati sumus: qui sanguine eius expiati: atq; mundati: illiusq; exemplo ad perfectam iusticiam incitati: meliores illis esse debemus: qui ante legem fuerunt meliores etiam q̃ fuerunt sub lege: dicẽte apostolo: Peccatum in uobis Ro.6.
G iam non dominabit̃: Non estis enim sub lege: sed sub gratia? Et quoniam sufficienter Ca.9.
de his ut puto diximus: nunc instituamus perfectam uirginem: quæ ex utroq; semper Transitus ad virginis institutionem
accensa & naturæ simul & gratiæ bonũ morum sanctitate testetur. Prima igitur uir- Prima virginis cura primũ q̃ studium
ginis cura: primũq; studium sit: scire uoluntatem domini sui: & quid ei placeat: quid ue Ro.12.
displiceat: diligẽter inquirere: ut sc̃m apostolum: rationabile deo reddat obsequium totumq; uitæ suæ cursũ ex eius possit ordinari sententia. Impossibile ẽ enim ei quẽq̃ placere: cui quid placeat ignorat: fieriq; potest ut etiam obsequẽdi uoto offendat qui quomodo obsequi debeat ante non didicit: & ut maius est: uolũtatem domini facere: q̃ nosse: ita prius est nosse q̃ facere. Illud enim merito præcedit hoc ordine. Vnde propheta dicit: Et tu israel noli ignorare. Et beatus Paul⁹: Qui autẽ ignorat: ignorabitur. 1.Cor.14.
Itemq; alibi. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit uolũtas do- Eph.5.
mini. Initium obediẽtiæ est: quid præcipiat̃ uelle cognoscere. Et pars est obsequij dixisse quid facias. Scito itaq; in scripturis diuinis per quas solas potes plenã dei intelligere uoluntatem: ꝓhiberi quædam: præcipi quædam: cõcedi aliqua: nõnulla suaderi. Prohibẽtur mala: præcipiũtur bona: concedunt̃ media: perfecta suadent̃. In duobus illis quæ priori loco sunt: peccatum omne cõcluditur. In utroq; enim dei continet̃ imperium: & non solum præcipe: sed & prohibere ipsum: iubẽtis est. Generaliter nãq; omnibus mandatur iusticia: quã saluator in euangelio breuiter qdem: sed plenissime cõprehendens ait: Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines bona: hæc & uos facite Matth.7.
illis: hoc est ut nihil mali inferamus alijs: & præstemus om̃e quod bonum est: quia uolumus hoc ab alijs in nos utrũq; seruari. Hæc sententia æquo iure præcepti uniuersos tenet: nec ulli omnino transgredi licet: qđ omnibus impatum est: apertusq; cõtempt⁹ dei est: uel facere ꝓhibita: uel iussa non facere. Duo uero reliqua quæ sequunt̃: quorum unum cõceditur & suadetur aliud: in nostra potestate dimissa sunt: ut aut cũ minori gloria concessis utamur: aut ob maius præmium etiam ea quæ nobis ꝓmissa sunt respuamus. Conceduntur quidem nuptiæ: carnium usus & uini: sed horum omnium abstinentia consilio perfectiore suadetur. Ad uirginitatis bonorem pertinet licentia nuptiarum: & escarum indulgentia uirtutem abstinentiæ clariorem facit. Cõtempsisti uirgo coniugium licitum tibi: prius q̃ contemneret̃. Maioris præmij amore flagrãs uoluisti deo non imperatam: sed laudatam uirginitatem. Et cõsilio apostoli legem tuam feciſti latiorem. Certaminis ingressa campum: nõ tam laborem cursus q̃ brauium uictoriæ cogitasti. Legeras credo illud euangelicum de perpetua castitate præconium: & ipsius te domini sermo ad amorem seruandæ uirginitatis accenderat: qui Petri super hoc sententiam ipsa rei magnitudine ac difficultate laudauit: & uoluntarijs spadonibus regnum cælorum promittens ait: Qui potest capere capiat. Rem itaq; tam Matth.19.
magnam non impero: non impono sed offero: neq; quẽq̃ ad hoc cogo: sed prouoco: q̃q̃ de uiris tm̃ sonare uideatur: non solis tamen uiris: sed æqualiter utriq; sexui uirginitatis palma promittitur. Et apostolus: de uirginibus præceptum quidem se dicit non 1.Cor.7.
habere dei: sed dat consilium. Dicit itaq;: An experimẽtum quæritis eius qui in me lo- 2.Cor.13.
H quitur christus? Perfectionis igitur serua consilium: beatitudinem specialis aggressa Ca.10
propositi: serua generale mandatum. Dixi: idemq; nunc repeto. In causa iusticiæ omnes unum debemus: uirgo: uidua: nupta: summus: medius & imus gradus: æqualiter iubemur implere præcepta. Nec a lege soluitur: qui supra legem facere proponit: quinimo null⁹ magis illicita uitare debet q̃ qui respuit quæ licebãt. Nec quisquã ita a se

mandata pollicetur implenda: ut ille qui amore pfectionis supra mandata cõscendit: & cum amplius statuit facere: q̃ præceptum est ostẽdit minus sibi præceptũ esse q̃ potuerit. Deinde q tãtæ se obedietiæ ꝓfiteꝰ: ut etiã consiliũ diuinũ libenter audiat: quõ non debet audire præceptũ? Illa em̃ res pfectionis est: ista necessitatis. De uirginitate dicit: Qui põt capere capiat. De iusticia nõ dicit: Qui põt facere faciat: sed: Ois arbor quæ non facit fructum bonum excidet: & in ignem mittet. Considera quæso: quãtũ a cõsilio differt imperium. Ibi aliquos excepit: hic generaliter omnes comprehẽdit. Ibi præmiũ ꝓponit: hic pœnam. Ibi inuitat ut facias: hic nisi feceris cõminat. Hæc igitur optima ratiõe distinguẽs: animaduerte quid offeras: animaduerte quid debeas: imo quia utrũq; iam debes: & uirginitatẽ quã ultro obtulisti deo: & iusticiã quã ipse præcepit: integrũ utrũq; ꝓsolue. Ille seruus domino placet: qui ita aliquid ultro operis exercet: ut tamen etiã imꝑata perficiat: qui non facit aliud ꝓ alio: sed utrũq;: nec mutat sed addit obsequiũ. Nec te earum exempla decipiant: quæ sibi in sola castitate plaudẽtes: ut post suas uoluntates eant: dei uoluntatẽ abijciũt: quæ ꝑpetuæ castitatis bonũ: non cum iusticia: sed pro iusticia offerre uolũt. Et in cõpẽsatione peccatoꝝ præmiũ uirginitatis annumerãt: atq; ꝓ præmio impunitatẽ petunt: uel certe impudentiori uæcordia coronãdas esse se putant: & in regno cælorum cæteris præferendas: quæ sibi trãsgressione mandatorum: aditum clausere cælorũ. Non omnis: christus inquit: qui dicit mihi domine dñe: intrabit in regnum cælorꝝ: sed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cælis est: ipse intrabit in regnum cælorꝝ. Meminerint stultas uirgines a sponso ianuis repellendas: dicendũ eis: Nescio uos. Illisq; iungẽdas esse: de ꝗbus dominꝰ ipse ait: Multi dicẽt mihi in illa die: dñe dñe: nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus: & in nomie tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis: Amẽ dico uobis nescio uos: discedite a me omnes qui opamini iniquitatem. Tibi uero longe est alia uia ingrediendũ: quæ sæculi amore calcato: semp cogitando quæ dei sunt: apostolicam te exbibere uis uirginem: quæ tam spiritu sancto: q̃ corpore domini præstolaris aduẽtũ: & animæ tuæ lampadi sanctoꝝ iugiter operꝝ infundis oleũ: & sapientibꝰ iuncta uirginibꝰ in sponsi obuiam præpararis. Fugienda tibi lata uita est: quã multoꝝ ad mortẽ euntiũ comitatus terit: Et ad uitam æternã: angusti illius itineris qđ pauci reperiũt: callis tenendus est.

Ca. 11. Deposuisti iam impedimenta uel maxima: & omne quicqd a spiritalis uitæ cursu uel retardat uel reuocat: prima statim cõuersione uicisti. Respuisti coniugij uoluptatem:

Gal. 6. posteritatis curã: illecebras delitiarum: sæculi pompã: diuitiaꝝ cupidinem: Et cũ Paulo potes dicere: Mihi mũdus crucifixus ẽ & ego mũdo. Cuiꝰ tale principiũ est: qualis debet esse pfectio? Hanc mihi tu uirtutẽ: hunc animũ etiã in reliquis affer: eaq; ui mẽtis qua uitiorũ occasiones depulisti: uitia nũc ipsa respue. Ornetur morum sanctitate uirginitas: & ꝓfectum gradum uitæ pfectio subsequatur. Certe si sæcularis uita tibi placuisset: dares operam: ne quis te diuitijs: ne quis corporalibus ornamẽtis: ne quis rerũ oĩm copia & bonore præcederet: & nũc diuersitas studij diuersã uitã desiderat. Cura ne quis te in bene uiuendo trãscendat: ne quis morũ sanctitate superet: ne quis tibi in uirtutibus præferaꝰ: & in illis quæ ante diximꝰ: nõ erat tuũ ut tu aut oĩes uinceres aut nemo te. Cũcta em̃ illa foris petunt: & quicquid aliũde sperat: alienũ est. Hæc uero in tua potestate sunt & uere ꝓpria: quæ non extrinsecꝰ ueniũt: sed in ipso corde generãt. Illa em̃ nec ois q quærit inuenit: nec q inuenerit semp tenet: ut ea cõmodare: ita & eripe: casus põt. Hæc aũt & ois q quærit inuenit: & q inuenerit eripi sibi nunq̃ timet.

Uerba ab Augustino in epistola sequẽti cõmemorata

Ista em̃ sola bona sunt: quæ sine uoluntate nõ inuenimꝰ aliqñ nec pdimꝰ. Habes ergo hic per quæ merito præponaris alijs: imo hic magis. Nã corporalis nobilitas atq; opulentia: tuoꝝ intelliguntꝰ esse non tua: Spiritales uero diuitias nullus tibi præter te conferre poterit. In bis ergo uere laudãda. In bis merito cæteris præferẽda es: quæ nisi ex te & in te esse nõ possunt. An sola ista uita ẽ quæ certamẽ non habeat de ꝓfectu? Et in qua unusquisq; hoc tm̃ debeat permanere qđ cœpit? Nec ullo augmenti desiderio ad maiora contendat? Et cum in omnibus mundi studijs profectu non satiẽtur homines: hic tm̃ cœpisse sufficiet? Feruẽtissimi in terrenis: frigidissimi in cælestibꝰ sumus: &

Error ab eodẽ damnatus

sūmam in rebus paruis exhibentes alacritatem ad maiora torpescimus. Considerare pudet quātus sit feruor in sæculo: qua cura singula quæq; studia hominū quotidie ad pfectiora nitantur: litteraq; ardor nulla prorsus ætate extinguitur: imo ut sæcularis auctoris utar sententia: ipsa magis ætate inflāmatur. Diiutiarū amor insatiabilis est: expleri nescit bonorum cupido: celerem habituræ res finem sine fine quæruntᵉ. Nos diuinam sapientiā: cælestes diuitias: imortales bonores: pigra quadam dissimulatiōe negligimus: & spiritales diuitias aut ne attingimus quidem aut si leuiter degustauerimᵘs: continuo nos putamᵘs esse satiatos. Aliter nos diuina sapientia ad suas inuitat epulas: Qui edunt me: inquit: adhuc esuriēt: & qui me bibunt adhuc sitient. Nullus unq̄ talibᵘ expletur epulis: nec aliquādo patitur de satietate fastidium. Tanto unusquisq; capatior: tanto auidior erit: quanto inde plus hauserit. Dominus in euāgelio: Beati ait qui esuriunt & sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabūtur. Vult enim esurire nos hic sem-
k per ac sitire iusticiam: ut in futuro iusticiæ retributione satiemur. Cōsiderāda uis ipsa uerborum est: & ita nobis desideranda est iusticia: ut in fame uel siti cibus desideratur ac potus: & in hoc cōmune omnibus est dicēdū bis qui immortalis uitæ præmia desiderāt. Iam tuum est æstimare quātum animo præstare debeas: quæ maioris præmij desiderio plus facere ꝓposuisti: q̄ uel alios necesse est. Apostolus diffiniens christi uirginem: longe eam separauit a nupta: & diuersis studijs singularitatis meritum coniugijq; diuisit. Innupta inquit & uirgo cogitat quæ dei sunt: quomodo placeat deo: ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autē nupta est: cogitat quæ sunt mundi: quomodo placeat uiro suo. Quæ corpe & spiritu sancta est: nec in mēbris nec in mēte delinquit. Delinquere aūt nō in causa castitatis tm̄ eē pōt: sed etiam in quacūq; parte iusticiæ. Quis enim uirgo corpore: uirgo sit spiritu: & nihilominus: aut manibus: aut oculis: aut auribus peccet: aut lingua: quomodo corpore sancta dicēda est? Deinde si uel odio infecta: uel inuidia: uel auaricia: uel iracūdia sit: quomodo spiritu obtinet sanctitatem? Etsi nupta quæ amore cōiugij cogitat quomodo placeat uiro suo: quātū liberis relinquat: quæ uarijs mundi astricta curis: rarius ad uoluntatem dei respicit: tamen de peccatis excusare se non potest: quid faciet uirgo: quæ soluta ab omnibus huius mūdi impedi-
L mētis: ac libera scholam quādā castitatis ingressa est? Si uis itaq; propositi tui magnitudinem æquare moribus: & per omnia deo copulari: si leue ac suaue iugū christi suauius tibi leuiusq; uis facere: nunc maxime in beata uita curam impēde: nunc stude ut calentem recentis fidem conuersionis nouus semper ardor accendat: & in tenera adhuc ætate facilius sanctæ cōuersationis usus inolescat: quicquid in te primū instituēris hoc manebit: & ad initiorum tuoꝝ regulam reliqua uita decurret. Finis in ipso exordio cogitandus est: qualis ad illum ultimū diem pueníre cupis: talis nūc iam esse conare. Cōsuetudo est quæ aut uitia aut uirtutes alit: quæq; in his plurimū ualet: cum qbus abineunte ætate simul creuerit. Optimi sunt ad institutionem morū primi quiq; anni. Habēt enim in se lentum quiddā & molle qd̄ facile formari quæat: atq; ad arbitriū uolētis trahi: & in cunctis fere rebus citius assuescitur omne qd̄ tenerū est. Nouellas adhuc & uix firmæ radicis arbusculas: dum ad omnem ductum sequaces sūt: in quālibet partē flecti facile est: quæ natura plærūq; curuatæ: cito ad arbitrium colētis corrigūtur. Tenera adhuc & primæ ætatis animalia: sine labore domari solēt: quāto citiᵘs a uagādi libertate dissueta sunt: tanto facilius uel colla iugo uel frenis ora insuescunt. Ipsa quoq; litterarū studia teneris melius inseruntur ingenijs: idq; penitus inhærere sensibus solet qd̄ prius sederit in mente. Hoc idem plurimū etiā in bene uiuendi rōne ualet: dū adhuc mobilis est ætas: & animᵘs duci facilis: exercēda boni cōsuetudo: & iugi meditatione firmanda est. Occupandū est optimis rebus ingeniū: & sanctæ cōuersationis usus altius inserēdus est. Tūc uero ad pfectiōis fastigiū animᵘs ascēdit: & lōge cōsuetudinis beneficio utiē ad bene uiuēdi facultatē: & uirtutes suas etiā ipse miratus
M secū quodāmodo in se putabit natū esse: qd̄ discit. Respice obsecro quantū ad te sanctitatis auia materq; expectant: quæ cū te q̄si nouū & illustre quoddam lumen generi suo natū eē putāt: nūc in te solā oēm curā animi trāstulerunt: & ꝓpositi tui cursū miris

Ecc. 24.

Matth. 5.

Ca. 12.

1. Cor. 7.

Ca. 13.

Ca. 14.

ſtudijs ac fauore ſuccēdūt. Cunq; ipſe te ad boneſtatem morum ab ineunte ætate formauerint: nunc a te uinci cupiunt: tuamq; uictoriā ſuā laudē eſſe putant. Quarū egregia erga deū fides in ꝓfeſſiōe tua maxime claruit: cū te iā nuptijs præparatā: ſimul atq; aliud uelle didicerūt: mira cōtinuo aſſenſus celeritate: ad id qđ elegeraſ: cohortatæ ſunt: & trepidam ꝓ ætate ſententiā uolūtatis ſuæ auctoritate firmauerūt: tuumq; uotū cōmune fecerūt. Quæ cū multos ſuorū i altiſſimo dignitatis gradu uiderint: de nullo ita ut de te aliqñ lætatæ ſunt: nihil em̄ ita magnū: nihil tam præclarū in quoq; uiderāt.

Sola qppe præſtitiſti generi tuo qđ lōga retro ætate non habuit: licet ediderit uirilis ſexus memorabiles cōſulat⁹: & ampliſſimi ordinis ſtat⁹ illuſtris familiæ noīa frequens adierit: nihil unq; tñ in genere uīo hoc tuo bonore fuit præſtāti⁹: q nō corpali aluo: ſed in libro memoriæ imortalis inſertus eſt. Cū excepint illi theatrales toto orbe plauſus miraq; acclamandi cōſpiratiōe inſignia cōſulum merita lætum uulgus expreſſerit: longe tñ tui bonoris ē gloria maior: quæ gaudiū in cælis fecit: angeliſq; læticiā. Per te em̄ non meretriculæ locupletātur: ſed alunt̄ uirgines chriſti: nō uenator & auriga ditāt̄: ſed ſuſtentāt̄ paupes chriſti. Ad cōſulatū eoꝝ diuerſæ toti⁹ orbis ꝓuinciæ: ad qs domus uīæ potētia extenditur: pegrinas feras: & ignota aialia trāſmiſerūt: quæ crudelis arenæ ſolū uel ſuo uel boīm ſanguine cruētarēt. Ad te uero electæ quæq; uirgines mittunt̄: qs tu p̄cioſiſſimū mun⁹ offeras deo: tuoq; exemplo ad ꝑpetuam ꝓuoces caſtitatem: nō tibi ſed tecū deo ſeruituras: hæc ꝓfeſſiōis tuæ gloria rumore celebri uulgata eſt p̄ cunctos: & ita ad cōuerſionem tuā totus exultauit orbis: ut qđ præ ingēti gaudio uix adhuc boies credere poterant: id ſemp uideant̄ optaſſe multū bis initijs: multum famæ tuæ odore ſuſpēſi: oēs mirū de te neſcio quid audire deſiderāt. Et qui ꝓfeſſionis tuæ cognouere uirtutem: nunc cōuerſationis expectāt. In te nūc puta cūctorum ora oculoſq; cōuerſos: & ad ſpectaculum uitæ tuæ totū conſediſſe mundū. Caue ne per te tantoꝝ animi offendāt̄: nec minus in te inueniāt q̄ requirunt. Verum qd ego tecum de hominib⁹ ago: eorūq; de te expectationē ad cohortationē tuam trabo? Deus ipſe oīum rector ac dñs: cū omni angeloꝝ militia certamen tuū expectat: tibiq; contra diabolū dimicanti parat æternitatis coronā: & cæleſte præmiū incitamētū uictoriæ facit. Huic tanto ſpectaculo: uide quem animū: quā debeas offerre uirtutem: & certaminis
Ca.15. magnitudinem de expectantium dignitate metire. Hæc tibi itaq; in boc agone ſubN eundi præcipua cura ſit: hic primus accinctus internitionis bellum uirtute deuincere: & aduerſū diaboli caſtra in oīa præcepta dei iurare: nec tantū modo declinare uetita: ſed iuſſa cōplere. Neq; em̄ tibi ſufficit a malis ocioſam eſſe: ſi ocioſa fueris a bonis: cū lex dei duplici mandatoꝝ genere diſtincta ſit: & mala ꝓhibens: bona imperet: atq; ab utraq; parte cōtemptum uetet. Nō em̄ tm̄ ille ſeruus cōtēpſit dñm: q ꝓhibita fecerit:
Matth.7. ſed & qui iuſſa nō fecerit: dicta a nobis pauloante ſentētia eſt: Omnis arbor quæ nō facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur: & blādimur nobis ſi a malis fructibus non grauemur qui damnandi ſumus ſi a bonis ſteriles māſerimus. luxta banc itelligētiā abſcindet pater omnē palmitē fructū nō ferētē in filio: & qui acceptum talentū in ſudario abſcōdit: quaſi inutilis ſeru⁹ & nequā damnatur a dño: nec minuiſſe ſolum: ſed & nō auxiſſe culpabile eſt: nō ideo aliq; putes cōtēnenda eſſe mandata: qa leuiora ſint: Tam em̄ maxima illa q̄ minima a deo impata ſūt: & cōtempt⁹ cuiuſcūq; præcepti
Phil.2. præcipientis iniuria ē. Vnde beat⁹ Paulus clamat & docet: Oia facite ſine murmuratione & hæſitatione: ut ſitis irrep̄henſibiles & ſimplices ſicut filij dei imaculati i medio
Ca.16. nationis prauæ & puerſæ: inter quos lucetis ſicut luminaria in mūdo. Remoremur O hic uirgo pauliſper: & p̄cioſiſſimas margaritas qbus exornanda eſt ſponſa chriſti per ſingula apli uerba penſem⁹. Oia inquit facite. Nō em̄ q̄ſi ad arbitriū noſtrū quæda ex mādatis dei debem⁹ eligere: ſed generaliter uniuerſa cōplere: nec aliq̄ præcepta eius quaſi uilia munuſcula ac parua contēnere: ſed impantis in oībus maieſtatem aſpicere. Nullū quippe mādatū dei cōtēptibile nobis uideri pōt: ſi ei⁹ ſemp cogitemus auctorē ſine murmuratiōe & hæſitatiōe. Viles & ignobiles dños palam cōtemni uidemus a ſeruulis: eiſq; ad minima quæq; præcepta in faciē reſiſtim⁹? Et boc i ꝓſonas nobiles iam

non admittitur: quãtoq; potentiores domini: tanto ſeruí ad obedientiam ꝓmptiores ſunt. Cunq; difficiliora præcipiunt libentius audiuntur. Certe ad regis imperium ita oẽs parati ſunt & in ꝓcinctu obediẽtiæ cõſtituti: ut etiã optent iuberi: & non ſolũ bene merituros eſſe ſe credũt ſi iuſſa fecerint: ſed tanq̃ iam meruiſſent qđ iuſſi ſunt: ita ꝓ dignitate præcipiẽtis ſeruitiũ beneficij loco ducit. Nobis uero deus ipſe æterna illa maieſtas ineffabilis atq; ineſtimabilis ptãs: ſacras lras: & uere adorandos præceptorũ ſuoꝝ apices mittit: & non ſtatim cum gaudio ac ueneratione ſuſcipimus: nec ꝓ magno ducim⁹ beneficio: ac tam illuſtris ptãtis imperium maxime cum nõ iubẽtis quæritꝫ cõmodum: ſed utilitas ſubſequẽtis. Verũ econtrario faſtidioſo ac remiſſo animo: ſuperborum ac neq̃ ſeruorum more: in os domini reclamamus & dicimus: durũ eſt: arduũ eſt: non poſſumus: homines ſum⁹: fragili carne circũdamur. O cæcã inſaniã. O ꝓpha/nam temeritatẽ: duplici ignorantia accuſam⁹ deũ ſcientiæ: ut uideaꝫ neſcire qđ fecit: neſcire qđ iuſſit: quaſi oblit⁹ fragilitatis humanæ cuius auctor ipſe eſt: impoſuerit homini mãdata quæ ferre nõ poſſit. Simulq; prob nefas aſcribim⁹ iniquitatem iuſto: pio crudelitatẽ: dum eum primo impoſſibile aliqd præcepiſſe cõquerimur. Deinde pro bis dãnandũ putamus hominẽ ab eo quæ uitare nõ potuit: ut qđ etiã ſuſpicari ſacrilegium eſt: uideaꝫ deus non tam ſalutẽ nr̃am quæſiſſe q̃ pœnã. Itaq; apls ſciens a domio iuſticiæ ac maieſtatis: nihil impoſſibile eſſe præceptũ: aufert a nobis uitiũ murmurandi: qđ tunc utiq; naſci ſolet cũ aut iniq̃ ſunt quæ iubentꝫ: aut iubẽtis minus digna pſona eſt. Quid tergiuerſamur incaſſum: & præcipienti opponimus naturæ fragilitatemꝫ Nemo magis nouit mẽſurã uirium nr̃aꝝ: q̃ qui ipſas uires nobis dedit: Nec quiſq̃ melius quid poſſim⁹ intelligit: q̃ qui ipſam uirtutẽ nobis noſtri poſſe donauit. Nec impoſſibile aliqd uoluit impare: qui iuſtus eſt: nec dãnaturus boiem fuit ꝓ eo qđ uitare non ꝓ potuit q pius eſt. Sequitꝫ: Vt ſitis irrepr̃henſibiles & ſimplices ad oẽm morũ pfectionem. Vnum hoc ſufficere uerbum põt: qđ etiam in ep̃o eligẽdo deus quæri iubet. Q̃ eſt circũſpecta uita eſt: q̃ ſancta eſt: quæ nihil reprehẽſionis incurrit? Quis aũt ſanctior põt eſſe: q̃ qui uere ſimplicitatis uirtutẽ tenens: nunq̃ aliud corde ꝓmittit: aliud ore uultuq; mẽtit: ſicut filij dei imaculatiꝫ Nõ eſt exhortatio uehemẽtior: q̃ quæ nos ſcriptura diuina: filios dei uocat. Quis eñ non erubeſcat: & metuat tanto patre agere aliquid indignum: ut q dicit dei filius: ipſe efficiatur cuiuſ ſeru⁹? Et idcirco adiũgit: Vt ſimus imaculati. Neq; eñ cõuenit in filijs dei: quia ipſe eſt fons iuſticiæ: peccati maculã repiri: in medio nationis prauæ & puerſæ: hoc eſt dicere: Q̃uis infinita uos cingat peccantium multitudo: & inumera ſint exempla uitiorum: uos tamen ita cæleſtis natiuitatis memores eſſe debetis: ut inter malos uiuẽtes omne malum uincatis: Inter quos lucetis ait: ſicut luminaria in hoc mũdo: Et rurſũ in euangelio legim⁹: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Compatur uita præmio: ut qui in futuro ſolis fulgore donandi ſunt: hic iam ſimili iuſticiæ claritate reſplendeãt: & infideliũ cæcitatẽ operibus ſanctitatis illuminẽt. Huic loco ille ſenſus aptãdus eſt: quem ad Corinthios idẽ apoſtolus deferẽs ait: Alia claritas ſolis: alia claritas lunæ: alia claritas ſtellarum. Stella autem a ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum: diſpares ſunt in regno cælorum per ſingulorum merita mãſiones. Diuerſitas enim operum: diuerſitatem facit præmiorũ: quãtũq; aliquis hic in ſanctitate fulſerit: tñ ibi fulgebit in honore. Nũc ergo ad omnem morum pfectionem mentis aciem intende: & ad cæleſte præmiũ cæleſtem tuitam para. Reſplendeat omnibus clariſſimi in modum ſideris ſanctitas uirginis: & futuri præmij magnitudinem de nouitate conuerſationis oſtendat. Tibi facilior in bonis curſus ẽ: quã maloꝝ animi cõſuetudo nõ retinet. Nec timemus ne te a uirtutibus uitia retardent: & maligna diaboli ſemine chriſti frugem necent. Nam ſi etiam illi qui longo peccandi uſu: bonum quodammodo obruere naturæ: inſtaurari ꝓ pœnitẽtiã poſſunt: & mutata uolũtate uiuẽdi: cõſuetudinẽ cõſuetudine extinguere: ac optimi quiq; de peſſimis fieri: quantomagis tu potes illa ſuperare: a quibus non ſuperata es? Cui non tã expellẽda ſunt uitia: q̃ refellenda: quæ utiq; nõ ſuſcipe facili⁹ eſt Q q̃ ſemel ſuſcepta deponere. Nec uero eoꝝ tãta dulcedo eſt: ut ea debeam⁹ præferre

Ga.17. Phil.2.

Matth.13.

1.Cor.15.

Ga.18.

uirtutibus: cum nec in omnibus sit delectatiois illecebra: & a plæriscq; ea etiam quæ uidentur dulcissima respuantur. Duo nancq; sunt ex omnibus uitia: quæ maxime boies decipiunt sui uoluptate: gula scilicet ac libido. Quæ deponere eo difficilio est: quo eis uti dulcius est: & tamē hæc uitia tam molesta tanq; delectatione sui piculosa: ita a multis calcari uidimus: ut tota ætate uirgines permāserint in sūma abstinētia. Vt de illis taceam: quæ post delitiarum longum luxum: & inueteratum usum libidinis: castitati ac temperātiæ se dederint: & utrūq; uitium cōtraria sibi uirtute mutauerint. Aliorū uero uitiorum ē lōge diuersa ratio: quæ cum nihil habeāt iocūditatis: tam multū amaritudinis habēt: quæq; cum ad uitādū multo sint faciliora: raro a qbus uitent: inuenies. Quid oro te inuide: delectationis præstat inuidia: quē secretis quibusdā cōsciētiæ unguis liuor ipse decerpit: & alienam fœlicitatē tormētum eio facit? Quid uero alter ab odio mercedis accipit: nisi horribiles animæ tenebras: & cōfusæ mentis horrorē: qui uultu semp animoq; merēte: uoto quo alteri uult nocere: seipsum cruciat? Quid autē iracūdo furor suus cōfert: quem sæuissimis exagitatū stimulis cōscientiæ: ira ab omni consilio ac mēte deturbat: ut dum irascit: insanire credat? Similiter curre p singula: inuenies tot animæ tormēta: quot uitia: quæ utiq; eo facilio uinci possunt: quo nulla illiciūt nos uoluptate. Quāto illud difficilius: quāto duri?: ut de castitatis labore taceā: abstinere a uino carnibusq;: ipso quoq; etiam oleo: & uilem sine his cibum post biduū interdum triduūq; uix capere: Fracta ieiunio membra uigiliisq;: fomenta balnei contēnere: necessarias res negare corpori: & uim quandā inferre naturæ? Da tm in cæteris magnitudinē animi: & uide quid non possis efficere. Sed nos probpudor quadā delectatione peccati: cū in quibusdā ostendimus quādā uim naturæ nostræ: in alijs omino torpescimus: & qui uoluptates corporis uirtutū amore contēpsimus: rursū amore uitioz; tormenta suscipimus: atq; ita malis nostris credimus ut ea nec putemus posse deponi: Qd hoc quæso cōsilium tuum? Quæ nam hæc noua uiuēdi ratio ē? Res difficiles & laboris plenas securus aggredior: & faciliora nō posse fieri credo: uinco maxima: uincendus a paruis. Excelsa & ardua indefessus exupero: & cum uenit ad plana: deficio. Libēter fugio qd delectat: & non uolo uitare qd cruciat. Verū hæc eorū sūt: qui dei uoluntate cōtempta: id solum petunt qd laudem facilius inuenit: qd cito exit in famam: morū uero bona quæ secretiora sunt: negligūt. Tu uero quæ calcasti mūdum & cōcupiscentias eius: ut calcato eo gradū tibi quendā ascendendi ad cælū face res: mundi gliam ne requiras. Illi tm placere stude: cui sæpe displicet quod hominib? placet: & qui ipsa hominū iudicia iudicaturus est. Abstinētia tua & ieiuniū eo magis deo grata sunt: quo cū bonis moribus offerūt: ut quæ in alijs sunt umbracula uitioz;:
Ca.19. in te sint ornamenta uirtutū. Respice obsecro ad ipsam qua apud deum illustrata es R. dignitatem: qua p baptismū in dei filio renata es: Rursumq; p consecrationē uirginitatis sponsa christi esse cœpisti: Ex utroq; hic tu? bonor te ad sollicitudinē tui ppositi admoueat: at nullus debet esse ibi negligētiæ loc?: ubi tā præclara seruāda sunt. Preciosior quæq; uestis diligētia timidiore custodit a macula: Multo quæsita auro gēma maiori sollicitudine possidet: & generaliter grādi cura magna quæq; seruant. Vnde & tu si teipsam bene custodire cupis: debes bonorē tuū semper preciūq; cogitare. Tanto em se unusquisq; negligentius utit: quāto se existimat uiliorē. Nō ob causam aliam magis nobis in scripturis diuinis tam frequēter filioz; dei nomen imponit: ut illud qd dicitur p ppbetas: Et ego ero uobis i patrem: & uos eritis mihi in filios: dicit dominus
Epb.5. omnipotes: Et apostol?: Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Et beatus Iohānes
1.Joh.3. inquit: Charissimi nūc filij dei sumus: & nōdum apparuit quid erimus: Scimus quoniā cum apparuerit: similes ei erimus: quoniā uidebimus eum sicuti est: ut qui habet hanc speciē: sanctificet se: sicut & ille sanct? ē: uult nobis doctrinæ cælestis dignitatē: qua donati sumus frequēter ingerere: & honorē nostrum peccādi pudorē facere. Vñ etiā
Matth.5. dominus ipse ad pfectam nos benignitatē uocans ait: Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos: & orate p psequentibus & calūniantibus uos: ut sitis filij patris uestri: qui in cælis est. Nō est em qd sic boies deo faciat amabiles: ut pietas metis

& bonitas: quæ tota in christiano esse debet: ut etiã in malis abundet: deiq; imitet benignitatẽ: q solem suũ oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Matth. 5.

Hoc itaq; uel in primis absit ut nemini uel in uerbo etiã noceas: ut in omnib⁹ quibuscũq; ꝓdesse studeas: & ne uicẽ qdem mali reddens: bona ꝓ malis: apostolo dicẽte: reddite nemini malum pro malo. Ro. 12

stituas. Nunq̃ detractio ex ore uirginis ꝓcedat: Viliũ satis hominũ est: & suam laudẽ quærentiũ: alios uiles facere: quia alteri⁹ uituperatione se laudari putãt. Et qui suo merito placere non possunt: placere uolũt in comparatione peioꝝ. Parũm diximus: nõ solũ ipsa non detrabas: sed ne detrabenti qdem aliquãdo credas. Pessimũ est hoc uitium qđ alterũ uilem facit uideri. Non minus auribus q̃ lingua fugias detractionem. Scripturæ memor esto quæ dicit: Non eris consentaneꝰ cum derogantibus aduersus ꝓximũ tuum: & non accipies super illo peccatũ. Et alibi: Sepi aures tuas spinis & noli audire linguã nequã. Accusator ẽ em̃ auditor: qui facit detractorem: qui si auertit aures: & uultũ contrabat: ac oculos abnuendo cõtineat male loquentẽ etiã tacens arguit: ut discat non libenter dicere: qđ didicerit nõ libẽter audiri. Sollicitã satis ori tuo custodiam pone. Nõ est quicq̃ em̃ in nobis: quo facilius peccare possumꝰ q̃ in lingua. Eccl. 28

Vnde sanctꝰ Iacobus illũ esse perfectũ dicit: qui non offendit in uerbo: Et scriptura dicit: Mors & uita est in manibus linguæ. Mentiri aũt: maledicere & iurare: lingua tua nesciat: quia & os qđ mentit occidit animã: Et qui maledicunt: regnũ dei nõ possidebunt: iuxta apostolũ. Et iurare ipse christus prohibuit: qui dixit: Ego autẽ dico uobis: nõ iurare omnino. Et rursum: Sit autem sermo uester: est est: non non: qđ aũt amplius est: a malo est. Apostolꝰ breuiter oris uitia resecans ait: Omnis sermo malꝰ ex ore uestro non ꝓcedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei ut det gratiam audiẽtibus. Iacobi 3. Prouer. 19. Sap. 1. Gal. 5. Matth. 5. Eph. 4.

Sit autem sermo uirginis prudens: modestus: & rarus. Nec tam eloquẽtia preciosus q̃ pudore. Mirentur omnes tuam te tacente uerecundiã: loquente prudentiã. Mite ac placidum semp eloquiũ tuum: ornet mixta cum grauitate suauitas: cũ pudore sapiẽtia sit certa atq; librata: suiq; opportunitate gratissimi silẽtij: uerbiq; ratio: nec unq̃ omnino uirginis os loquaẽ: ut tacuisse melius sit: cum ingenti cautiõe debet loqui: cui non solum malus: sed etiam ociosus sermo uitandus est. Sũma tibi scientia sit: noticia sũma: uitia uirtutesq; distinguere. Quæ q̃q̃ semp cõtraria sibi sint: aliqua tamen ex eis tãta iunguntẽ similitudine ut discerni omnino uix possint. Q̃ multi em̃ superbiã libertatis loco ducunt: Adulationẽ ꝓ humilitate suscipiunt: maliciã prudentiæ amplectũtur uice: & stulticiæ simplicitatis nomen imponũt: Atq; fallaci ac pessima decepti similitudine: uitijs pro uirtutibus gloriantẽ. Et q̃q̃ hæc omnia subtilissima intelligẽtia debeas separare: cũctasq; uirtutes cum suis lineis insequẽdo: nusq̃ ꝓrsus abscedere: præcipue tamen fictam humilitatẽ fugiens: illam sectare: quæ uera ẽ quã christꝰ docuit humilitatem: in qua nõ sit superbia inclusa. Multi em̃ huius uirtutis umbrã: ueritatẽ eius sequũtur pauci. Perfacile est em̃ aliquã uestem habere contemptam: salutare submissiꝰ manus & genua deosculari. Inclinato in terrã capite oculisq; deiectis: humilitatẽ ac mansuetudinem polliceri lenta uoce tenuiq; sermones infringere: suspirare crebrius: & ad omẽ uei bũ peccatorem ac miserũ se clamare. Etsi uel leui sermone offensus sit: cõtinuo attollere supcilium: leuare ceruicem: & delicatũ illum oris sonũ in sano repente clamore mutare. Aliam nos humilitatẽ christus docuit: qui nos ad exemplum suum hortatur dicens: Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. Qui cũ malediceret nõ maledicebat: cum pateret nõ cõminabat. Quã nobis humilitatẽ beatus Petrꝰ insinuat: Misericordes inquit & humiles: non reddentes malũ ꝓ malo: nec maledictũ pro maledicto. Auferant omnia figmẽta uerboꝝ: cessent simulati gestus: & ante occasionem sermo placidus: Veꝝ humilem patientia ostendit iniuriæ. Nullꝰ ergo unq̃ in mente tua ullꝰ sit uitij locꝰ: nihil in te superbũ: nihil arrogãs: nihil in te fastidiosũ. Apud deum nõ est quicq̃ humilitate sublimiꝰ. Ipse loquit per ꝓphetam: Super quẽ aliũ respiciam nisi sup humilẽ & quietũ & trementem sermones meos? Et nũq̃ in iram exardescat animꝰ qđ ẽ seminariũ odij. Tãtus mẽtẽ tuã repleat timor dei: ut indignari oino nõ audeas: & iram metu uincas. Beatꝰ apostolꝰ mundans animã nostrã: eamq; in habitaculũ dei Matth. 11. 1. Petri. 2. 1. Petri. 3. Esa. 66

Eph.4. Ca.21. præparās: clamat & dicit: Ois amaritudo & ira & indignatio & clamor: & blasphemia auferatur a uobis cum oī malicia. Adulatores ut inimicos caue: quoꝝ sermones super oleū molles: & ipsi sunt iacula: Corrūpunt uictis laudib⁹ leues animas: & male credulis mentib⁹ blandū uulnus infigunt. Creuit hoc in nra ætate uitiū: & in ultimo fine stetit: nec augeri potest. In hanc oēs nos scholam studiūq; dedimus: ut officiū putemus illudere: qđq; ipsi ab alijs libenter accipimus: id alijs quasi quoddam mun⁹ offerimus. Et spe recipiēdæ laudis: eos a qbus laudari uolum⁹: ante laudam⁹. Sæpe adulātium resistimus uerbis ad faciem: & in secreto mētis fauemus: maximūq; fructum cœpisse nos ducimus si uel fictis laudibus prædicamur. Nec cogitamus quid ipsi sim⁹: sed quid alteris eē uideamur. Vnde eo ꝓducta res est: ut neglecta ueritate meriti: de sola opinione curemus: qui testimoniū uitæ nostræ non a conscientia nostra: sed a fama petimus. Beata mens est quæ perfecte hoc uitium uincit: nec adulatur aliquādo: nec adulanti credit: quæ nec decipit alteꝝ: nec ipsa decipitur: tmq; hoc malū nec facit aliquādo nec patitur. Nihil unq̄ in te fictum sit: nihil omnino fucatū. Cōsciētiā tuā: quæ certe deo semp patet: in multitudine uersari puta. Nūq̄ aliud corde: aliud ore prætendas. Quicquid pudet dicere: pudeat etiā cogitare. Illud uero notum iā oībus: atq; diuulgatum est: q̄ utilis q̄q; huic ꝓposito necessaria ē ieiunioꝝ & abstinētiæ uirt⁹: maxime i bis annis: in qbus corpori maior æstus inest. Non māducare itaq; carnem: neq; bibere uinum: apostolica uoce laudatū ē. Quicquid illud qđ inflāmare corp⁹ potest: qđ fomentū suggerit uoluptati: castitatis amore fugiendū est. Nec tamen ita magno huius rei labore grauari te uolum⁹: ut sub ipso statim onere succūbas: per qđ multi dū nimio feruore mentis rationem suarū uirium non haberēt: subito conciderūt: & pene ante debilitatē: q̄ sanctitatē de ꝓposito suo consecuti sunt. Optim⁹ est in omni re modus: & laudabilis ubiq; mensura. Corp⁹ nō frangendū sed regendū est. Sint ergo moderata & sancta: simplicia in omni mētis humilitate ieiunia: quæ ita attenuēt corpus ne animū eleuent: ne res humilitatis gignat superbiā: & uitia de uirtute nascant. Ego in-
Ps.34. quit cū mihi molesti essent induebar cilicio: & humiliabā in ieiunio animā meā. Vestis abiectio: cibi uilitas: ieiunij lassitudo: extinguere debent: nō nutrire superbiā. Quis rem medicinæ uulnus faciat: & inde sane lædat quoq;: unde iam læsa curāda sunt? Aut quæ superit spes salutis: si ista animæ remedia ipsa sint uenena? Laborē ieiunij tui miseri/cordiæ opa cōmendent: & abstinētia tua pauperū refectione sit gratior. Dominus lo-
Osee.6. quit̄ p ꝓphetā: Misericordiā uolo & non sacrificiū. In euangelio christi uerba legim⁹:
Matth.5. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā cōsequent̄. Sed quæso hanc curā uitæ tuæ V
Ca.22. auia materq; suscipiāt. Ille bas ptes ꝓ te agant: Ille thesaurū tuum in cælū leuent. Illarū sit esurientes alere cibo: uestire nudos: uisitare infirmos: peregrinos tecto suscipere: &
Matth.25. æterni spe præmij christo in pauperib⁹ fœnerari: qui dixit: Qđcūq; feciſtis uni exbis fratrib⁹ meis minimis mihi feciſtis. Tibi uero maxime dū i ꝓposito maturescat animus: ab omnibus occupationib⁹ recedendū est: & oē studium omnisq; cura in ornādis moribus exhibēda. Quibus ita uacare debes: & totam occupare mentē: ut non diuitem te sentias esse: nec dominā nobilitatis: ad hoc tm̄ memineris: ut cū claritate generis morū sanctitate contēdas: & cū nobilitate corpis animi uirtute nobiliter ꝓficias: magisq; illa nobilitate glorieris: quæ filios dei & cohæredes xp̄i facit: Ad quam si semp inspicias: dū credis gaudiū te habere qđ maius ē: desinis de eo qđ minus est gloriari.

Ois ista præclari generis dignitas & illustris Auitij sanguinis decus ad animā trālferant̄. Ille clarus: ille sublimis: ille sit nobilis: ille tunc integrā nobilitatē suam seruare se
1.Petri.2. putet: si dedigneť seruire uitijs ab eisq; non superi. A quo em̄ qs supat̄: huius & seruus est. Quid em̄ hac seruitute animi indignius: quid ue turpius: q̄ cum in eo aut dominat̄ odiū: aut regnat inuidia: q̄ cū eum aut auaricia possidet: aut captū ira tenet: uel certe cætera sibi uitia uendicāt? Nō est ꝙ sibi aliquis de nobilitate generis blādiat̄: si exmeliore pte fit famulus. Multo ē indigni⁹ mente seruire q̄ corpore. Supfluum arbitror te monere: q̄ parca in ꝓcedēdo debeas esse: q̄ rara cū te boc etiam sæcularis ab infantia honestas docuerit. Et facile intelligas: id tibi multo magis in bac uita esse seruādum: q̄

maxime secretū decet. Illud admoneo ut ipsis quoq; salutationibus quæ tibi in cubi/
culo tuo exhibendæ sunt: certissimū modum ponas: nō sint nimiæ: neq; quotidianæ:
X ne non tm officiū q̄ inquietudinem præstare uideant. Et q̄q̄ omne uitæ tuæ tempus Ca.25
diuino debeas operi cōsecrare: & nullam ꝓrsus horam a spiritali ꝓfectu uacuā esse cō
ueniat: cum tibi in lege dñi die ac nocte meditandū sit: debet tamen aliqs esse determi Ps.1.
natus & constitutus horarum numer⁹: quo plenius deo uaces: & quiete ad sūmā animi
intentionē: uelut qdam lege cōtineat. Optimū ē ergo huic operi matutinū depu/
tari tempus: id est meliorē diei ptem: & usq; ad horam tertiā quotidie in cælesti ago/
ne certantē: hoc uelut spiritalis quodam palestre exerceri gymnasio: bis tu p singulos
dies: horis in secretiori domus parte: ora: clauso cubiculo tuo. Adhibe tibi etiā in ur/
be solitudinē: & remota paulisper ab hoibus ꝓpius deo iungere: aspectuiq; tuo⁹ red/
dita lectiōis fructū & oratiōis ostēde. Nihil em i hoc secreto magis agere debes: q̄ ani/
mam diuinis eloquijs pascere. Et quantū ei per totam sufficere possit diem: hoc eā ue/
luti cibo pinguiore satiare. Ita scripturas sanctas lege: ut semp memineris dei illa uer/
ba esse: q legem suam non solū sciri: sed etiā impleri iubet. Nihil em ꝓdest faciēda di/
dicisse & nō facere. Optime uteris lectione diuina: si eam tibi adhibeas speculi uice:
ut ibi uelut ad imaginem suam anima respiciat: & uel fœda quæq; corrigat uel pulchra
plus ornet. Lectionē frequēter interrūpat oratio: & aiam iugiter adhærētē deo: grata
uicissitudo sancti opis accendat. Nunc te igitur ordo instruat cælestis historiæ: Nunc
sanctū Dauid oblectet canticū: Nunc Salomonis erudiat sapientia: Nunc ad timorem
dñi incitent dicta ꝓphetarum: Nūc euangelica & apostolica ꝓfectio te christo i oium
morum sanctitate cōiungat: quæ paranda sunt: memoriæ penitus insere: eaq; iugi me/
ditatione cōserua: quæ maturāda sūt frequēter reuolue: ut diuinū hoc studiū & cæle/
stis schola: & mores simul uirginis ornent & sensū: tradantq; tibi cum sapientia sancti/
tatē. Vñ scriptura dicit: Qui quærūt deū inueniūt sapientiā cū iusticia. Sit aūt ipsa le/
ctio ꝓpata: cui finē consiliū: nō lassitudo imponat. Nā ut imoderata ieiunia & ardor ab/
stinentiæ: & enormes inordinatæq; uigiliæ: intpantiæ coarguunt: idq; nimietate pari/
unt: ut hæc ipsa postea qdem nec mediocriter fieri possint: ita studiū lectionis i rephē/
sionē intemperans cadit: qd̄q; laudabile ē in genere suo: fit de nimietate sui culpabile.
Generaliter qdem strictimq;: sed breuiter dicendū ē. In bonis quoq; rebus: quicquid
modū excesserit: uitiū ē: magna ē. Magna inquā: & quæ grādi studio cōstat ꝓfectæ ui/
tæ ratio: cōsūmatæq; sapiētiæ ē: scire qd quo insequaris modo: & ad oēm actū præferē
do cōsiliū: nihil facere: qd̄ fecisse pœniteat. Intra unius horæ spatiū mutat⁹ habit⁹: ie/
iunare: abstinere: psallere: uigilare: nō tā studio opus habēt q̄ uolūtate. Quilibet inci/
piens statim ut uoluerit: ad ista ꝓfectus est: imo illi hoc facilius facere possunt q recētis
corpis uires de sæculo ad ꝓpositū afferūt. Mores uero mutare: singulasq; uirtutes ani/
mi formare in se atq; ꝓficere: grādis studij est: & lōge consuetudinis. Itaq; multi in hoc
ꝓposito senescim⁹: Et ea ꝓpter quæ ad ipsum ꝓpositū uenim⁹ non habem⁹. Tua ue
ro cōuersatio noua esse debet: mira grauitas: patientia: māsuetudo: pietas: qcquid san/
ctius est: atq; ꝓfectius. Quicqd magis deo te cōmēdare pōt: & maiorē in cælo facere:
y id semp sequere: id semp amplectere. Sponsa christi nihil debet esse ornatius. Tanto Ca.24
maiore placēdi studio opus ē: quāto maior est ille cui placendū est. Sæculi uero uir/
gines: quæ se nuptijs præparāt: & indulgentiā magis apli: q̄ consiliū sequi malūt: magis
q̄ amplectunt incōtinentiæ remediū q̄ præmiū cōtinentiæ: ut spōsis placeāt: eosq; in
amorē sui magis incitēt mira se sollicitudine formare studēt: & naturalē corporis pul/
chritudinē ornādi arte cōmendāt. Hæc ē illis p dies singulos cura præcipua: decēti/
bus fucis colorare faciē: implicare auro crinē: & ardentes concha⁹ lapides capitis bo
norē facere: suspendere ex auribus patrimonia: brachia ornare monilibus ac latera: &
inclusas auro gēmas a collo in pectus dimittere. Non minorē sponsus tu⁹ requirit or/
natum: q cum uniuersam ecclesiā salutaris aquæ lauacro purificatam sine macula ruga
q; reddiderit: quotidie cupit eā fieri pulchriorem: ut semel a uitijs peccatisq; mūdata
semp ornet decore uirtutū. Etsi hoc a tota requirit eccl'ia: in qua & uiduæ cōtinent &

nuptæ:quātū putas expectat a uirgine quæ ex pulcherrimo hoc quodā eccleſiæ pra-
to:uelut auguſtior q̄dam flos uideť electa? Aſſume ergo oēm illum ornatum p quē
placere chriſto potes: Satis placere deo crede tuā faciē:ſi hoib⁹ pulchra apparere nō
ſtudeas. Iſtud ornamētū ſerua capitis:qđ acquiſiuiſti chriſmatis ſacramēto: cū tibi in
cæleſtis regni myſteriū diadema quoddā regalis unctionis impoſitū eſt. Optima or-
namēta ſūt auriū uerba dei:ad ea ſola parat⁹ eſſe debet audit⁹ uirginis:eaq; precioſiſſi-
mis lapidib⁹ anteferre. Oia ꝓrſus mēbra decorēť opib⁹ ſāctitatis: totaq; uirginalis ai
pulchritudo gēmati monilis inſtar:uario uirtutū fulgore reſplēdeat. Tunc uere cōcu
Cant.4. piſcet rex decorē tuū:dicetq; tibi: Tota formoſa es,pxia mea:& macula nō ē in te. Et
hæc tibi ornamēta quæ dixi etiā erūt munimēta maxia:& q̄ teipſā ornare deo:& con-
tra diabolū armare poſſint:q p leue iterdū qđcūq; uitiū ad aiam ingrediť. Et ſi uirtutū
ꝓpugnacula nō reſiſtāt:nro nos repellit loco:& cōtinuo de hoſte fit dns. Propter qđ
Eccs.10 ſcriptura nos adhortatur:& dicit: Si ſpūs poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te:lo-
Ca.25. cum tuū ne dimiſeris. Ab eo iā tpe quo primū p uirginitatis ꝓfeſſionē dño cōſecrata Z
es:aduerſarij in te creuit odiū. Et q aliena lucra ,p ſuis damnis habet: ſe amiſiſſe dicit:
quicqd te poſſeſſurā dolet. Grādi tibi opus ē uigilātia grādiq; cura: & tāto ſollicitius
cauēdus ē inimic⁹:quāto apud eū ditior eſſe cœpiſti. Vacu⁹ uiator & nudus nō timet
latronis inſidias. Secur⁹ a nocturnis furib⁹ dormit paup:etiā ſi clauſtra non muniat. Di
uiti uero opes ſuæ latronis ſemp imagināť occurſū: & iugi ſollicitudine noctiū ſomnū
adimūt. Vñ tuæ quoq; diuitiæ:cæleſtis theſaurus:iſta cautione indigēt atq; cuſtodia.
Quāto ditior es:tāto debes eſſe uigilātior: Qui em̄ pl⁹ poſſidet: plus debet timere ne
pdat. Inuidere nō ceſſat auctor inuidiæ. Et qui ſemel a deo ipſe ,pfectus ē:tanto maiori
liuore torqueť:quāto aliquē apud eū uiderit clariorē. Qui iuidit Euæ paradiſū: quāto
magis inuidet tibi regnū cælorū? Cūcta(mihi crede)ille nunc circūit:ut beat⁹ Petrus
ait:deuorādi te cupidus i modū rugientis leonis ingrediť: uel more doloſi hoſtis uni-
uerſa pluſtrans:explorat oēs adit⁹ aiæ tuæ:an ſit aliquid infirmū & min⁹ tutū p qđ poſ-
ſit irrepe:rimať nunc ille oia & ſingula quæq; ptētans:quærit uulneri locū. Cuius tu in-
inſidias ſollicite debes præuidere: ut cū Paulo nō ignores aſtutias ei⁹. Qui cū terribi-
les diaboli ptātes principatuſq; deſcribat:nos nihilominus hortať ad puguā: hoſtiūq;
uim pādit:ut augeat ſollicitudinē militū. Nō em̄ uult nos eē timidos ſed paratos. De-
Eph.6. niq; non fugā ſuadet:ſed arma ſuggerit. Propterea inqt: Accipite arma dei ut poſſitis
reſiſtere in die malo:& in oib⁹ pfecte ſtare. Ac ſtatim inſtrumēta ſingula ſpiritalis pug-
næ tradens addidit & dixit: State ergo ſuccincti lūbos uros in ueritate: & induti lorica
iuſticiæ:& calciati pedes i præparatiōe euāgelij pacis:i oib⁹ aſſumētes ſcutum fidei:in
quo poſſitis oia tela neqſſimi ignea extinguere:& gladiū ſpūs qđ ē uerbū dei p omnē
orationē. Et qm̄ de hoc bello licet etiā fœminis triūphare:ſuſcipe hæc arma Pauli:&
tāti hortatiōe ducis certā præſume uictoriā. Hæc em̄ ſi tu oia inſtrumēta poſſideas:ſe-
Ps.90 cūra ,pcedas ad prœliū ſpiritale: nec pauebis diabolū cū toto exercitu ſuo. Cadēt em̄
a latere tuo mille:& decē milia a dextris tuis:a te aūt nō appropinquabūt. Beat⁹ quo-
q; Iacob⁹:ille chriſti miles emerit⁹:non minore nobis auctoritate de hoc bello uictoriā
Iacobi.4. pollicet: Subditi inqt eſtote deo:reſiſtite aūt diabolo:& fugiet a uobis. Oſtēdit quō
reſiſtere debeam⁹ diabolo:ſi utiq; ſim⁹ ſubditi deo. Eiuſq; faciēdo uoluntatē:ut diuinā
etiā mereamur grām: & facili⁹ nequā ſpiritui auxilio ſanctiſpūs reſiſtam⁹. Neq; uero
apta cōtra nos pugnat acie:nec publica nobiſcū fronte cōgreditur: ſed dolo uincit ac
fraude:nīaq; cōtra nos utiť uoluntate:de cōſenſu nro aduerſarius uires accipit: nroq;
nos:ut dici ſolet:iugulat gladio. Infirm⁹ hoſtis ē q nō p̄t uincere:niſi uolētē. Procula
nobis deſperatio:,pcul a nobis oīs recedat pauor aduerſarioꝝ:nos adiuuem⁹:ſed uin
camus aduerſarios. Dant illi qdē cōſiliū:ſed noſtrū ē uel eligere uel reſpuere qđ ſug-
gerūt. Nō em̄ cogēdo:ſed ſuadēdo nocēt:nō extorquēt a nobis cōſenſū:ſed expetūt:
Act.5. Vñ etiā Ananiæ dicit: Quare tēptauit cor tuū ſathanas:mētiri te ſpirituſancto? Qđ
utiq; illi apl's nūq imputaret:ſi id abſq; ipſi⁹ uolūtate diabol⁹ feciſſet. Ipſa etiā Eua ideo
cōdēnať a dño:qa ab eo quē poterat ſupare:ſupata ē. Nec em̄ meruiſſet a dño iuſticia

& punirí: quæ uicta ē: niſi uincere ipſa potuiſſet. Hui⁹ nequiſſimi boſtis eſt illa: uel prima Ca. 16.
callíditas: & ars doli plena: fatígare cogitatiōib⁹ rudes aías: & nouellis in ꝓpoſito men/
tib⁹ de ipſa interdū cōuerſatiōe afferre mœrorē: ut facile ab hui⁹ rei ꝓfectu deterreaē
anim⁹: cui⁹ initia amara cognouerit. Itaq; ſolet tā ſordidas nōnūq & impías cogitati/
ones inſerere menti: ut q teptaē: dū ſuū illud putat eſſe qđ cogitat: deteriorē ſe p ſpiri/
tū imūdū ꝓpoſito ſuo arbitreē effectū: multoq; puriorē aíam babuiſſe ſe credat: cum
adhuc res ſæculi amaret. Vult em̄ bis qb⁹ inuidet: callidiſſim⁹ inimic⁹ horrorē ꝓpoſi/
ti ex deſperatiōe facere ſanctitatis: ut eos obſidēte triſticia: & ſi a ꝓpoſito nō reuocat:
certe retineat a ꝓfectu: ꝓpē qđ maxime ſanctaꝝ tibí ſcripturaꝝ ſtudiū diligēdū eſt: il/
luminãda diuinis eloquíjs aía: & coruſcāte dei uerbo: diaboli repellēdæ ſūt tenebræ.
Cito em̄ fugit ille ab ea aía: quā ſermo diuin⁹ illuminat: quæ cæleſtibus ſemp cogitatio/
nibus occupaē. In q aſſiduū ē dei uerbum: cui⁹ uim nequā ſpūs nō pōt ferre. Et idcirco
beat⁹ illud apl's ſpiritalis belli inē cætera inſtrumēta gladio cōpauit. Eſt aūt tutiſſimū
atq; ꝓfectū ut aſſueſcat anim⁹ ſollícita ſemp puigilíq; cuſtodía diſcernere cogitationes
ſuas: & ad primi animi motū uel ꝓbare uel reprobare qđ cogitat: ut uel bonas cogita/
tiones alat: uel ſtatim extinguat malas. Hic nāq; fons eſt boni & origo peccandi: oiſq;
ingētis delicti in corde principiū ē cogitatio: quæ unūqđq; opus uelut in q̄dā cordis ta
bula depingat anteq̄ faciat. Nā ſiue ille act⁹ ſiue ſermo ſit: ut ꝓferaē ante diſponitur: &
cogitationū cōſilio diſcerniē qđ futuꝝ ē. Vídes q̄ breui interdū mometo: quæq; iſta
qs cogitet: cogitataq; pficiat: nec qcq̄ oino ul'lingua: ul'manu cæteriſq; mēbris agiē niſi
cogitatiōes ante dictauerint. Vñ & dñs i euāgelio dicit: De corde bois ꝓcedūt cogi/ Matth. 15.
tationes male: adulteriū: fornicatio: bomicidia: furta: falſa teſtimonia: auaricia: nequi/
cia: dol⁹: ipudicitia: ocul⁹ mal⁹: blaſpbemia: ſupbia: ſtulticia. Hæc ſunt quæ coinquinãt
boies. Ois ergo ſollicitudo tua omni intētione debet eſſe in cuſtodia. Ibi te maxime
oportet obſeruare pcm̄: ubi naſci ſolet: ſtatimq; ad primā tēptatiōis repugnare faciē:
& malū anteq̄ creſcat extinguere. Nec em̄ expectādum ē augmētū ei⁹ rei: quæ timeri
debet a paruo: & quæ tāto facili⁹ uinciē: quāto ei citi⁹ repugnaē. Ideo clamat ſcriptu/ Prouer. 4.
ra diuina: Omi cuſtodia ſerua cor tuū. Ex ipſo em̄ exit⁹ uitæ. Diſtinguendū ē aūt inē Ca. 27.
iſtas cogitatiōes qb⁹ uoluntas fauet: q̄s cū dilectione amplectiē: & inē eas cogitatiōes
quæ tenuis umbræ modo præteruolare mentē ſolēt: ſeſeq; tātūmodo: uel tranſeundo
mōſtrare: q̄s græci typos uocāt: uel certe inē illas quæ repugnāti ac inuito aío ſugge/
runē: qb⁹ mens cū horrore quodā renitiē ac reſiſtit: qbus ut cōtriſtaē admiſſis: ita gau/
det expulſis. In qbus qdem quæ ſe leuiter mēti oſtēdunt: & quaſi fugiēdo demōſtrāt
ſe: nec peccatū oino nec pugna eſt. In bis aūt cū quib⁹ aliquādiu aía luctaē quibus reſi/
ſtit uolūtas: æq̄le certamē ē. Aut em̄ cōſentim⁹ & uincimur: aut reſpuim⁹ & uincimus:
& acquirim⁹ de pugnatiōe uictoriā. In illa ergo tātūmodo cogitatione pcm̄ eſt quæ
ſuggeſtioni cōſenſū mētis dedit: quæ malū ſuū blāde fouet: quæ in factū geſtit irrūpe.
Hmōi cogitatio etiā ſi ex aliquo impedita caſu nō impleat uolūtatē: nibilomin⁹ acti/
one crimis cōdēnaē a dño: ut illud i euāgelio legim⁹: Qui uiderit inquit mulierē ad Matth. 5.
concupiſcendū eā: iam mœchat⁹ eſt eā in corde ſuo apud deū: cui nota ſunt oia etiam
anteq̄ fiāt: uolūtas ꝓfecta faciēdi reputaē ꝓ ope facti. Qua de re debes (ſæpe em̄ repe
to: qđ fieri ſemp uolo) ſāctas ſcripturas ſine itermiſſiōe meditari: biſq; tuā replere mē/
tem: & malis cogitationibus locū auferens: diuinis animū ſenſibus occupare: quātūq;
deū diligas: ex dilectione legis eius oſtēdere. Vñ ſcriptura dicit: Qui timent dñm in/ Eccl. 2.
quirēt qđ beneplacitū eſt illi: & qui diligūt eū: replebunē lege eius. Tūc ſenties quātū
ad eius amorē adiuuet te ſapientia: quantū ſit in te diuinæ legis auxilium: & dño cum
A Dauid læta cātabis: In corde meo abſcōdi eloquía tua: ut nō peccem tibi. Excitādus Ps. 118.
eſt em̄ ſpiritalib⁹ ſtimulis ſemp anim⁹ & maiori quotidie ardore renouād⁹: oratiōis in/ Ca. 28.
ſtātia: illuminatio lectionis: ſollicitudo uigiliaꝝ: & diurna: & nocturna eius incitamēta
ſūt. Nibil em̄ in boc ꝓpoſito ocio deteri⁹ eſt: qđ nō ſolūmodo nō acquirit noua: ſed
etiā parata cōſumit. Sanctæ uitæ ratio ꝓceſſu gaudet & creſcit: ceſſatione torpeſcit &
deficit. Quotidianis & recētibus incremētis mens inſtaurāda eſt: & uiuēdi nobis boc

nō de trāsacto: sed de reliquo metiēdū. Q̄diu sum⁹ i boc corpe: nūq̄ nos ad pfectū ue-
nisse credam⁹: sic em̄ meli⁹ puenit̄. Tādiu nō relabimur retro: q̄diu ad priora cōtendi-
mus. At ubi cœpim⁹ stare: desc̄dim⁹ nr̄mq; nō ꝓgredi: iā reuerti est. Cesset ois igna-
uia: & inutilis de præterito labore securitas. Si uolum⁹ nō redire currendū est. Beat⁹
apl's de die in diē uiuēs deo: ne qd ante fecisset: sed qd facere deberet: semp attēdēs di
Phil.3. cebat: Fratres ego me nō arbitror cōpbēdisse aliqd. Vnū aūt: quæ qdē sunt retro obli
uiscēs: ad ea uero quæ sūt priora: me extēdēs ad destinatū psequor brauiū supnæ uo-
catiōis dei. Si beat⁹ Paul⁹ ille uas electiōis: q ita xp̄m indut⁹ erat ut diceret: Viuo aūt
Gal.2. iā nō ego: uiuit uero i me christ⁹: adhuc tn̄ se extēdit: crescit & ꝓficit: qd nos facere de
bem⁹: quib⁹ optādū ē: ut in fine nr̄o Pauli principio cōpemur? Ergo tu būc imitare q
1.Cor.4. dixit: Imitatores mei estote sicut & ego chr̄i. Obliuiscere om̄e præteritū: & quotidie
inchoare te puta: ne ꝓ præsenti die quo debes seruire deo: præteritū imputes. Opti-
me quæsita custodies si semp inquiras: dānū parata sentiēt: si parare cessaueris. Dicas
forsitan: grādis labor ē: sed respice qd ꝓmissū ē. Om̄e op⁹ leue fieri solet: cū ei⁹ p̄cium
cogitat̄: & spes præmij solatiū ē laboris. Sic dur⁹ agricola inaratū diu cāpū: & pingui-
ores ocio glebas: utolēto uomere scidisse se gaudet: & mirū imodū ipsa opis difficulta-
te læt⁹: spem segetis de labore metit̄. Sic negociator auid⁹ maria cōtemnit: spectare
ausus fluctuū spumas: rabiēq; uentor̄: dumq; i oi labore ac piculo lucr̄ cogitat: & lassi
tudinē simul obliuiscit̄ & timorē. Cōsidera quæso magnitudinē præmij tui: si tn̄ cōsi-
derari pōt: qcquid imēsū ē: post abscessū aiæ: post carnis iteritū: post fauillas & cinerē:
in meliorē statū uirgo reparāda es: mādatū ræ corp⁹ i cælū eleuādū ē. Post hæc an-
gelor̄ es donāda cōsortio: regnū acceptura cælor̄: & i ppetuū regnatura cū christo:
Psā.115. Quid ergo retribues dño: ꝓ oīb⁹ quæ retribuit tibi? Quid tāto remuneratore dignū
Ro.8. facies? Aut quē laborē dur̄ putabis cui⁹ tāta sūt præmia? Vn̄ beat⁹ apl's: Nullæ inquit
sūt cōdignæ passiōes hui⁹ tp̄is ad futurā gl'iam quæ reuelabit̄ i nobis. Quid em̄ dignū
uel facere uel pati possum⁹: in breui hoc tpe uitæ nr̄æ: cū id imortalitate sit recōpēsan-
Ca.29 dū? Propter qd idē apl's ait: Id em̄ qd in præsenti sæculo ē momētaneū ac leue tribu- B
2.Cor.4. lationis nr̄æ: suprā modū i sublimitate æternū gl'iæ pōdus opat̄ in nobis. Respuātur
bonores: despiciāt̄ diuitiæ. Ipsa quoq; uita nr̄a martyrij amore contēnatur. Et hæc oia
etiā si ꝓ æternitatis præmio nō darēt̄: essent tn̄ qnq; peritura. Amittūt etiā boc illi qui
semp cupiūt possidere. Q̄ multos memoria nostra retinet i maximis bonorib⁹ ac diui-
tijs cōstitutos: repēte de sūmo illo potentiæ fastigio cōcidisse: & eos qui tumore elati:
aliud qddā q̄ homies eē se putabāt: exitu tādē suo docuisse nos qd fuerint? Quid em̄
in boc mūdo stabile? Quid uero firmū ē? Quid porro nō breue & incertū & casui nō
seruiēs? Quale istud bonū ē: qd semp timeas amittere: qd uel auferendū abs te metu-
as: uel a te relinquēdum scias? Nā & si nullo eripiat̄ casu: uel morte certe pdēdū est. Et
si uita nostra tēdat̄ ꝓ mille annos: & ad extremū illū toti⁹ diē ætatis quotidiana deliti-
arū uoluptate ueniam⁹: quale boc quæso diu ē qd fine deletur? Aut quis illius uolupta
tis fruct⁹ ē: qui statim ut cessauerit uidebit̄ tibi nō fuisse? Age iā transactum uitæ tuæ
tp̄s: aio reuolue. Nōne uidebit̄ tibi umbra quædā fuisse: qd trāsijt: & instar somnij te-
nuis incertū eē om̄e qd uidet̄? Hoc idē & decrepit⁹ senex sentire pōt. Cui cōuenit di
Ca.30 cere cū ꝓpbeta: Dies mei sicut umbra declinauerūt: & ego sicut fœnum arui. Qd si C
bæc etiā hic possum⁹ dicere: ubi q̄is breuis: tn̄ quia præsens ē uita ista magnipēditur
qd i futuro dicturi sum⁹ ubi maiori ætatis sciētia: trāsactū om̄e ꝓ nibilo est? Hæc tu te-
cū diligēter reuoluēs: & breuitatē uitæ hui⁹ æternitatis cōtēplatione despiciēs: ipsum
quoq; cōtēptū mundi maiori cū uirtute cōtēne: & ad illum tm̄ diē para te: in quo mū-
di gl'ia finienda ē. Illū inquā diē: quē saluator diluuio cōparauit: qui multos fallaci secu-
1.Thessal.5. ritate deceptos: furtiuo ut ait apl's: cōp̄hendet aduētu. Quē beat⁹ quoq; Petr⁹ descri-
2.Petri.3. bens ait: Aduenict aūt dies dn̄i sicut fur: in q̄ cæli magno impetu trāsibūt: elemēta ue-
ro a calore resoluētur. Cū hæc oia dissoluēda sint: q̄les oportet nos esse in sanctis con
uersationib⁹ & pietatib⁹ expectātes & ꝓperātes in aduētu dn̄i dei: in quo cæli arden-
tes soluēt̄: & elemēta ignis ardore tabescent? Recēs factū ē: & qd ipsa audisti: cū ad

strídulæ buccinæ sonũ gothoꝝq; clamorẽ lugubri oppressa metu dña orbis roma cõ/
tremuit. Vbi tũc nobilitatis ordo? ubi certi & distincti ulli⁹ dignitatis gradus? Per/
mixta oia & timore cõfusa: oi domui plãct⁹: & æq̃lis fuit p cũctos pauor. Vnũ erat seru⁹
& nobilis: eadẽ oib⁹ imago mortis. Nisi quia magis eã timebãt illi quib⁹ fuerat uita io/
cũdior. Si ita mortales timem⁹ hostes & humanã manũ: quid faciem⁹ cũ clãgore ter/
ribili tuba intonare de cælo cœpit? Et ad illã archangeli uocẽ oi buccina clariorẽ: tot⁹
simul remugiet mũd⁹: cũ uiderim⁹ sup nos nõ manufacta arma cõcuti: sed & uirtutes
cæloꝝ cõmoueri: sicut ꝓphęta dicit: cũ uenerit dñs ponere orbẽ terræ desertũ & pec/
catores pdere ex eo: qs tũc nobis pauor: quæ caligo: quæ tenebræ cũ nos sæpi⁹ ac to/
ties admonitos: & tñ imparatos dies reppererit? Tũc inquit: plãgẽt se sup se oẽs trib⁹ Matth. 24.
terræ: & uidebũt filiũ hois uenientẽ i nubib⁹ cæli cũ uirtute multa & maiestate. Tũc dicẽt Luc. 23.
mõtib⁹: Cadite sup nos: & collib⁹ opite nos: & petris apite uos nobis. Veꝝ hæc eoꝝ
sint: q uarijs hui⁹ mũdi detẽti curis: de mũdi nõ cogitãt fine. Tu uero cui aduent⁹ xpi
dieꝝ noctiũq; meditatio ẽ: cui ꝑ cõsciẽtiæ puritate dñi ẽ optãda præsentia: quæ cõsũ/
mationẽ sæculi q̃si certũ præmiũ tui tps expectat: exultationẽ de cælo capies: nõ timo/
rem. Tũc em̃ tu sanctoꝝ mixta choris: & sãctis comitata uirginib⁹: in spõsi obuiã sũb/
uolabis & dices: Inueni quẽ quæsiuit aia mea. Nec ulli⁹ iã tpis sepationẽ timebis: quæ
semel imortalitatis glia: & icorruptiõis splẽdore donãda es: & cũ xpo semp futura es.
Apl'o dicẽte: Qm̃ ipse dñs i iussu: & i uoce archangeli: & i tuba dei descẽdet de cælo: 1. Thessal. 4.
& mortui q i christo sũt resurgẽt primi. Deinde nos q uiuim⁹: q relinqmur: simul rapie/
mur cũ illis i nubib⁹ obuiã dño i aera: & ita semp cũ christo erim⁹. Hæc sit igitur cura
tua semp: hoc studiũ: hæc iugis uirginis corde uoluãtur. In his toti⁹ diei uersẽt labor.
In his noctis somnus reponatur. In hoc aia rursus euigilet. Etenim nullus labor durus:
nullum tps lõgum uideri debet: quo gloria æternitatis acquiritur.

¶ Sancti Augustini & Alipij ad Iulianam Demetriadis uirginis matrem: quãtum illi
debeãt religionis affectum: & quãtum eis apud deum & inter homies sit cura de ipsa:
quãtusq; fruct⁹ ex eorũ ministerio exort⁹ sit exponentiũ: Ac sollicite admonẽtiũ ut cõ
traria grãe dei dogmata deuitet & caueat: Et ob id errorẽ illoꝝ notãtiũ atq; carpẽtium
qui putãt ex nobilipsis nos habere si qd uirtutis in nobis est. Quædam quoq; ipsius li/
bri uerba qui ad Demetriadẽ script⁹: & sub titulo epl'æ præmissus est: cõmemorãtiũ:
sanctaꝝq; scripturarum testimonijs arguẽtium & cõdẽnantium. Epl'a. CXLIII.

DOminæ debitis in christo officijs honorãdæ & merito illustri filiæ Iulianæ: Ali/
pius & Augustinus in domino salutem. Grate admodum nobis iocundeq;
accidit: ut simul nos constitutos apud hipponem tuæ reuerẽtiæ litteræ repe/
rirent: quibus hæc rescripta pariter redderemus: cognita uĩa incolumitate gaudẽtes:
uicissimq; nostram quã uobis charã esse confidimus mutua dilectione nunciãtes: do/
mina debitis in christo officijs honoranda & merito illustris filia. Scire autẽ uos op/
time scimus: quãtum uobis debeamus religionis affectum: quãtaq; nobis & apud de/
um & inter homies sit cura de uobis. Licet enim uos per litteras primum: deinde etiã
præsentia corporali pia & catholica: hoc ẽ uera membra christi exiguitas nostra cog/
nouerit: tamẽ etiam per ministerium nostrum: cum accepissetis uerbum auditus dei: 1. Thessal. 2.
sicut dicit apostolus: accepistis non ut uerbum hominum: sed sicut est uere uerbum
dei. Cuius ministerij nostri adiuuãte gratia & misericordia saluatoris in domo uestra
tantus fructus exortus est: ut humanis nuptijs iam paratis: sancta Demetrias spiritalẽ
sponsi illius præferret amplexum: Cui speciosо præ filijs hominũ ad habendam spiri/
tus uberiorem fœcunditatem: nec amittendam carnis integritatem uirgines nubũt.
Ne scirem⁹ autem quẽadmodum nostra illa tunc exhortatio & fideli & nobili uirgini
fuisset accepta: nisi nobis ꝑfectis: cum post paululũ ꝑfessa fuisset sanctimoniam uirgi/
nalẽ: hoc ingens dei donũ qd̃ p seruos quidẽ suos plãtat & rigat: sed p seipsũ dat incre/
mẽtũ nobis operarijs ꝓuenisse uestraꝝ litteraꝝ: lætissimo nũcio & ueraci testimonio
E discerem⁹. Quæ cum ita sint: nemo nos improbos dixerit: si in uobis admonẽdis ut cõ
traria gratiæ dei dogmata deuitetis: necessitudine sumus ꝑpẽsiore solliciti. Nã licet

nos apl's nō ſolum oportune: uerūetiā importune prædicādo uerbo inſtare præcipi/
at:nō tñ in eoꝝ boīum numero uos babem⁹ quib⁹ ſermo uel pagina nr̄a importuna
uideatur:qñ id qđ ad ſanam doctrinā non ptinet:uos ut uigilāter euitetis alloquimur.
Hinc ergo ē ꝙ admonitionē nr̄am tā grato aio ſuſcepiſtis:ut in epl'a tua ad quā nunc
reſcribim⁹ diceres: Sane ꝙ me bortaṫ reuerentia ueſtra: ne aures indulgeā bis boib⁹
qui prauis tractatib⁹ uenerādā fidē ſæpe corrūpunt:gratias uberes ago tam pie admo
nitioni. Qđ itaq; adiūgis & dicis: Sed nouerit ſacerdotiū ueſtrū lōge me ac domūcu/
lam meā ab hmōi pſonis eſſe diſcretā:omiſcq; familia nr̄a adeo catholicā ſequitur fidē:
ut in nullā hæreſim aliqñ deuiauerit:nec unq̄ lapſa ſit:nō dico in eas ſectas quæ uix ex/
piāṫ:ſed nec i eas quæ paruos hr̄e uideṫ errores. Hoc ē qđ nos magis magiſq; cōpel/
lit nō tacere apūd uos de bis quæ etiā illa quæ ſana ſunt uitiare conanṫ. Domū em̄ ue/
ſtram nō parūā chriſti eccleſiā deputamus. Nec ſane paruus ē error illoꝝ: qui putāt
ex nobiſipſis nos habere:ſi quid iuſticiæ:cōtinentiæ:pietatis:caſtitatis i nobis ē: eo ꝙ
ita nos cōdiderit deus: ut ultra præter qđ nobis reuelet ſcientiā:nibil nos adiuuet:ut
ea quæ facienda diſcendo nouim⁹:etiā diligendo faciamus: naturā ſcilicet atq; doctri/
nam definiētes tantūmodo eſſe gratiā dei & adiutoriū: ut recte iuſtæq; uiuamus. Ad
babēdā uero bonā uoluntatē ubi eſt bocipſū qđ iuſte uiuimus: & ipſa charitas quæ in
oībus dei donis ita excellit:ut etiā deus dicta ſit: q̄ una adimpletur in nobis ſi qd diui/
næ legis & admonitiōis implemus:nolūt nos diuinitus adiuuari: ſed noſipſos dicūt ar
bitrio ꝓprio nobis ad iſta ſufficere. Nō uobis uideaṫ error iſte mediocris ꝓfiteri uel/
Ro.5. le chriſtianos:nec uelle audire apl'm chriſti:q cū dixiſſet: Charitas dei diffuſa eſt i cor/
dib⁹ nr̄is:ne quiſq̄ babere eā nō niſi p ꝓpriū putaret arbitriū:cōtinuo ſubiūxit: Per ſpi/
ritūſanctū qui dat⁹ eſt nobis. Hanc eſſe magnā gratiā ſaluatoris qui aſcēdit in altum:ca
Ps.67 ptiuauit captiuitatē & dedit dona boib⁹:quiſqs nōdum confitetur:quantū & q̄ exitia/
biliter erret intelligis. Quō ergo a uobis quib⁹ tantā dilectionē debemus admonen F
dis ut talia caueatis diſſimulare poſſem⁹:cū legiſſemus librū:quē ad ſanctā Demetria/
dem quiſnā ſcripſerit:uel utrū ad uos puenerit:ueſtris potius ſcriptis noſſe uolum⁹. In
quo libro: ſi fas ē:legat uirgo chriſti unde credat uirginalē ſuam ſanctitatē: oēſq; ſpiri/
tales diuitias non niſi ex ſeipſa ſibi eſſe:atq; ipſa prius q̄ ſit pleniſſime beata: diſcat deo
eſſe:qđ abſit:ingrata. Verba em̄ ad illam ſcripta in eodē libro ſūt iſta: Habes ergo &
bic inquit p quæ merito præponaris alijs: imo binc magis. Nam corpalis nobilitas atq;
opulentia:tuoꝝ intelliguntur eſſe nō tua: Spiritales uero diuitias nullus tibi præter te
cōferre poterit. In bis ergo iure laudanda:i bis merito cæteris præferēda es:quæ niſi
ex te & in te eſſe nō poſſunt. Cernis nempe quāta in bis uerbis ſit cauēda pernicies.
Nā utiq; qđ dictū eſt: Non poſſunt eſſe iſta bona niſi in te:optime & ueriſſime dictū ē:
Iſte plane cibus eſt. Qđ uero ait: Nō niſi ex te: boc omnino uirus eſt. Abſit ut bæc li/
benter audiat uirgo chriſti: quæ pie intelligit propriam pauptatem cordis humani: &
2.Cor.11. ideo illic niſi ſpōſi ſui donis neſcit ornari. Audiat ergo potius apoſtolum dicentē: De/
ſponſaui uos uni uiro: uirginem caſtā exhibere chriſto. Timeo aūt ne ſicut ſerpēs Euā
ſeduxit in uerſutia ſua:ſic & ueſtræ mētes corrumpanṫ a caſtitate quæ eſt in chriſto.
Et ꝓpterea de bis quoq; ſpiritalibus diuitijs: nō iſtum qui dicit: Null⁹ tibi eas præter
2.Cor.4. te cōferre poteſt:& niſi ex te & in te eſſe nō poſſunt: ſed illum audiat qui dicit: Habe/
mus tbeſauꝝ iſtum in uaſis fictilibus: ut eminētia uirtutis ſit dei & non ex nobis. De G
ipſa quoq; ſacra cōtinentia uirginali: ꝙ non ſibi ſit ex ſeipſa: ſed ſit dei donum: q̄is cre
denti uolentiq; collatum: eundem audiat ueracem piumq; doctorē: qui cum binc age/
1.Cor.7 ret ait: Vellē omnes eſſe ſicut meipſum: Sed unuſquiſq; ꝓpriū donū habet a deo: ali⁹
ſic: alius autem ſic. Audiat etiam ipſum: non tm̄ ſuum: ſed uniuerſæ eccleſiæ unicum
Matth.19 ſpōſū de tali caſtitate atq; integritate dicentē: Nō omnes capiunt uerbū boc: ſed qui/
bus datū eſt: ut intelligat ex eo ꝙ habet tam magnū bonū atq; præclaꝝ: ſe poti⁹ deo
& domino noſtro gratias agere debere: q̄ cuiuſq̄ uerba ꝙ uelut ex ſe ipſa id habeat: ut
nō dicam⁹ aſſentātis adulatoris: ne de occultis bominum temere iudicare uideamur:
Jacobi.1. certe errantis laudatoris audire. Omne quippe datum optimum & oīe donū pfectū:

sicut dicit etiam apl's Iacobus: desursum est descēdēs a patre luminum. Hinc ergo & sancta uirginitas q̄ te filia uolentē gaudētēq; uicit: natu posterior: actu prior: genere ex te: bonore ante te: ætate subsequēs: sanctitate præcedēs: In q̄ etiā tuū esse cœpit qđ in te esse nō potuit. Illa qppe carnaliter nō nupsit: ut nō tm̄ sibi: sed etiā tibi ultra te spiritaliē augereť: qm̄ & tu ea cōpēsatione minor illa es: q̄ ita nupsisti ut nascereť. Hæc dei dona sunt: & uestra qdem sunt: sed nō ex uobis. Habetis em̄ thesauꝝ istum i terrenis 2. Cor. 4. corporib⁹: & adhuc fragilib⁹ tanq̄ in uasis fictilibus: ut eminētia uirtutis sit dei & nō ex uobis. Nec miremini: qa dicimus & ūra esse: & ex uobis nō esse. Nā & panē quotidi- Luc. 11. anū dicim⁹ nr̄m: sed tm̄ addim⁹: da nobis: ne puteť eē ex nobis. Proinde sicut scriptū est: Sine intermissione orate: in oīb⁹ gr̄as agite. Oratis em̄ ut pseuerāter & ꝓficienter 1. Thessal. 5. habeatis: gr̄as agitis: qa nō ex uobis habetis. Quis em̄ uos ab illa ex Adā massa mortis ꝓditionisq; discernit? Nōne ille q uenit quærere & saluare qđ perierat? An uero q̄n Luc. 19. apl'o dicente audierit homo: Quis em̄ te discernit: respōsurus est: Bona uolūtas mea: 1. Cor. 4. fides mea: iusticia mea: & nō continuo qđ sequiť auditur⁹: Quid em̄ habes qđ non accepisti? Si aūt & accepisti: quid gloriaris quasi nō acceperis? Nolumus ergo ut uirgo sacra: cum audit uel legit: Spiritales diuitias null⁹ tibi præter te cōferre poterit: In bis iure laudanda: in bis merito cæteris præferrēda es: quæ nisi ex te & in te esse non possūt. Nolum⁹ ꝓrsus ita gliereť q̄si non acceperit. Dicat qdē: In me sunt de⁹ uota tua quæ Ps. 55. reddam laudes tibi. Sed qa in illa nō etiā ex illa meminerit etiā dicere: Dñe in uolūtate tua præstitisti decori meo uirtutē: qa & si etiā ex illa ꝓpť arbitriū ꝓpriū: sine quo nō Hopamur bonum: non tm̄ sicut iste dixit: non nisi ex illa. Propriū quippe arbitriū nisi dei gratia iuueť: nec ipsa bona uoluntas esse in boie pōt. Deus est em̄ inquit apl's q opatur Phil. 2. in nobis & uelle & opari ꝓ bona uolūtate: Nō sicut isti sentiunt tātūmodo sciētiā reuelando ut nouerimus qd facere debeam⁹: sed etiā inspirādo charitatē: ut ea quæ discēdo nouim⁹ etiā diligēdo faciamus. Nā utiq; nouerat ille q̄ magnū bonum esset continentia qui dicebat: Et cum scirem quia nemo pōt esse cōtinens nisi deus det. Non solū Sap. 8. ergo sciebat quantū esset boc bonum: & q̄ desiderabiliter esset cōcupiscēdū: uerūetiā q̄ nisi dāte deo eē nō posset: Docuerat em̄ eum sapiētia. Nam boc dicit: Et bocipsum erat sapiētiæ: scire cui⁹ esset boc donum. Nec tm̄ ei scientia suffecit: sed ait: Adij dñm & deprecatus sum illum. Nō igiť tātūmodo in boc nos adiuuat deus ut sciam⁹ quid agēdum sit: uerūetiā ut amando agam⁹ qđ discendo iā scimus. Nemo itaq; pōt esse nō solum sciens: uerūetiā cōtinēs: nisi deus det. Vm̄ cū iam ille haberet sciētiā: ꝓcabať ut haberet & cōtinētiā: ut esset & in illo qđ sciebat quia nō esset ex illo: aut si ꝓpter arbitriū ꝓpriū aliquātū & ex illo: nō tm̄ nisi ex illo: qa nemo pōt esse cōtinēs nisi de⁹ det. Iste aūt de spiritalib⁹ diuitijs i qb⁹ ē utiq; etiā ipsa lumiosa & speciosa cōtinētia: ñ ait: In te & ex te eē possūt: sed ait: nisi ex te & i te eē possūt: ut quēadmodū ñ ei sūt alibi nisi i illa: sic ei nō aliūde nisi ex illa eē posse credāť: & ob boc q̄ miserator dñs a corde ei⁹ auertat: sic gliereť q̄si nō accepit. Et nos qdē de sāctæ uirginis disciplina & humilitate christiana: in qua nutrita & educata ē: boc existimam⁹: q̄ illa uerba cum legeret: si tm̄ legit: ingemuit & pectus humiliter tutudit: ac fortassis & fleuit: dñmq; cui dicata & a quo sanctificata est fidenter orauit: Vt quomodo illa nō sunt uerba illius sed alterius: ita non sit talis & fides eius qua se aliquid habere credat: de quo in se non in dño glorietur. Nam gloria quidē eius in ipsa est: nō in uerbis alienis: sicut apostolus dicit: Opus autē suum ꝓbet Gal. 6. unusquisq; & tunc in semetipso gliam babebit: & non in altero. Sed absit ut gloria sua ipsa sit: & non ille cui dicitur: Gloria mea: & exaltans caput meum. Ita quippe est in ea salubriter gloria eius: cum deus qui in illa ē: ipse est gloria eius a quo babet omnia bona quibus est bona: & babebit oia qb⁹ melior erit: inquātū in bac uita melior esse poterit: & quibus pfecta erit quando fuerit diuina gr̄a non humana laude pfecta. In domio em̄ laudabiť aia eius: qui satiauit i bonis desiderium eius: quia & boc desiderium ipse inspirauit: ne uirgo eius sic in aliquo bono glorieť quasi nō accepit. De boc ergo eius affectu utrū nā fallamur inde nos facpoti⁹ rescribēdo certiores. Nā illud optime nouim⁹ cū oīb⁹ ūris cultores uos eē & fuisse indiuiduæ trinitatis: Sed nō binc solū error

humanus obrepit ut aliquid secus sentiatur de indiuidua trinitate. Sunt em̃ & alia in qbus pniciosissime errat: sicuti hoc ē: unde diutius fortasse q̃ satis esset uestræ fideli castæq; prudētiæ in hac epla locuti sum⁹: q̃q̃ q bonū qd ex deo est negat esse ex deo: nescim⁹ cui faciat iniuriā nisi deo: ac p hoc illi utiq; trinitati: qd malum absit a uobis: sicut abesse credim⁹. Absit oīno ut tale aliquid in animo nō dicim⁹ tuo: uel sacræ uirginis filiæ tuæ: sed ī cuiusq; extremi meriti famuli uel famulæ uestræ liber iste fecerit: ex quo nōnulla uerba quæ facili⁹ intelligi possent ponēda credidim⁹. Si aūt diligenti⁹ intēdatis: etiā illa quæ ibi uident uelut p gra siue adiutorio dei dicere: sic inuenietis ambigua: ut possint referri uel ad naturā uel ad doctrinā uel ad remissionē peccatoꝝ. Nam & p cogunt confiteri orare nos debere ne intremus in tēptationē: possūt ad hoc referre: ut hac ten⁹ nos ad id respondeant adiuuari: quat en⁹ orantib⁹ atq; pulsantibus nobis aperiat intelligētia ueritatis: ubi discam⁹ qd facere debeam⁹: nō ut uires accipiat uolūtas nra quib⁹ id qd scim⁹ faciam⁹. Et qd nobis in gratia uel adiutorio dei dicunt: dñm christū bene uiuendi ꝓpositū exemplū: ad eādē doctrinā reuocant: qa scilicet in eius exemplo discimus quēadmodū uiuere debeam⁹. Non aūt uolunt ad hoc nos iuuari: ut qd discendo cognoscimus: etiā diligēdo faciam⁹. Aut certe in eodē libro inuenite aliqd si potestis ubi excepta natura: excepto qd ad eandē naturā ptinet arbitrio uolūtatis: excepta remissione peccatoꝝ & reuelatione doctrinæ: tale dei adiutoriū cōfite-
Sap. 8. tur: quale confitet ille qui dixit: Cum scirē quia nemo pōt esse continēs nisi deus det: & hoc ipsum erat sapiētiæ: scire cuius eēt hoc donū: adij dñm & deprecat⁹ sum illum. Neq; em̃ iste aut naturā p̃cando uolebat accipe in qua cōditus erat: aut de naturali uoluntatis arbitrio satagebat cū quo cōditus erat: aut remissionē peccatoꝝ desiderabat: quinpotius cōtinentiā ne peccaret optabat: uel quid faciēdū esset scire cupiebat: cum iam se scire fateret cui⁹ esset hoc donū. Sed utiq; tātas uolūtatis uires: tantum dilectionis ardorē uolebat accipe spiritu sapientiæ: qui sufficeret ad implendā magnitudinē cōtinentiæ. Si ergo tale aliquid illic inuenire potueritis: uberrimas gras agim⁹ si rescribēdo insinuare dignemini. Satis em̃ dici non pōt quantū cupiam⁹ in eoꝝ bonum scriptis: qui ꝓpter acrimoniā atq; facundiā legunt a plurimis apertā confessionē ill⁹ gratiæ
Heb. 11. repiri: quā uehemēter cōmēdat apls: qui etiā ipsius mensurā fidei: sine qua impossibi-
Habacuc. 2. le ē deo placere: ex qua iust⁹ uiuit: quæ p dilectionē opatur: anteq; & sine qua omnino
Hat. 5. nulla cuiusq; bona opa existimanda sunt: Qm̃ omne qd nō est ex fide peccatū est: deū
Ro. 14 dicit unicuiq; partitū: Nec sola reuelatione sciētiæ nos diuinitus adiuuari: ut pie iuste q; uiuam⁹: quæ sine charitate inflat: uerūetiā inspiratione charitatis ipsius: quæ plenitudo legis ē: & quæ cor nostrū ut sciētia nō inflet ædificat. Sed adhuc nusq; tale aliqd in eoꝝ lris potuim⁹ inuenire. Maxie aūt hoc in isto libro eē uellem⁹: ex quo descripta illa uerba posuimus: ubi uirginē christi ita laudās tanq; spiritales diuitias: nullus ei præter ipsam conferre possit: & tanq; nisi ex ipsa esse non possint: nō uult eam in dño gloriari: sed sic gloriari quasi non accepit. In quo libro q̃is nec ipsius nec tuæ reuerētiæ nomē exp̃serit: tn̄ a matre uirginis ut ad eā scriberet: a se postulatū esse cōmemorat.

In quadā uero epla sua idem Pelagius: ubi & nomē suum aptissime ponit: nec nomē sacræ uirginis tacet: dicit ad eam se scripsisse: & eiusdē sui operis testimonio ꝓbare nititur se gratiam dei quā ul'tacere uel negare asseritur: aptissime confiteri. Sed utrum ipse sit liber: in quo de spiritalibus diuitijs illa uerba posuit: ul'utrū ad uestram puenerit sanctitatem: rescriptis uestris petimus nos dignemini facere certiores.

Sancti Augustini ad Anastasiū: de piculoso mūdi blandimento: & de effectu & operatione legis ptractantis. Epla. CXLIIII.

Domino fratri sancto & desiderabili Anastasio: Augustinus in domio salutem. K Salutandi sinceritatem tuā fidissima occurrit occasio: honorabilium seruorum dei: fratrꝝ nostrorū Lupicini & Cōcordialis: p quos etiā si non scribere: posset charitas tua oīa quæ apud nos agunt addiscere. Scio em̃ quātū nos in christo diligas: quia & tu scis quātū in illo uicissim diligaris a nobis: Et ideo non dubitaui te contristari potuisse: si eos uidisses sine lris meis: quos a nobis ꝓfectos & tanta nobis familiaritate

cõiunctos ignorare nõ possis: Simul etiã quia rescriptorum debitor fui. Nam ex quo sumpsi epl'am tuam: nisi nunc primũ rescripsisse me nescio. Tãtis em̃ curis obstricti & distenti sum⁹: ut etiã hoc nesciã. Vobis autẽ qmẽadmodũ sit & utrũ uobis aliquam requiem (quantũ in hac terra põt) dñs præstiterit: ualde nosse cupimus: qm̃ si glorificat unũ membrũ cõgaudẽt oĩa membra: atq; ita plærũq; cõtingit: ut dũ aliquos fratres nostros in quãtula cũq; requie cõstitutos in medijs nr̃is anxietatib⁹ cogitam⁹: non parua exp te recreamur tanq̃ & nos in ipsis quietius tranquilliusq; uiuam⁹: q̃is etiã cũ molestiæ in huius uitæ fragilitate crebrescũt: æternã requiem nos desiderare cõpellunt. 1.Cor.12.

Mũdus qppe iste piculosior ẽ blandus q̃ molest⁹: & magis cauend⁹ cũ se illicit diligi: q̃ cũ admonet cogitq; contemni. Nam cũ oĩa quæ in illo sunt: concupiscẽtia sint carnis & cõcupiscẽtia oculor̃ & ambitio sæculi: sæpe etiã his q talib⁹ spiritalia: iuuisibilia: æterna præponũt: inserit se terrenæ suauitatis affectus & delectationib⁹ suis nostra comitatur officia. Quãto em̃ sunt charitati futura meliora: tanto sunt infirmitati uiolentiora præsentia. Et utinã hi qui ea uidere & gemere nouerũt: uincere & euadere mereãtur. Qd̃ sine dei gratia nullo modo uoluntas implet humana: qa nec libera dicẽda est q̃diu ẽ uincentib⁹ & uincẽdis cupiditatib⁹ subdita. A quo em̃ qs deuict⁹ ẽ huic & seru⁹ addict⁹ ẽ. Etsi uos fili⁹ liberauerit: ait ipse dei fili⁹: tũc uere liberi eritis. Lex itaq; docendo & iubendo qd̃ sine gratia impleri non potest: homini demõstrat suam infirmitatẽ ut quærat demonstrata infirmitas saluatorem: a quo sanata uolũtas possit qd̃ infirmanõ posset. Lex igit̃ adducit ad fidem: fides impetrat spiritũ largiorem: diffundit spũs charitatem: implet charitas legẽ. Ideo lex pædagogus uocatur: sub cuius minacissima sæueritate qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderũt. Proinde ne littera sine spiritu occidat: spũs uiuificans credẽtibus & inuocantib⁹ datur: charitas uero dei diffunditur in cordib⁹ nostris p spiritum sanctũ q datus ẽ nobis: ut fiat qd̃ idẽ apl's dicit: Plenitudo legis charitas. Ita bona ẽ lex illi qui ea legitime utitur. Vtitur autem legitime qui intelligens quare sit data: per eius comminationem confugit ad gratiam liberãtem. Huic gratiæ qua iustificatur impius quisquis ingratus uelut ad legem implendam de suis uiribus fidit: Ignorãs dei iusticiã & suam uolens cõstituere: iusticiæ dei nõ est subiectus: Ac per hoc fit ei lex non absolutionis adiutoriũ: sed uinculum criminis. Nõ quia lex malum est: sed quia peccatum sicut scriptũ est p bonum talibus opatur mortẽ. Per mãdatũ em̃ grauius delinquit: qui per mãdatũ scit q̃ malũ sit qd̃ admittit. Inaniter autem putat uictorem se esse peccati: qui pœnæ timore nõ peccat: quia & si non impletur foris negocium male cupiditatis: ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis corã deo innocens inueniẽt qui uult fieri qd̃ uetatur: si subtrahas qd̃ timetur? Ac per hoc in ipsa uolũtate reus est qui uult facere qd̃ non licet fieri: sed ideo non facit quia impune non potest fieri. Nam quantũ in ipso est mallet non esse iusticiam peccata ꝓhibentem atq; punientẽ. Et utiq; si mallet non esse iusticiã: quis dubitauerit qd̃ eam si posset auferret? Ac per hoc quomodo iustus est iusticiæ talis inimicus: ut eam si potestas detur præcipientẽ auferat ne cõminantem uel iudicantem ferat? Inimicus ergo iusticiæ est qui pœnæ timore nõ peccat: amicus aũt erit si ei⁹ amore nõ peccet. Tũc em̃ uere timebit peccare. Nã qui gehẽnas metuit nõ peccare metuit sed ardere. Ille aũt peccare metuit q peccatum ipsum sicut gehẽnas odit. Ipse ẽ timor dñi cast⁹ pmanẽs in sæculũ sæculi. Nã ille timor pœnæ tormentũ habet: & nõ ẽ in charitate: eũq; pfecta charitas foras mittit. Tãtũ porro quisq; peccatũ odit quantũ iusticiã diligit: qd̃ nõ poterit lege terrẽte p lr̃am: sed spiritu sanãte p gr̃am. Tunc fit qd̃ apl's admouet: Humanũ dico ꝓpter infirmitatẽ carnis uestræ. Sicut em̃ exhibuistis mẽbra ur̃a deseruire imundiciæ & iniquitati ad iniusticiam: Sic nunc exhibete membra uestra deseruire iusticiæ in sanctificationẽ. Quid em̃ ẽ sicut illud: ita & hoc: nisi quẽadmodũ ad peccandũ null⁹ uos cogebat timor: sed ipsius libido uoluptasq; peccati: sic ad iuste uiuẽdũ nõ uos supplicij met⁹ urgeat: sed ducat delectatio charitasq; iusticiæ? Et hæc quidem quantũ mihi uidetur nõdũ est pfecta: sed quodammodo adulta iusticia. Neq; em̃ frustra præmitteret: Humanũ dico ꝓpt̃ infirmitatẽ 1.Joh.2. Gal.3. Ro.10 2.senten.dis. 26.ca.nã vt 2.Petri.2. Joh.8. Ro.5. Ro.13. Ro.10 Ps.18. 1.Joh.4. Ro.6.

carnis uestræ:nisi qa plus aliquid dicendū fuit: si iam illi ferre potuissent:Plus quippe seruitutis debetur iusticiæ q̄ peccato solent homies exhibere.Nam pœna corporis & si non a uolūtate: tamē reuocat ab opere peccati. Nec facile quisq̄ est q palā cōmittat qđ p illicitā & imūdam pcipiat uoluptatem: si cruciatus uindictæ certū est cōtinuo secuturos.Iusticia uero sic amāda est:ut ab eius operib⁹ etiam pœnæ corporis nos cohi-
Matth.5. bere non debeāt:atq; inter manus etiam crudeliū inimicorū luceant opera nostra coram hominib⁹:ut quib⁹ placere possunt:glorificent patrē nostrū qui in cælis est.Hinc
Ro.8. est qđ ille fortissim⁹ iusticiæ dilector exclamat:Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio:an angustia:an persecutio:an fames:an nuditas: an piculū:an gladius? Si-
Ps.43 cut scriptū est:Quoniam ꝓpter te mortificamur tota die:deputati sumus ut oues occisionis.Sed in his oīb⁹ supuincim⁹ per eum qui dilexit nos.Cert⁹ sum em̄ quia neq; mors neq; uita:neq; angelus:neq; principatus:neq; præsentia:neq; futura:neq; uirtus neq; altitudo:neq; profūdū :neq; creatura alia poterit nos separe a charitate dei:quæ est in christo Iesu domino nostro. Vide qmadmodū non utcūq; ait:Quis nos separabit a christo:sed ostendēs unde cohæreamus christo.Quis nos iuquit sepabit a charitate christi.Charitate igit̄ christo:nō pœnæ timore cohærem⁹.Deinde cōmemoratis eis quæ uident̄ habere uiolentiam : nec tamen habent ualentiam separandi ita cōclusit:ut eādem diceret charitatē dei quā dixerat christi.Et quid est a charitate christi
1.Cor.1. nisi a charitate iusticiæ? De illo quippe dictū est: Qui fact⁹ est nobis sapientia a deo:&
Hiere.9. iusticia:& sanctificatio:& redēptio:ut quemadmodū scriptū est: Qui gloriat̄ in domino glorieť.Sicut ergo ille est iniquissimus :quem nec pœnæ corporales deterrent ab imundis operib⁹ sordidæ uoluptatis:ita ille iustissim⁹ qui nec pœnarū corporaliū ter-
Ro.5. rore reuocat̄ a sanctis operib⁹ luminosissimæ charitatis. Quæ charitas dei qđ ppetua cogitatione tenendum est :diffunditur in cordibus nostris per spiritūsanctum qui datus est nobis:ut qui gloriat̄:in domio glorieť. Cum ergo nos huius charitatis qualex uerissime implet̄:pauperes egentesq; sentim⁹:non de inopia nostra diuitias ei⁹ exige-
Ps.35 re:sed orādo petere:quærere & pulsare debem⁹:ut ille apud qū ē fons uitæ: det nobis inebriari ab ubertate domus suæ:& uoluptatis suæ potare torrentē:quo mundati atq; uegetati:non solū tristicia nō absorbeamur:uerūetiā gloriemur in tribulationib⁹:
Ro.5. scientes qa tribulatio patientiā operat̄:patientia ꝓbationem: ꝓbatio spem.Spes uero non confundit:nō quia per nosipsos hoc possum⁹: sed quoniam charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris p spiritūsanctū qui datus est nobis. Delectauit me ista saltēp C
litteras loqui tecū quæ cū præsente nō potui:& hoc nō ꝓpter te:qui non alta sapiens consentis humilib⁹:sed ꝓpter quosdā qui nimiū arrogant humanæ uoluntati: quā lege data putant ad eam implendā sibi posse sufficere nulla sup doctrinam legis gra sanctæ inspiratiōis adiutam: Per quoꝝ disputationem infirmitati hominū misere atq; indige suadetur: ut nec orare debeamus ne intrem⁹ in temptationē. Non quia hoc audent aperte dicere:sed eoꝝ sentētiā uelint nolint hoc utiq; sequitur.Nam ut quid no-
Matth.26 bis dict̄: Vigilate & orate ne intretis in temptationē? Vt quid etiā scđm hāc exhortationem cum doceret orare: præcepit ut dicamus :Ne nos inferas in tēptationē:si hoc non impletur ex adiutorio gratiæ diuinæ :sed id totū est in arbitrio uoluntatis humanæ? Quid plura? Saluta fratres qui tecū sūt:& orate ꝓ nobis ut salui simus scđm illam
Matth.9. salutē de qua dicit̄:Non est opus sanis medicus:sed male habentib⁹: Non em̄ ueni uocare iustos:sed peccatores.Orate ergo ꝓ nobis ut iusti sim⁹: qđ quidē homo non pōt nisi norit & uelit:& erit cōtinuo qui plene uolūerit: sed hocipsum in eo nō erit nisi gra spiritus sanet̄ & adiuuet̄ ut possit.

¶ Sancti Augustini ad Sebastianū:Epłæ illius qua tedium a peccatorib⁹ delinquētib⁹ legem dei habere significabat:respondentis.Epła.CXLV.

DOmino sācto desiderabili & i christo honore suauissimo fratri Sebastiano:Au- F
gustinus in domio salutē. Quis ab animo nostro nullo modo te separatū esse pmittat dulce uinculū charitatis:& indesinēter tuos sanctos mores atq; colloquia recolam⁹:tn̄ bene feciſti & gratias agim⁹q nobis etiā corpalis salutis tuæ nuncios

apices mittendo:nos plurimum exhilarasti. Sensi autem in epistola tua:ꝙ tædium te detinuerit a peccatoribus relinquentibus legem dei. Illo em̄ spiritu uiuis quo dictum est: Vidi insensatos & tabescebam. Pia est ista tristicia: &si dici potest: beata miseria: Ps̄.118. uitijs alienis tribulari nō implicari:merere non hærere:dolore cōtrahi non amore attrahi. Hæc est ꝓsecutio quā patiunt oēs qui uolunt in christo pie uiuere:scd̄m apostolicam mordacē ueramq; sententiā. Quid em̄ hic magis ꝓsequitur uitam bonoꝝ q̄ uita iniquoꝝ:non cum cogit imitari qd̄ displicet: sed cum cogit dolere qd̄ uidet? Quoniā coram pio uiuens impie:&si non obligat consentiētē: cruciat sentientem. Nā sæpe & diu impioꝝ corporib⁹ a sæcularibus potestatibus: & quorūlibet uexationib⁹ parcit: piorum autē cordibus a malis boīm moribus nunq̄ usq; ad huius sæculi finē. Sic ergo poti⁹ impletur qd̄ cōmemorauī dixisse ap̄l̄m: Quia oēs qui uolūt in christo Iesu pie 2.Timoth.3. uiuere:ꝓsecutionem patientur: & tāto amarius:quāto interius:donec diluuiū trāseat ubi arca continet coruum & columbā. Sed inhære frater illi a quo audisti: Qui perse Matth.24. uerauerit usq; in finē:hic saluus erit. Cōiungere dño:ut crescat in nouissimis uita tua. Scio em̄ non deesse recreationē cordis de fratribus bonis. Huc adiunge ꝓmissiones dei fideles:magnas: certas:sempiternas ipsiusq; tolerantiæ impturbabilē ineffabilem q; mercedem. Et uide q̄ uerum domino cantes: Scd̄m multitudinem dolorum meo- Ps̄.93 rum in corde meo:consolationes tuæ iocundauerunt animam meam. Mitte fratri Firmo lr̄as nostras. Sāctitatē tuam & familiā dei quæ tuo ministerio gubernatur: fratres & sorores quæ apud nos sunt nobiscū in dño resalutant. Et alia manu incolumes ꝓ nobis oretis dilectissimi & sancti fratres. Ego Alipius impensissime saluto sinceritatē tuā: omnesq; tibi in dño cōiunctos. Atq; ut hanc tanq̄ meam ep̄l̄am deputes peto. Etsi em̄ aliam ꝓpriā mittere potuissem: tamē malui huic subscribere:ut unanimitatem nostrā una etiam pagina testaret.

¶ Sancti Augustini ad Cōsentiū:illi⁹ quæstioni:utrū nunc corpus dn̄i ossa & sanguinē habeat:aut reliqua carnis liniamēta:respondētis. Ep̄l̄a. CXLVI.

Dilectissimo fratri Consentio: Augustinus. Quātū ad oculos attinet corporales quosdā uidemus nec nouimus quorum a nobis studia uitaq; nesciunt:quosdā nouimus nec uidemus quoꝝ nobis charitas & affectus innotuit:in quib⁹ & te annumeram⁹:& ideo te magis uidere desideramus:ut in his sis quos & uidemus & nouimus. Nam illi qui ignoti nostris oculis ingeruntur:non solum desiderabiles non sūt sed uix tolerabiles sunt:nisi in aliquib⁹ signis pulchritudo in his hominis interioris appareat. Quoꝝ autem sicut tuus nobis prius animus intelligendo q̄ uidendo corp⁹ apparuit:iam quidem nouimus eos. Sed ideo etiam uidere desideram⁹:ut ꝓ illud qd̄ cōspicitur oculis:multo iocundius & familiarius eo quē iam nouimus amico interiore ꝓfruamur. Verum & hoc de te nobis deus fortasse donabit quietioribus & tranquillioribus sicut optam⁹ rebus humanis: ut id honestæ charitatis sit potius q̄ molestæ necessitatis. Nunc ad ea respondeam sicut dño adiuuante potuero:quæ præter epistolā in alia chartula a me quærēda misisti. Quæris utrū nūc corp⁹ dn̄i ossa & sanguinem habeat:aut reliqua carnis liniamēta. Quid si adderes:utrū etiam uestimenta:nonne augeretur quæstio:qua causa nisi quia ea quæ in usu uitæ huius nostræ corruptibilia nouimus sine corruptione cogitare uix possumus:cum diuinoꝝ miraculoꝝ quædā documēta iam data sint:ex quibus liceat cōiectare maiora? Nam si uestis israelitaꝝ ꝓ tot annos in hæremo sine tritura esse potuit:si morticina pellis calciamētorū tam diu sine labe dūrauit:potest ubiq; deus quorūlibet corpoꝝ:per quātū uoluerit tempus incorruptam ꝓtēdere qualitatem. Ego ꝓinde domini corpus ita in cælo esse credo ut erat quādo ascendit in cælū. Dixerat autē discipulis:ut in euangelio legimus: de sua resurrectione dubitantib⁹:& illud qd̄ uidebāt non corpus sed spiritū esse putantib⁹: Videte Luc.24. manus meas & pedes:palpate & uidete qa spūs ossa & carnem non habet:sicut me uidetis habere. Sic eoꝝ cū esset in terra cōtrectat⁹ est manib⁹: sic eoꝝ est cū iret in cælū deduct⁹ aspectib⁹. Ibi uox angelica sonuit: Sic ueniet quēadmodū eū uidetis euntem Act.1. in cælū: Fides assit & nulla quæstio remanebit: Nisi forte de sanguine requirendū est:

Quia cū dixisset: Palpate & uidete: qa spūs carnē & ossa nō habet: nō addit: sanguinē.
Non ergo & nos addamus inquirere: qđ ille non addidit dicere: Et de cōpēdio si placet: finita sit quæstio. Fortassis em̄ accepta occasione sanguinis urgebat nos molestior R
pscrutator: & dicet: Si sanguis: cur nō & pituita: cur non & fel flauū: & fel nigrū: qb⁹ q̄tuor humorib⁹ naturā carnis tēperari etiā medicinæ disciplina testat̄. Sed quodlibet quisq; addat: corruptionē addere caueat: ne suæ fidei sanitatē castitatēq; corrūpat ex cōsuetudine rerū experta⁹: inexperta opa diuina infirmitas metit̄ humana: & argutule se garrire arbitrat̄ cū dicit: Si caro est & sanguis ē: si sanguis & cæteri humores: si cæteri humores: ergo & corruptio. Eo modo diceret: Si flāma est & ardet: si ardet & urit: si urit: ergo uiro⁹ trium in fornace ignis ab impio rege miss⁹ corpa incendit. Si aūt hoc in trib⁹ uiris miraculū factū esse non dubitat: quisquis de diuinis operib⁹ recte sapit: cur non credat̄ qui fecit illa corpa nō posse igni corrūpi: fecisse illud corpus nec igne nec fame nec morbo nec senio nec ulla ui alia qua solet humana corpora labefactare corruptio. Qđ si quisq̄ dicit non carni trium ill⁹ uiro⁹ additam contra ignē incorruptionē: sed ipsi igni detractā corrūpendi facultatē: quid ueremur ne carnē facere nequiuerit nō posse corrūpi: q fecit ignē non posse corrūpere? Nā si illud nō de carnis: sed de ignis mutatione intelligitur: multo est mirabili⁹: Simul em̄ & boium corpora nō urebat ne posset nocere: & ligna fornacis urebat ut posset ardere? Sed q etiam ista non credūt: nimiū de diuina potestate diffidūt: nec cum eis uel ad eos nūc sermo nobis est. Qui aūt ista credūt ex his etiam illa utcūq; conijciant quæ fideliter quærūt.
Valet igit̄ diuina potentia de ista uisibili atq; tractabili natura corpo⁹ quibusdā manētib⁹ auferre quas uoluerit q̄litates: ac p hoc ualet etiam membra mortalia formæ liniamentis manentibus: corruptione uero mortalitatis emortua stabili uigore firmare: ut absit labes: assit effigies: assit motio: absit fatigatio: assit uescēdi ptās: absit esuriendi ne
1. Cor. 15. cessitas. Qđ ergo legit̄ apud ap̄lm: Caro & sanguis regnum dei nō possidebūt. Solui- S
tur qdem quæstio etiam isto modo quē tu cōmemorasti: ut carnis & sanguis nomine: opa carnis & sanguinis intelligant̄. Verū quia non de opibus: sed de modo resurrectionis loquebat̄ ap̄s: & eam quæstionē disputādo uersabat: melius eo loco intelligitur caro & sanguis p corruptione carnis & sanguinis posita. Si em̄ nomē carnis significat
Esa. 40. operationē: cur nō significat etiā corruptionē sicut dictū ē: Ois caro fœnū: Nam & hic ipsa corruptibilitas significata ē. Seq̄t̄ em̄: Et ois bonor carnis ut flos fœni: fœnū aruit:
Luc. 24. flos decidit. Nūquid nā hoc etiam illi carni competit de qua dictū est: Palpate & uidete: quia spūs ossa & carnem nō habet sicut me uidetis habere? Nā quō arescat aut de-
Ro. 6. cidat: cum scriptū sit: Q⁹ christus surgens a mortuis: iam nō moriet̄: & mors ei ultra nō dominabit̄. Proinde ipsā ap̄licam sentētiā desup inspice totāq; cōsidera: cū resurrecti-
1. Cor. 15. onem mortuo⁹ psuadere uellet eis qui dicebāt: Quia resurrectio mortuo⁹ nō ē: christi resurrectione præmissa: in exemplū inter cætera quæ ibi disseruit: intulit sibi quæstionem atq; ait. Sed dicet aliquis: quō resurgent mortui: quo autē corpore uenient: id est quali corpore. Deinde adhibens documenta seminū: Stulte inquit tu qđ seminas non uiuificat̄ nisi prius moriat̄: & qđ seminas nō corpus qđ futu⁹ ē seminas: sed nudū granū fere tritici: aut alicuius cæterorū: Deus aūt illi dat corpus quomodo uoluerit & unicuiq; seminū p̄prium corpus. Scđm hoc ergo dixerat: Nō corpus qđ futurum est seminas: Neq; em̄ nō triticū erit ex tritico. Sed quia nemo seminat herbā ul̄ stipulam & multiplicia in palea tegumenta grano⁹ cum qb⁹ tn̄ semina exurgunt: Ideo ait: Sed nudum granū: Hinc uolens ostendere: quia si deus pōt addere qđ nō erat in nudo se- T
mine: multomagis pōt repare qđ erat in homis corpe. Iam uero qđ adiūgit: ad differentiam ptinet resurgentiū p̄pter diuersas gl̄ias fidelium atq; sanctor⁹. Non ois inquit caro eadem caro: alia quippe boium: alia aūt caro pecorum: alia uolucrū: alia piscīū: & corpora cælestia: & corpora terrestria: sed alia est cælestiū gl̄ia: & alia terrestriū: & alia gl̄ia solis: & alia gloria lunæ: & alia gl̄ia stellar⁹. Stella enim a stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuo⁹. In his oibus iste sensus est: Si genera carnis cū sint cūcta mortalia: differunt tamē inter se pro diuersitatibus animantiū. Etsi corpora cum sint omnia

uisibilia: differunt tamen p diuersitatibus locorum: unde alia est cælestium gloria: alia terrestriū: Etsi in locis sublimibus cum sint cūcta cælestia: differunt etiā ipsa claritatibus luminum: non mirum est q̄ in resurrectione mortuorum distabit gloria meritorum. Hinc iam uenit ad illud qđ communiter habet oīs caro quæ ad uitam resurgit æternam: & dicit: Seminatur in corruptiōe: surget in incorruptiōe: seminatur in cōtumelia: surget i gloria: seminatur in infirmitate: surget in uirtute: seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. In his uerbis apostoli: nunquid fas est putare melius corpora nostra resurrectura q̄ christi? Cum de illo sit ꝓpositū exemplum qđ fideliter intendere & per eius gratiā sperare debeam⁹: Ac per hoc nullo modo potuit corp⁹ christi cum corruptione surgere: si nostrum in incorruptiōe resurrecturū promittitur: nec potuit illud sine gloria si nostrum resurget i gloria. Quæ aūt ibi gloria ubi adhuc corruptio? Nimis itaq; absurdum est: ut credam⁹ illud corp⁹: & in infirmitate esse seminatū: id est mortificatum: & in infirmitate resurrexisse: cū corpus nostrum semineť in infirmitate: resurgat in uirtute: Et dicat idem apostol⁹ de christo: Etsi crucifixus ē ex infirmitate: sed uiuit in uirtute dei. Quis uero tam absurde sapiat ut credat illud corp⁹ animale seminatum: animale resuscitatū: si nostrū seminať animale: resurget spiritale? Cōstat itaq; neq; ullo modo dubitādū est corpus christi: qđ licet corruptionē putredinis in sepulchro nō uiderit: unde scriptum est: Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem: Clauis tamē & lancea ꝓrumpi potuit: nūc omnino in incorruptione cōsistere: & qđ in cōtumelia passionis mortisq; seminatū ē: nūc esse in gl'ia uitæ æternæ: & qđ ex infirmitate potuit crucifigi: nūc in uirtute regnare: & qđ erat corpus animale: quoniā ex Adam sumptum est: nunc esse spiritale: quoniam spiritui iam insepabiliter copulatum ē. Cū em̄ uellet Apostolus de corpore animali adhibere testimoniū scripturaꝝ: illud posuit qđ in genesi legitur: Si est inquit corp⁹ animale: est & spiritale: sicut scriptū est: Factus ē primus Adam in animā uiuentem: ul'in animā uiuā. Recolis certe quēad modū scriptū sit: Et insufflauit deus in faciē eius flatū uitæ: & factus est homo in aiam uiuā. Dictum ē aūt etiam de animalibus: Porducat terra animā uiuā. Intelligitur ergo corp⁹ animale dici simile cæteris animalib⁹ ꝓpter mortis dissolutionē & corruptionē: quæ quotidie cibo reficiť: & postea supata animātis compago dissoluiť. Spiritale aūt corpus: qđ iam cum spiritu imortale est: q̄is nōnulli arbitrentur tunc fieri corpus spiritale: cum iam & ipsum corpus mutabitur in spiritum: & qđ homo erat ex corpe & spiritu: utrūq; ac totū spūs erit: quasi dixerit apl's: Seminať corpus: surget spūs. Dixit aūt seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. Proinde sicut animale corpus non est anima sed corpus: ita & spiritale corpus nō spiritum debemus putare sed corpus. Quis porro audeat opinari: uel christi corpus non spiritale resurrexisse: uel si spiritale surrexit: iam nō corp⁹ fuisse sed spiritū: cum hanc opinionē discipuloꝝ refellat: ubi cū eū uidētes existimarēt se spiritū uidere: ait: Palpate & uidete q̄a spūs ossa & carnē nō habet sicut me uidetis habere. Iam igiť illa caro spiritale erat corpus: nec tn̄ spūs erat sed corpus: nulla ulteri⁹ morte ab aia resoluendū atq; separādū sicut corpus animale: quale animatū est dei flatu cū factus est homo in animā uiuā: etiā ipsum ex animali spiritale sine mortis interuentu futuꝝ nisi trāsgressio præcepti prius cōmisso peccato infligeret pœnā: quā de⁹ seruatæ iusticiæ daret coronā. Vnde dn̄s christ⁹ p nos ad nos uenit: cum peccatores iustus inuenit: p stratum quodāmodo humilitatis nr̄æ: sed non cū morbo iniquitatis nostræ. Nā p animale nobis: hoc est p mortale corpus apparuit: qui utiq; si uoluisset cū corpore imortali primit⁹ aduenisset. Sed q̄a nos humilitate filij dei sanari oportebat: usq; ad nostram infirmitatem descendit: & fidei nostræ meritū ac præmiū uirtute suæ resurrectionis ostendit. Ideo sequitur apostolus & dicit: Nouissimus Adam in spiritum uiuificantē: siue intelligatur primus Adam qui de puluere ante formatus est: nouissimus autē Adam qui de uirgine ꝓcreatus est: siue in unoquoq; boie utrūq; compleatur: ut primus Adam sit in corpore mortali: nouissimus Adā idē ipse in corpore imortali: tn̄ inter aiam uiuētē & spiritū uiuificātē: hoc interesse uoluit: ut illic sit corp⁹ animale: hic spiritale. Aia quippe in corpore animali uiuit quidem: sed

V

Tob. 15

1. Cor. 15.

2. Cor. 13.

1. Cor. 15.

Gen. 2.

Gen. 1.

Luc. 24.

1. Cor. 15.

nō uiuificat usq; ad auferendam corruptionem. In corpore uero spiritali qm̄ perfecte adhærēs domino: unus spiritus est: sic uiuificat ut spiritale corp⁹ efficiat: absumēs om-
1.Cor.15. nem corruptionem: nullam metuens separationē. Proinde sequitur: Sed nō prius qd̄ spiritale est: sed qd̄ animale: postea spiritale. Primus homo de terra terren⁹: secundus homo de cælo cælestis. Qualis terren⁹ tales & terreni: & qualis cælestis tales & cæle-stes. Sicut portauimus imaginem terreni: portem⁹ & imaginem eius qui de cælo est. Quid est: Qualis terren⁹ tales & terreni: nisi mortales ex mortali: Et qd ē: Qualis cæ-lestis tales & cælestes: nisi imortales per immortalem: Illud per Adam: hoc per chri-stum. Dn̄s em̄ ad hoc terrenus factus ē cum esset cælestis: ut eos qui terreni erant fa-ceret cælestes: hoc est ideo ex imortali mortalis factus est assumendo serui formā: nō domini mutando naturā: ut eos qui mortales erant faceret imortales in partiēdo do-minicā gratiam: non seruilem iniuriam retinendo. Cum igit̄ de resurrectione corpis X apostolus disputās doceret nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia: ex corruptibilib⁹ gloriosa: ex infirmis fortia: ex animalib⁹ spiritalia: hoc est ex morta-libus imortalia: subiecit unde agitur atq; ait: Hoc aūt dico fratres: quia caro & sanguis regnum dei possidere non possunt. Et ne quis q̄ putaret scd̄m substantiam carnis hoc apostolum definisse: aperuit quid diceret subiungendo: Neq; corruptio incorruptio-nem possidebit. Tā q̄ diceret: qd̄ dixi: Caro & sanguis regnū dei nō possidebunt: ideo dixit: quia corruptio incorruptionem non possidebit. Hoc ergo loco nomine carnis & sanguinis: corruptionē mortalitatis intelligi uoluit. Deniq; tanq̄ ei diceretur: quō caro erit & caro nō erit: Caro quippe erit: quoniā dn̄s post resurrectionē ait: Palpate & ui-dete: quia spūs ossa & carnem non habet sicut me uidetis habere. Caro aut̄ non erit: quoniā caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Exponit quid dixerit adijciens: Ecce mysteriū uobis dico: Omnes quidē resurgemus: uel sicut græci codices habēt: Omnes qdem dormiem⁹: non tamen om̄es imutabimur. Hāc mutationem utrum in deterius: an in melius intelligi uoluerit: inferiora demonstrant. In atomo inquit: hoc est in puncto temporis qd̄ diuidi non potest. In ictu oculi: hoc est in sūma celeritate. In nouissima tuba: hoc est in nouissimo signo qd̄ dabitur: ut ista compleantur. Cantat em̄ tuba inquit & mortui resurgūt incorrupti: & nos cōmutabimur. Ergo istam cōmuta-tionē in melius sine dubitatione oportet intelligi: quia omnes & iusti & iniusti resurre-
Joh.5. cturi sunt. Sed sicut dn̄s in euangelio loquit̄: Qui bene fecerūt in resurrectionē uitæ: q male egerunt in resurrectionem iudicij. Iudicium appellans pœnā sempiternam: sicut
Joh.3. alio loco: Qui non credit inquit iam iudicat⁹ est. Proinde illi qui ad iudiciū resurrectu-ri sunt non cōmutabūt̄ in illam incorruptelam quæ nec doloris corruptionē pati pōt. Illa nāq; fidelium est atq; sanctorum. Isti uero ꝑpetua corruptione cruciabuntur: quia
Esa.66. ignis eorum non extinguet̄: & uermis eorum nō morietur. Quid sibi ergo uult ista di-stinctio: Et mortui resurgent incorrupti: & nos cōmutabimur: nisi quia om̄es incorru-pti resurgent: Sed ex his etiam iusti imutabūt̄ in illam incorruptelā: cui omnino nul-la possit nocere corruptio: ac per hoc qui in ea: non commutabuntur. Incorrupti qui-dem resurgent integritate mēbrorum: sed tamen corrumpendi dolore pœnaꝝ: cum
Matth.25. audierint: Ite maledicti in ignē æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. A quo
Ps.111. auditu malo iustus nō timebit. De illa uero cōmutatione iustoꝝ cum dixisset: Nos cō- F mutabimur: tanq̄ quærerem⁹: quomodo istud fiat: uel qualis illa cōmutatio futura sit: adiūgit & dicit: Oportet em̄ corruptibile hoc induere icorruptelā: & mortale hoc in-
1.Cor.15. duere imortalitate. Non ut opinor dubitādum est scd̄m hoc dictum: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: quia nō ibi erit corruptio & mortalitas carnis & sangui-nis. Scd̄m has em̄ qualitates hoc loco carnem & sanguinem nūcupauit. Quocirca: ut
1.Thessal.3. aliquid: exempli gratia: ponā qd̄ interim occurrit: sicut scriptum ē: Ne forte tempta-uerit uos qui temptat: & inanis sit labor uester: atq; hic intelligitur diabolus: tā q̄ deus
Jacobi.1. oino nō tēptet: de quo alio loco scriptura dicit: Ipse aūt neminē tēptat: Nec contraria
Deut.13. est ista sentētia ei q̄ dicit̄: Tēptat uos dn̄s de⁹ uester. Sed soluit̄ quæstio: cū uocabulū tēptationis diuersas intelligētias habet: eo ꝙ alia sit tēptatio deceptiōis: alia tēptatio

probationis. Scd'm illam non intelligitur qui temptat nisi diabolus: scd'm hanc uero temptat deus. Ita cum dicitur: Caro possidebit regnum dei: & caro nō possidebit regnum dei: etiam huius nominis intelligētia discernatur: & nulla erit quæstio: quoniam caro scd'm substantiam: scd'm quā dictum est: Spūs ossa & carnem non habet sicut me uidetis habere: possidet regnū dei. Caro autem cum scd'm corruptionem intelligit': non possidebit. Hoc em̄ expositum est cū diceretur: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt: in eo q̄ continuo additum est: Neq; corruptio incorruptionem possidebit: sicut satis quātū arbitror disseruimus. Q̄ quæris: utrū singillatim a creatore deo corporum liniamenta formentur: non mouebit si quātū potest humana mens potentiam diuinæ operationis intelligat. Quomodo em̄ negare poterimus deum etiā nūc opari cuncta quæ creantur: cum dominus dicat: Pater me⁹ usq; nunc opatur? Vnde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intelligenda est facta: non ab eaꝝ administratione quæ conditæ referunt'. Cum ergo natura rerum a creatore administratur: & per ordines præfinitis locis & temporibus suis cuncta nascantur: deus usq; nūc opatur. Nam si deus nunc ista nō format: quomodo legit': Priusq̄ te formarem in utero noui te? Quomodo etiam accipi potest: Q̄ si fœnum agri qd' hodie ē & cras in clibanum mittitur deus sic uestit: nisi forte credendum est fœnum a deo uestiri: & a deo corpora non formari. Cum em̄ dixit: uestit: nō de præterita ordinatione: sed de præsenti operatione satis indicat. Vnde est etiā illud apostoli de seminibus: qd' supra commemoraui. Non inquit corp⁹ qd' futurum est seminas: sed nudum granum fere tritici aut alicui⁹ cæteroꝝ. Deus autem illi dat corpus quomodo uoluerit. Nō dixit: dedit aut disposuit: sed dat: ut creatorem intelligas efficiciā sapiētiæ suæ reb⁹ quæ quotidie suis tēporibus oriunt' condendis adhibere. De qua sapiētia dictū est: Pertendit a fine usq; in finem fortiter: & non dixit: disposuit: sed disponit omnia suauiter. Multum est autem uel tenuiter sapere: quomodo cōmutabilia & tēporalia nō cōmutabilib⁹ & tēporalibus creatoris motib⁹: sed æterna & stabili uirtute cōdantur. De illo sane qd' p cunctandū putasti: utrum baptiçati omnes si absq; pœnitētia diuersis criminib⁹ irretiti de corpore exierint: uenīā quolibet tēpore cōsecuturi sint: Librū nō paruæ quātitatis iam scripsi: quem si describere curaueris: fortasse nihil ulteri⁹ hinc requires. Vis etiam p me scire: utrū dei flatus ille in Adam idemipse sit anima. Breuiter respondeo: aut ipse est: aut ipso anima facta est. Sed & si ipse est: fact⁹ est. De anima q̄ppe loquit' p Esaiam ꝓphetam deus ubi dicit: Omnē flatum ego feci: qd' sequentia satis indicāt. Sequit'em̄: Propter peccatū modicū quid cōtristē illum? Id est ipsum flatum: & cætera quæ nisi de anima humana intelligi nequeūt. In hac em̄ quæstione maxime cauēdum est: ne anima nō a deo facta natura: sed ipsius dei substātia tanq̄ unigenitus fili⁹: qd' est uerbum eius: aut aliqua eius particula esse credat': tanq̄ illa natura atq; substātia q̄ de⁹ est quicquid est cōmutabilis esse possit. Qd' esse animā nemo nō sentit qui se animam habere sentit. Cum ista dictarem: plator iam uētum expectās: me uehemēter ut nauigaret: urgebat. Itaq; si quid hic incondite atq; inculte dictū legeris: uel si totum ita esse ꝑspexeris doctrinæ: da operam: linguæ ueniam.

Zbit

& 1. Sancti Augustini ad Proculianū: ostēdentis qua rōne bonū sit cū se inuicē ab errore reuocare conēt': idq; se agere asserētis: & quantū illū diligat exponētis: atq; petentis: ne in responsionib⁹ sibi datis aliquid contumelioſe in se dictū existimet: Ipsum præterea rogātis & obsecrātis: ut ꝓmissiōis suæ meminerit: ut sic ueritate discussa errores & dissensiones tollant'. Epla. CXLVII.

DOmino bonorabili & dilectissimo Proculiano: Augustin⁹. Propter imperitorū hoium uanitates: diutius apud te de titulo eplæ meæ disputare nō debeo. Cum em̄ nos reuocare inuicem ab errore conamur: q̄uis ante plenissimā discussionē causæ quibusdā uideri possit qs nostrum erret incertū: seruimus tn inuicē nobis si bono aio nobiscum agimus: ut a puersitate discordiæ liberemur. Qd' me sincero corde agere & cū tremore christianæ humilitatis etiā si plærisq; hominib⁹ apertū non est: uidet tn ille cui nulla corda claudunt'. Quid aūt in te bonorare non dubitē: facile

Lucæ. 24.

1. Cor. 15.

Job. 5.

Psal. 1.

Matth. 6.

1. Cor. 15.

Sap. 8.

10. de Gen. ad lrām. ca. 23.

7. de Gen. ad lrām. ca. 2. et. 3. et. 4. et. 5.

intelligis. Nō em errorem scismatis: Vnde omnes homies quātū ad me attinet cupio sanari: dignū honore aliquo existimo. Sed te ante omnia: ꝙ ipsius nobis humanæ societatis uinculo stringeris: & ꝙ nonnulla in te præminent placidioris mentis indicia: quibus nullo modo desperandū est: facile te posse ueritatē cum fuerit demōstrata cōplecti sine ullo æstu dubitationis bonorādū puto. Dilectionis aūt tātū tibi debeo: quātum nobis imperat ipse qui nos dilexit usq; ad crucis opprobrium. Sed ne mireris ꝙ apud beniuolentiā tuam diu tacui: non putabā in hac te esse sententia: quā mihi frater Euodius cui fidem non habere nō possum gaudens indicauit. Nam cū forte contigisset: ut in unam domū cōueniretis: & sermo inter uos de spe nra: boc ē de christi bæreditate ortus esset: ait dixisse benignitatē tuā: uelle te & bonis uiris sedentib⁹ conferre nobiscū. Qđ te multum gaudeo nostræ humilitati offerre dignatum. Neq; ullo modo possum tantam occasionem benigni animi tui deserere: ut quantū uires dns præbere dignabit̄: quæram tecum atq; discutiā: quæ causa: quæ origo: quæ ratio i eccl̄ia christi
Joh. 14. cui dixit: Pacē meā do uobis: pacē meā relinquo uobis: tam lugendæ atq; plangendæ discessionis extiterit. Audiui quidem de memorato fratre te fuisse conquestum: ꝙ A nescio quid tibi cōtumelios̄e resp̄derit: Qđ quæso te ne illam cōtumeliam deputes: quā certū mihi est non de supbo homine ꝓcessisse. Noui em fratrē meū: sed si quid in disputando ꝓ fide sua: & ꝓ eccl̄esiæ charitate dixit fortasse feruenti⁹: qđ tua grauitas nollet audire: nō illa cōtumacia: sed fiducia nominānda est. Collatorē em & disputatorem: nō assentatorē & adulatorē se esse cupiebat. Nā boc ē oleū peccatoris: quo pro-
Ps. 140 pheta nō uult impinguari caput. Ita em dicit: Emēdabit me iust⁹ in misericordia & arguet me: oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Mauult em sæuera misericor-
Esa. 3. dia iusti emēdari q̄ leni adulationis unctione laudari. Vñ etiā illud ꝓphetic̄ū est: Qui uos fœlices dicunt: in errorē uos mittunt. Ideoq; de homie quē falsæ blādiciæ faciunt arrogantē: recte etiā uulgo dicit̄: Creuit caput. Impinguatū ē em oleo peccatoris: boc est: nō aspera ueritate corrigētis: sed leni falsitate laudātis. Neq; boc ea pattem peto accipias: quasi ego te a fratre Euodio tanq̄ a iusto emendatū intelligi uelim. Vereor em ne me quoq; aliqd contumelios̄e in te dicere existimes: qđ uehemēter caueo quā-
Joh. 14. tum possum: Sed iustus est ille qui dixit: Ego sum ueritas. Itaq; de cuiuslibet hominis ore nobis uerum cum aliqua asperitate sonuerit: nō ab illo homine qui forte peccator est: sed ab ipsa ueritate: boc ē a christo q iust⁹ est emēdamur: ne nostrū caput blande: sed pernicios̄e adulationis unctio: boc ē oleū peccatoris impinguet: Q̄q̄ etiā si frater Euodius aliquātū ꝓ suæ cōmunionis defensione turbatiora: aliqd elatius aio cōmotiore dixisset ætati bois & necessitatis causa: te oporteret ignoscere. Istud tn qđ promittere dignat⁹ es: peto memineris: ut sedentib⁹ quos ipse delegeris: dūmodo uerba nra non inaniter uētilentur: sed stilo excipiant̄: ut & tranquillius & ordinatius differamus: & si quid forte a nobis dictū de memoria lapsum fuerit: recitatione reuocetur: & rem tam magnā: & ad salutē oium ptinentem cū concordia requiramus: Aut si placet nullo medio interposito: prius nobiscū: siue p epl̄as: siue p collocutionē atq; lectionem ubi placuerit conferam⁹: ne forte intemperantes nōnulli auditores maluit q̄si nostrū expectare certamē: q̄ de nostra salute in nostra collocutione cogitare: ut qđ fuerit inter nos terminatum: postea p nos popul⁹ nouerit: Aut si per epl̄as agi placet: ipsæ plebibus recitentur: ut aliquādo non plebes: sed plebs una dicatur. Prorsus sicut uolueris: sicut iusseris: sicut tibi placuerit libēter amplector. Et de aio beatissimi & uenerabilis mihi patris Valerij nūc absentis tota securitate polliceor: boc em cū magna lætitia cognituru. Noui em quātū diligat pacē: & nulla uani fastus inanitate iactetur. Rogo B te quid nobis est cum ueteribus dissensionibus: & bucusq; uulnera illa duraueruūt quæ animositas hominū supbox nostris membris inflixit: quox uulnex putrefactiōe etiā dolorē p̄didim⁹ quo solet medic⁹ implorari. Vides quāta & q̄ miserabili fœditate christianæ domus familiæq; turbatæ sint. Mariti & uxores de suo lecto sibi consentiunt: & de christi altari dissentiūt. Per illū sibi iurant: ut inter se pacem habeāt: & in illo habere nō possint: Filij cum parentibus unam domū habent suam: & domū dei non habēt

unam. Succedere ī eoꝝ hæreditatem cupiūt: cum quibus de christi hæreditate rixā/
tur. Serui & domini cōmunem deum diuidunt: qui formam serui accepit: ut oēs ser/ Phil. 2.
uiendo liberaret. Honorāt nos uestri: honorāt uos nostri. Per coronā nostrā nos ad/
iurāt uestri: per coronā uestrā uos adiurant nostri. Omniū uerba suscipim⁹: neminē
offendere uolumus: Quid nos solus christus offendit: cui⁹ membra laniamus? Et ho/
mines quidem causas suas sæculares apud nos finire cupientes: quando eis necessarij
fuerim⁹: sic nos sanctos & dei seruos appellāt: ut negocia terræ suæ peragāt: aliquādo
agamus: & negociū salutis nostræ: & salutis ipsoꝝ: non de auro: non de argēto: nō de
fundis & pecoribus: ꝓ quibus rebus quotidie submisso capite salutamur: ut dissensio/
nes hominū terminemus: sed de ipso capite nostro tam turpis inter nos & pernicio/
sa dissensio est. Quātūlibet capita submittant qui nos salutant: ut eos concordes i ter/
ra faciamus: de cælo usq; ad crucem submissum est caput nostrū in quo concordes nō
sumus. Rogo te atq; obsecro: si est in te aliqua humanitas quam multi prædicāt: hic
appareat bonitas tua: si non propter honores transitorios simulatur: ut contremiscāt
in te uiscera misericordiæ: & uelis aliqñ rem discuti instādo nobiscū orationib⁹: & oia
pacifice cōferēdo: ne miseræ plebes quæ nostris honoribus obsequunt: præmāt nos
obsequijs suis in iudicio dei: sed potius nostra non ficta charitate nobiscū reuocate ab
errorib⁹ & dissensionib⁹: in ueritatis & pacis itinera dirigant. Opto te corā oculis dei
beatū esse: dñe honorabilis & dilectissime.

¶ Sancti Augustini ad Valeriū: petētis ut de periculis officij epi aut p̄sbyteri aut dia/
coni cogitet: inidoneitatēq; suijpsius humiliter recognoscentis: & ut tps sibi cōcedat
& in orationib⁹ adiuuet donec magis reddat instructus. Epla. CXLVIII.

C Omino beatissimo & uenerabili: & in conspectu domini sincera charitate cha/
d rissimo patri Valerio: Augustin⁹ p̄sbyter in dño salutem. Ante oīa peto: ut 40. dis. āte oia
cogitet religiosa prudentia tua nihil esse in hac uita: & maxime hoc tpe facilius
& lætius & boibus acceptabilius epi aut p̄sbyteri aut diaconi officio: si ꝓfunctorie atq;
adulatorie res agat: sed nihil apud deū miseri⁹ & tristius & dānabili⁹. Item nihil esse
in hac uita: & maxime hoc tempore difficilius: laborosi⁹: periculosi⁹ epi aut presbyte/
ri aut diaconi officio: sed apud deū nihil beatius: si eo modo militetur quo noster im/
perator iubet. Quis aūt iste sit modus: nec a puericia: nec ab adolescētia mea didici:
& eo tpe quo discere cœperam: uis mihi facta ē merito peccatoꝝ meoꝝ. Nā qd aliud
existimē nescio: ut secūdus locus gubernaculoꝝ mihi traderet: qui remū tenere non
noueram: Sed arbitror dñm meum ꝓpterea me sic emendare uoluisse: ꝙ multorum
peccata nautaꝝ anteq̄ expertus essem qd illic agitur quasi doctior & melior rep̄ben/
dere audebā. Itaq; postq̄ missus sum in mediū: tunc sentire cœpi temeritates rep̄ben
sionū meaꝝ: q̄q̄ & antea periculosissimū iudicarē hoc ministeriū. Et hinc erant lachry
mæ illæ quas me fundere in ciuitate ordinationis meæ tpe nōnulli fratres animaduer/
terunt: & nescientes causas doloris mei: quibus potuerāt sermonibus qui omnino ad
uulnus meū non pertinerent: tamen bono animo cōsolati sunt. Sed multo ualde mul/
to amplius expertus sum q̄ putabam: non quia nouos aliquos fluctus aut tempestatē
uidi: quas ante nō noueram: uel nō audierā: uel nō legeram: uel nō cogitauerā: sed ad
eas euitandas: aut pferendas sollertiam & uires meas omnino non nouerā: & alicui⁹
momenti arbitrabar. Dñs autem irrisit me: & rebus ipsis ostendere uoluit meipsum
mihi. Qđ si non damnando: sed miserando fecit: Hoc em̄ spero certe: uel nūc cognita
ægritudine mea: debeo scripturaꝝ eius medicamēta oia pscrutari & orando ac legē/
do agere: ut idonea ualitudo aiæ meæ ad tam periculosa negocia tribuat: qđ ante nō
feci: quia & tēpus nō habui. Tunc em̄ ordinatus sum cum de ipso actionis tpe ad cog/
noscēdas diuinas scripturas cogitarem⁹: & sic nos disponere uellem⁹: ut nobis ociū ad
hoc negociū posset esse. Et qđ ueꝝ ē nōdū sciebā qd mihi deesset ad tale opus quale
me nūc torquet & cōterit. Qđ si ꝓpterea in re ipsa didici qd sit homini necessariū: qui
populo ministrat sacramētū & uerbū dei: ut iā nō mihi liceat assequi: qđ me nō babe/
D re cognoui. Iubes ergo ut pereā pater Valeri? Vbi ē charitas tua? Certe diligis me:

certe diligis ipsã eccl'iam: cui me sic ministrare uoluisti: & tñ cert⁹ sum q̄ & me & ipsã diligis. Sed putas me idoneũ: cũ ego meli⁹ me nouerim: q̄ tñ nec ipse me nossem nisi expiendo didicissem. Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellẽ scire: qd desit instructioni tuæ. Tã multa aũt sũt: ut facili⁹ possim enumerare quæ habeã: q̄ quæ habere desidero. Audeo em̃ dicere: scire me & plena fide retinere qd p̄tineat ad salutẽ nr̃am. Sed hoc ipsum quõ ministrem ad salutẽ alio⁹: nõ quærens qd̄ mihi utile est: sed qd̄ multis ut salui fiant? Et sunt fortasse aliq̄: imo nõ est dubitãdũ eẽ in sanctis libris conscripta cõsilia: qb⁹ cognitis & app̄bẽsis possit hõ dei reb⁹ eccl'iasticis ordinatiõib⁹ ministrare: aut certe int̃ man⁹ iniquo⁹ ul' uiuere conscientia saniore ul' mori: ut illa uita nõ amittat̃: cui uni xp̄iana corda humilia & mãsueta suspirãt. Quõ aũt hoc fieri p̄t: nisi quẽadmodũ ip̄e dñs dicit: petẽdo: q̄rẽdo: pulsãdo: id ẽ orãdo: legẽdo: plãgẽdo? Ad qd̄ negociũ mihi paruũ tps uelut usq; ad pascha ipetrari uolui p̄ frẽs a tua sinceriss'ima & uenerabili charitate: & nũc p̄ bas p̄ces uolo. Quid em̃ resp̄sur⁹ sũ dño iudici? Nõ poterã ista iã q̄rere cũ eccl'iasticis negocijs ipedirer. Si ergo mihi dicat: Serue nequã: si uilla eccl'iæ calũnioso aliquẽ pateret̃: cui⁹ fructib⁹ colligẽdis magna opa impendit̃: neglecto agro quẽ rigaui sanguine meo: si qd agere p̄ ea posses apud iudicẽ terræ: nõne oibus cõsentientibus: nõnullis etiã iubentibus & cogentib⁹ pergeres: & si cõtra te iudicaret̃: etiam trãs mare p̄ficiscereris: atq; hoc modo uel ãnuã uel amplius absentiã tuã nulla querela reuocaret: ne ali⁹ possideret terrã: nõ aĩæ sed corpori pauper̃ necessariã: quor̃ tam famẽ uiuæ arbores meæ multo facili⁹ mihiq; grati⁹ si diligẽter colerent̃ explerẽt? Cur ergo ad discẽdã agriculturã meã: uacationẽ tpis tibi defuisse causaris? Dic mihi qd respõdeã rogo te? An forte uis dicã: Senex Valerius dũ me oib⁹ rebus instructũ eẽ credidisset: quãto ampli⁹ me dilexit: tãto min⁹ ista discere p̄misit? Attende oia ista senex Valeri: obsecro te p̄ bonitatẽ & sæueritatẽ chr̃isti: p̄ misericordiã & iudiciũ eius: p̄ eũ q̄ tantã tibi inspirauit erga nos charitatẽ: ut te nec p̄ lucro aĩæ nr̃æ audeam⁹ offendere. Sic aũt mihi deũ & chr̃istũ testẽ facis innocẽtiæ & charitatis: & sinceri affect⁹ quẽ circa nos habes: q̄si ego nõ de his iurare oib⁹ possum. Ipsam ergo charitatẽ & affectũ imploro ut miserearis mei: & cõcedas mihi ad hoc qd̄ rogaui tps quãtum rogaui: atq; adiuues me oratiõib⁹ tuis: ut nõ sit inane desideriũ meũ: nec infructuosa eccl'iæ chr̃isti atq; utilitati fratr̃ & cõseruor̃ meor̃ absentia mea. Scio q̄ illa charitate p̄ me orante: maxime in tali causa nõ aberit dñs: & eã sicut sacrificiũ suauitatis accipiens: fortasis breuiore tpe q̄ postulaui: me saluberrimis cõsilijs de scripturis suis reddet instructum.

¶ Sancti Augustini ad Profuturũ: eidẽ malã corporis sui ualitudinẽ exponẽtis: & q̄m id dño placeat recte secũ agi cõfitẽtis: diesq; & noctes suas orationib⁹ illi⁹ cõmẽdãtis: De scãdalis præterea & mœrorib⁹ cõquerẽtis: & ad uigilandũ int̃ hæc ne cuiusq̄ odiũ cordis intima teneat: diligenter admonentis. Epl'a. CXLIX.

FRatri Profuturo Augustinus. Scd̄m spiritum quantũ domino placet: atq; uires ipse præbere dignatur recte sumus: Corpore autem ego in lecto sum. Nec ambulare enim nec stare nec sedere possum: ragadis uel exochadis dolore & tumore. Sed etiã sic q̄m id dño placet: quid aliud dicẽdũ est: nisi q̄a recte sumus? Potius em̃ si id nolum⁹ quod ille uult: nos culpandi sumus: q̄ ille nõ recte aliquid uel facere uel sinere existimandus est. Nosti hæc omnia: sed quia mihi es alter ego: quid libenti⁹ tecum loquerer: nisi qd̄ mecum loquor? Cõmendamus ergo sanctis oratiõib⁹ tuis & dies & noctes nostras: ut oretis pro nobis: ne diebus intemperãter utamur: ut noctes æquo animo tolerem⁹: ut etiã si ambulemus in medio umbræ mortis: nobiscũ sit dñs ne timeamus mala. Qd̄ senex Megalius defunctus sit: iam uos audisse quis dubitet? Erãt aũt a depositione corporis ei⁹ cũ hæc scriberẽ: dies ferme uigintiquattuor. Vtr̃ iam uideris: disponebas em̃ succes'sorẽ primatus eius: si fieri potest nosse uolum⁹. Nõ desunt scandala: sed neq; refugium: Non desunt mœrores: sed neq; cõsolatiões. Atq; inter hæc q̄ uigilandum sit: ne cuiusq̄ odium cordis intima teneat: neq; sinat ut orem⁹ deum in cubili nostro clauso ostio: sed aduersus ipsum deũ claudat ostiũ. Nosti optime frater: Subrepit autem dum nulli irascenti ira sua uidetur iniusta. Ita enim inuete-

rascens ira fit odium: dū quasi iusti doloris admixta dulcedo: diutius eam in uase deti/
net: donec totum acescat uasq; corrumpat. Quapropter multo melius nec iuste cuiq;
irascimur q̄ uelut iuste irascendo in alicuius odium ira & occulta facilitate delabimur.
In recipiēdis em̄ hospitibus ignotis ista solemus dicere: multo esse melius malū ho/
minem perpeti: q̄ forsitan per ignorantiam excludi bonum: dum cauemus ne recipi/
atur malus. Sed in affectibus animi cōtra est. Nam incōparabiliter salubrius est etiam
iræ iuste pulsanti nō apire penetrale cordis: q̄ admittere nō facile recessuram: & per/
uenturam de furculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam crescere citi⁹ q̄ pu
tatur. Non enim erubescit in tenebris cum super eam sol occiderit. Recolis certe q̄
cura & quāta sollicitudine ista scripserim: si recolis quid mecum nuper in itinere quo/
dam locut⁹ sis. Fratrem Seuerū & qui cum eo sunt salutam⁹. Etiam fortasse ipsis scri/
beremus si per festinationem perlatoris liceret. Peto autem ut apud eundem fratrē
nostrū uictorē: cui ago etiā apud tuam sanctitatem gratias ꝙ constantinam dum per/
geret indicauit: petēdo adiuues ꝓpter negociū quod ipse nouit: De quo grauissimū
pondus ꝓ hac re multū depcantis nectarij maioris patior p calamā remeare ne graue
tur: sic em̄ ꝓmisit mihi. Vale.

¶ Sācti Augustini ad Helpidiū: gratū hre cōtestātis ꝙ se qa errare crediderit reuocare
ab errore conat⁹ sit: illiq; optātis ut deus eū nosse faciat qđ nosse se putat: & ne in con/
tumeliæ ptem accipiat ꝙ tantæ sibi cognitiōis munus optauerit petētis: atq; ex subiū/
cta rōne filiū non esse factū demōstrantis. Epla. CL.

GDOmio eximio meritoq; honorabili & desiderabili Helpidio: Augustin⁹. Quis
nostrū erret in fide uel cognitione trinitatis: alia quæstio ē. Gratū sane habeo
ꝙ me q̄is incognitū facie: tn̄ qa errare credidisti: reuocare ab errore conatus
es. Hui⁹ tibi beniuolētiæ mercedē retribuat deus: & nosse te faciat qđ nosse te putas.
Res em̄ ardua est ut existimio: & quæso te ne in ullā contumeliæ ptē accepis: qđ tibi
tātæ cognitionis mun⁹ optaui. Vereor em̄ ne inopinatæ sciētiæ præiudiciū si nō præ/
cepta uera: quæ neq̄q̄ ad te mihi arrogauerim: aut certe bona uota nra quæ mihi etiā
indocto hre de te licet: Nō em̄ perite: sed amice exhibēda sunt: repellat ab aurib⁹ tuis
potiusq; mihi succēseas ꝙ nō tibi iam sicut sapienti gratulat⁹ q̄ gras agas ꝙ tibi sapien/
tiam depcatus sim. Verūtn̄ si ego portās epalis nois sarcinā: libētissime amplector be
niuolētiā tuā: ꝙ me Bosono & Iasoni ut scribis doctissimis uiris etiā transmare mittere
dignat⁹ es: ad reportādos ex eor̄ disputationib⁹ uberes fruct⁹. Qđ denicq; ad detegē/
das totius erroris caligines; libellū cuiusdā epi uestri ingenio & uiribus elaboratū ad
me pferendū sollicita benignitate curasti. Quāto est æquius te bono aio accipe: ꝙ ea
quæ nullo humano ingenio & uiribus dari possunt: a domino deo tibi ut cōcedantur
H optaui. Apls em̄ inquit: Non spiritū hui⁹ mundi accepim⁹: sed spiritū q ex deo est: ut 1. Cor. 2.
sciam⁹ quæ a deo donata sunt nobis: quæ & loquimur nō indoctis humanæ sapientiæ
uerbis: sed docti spiritu: spiritalib⁹ spiritalia cōparātes. Animalis aūt homo non pcipit
quæ sunt spūs dei. Stultitia est em̄ illi. Magis ergo tecū si fieri posset mallē quærere
quousq; appellādus sit animalis homo: ut si eū iā trāscendim⁹: recte fortasse illa quæ su
pra humanā mentē atq; intelligentiā incōmutabiliter manēt aliq̄ ex parte nos attigis/
se gaudeam⁹. Cauēdū est em̄ ne ꝓpterea uideat stultū: cū filiū patri audim⁹ æqualē:
quia hominē animalē adhuc agimus: de quo dictum est: ꝙ stultitia sunt illi quæ sūt spi
ritus dei: q̄q̄ sane maiestas illa supra cuncta sublimis a spiritalib⁹ cogitari possit: a nullo
autem possit effari. Videre tamen quātum arbitror facile est: nō esse factum p quem Ioh. 1.
facta sunt omnia: & sine quo factum est nihil. Si em̄ p seipsū fact⁹ est: erat anteq̄ fieret:
ut fieri per se posset. Qđ certe tanto absurdius dicitur: quāto uanius cogitatur. Si aūt
non per se factus est: non est per quem facta sunt omnia: qm̄ quicquid factū est: p ipsū
factum est. Oīa em̄ p ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Miror parum at/
tēdi quæ tam expresse euangelista uoluit intimare: ut neminē dissimulare pmitteret.
Nō em̄ satis fuit dicere: Omnia p ipsū facta sunt: nisi adderet: Et sine ipso factū est nihil.
At ego q̄is tardus: & nondum deterſa caligine sautium mentis oculum gerens ad

intuendam patris & filij incõparabilem ineffabilemq; præstantiam: tamen hoc tota facilitate complector: quod nobis in euãgelio ꝓpterea præseminatum ẽ: ut hinc cõprehderem⁹ illã diuinitatẽ: sed ut hinc admoneremur: nõ oportere nos de temeraria cõpbẽsiõe iactare. Si em̃ oia p ipsũ facta sũt: qcqd nõ p ipsũ factũ ẽ: nõ ẽ factũ: Ipse autẽ p se fact⁹ nõ est. Nõ est igit̃ factus: & oia p ipsum facta esse ab euangelio credere cogimur. Ab eodem ergo cogimur eũ factũ esse nõ credere. Item si sine ipso factũ ẽ nihil: Ipse ergo nihil est: aut factũ non eẽ: nõ autem sine se factum esse: Restat ut fateamur: aut non sine se factum esse: aut quia sine se factus est. Quod si opinari sacrilegum est: non possumus dicere: Si enim ipse se fecit: iam erat anteq̃ fieret. Si aũt ad se faciẽdum alteri a quo factus est: adiutoriũ præbuit: nihilomin⁹ ut se adiuuãte ipse fieret: iam erat anteq̃ fieret. Relinquitur itaq; ut sine se factus sit. Quicqd aũt sine illo factũ ẽ: nihil est. Aut nihil est igit̃: aut factus non est: sed nõ est nihil: factus igitur non est. Aut si factus non est: & tamẽ filius est: sine dubio nat⁹ est. Quomõ inquis potuit de solo patre nasci filius æqualis ei de quo natus est? Iam hoc enarrare non possum: & cedo ꝓphetiæ
Esa.53. dicenti: Generationẽ eius quis enarrabit? Qd̃ si tu de humana generatiõe qua p uirginem natus est accipiẽdum putas: ipse te discute: & interroga animã tuam: utrum si in humana generatiõe defecit: audeat enarrare diuinã. Noli ergo inquis dicere æq̃
Phil.2. lem. Cur nõ dicã qd̃ dixit apostol⁹: Nõ rapinã inquit arbitratus est esse æqualis deo. Etsi em̃ æqualitatẽ illam non explicauit humanæ menti nondũ purgatæ: posuit tamẽ in uerbo qd̃ in re possit inueniri purgata. Dem⁹ itaq; operam mũdando cordi nostro
Matth.5. ut inde exurgat acies: qua ista uidere ualeamus. Beati em̃ inquit mundicordes: quoniam ipsi deum uidebũt. Itaq; excedentes animalis bois caliginosas imagines: ad serenitatẽ illã sinceritatẽq; ueniemus: qua uidere possimus qd̃ dici nõ posse uideam⁹: Nã libello quẽ dignat⁹es mittere: si mihi sic ociũ facultasq; tribuat̃: ad singula respondere arbitror te cogniturũ: tãto minus quẽq; uestiri lumine ueritatis: quãtomagis sibi uidetur nudã depromere ueritatem. Quis em̃ ferat ut alia omittam: & hoc solũ interim
1.Cor.13. cõmemorem: qd̃ maxime ingemui: cum apostol⁹ Paul⁹ dicat: Videm⁹ nũc p speculũ in ænigmate: tũc autem facie ad faciẽ: istũ iam dicere omni integumẽto reiecto nudã se depromere ueritatem: q si diceret nudam uidem⁹ ueritatẽ: nihil esset cæcius ista arrogãtia uisionis. Nõ autem dixit uidem⁹: sed depromim⁹: ut nõ solũ iam ueritas intentioni mẽtis patere: sed etiam potestati linguæ subiacere uideatur. Multa sunt quæ de trinitatis ineffabilitate dicantur: ut ipsa non dicat̃: Alioquin non est ineffabilis: sed ut illis dictis illa dici non posse intelligatur. Verũ iam ut arbitror modum excessit epla mea: cum p tuam me admoneris breuiter scribere. Sed quia institutiõe uetex te excusare dignatus es: nõ tibi absurdus uidebor si modo quarũdã epla Ciceronis: quia eius quoq; in lris tuis mentionẽ feciſti: nõ te pigeat recordari.

Sancti Augustini ad Nebridiũ: de eo q se beatũ appellauerit ampla ac subtili disputatione differentis. Epla. CLI.

Nebridio Augustin⁹. Vtrum nescio quo: ut ita dicã: blandiloquio tuo factũ putem: an uere res ita se habeat: incertum apud me est. Nam repẽte accidit nec satis deliberatum est: quaten⁹ debeat cõmitti fidei. Expectas quid istud sit qd̃ censes: ꝓpe psuasisti mihi non quidẽ beatũ esse me. Nam id solius sapiẽtis prædiũ est. Sed certe quasi beatũ ut dicimus hominẽ: quasi hominẽ in cõpatione illius quẽ Plato nouerat: aut q̃si rotunda: & q̃si quadra ea quæ uidem⁹: cũ lõge ab eis absint quæ paucorũ anim⁹ uidet. Legi em̃ lras tuas ad lucernã iam cœnatus: ꝓxima erat cubitio: sed nõ ita etiã dormitio: Quippe diu mecũ in lecto situs cogitaui atq; bas loquelas habui: Augustin⁹ ipse cum Augustino. Nõne uerũ est qd̃ Nebridio placet beatos nos esse? Non utiq;. Nam stultos adhuc esse nec ipse audet negare. Quid si etiam stultis beata uita cõtingit: durum quasi uero parua: uel alia ulla miseria sit q̃ ipsa stulticia. Vnde ergo illi usum est: an lectis illis libellis etiã sapientẽ me ausus est credere. Non usq; adeo temeraria est lætitia gestiẽs: præsertim bois cuius quãti ponderis consideratio sit bene nouim⁹. Illud igitur scripsit quod nobis putauit dulcissimum fore: quia & illi dulce

L factū est: quicquid posuim⁹ in his litteris: & scripsit gaudens: nec curauit quid cōmit/
tendum gaudenti calamo eēt. Quid si soliloquia legisset: lætaretur multo exundā/ 1. Retrac. 4.
tius: nec tamen reperiret plus aliqtid qđ me appellaret q̄ beatū? Cito ergo summum
nomen effudit in me: nec sibi aliquid reseruauit: qđ de me lætior assereret. Vnde læti
cia: quid faciat? Sed ubi ē ista beata uita: ubi: ubi nā? O si ipsa esset: repelleret atomos
epicuri. O si ipsa esset: sciret nihil deorsum esse præter mūdū. O si ipsa esset: nosset ex/
trema sphæræ tardi⁹ rotari q̄ medium: & alia similia quæ similiter nouim⁹. Nūc uero
quō uel qualiscūq; beatus sum: qui nescio cur tantus mundus sit: cū rationes figurarū
per quas est nihil ꝓhibeant esse: quāto quis uoluerit ampliorem: aut non mihi dicere/
tur: imo nō cogeremur cōfiteri corpora in infinitum secari: ut a certa uelut uas in quā/
titatem certam certus corpusculoꝝ numerus surgeret. Quare cum corpus nullū mi/
nimum esse finitur: quo pacto esse finamus' eē amplissimum: quo amplius esse nō pos/
sit: nisi forte illud qđ Alipio aliqñ dixi: occultissime habet magnā uim: ut qm̄ numer⁹ il/
le intelligibilis infinite crescit: non tamen infinite minuitur. Nam nō eū licet ultra mo/
nadem resoluere. Cōtra sensibilis. Nā quid est aliud sensibilis numer⁹ nisi corporeorū
uel corporum quantitas minui quidem infinite: sed infinite crescere nequeat. Et ideo
fortasse merito philosophi in rebus intelligibilibus diuitias ponunt: in sensibilib⁹ æge/
statem. Quid enim erumnosius q̄ min⁹ atq; minus semper posse fieri? Quid ditius q̄
crescere quātum uelis: ire quo uelis: redire cū uelis: quousq; uelis: & hoc multū ama/
re qđ minui non potest? Quisq; nanq; intelligit istos numeros: nihil sic amat ut mona/
dem: nec mirum cum per eam fiat ut cæteri amentur. Sed tamen cur tantus ē mun/
dus? Poterat em̄ esse ul' maior ul' breuior: nescio. Tale est enim: Et cur hoc loco poti⁹
q̄ illo: Nec in ea re debet esse quæstio: ubi quicqd eē quæstio esset: unū illud multum
mouebat qđ infinite corpora secarentur. Cui fortasse responsum est: de ui contraria
intelligibilis numeri. Sed expecta: uideamus quid sit hoc nescio quid qđ suggeritur
mēti: Certe sensibilis mundus: nescio cuius intelligibilis imago esse dicitur. Mirū au/
tem est q̄ imaginibus uidemus quæ specula referūt. Nam q̄is ingentia specula sint:
non reddunt maiores imagines q̄ sunt corpora etiam breuissima obiecta. In paruis au
tem speculis sicut i pupillis oculorum: & si magna facies sese opponat: breuissima ima/
go ꝓ modo speculi formatur. Ergo & imagines corporū minui licet si specula minuā/
tur: augeri si augeantur non licet? Hic ꝓfecto aliquid latet: sed nunc dormiendū est.
M Neq; em̄ Nebridio beatus quærendo uideor: sed fortasse aliquid inuenīedo. Id autē
aliqd qd est? an illa ratiocinatio cui tā q̄ unicæ meæ blandiri soleo: & ea me nimis oble/
ctare: unde cōstamus ex animo & corpore? Quid horꝝ melius uidelicet anim⁹? Quid
laudatur in corpore: nihil aliud uideo q̄ pulchritudinem? Quid ē corporis pulchritu/
do? cōgruentia partium cum quadam coloris suauitate. Hæc forma ubi uera melior:
an ubi falsa? Quis dubitet & ubi uera est esse meliorē. Vbi ergo uera ē? in aīo scilicet.
Animus igitur magis amādus q̄ corpus. Sed in qua parte animi est ista ueritas? In mē/
te atq; intelligentia. Quid huic aduersatur? sensus. Resistendum ergo sensibus totis
animi uirib⁹ liquet. Quid si sensibilia nimium delectant? Fiant ut non delectēt. Vnde
fit? Consuetudine bis carendi appetendiq; meliora. Quid si moritur anim⁹: ergo mo/
ritur ueritas: aut non est intelligentia ueritas: aut intelligētia non est in animo: aut pōt
mori aliquid in quo aliquid immortale est? Nihil autem horū fieri posse soliloquia no/
stra iam continent satisq; persuasum est: Sed nescio qua cōsuetudine malorum terri/
tamur atq; titubamus. Postremo etiam si moritur animus: quod nullo modo posse fi/
eri uideo: non esse tamen beatam uitam in lætitia sensibilium. Hoc ocio satis explo/
ratum est. His rebus fortasse atq; talibus Nebridio meo si nō beatus: at certe quasi be
atus uideor: uidear & mihi. Quid inde perdo: aut cur parcā boni opinioni? Hæc mihi
dixi. Deinde orauī ut solebā atq; dormiui. Hoc placuit scribere tibi. Delectat em̄ me
q̄ mihi grās agis si nihil te qđ in buccam uenerit celem: & gaudeo: quia sic tibi placeo.
Apud quem ergo libētius me partiam q̄ cui displicere non possum. At si in potestate
fortunæ est: ut hominē amet homo: uide q̄ beat⁹ sim: qui de fortuitis tam multū gau/

deo: & talia bona fateor desidero mihi ubertim accrescere. Fortunæ aũt bona uerissimi sapientes quos solos beatos fas est uocari: nec timeri uoluerunt: nec cupi an cupiri tu uideris: Et uelle accidit. Nam uolo me declinationis huius gnarum facias. Cum eñ adiungo uerba sillia: incertior fio. Nam ita ẽ: cupio ut fugio: ut sapio: ut tacio: ut capio: sed utrũ fugiri an fugi: utrũ sapiri an sapi: sit modus infinitus ignoro: Possem attendere iaci & capi: ni uererer ne me caperet & ꝑ ludibrio iaceret: quo uellet qui iactum & captum: aliud fugitum cupitũ sapitũ esse conuinceret. Quæ item tria: utrũ penultima longa: an inflexa: an graui breuiq; ꝓnuncianda sint: similiter nescio. Prouocauerim te ad epistolam longiorem: peto ut paulo diutius te legam. Nam cũ quæro tãtũ differere: quantũ uoluntati est legere te.

Siluani ac cæteroꝝ epoꝝ: de cõcilio Zertẽsi ad Donatistas: reddẽtiũ causam cur ad eos adhuc ueritati acquiescere nolentes scripserint: episcoposq; ipsoꝝ esse mendaces ex narratione eoꝝ quæ in cõcilio gesta fuerũt: cõprobantiũ. Epla. CLII.

2. Retrac. 40

Siluanus senex: Valẽtinꝰ: Aurelꝰ: Innocentius: Maximinꝰ: Optatꝰ: Augustinꝰ: Donatus: & cæteri epi de cõcilio Zertẽsi ad Donatistas. Cũ in auribꝰ nr̃is fama crebresceret: hoc uobis uestros epos dicere: cognitorẽ præmio fuisse corruptum: ut contra eos sententia ꝑferretur. Vos autem ista facile credere: ac ꝓpterea multos uestrum adhuc nolle acquiescere ueritati: placuit nobis cogẽte dñi charitate ex cõcilio nr̃o: hæc ad uos scripta dirigere: qbꝰ primitus admoneremini illos uobis uictos atq; cõuictos hæc mẽdacia iactare: qui etiã in suo mãdato qd̃ ꝑ illa collatione fecerũt: & suis nominibꝰ atq; subscriptionibꝰ firmauerũt: nos illic traditores & ꝓsecutores suos esse dicentes: in falsitate atq; mẽdacio manifestissimo detecti atq; cõuicti sunt: ita ut uolẽtes gloriari de multitudine coepiscoporꝝ suoꝝ: inter aliquoꝝ absentiũ nomia etiam mortui nomen insererent. Et cũ quærereť ubi esset: subita ꝓturbatione cæcati: ipsi eũ cõfiterenť in itinere defecisse. Et cũ interrogarenť: quõ potuerit apud carthaginẽ subscribere qui i itinere iam defecerat: uehemẽtius ꝓturbati: alio mẽdacio se obligauerũt: respõdentes eũ a carthagine redeuntem fuisse defunctũ. De quo mẽdacio exire oĩno miníme potuerũt. Ecce qbꝰ creditis: ul' de antiq̃ traditiõe: uel de cognitoris corruptiõe: qui mandatũ suũ ubi nobis obiecerũt crimẽ traditionis: non potuerũt cõscribere sine crimie falsitatis. Proinde quæ maxie necessaria credidimꝰ: bis lr̃is tãq̃ breuiario collecta inseruimꝰ: ne forte ad magna gestoꝝ uolumina uel puenire non facile possitis: ul' ea legere laborioſũ putetis. Carthaginẽ uenimus: & nos & epi uestri: & qd̃ prius nolebant & indignũ esse dicebant: in unũ conuenimꝰ. Electi sunt ex nobis & ex ipsis: septem hinc: & septem inde: qui ꝓ causa omniũ loquerentur. Electi sunt alij septem hinc: & septem inde: cum quibꝰ ubi opus erat cõsilium ꝓtractarent. Electi sunt quattuor hinc: & quattuor inde: qui gestis conscribendis custodes essent: ne infalsatũ aliquid ab aliquo dicereť. Dati sunt etiam a nobis & ab ipsis: notarij quattuor hinc: & quattuor inde: ut bini cum exceptoribꝰ iudicis alternarẽt: ne aliquis nostrũ se dixisse aliquid causareť qd̃ non fuisset exceptũ. Huic tãtæ diligẽtiæ etiã illud est additum: ut & nos & ipsi quẽadmodũ ipse iudex uerbis nostris subscriberemꝰ: ne quisq̃ diceret in illis gestis aliquid uel postea fuisse corruptũ. Cũ eñ adhuc uiuentibus eis q subscripserunt: innotuerint eadẽ gesta omnibꝰ locis in quibꝰ oportet ut innoteścãt: Sic etiam ad posteros cõfirmata ueritas ꝑdurauit. Nolite ergo esse ingrati tãtæ misericordiæ dei quæ per istam diligẽtiam uobis ministrata est. Nulla excusatio iam remãsit: nimiũ dura: nimium diabolica sunt hoĩm corda: quæ adhuc tantæ manifestationi ueritatis obstunt. Ecce epi partis uestræ: quos omnes elegerũt ut ꝓ oĩbus loquerenť: conati sunt quãtũ potuerũt: ut oĩno ipsa causa non agereť: ꝓpter quã tãtus numerus episcoporũ utriusq; partis de uniuersa Africa: & de tam longinquis locis carthaginem uenerat. Et cũ oĩs aia suspensa expectaret in tãta collectione quid agereť: Illi uehemẽter instabãt ut nihil ageretur. Quare hoc: nisi quia causam suã malam sciebant: & facillime se posse cõuinci si agereť dubitare nõ poterãt: Ipse ergo animꝰ eoꝝ quo timebãt ne causa ageretť: iam uictos eos eẽ monstrabat. Si enim extorquerent qd̃ uolebant: ut iam collatio

ipsa nō fieret: nec disputationibus nostris ueritas appareret: redeuntes a carthagine: quid uobis erant responsuri: quid demōstraturi? Credo prolaturi erant gesta & dicta ri uobis. Nos instabamus ut causa ageretur. Illi instabant ut non ageretur. Vos expectatis uidere qd egerim⁹. Ecce legite ubi eos uicimus: ut nihil agerem⁹: forte & uos respōderetis si cor haberetis. Nihil ergo acturi: ut quid istis ul' potius q nihil egistis ut P quid redistis? Deniq; postea q̄ non potuerunt efficere qd conati sunt: id est ut causa nō ageretur: ipsa actio demonstrauit quid timuerint quando in omnib⁹ uicti sunt. Cōfessi sunt enim cōtra ecclesiam catholicam quæ toto terrarum orbe diffunditur: nihil se habere qd dicerent: qa diuinis sanctarum scripturarū testimonijs oppressi sunt: quibus ecclesia designat: incipiēs ab hierusalē creuisse per loca i qb⁹ apostoli prædicauerunt: & nomina eorūdē locorum in suis epistolis & actis cōscripserūt: & inde diffundi per cæteras gentes: cōtra istam ecclesiam se non habere causam manifesta uoce professi sunt: ubi est euidentissima in nomine dei nostri uictoria. Cum enim confirmant ecclesiam cui nos cōmunicare: ipsos autem nō cōmunicare manifestum ē: olim se uictos esse testātur: & uobis si sapiatis apertissime indicant: qd dimittere & quid tenere debeatis. Non in ea falsitate: qua uobis non cessant adhuc usq; mentiri: sed in illa ueritate qua uicti: coacti sunt cōfiteri. Quisquis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separat⁹: quātūlibet laudabiliter se uiuere: existimet: hoc solo scelere q̄ a christi unitate disiunctus est: nō habebit uitam: sed ira dei maneat super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit: nihil ei præiudicāt aliena peccata: quia unusquisq; in ea ꝓprium onus portabit: sicut apostolus dicit: Et quicunq; in ea corpus christi manducauerit indigne: iudiciū sibi manducat & bibit. Nā etiam hoc ipse apostol⁹ scripsit. Cū aūt dicit iudicium sibi manducat: satis ostēdit: quia non alteri iudiciū manducat sed sibi. Hoc nos egimus & ostendimus & obtinuimus: quia cōmunio malorum nō maculat aliquē participatione sacramentorum: sed consensione factorū. Nam si in factis malis nō eis q̄sq; cōsentiat: portat mal⁹ causā suā: & pſonā suā nec præiudicat alteri: quē i cōsensione mali operis sociū non habet criminis. Hoc etiam ipsi uoce aptissima coacti sunt cōfiteri: non tunc q̄n ista dicebamus: sed postea cum aliud ageret. Nā cum uētū fuisset Q ad causam etiam Cecilianī: quā nos ab eccliæ causa distinguebam⁹: ut si forte mal⁹ ect. inuentus: ipsum anathematizaremus: nō tamen ꝓpter ipsum ecclesiā christi relinqueremus: cui p malam suā causam præiudicare nō posset. Cū ergo etiam ad ipsam Cecilianī causam uētum fuisset: & legissent illi cōcilium carthaginēse: ubi recitabāt septuaginta plus minus episcoporū sentētias cōtra Cecilianū absentē ꝓlatas: Respondimus eis: sic nō obesse illud epōrū cōciliū absenti Ceciliano: quēadmodum nō obfuit pluriū epōrū partis Donati cōcilium absenti Primiano: q̄n eum i Maximiani causa plus min⁹ centum episcopi damnauerāt. Tūc illi nominata causa Maximiani: unde sciūt se etiā quos damnauerant in honore integro suscepisse: & baptismum in sacrilego Maximiani scismate datum se confirmasse & non destruxisse: & in sua uagaitana sentētia qua eos damnauerūt: quibusdam qui in ipso scismate fuerunt dilationem dedisse & dixisse: q eos non polluerint sacrilegi furculi Maximiani plantaria. Ista ergo causa postea q̄ eorum aures percussit: expauescentes & perturbati & obliti: unde supius contra nos cōtendebāt: continuo dixerunt: Nec causa causæ: nec pſona pſonæ præiudicat: & cōfirmauerūt uerbis suis qd nos antea de ecclesia dicebam⁹: quia nō solū catholicæ trāsmarinæ contra quā se cōfessi sunt nō habere qd dicerent: uerūetiam catholicæ Africanæ: quæ illi unitatis cōmunione coniūgit causa & pſona Cecilianī qualiscūq; fuisset præiudicare non posset: si Maximianus qui cū cæteris sociis suis Primianū dānauit: si etiam Fœlicianus qui simul Primianum dānauit: & postea in causa Primiani a Donati parte dānatus est: nō præiudicat parti Donati: cui modo eps sicut antea fuerat receptus adiungitur: sic etiā ipsis sociis suis Maximian⁹ nō præiudicat qb⁹ isti dilationē dederūt: dicētes eos ab illo cū quo fuerūt nō fuisse pollutos: qa nec causa causæ præiudicat: nec pſona personæ. Quid ergo quæritis ampli⁹? Multis qdē uerbis superfluis gesta onerauerunt: & quia non potuerūt efficere ut causa non ageret: hoc fecerūt mul-

23.q.4. si qs a catholica

Gal.6.

1.Cor.11

tum loquendo:ut qđ actum est difficile legeretur. Sed debent uobis etiam ista eoꝝ pauca uerba sufficere:ne ꝓpter nescio quæ: nescio quorum hominũ crimina oderitis unitatẽ catholicæ ecclesiæ:quia sicut ipsi dixerũt:relegerũt:subscripserunt:nec causa causæ præiudicat: nec ꝑsona ꝑsonæ. Nã & in ipsa causa Ceciliani:quã licet ad ecclíæ
Cecilianus causam non ꝑtinentem tamen defendendã suscepimus:ut etiam ibi calũniæ manifestarentur ipsoꝝ apertissime uicti sunt: nihilq; eorum quæ in Cecilianũ intendebãt ꝓbare potuerunt. Insup etiam de criminib⁹ traditiõis: nos episcopalia gesta ꝓtulim⁹: unde recitauimus aliquos eoꝝ episcoposꝝ qui sentẽtias in absentẽ dixerant Cecilianũ manifestissimos fuisse traditores:cõtra ipsa gesta illi qui nõ habebant qđ dicerent:falsa esse dixerunt:sed nullo modo ꝓbare potuerũt. Insup etiam confessi sunt: uel poti⁹ R ꝓ magna gloria ꝓfessi sunt:Cecilianũ apud Constantinũ impatorem a suis præcessoribus accusatum: Et addiderũt mẽdaciũ ꝙ illis accusantibus fuerit ab imperatore dãnatus. Ecce & hinc uicti sunt:unde uobis solẽt nebulas erroris offendere cõcitantes nobis inuidiam:& in odium uestrum nos adducẽtes: qa ecclesiæ causam apud impatores agimus.Ecce maiores eoꝝ de quorum nominib⁹ gloriant:ecclesiæ causam egerunt apud impatorem: ꝓsecuti sunt accusando Cecilianũ :apud impatorem damnatũ dixerunt:iã non uos inducãt uanissimis & mendacissimis uerbis:redite ad cor uestrũ: timete dominũ:cogitate ueritatẽ:relinquite falsitatẽ .Quicquid emꝫ iam passi fueritis impialibus legibus:qđ non ꝓ iusticia:sed pro iniquitate patimini:non poteritis dicere ideo nos esse iniustos:quia sic uobiscũ agi nõ debuit ut imperator uos ab ista iniquitate compesceret.Episcopi emꝫ uestri cõfessi sunt maiores suos sic egisse cum Ceciliano quomodo uobiscum agi nõ uultis:& tamẽ ꝙ Cecilianũ apud imperatorem ꝓsecuti fuerint: etiam ipsis confitentib⁹ & ꝓfitentibus satis constitit. Q⁹ aũt Cecilian⁹ fuerit ab impatore damnatus: oino non cõstitit:imo etiã cõstitit eum accusantib⁹ & ꝓsequẽtib⁹ maiorib⁹ eoꝝ:& bis numero prius ab epis:& ab ipso postea impatore fuisse purgatũ. Hoc etiam ipsi cõfirmauerunt talia postea quasi ꝓ causa sua ꝓferẽdo:ut magis contra ipsos esse inuenirent:& ꝓ causa Ceciliani etiam illa quæ ꝓtulerũt recitarent. Quoscunq; ergo accusare uoluerunt:nullis certis documẽtis probare potuerunt. Quicqd S autem nos & ꝓ ecclesiæ causa & ꝓ Ceciliani causa diximus: & uerbis suis & lectionib⁹
Optatus a se ꝓlatis etiam ipsi cõfirmauerunt. Nam protuleruut primo codicem Optati:unde quasi ꝓbarẽt Cecilianum ab impatore damnatum: Qui codex cum contra illos legeretur:& magis ostenderet Cecilianũ fuisse purgatum:ab omnib⁹ risi sunt. Sed qa ipse risus non potuit ab exceptoribus excipi:uerbis suis apud acta risos se esse testati sunt.

Iterum recitauerunt & protulerunt libellũ impatori Cõstantino a suis maiorib⁹ da-
Constantinus tum:ubi quæsti sũt ꝙ eos memorat⁹ impator grauiter ꝓsequeretur: ac sic eodem libello manifestarunt se apud impatorem a Ceciliano fuisse supatos:falsumq; esse qđ dixerunt eum ab imperatore damnatum. Tertio ꝓtulerunt litteras eiusdem Constãtini
Verinus ad uicariũ Verinum datas:ubi eos grauiter detestatur:& ꝓpterea dicit de exilio relaxandos & furori suo dimittẽdos:qa iam deus in illos cœperat uindicari. Ac sic etiã istis imperatoris litteris confirmauerunt se falsum dixisse ꝙ Cecilianus ab imperatore damnatus sit:cum potius imperator ipsos a Ceciliano uictos esse mõstrauerit:quãdo eos uehementer execratus:ideo iussit ut de exilio dimitterent:ut deo iudice sicut etiam cœperat punirentur. Postea Fœlicis abtungensis ordinatoris Ceciliani in medium causam miserunt:dicẽtes eundem Fœlicem fuisse traditorem a quo Cecilianus fuerat ordinatus:Et eiusdem Constantini imperatoris pro Ceciliano cõtra seipsos litteras protulerunt:ubi ad ꝓcõsulem scripsit:ut ad comitatũ suum mitteret Vigẽtium. Iste autem Vigentius confessus fuerat in cognitione Heliani ꝓconsulis falsũ se fecisse aduersus Fœlicẽ Ceciliani ordinatorẽ. Dicebant ergo isti nõ sine causa uoluisse impatorem ut ad se mitteretur Vigẽtius:nisi qa Ceciliani adhuc causa pẽdebat:& conabãt immittere suspitionẽ uanissimam: qđ postea q̃ Vigẽtius ad comitatũ directus est:tũc imperator contra Cecilianum ꝓtulerit iudicare: & illud iudicium suum quod nos recitaueramus:ubi inter ꝑtes cognouerat Cecilianumq; purgauerat: sentẽtia posterio-

re scindere. Sed dicebatur eis ut hoc potius legerent: & nihil omnino proferebant. Illæ autem litteræ imperatoris quibus ad se mitti iussit Vigētium: quas contra seipsos pro Ceciliano recitauerunt: hoc continent q̄ Helianus ꝓcōsul in causa Fœlicis audiē tiam præbuerit competētem: eūdemq; Fœlicem a crimine traditionis innocentē fu/isse constiterit: Sed Vigētium ad comitatum suum ꝓpterea iubere transmitti: ut illis qui ibi erant & diurnis diebus eum interpellare non desinebant: apparere & intimari posset: & frustra eos Ceciliano inuidiam cōparare: & aduersus eum uiolēter insurge/re uoluisse. Quis eos crederet ista contra se recitasse pro nobis: nisi dei omnipotētis nutu factum esset: ut non solum uerba eorum gestis tenerentur: sed etiā manꝰ subscri/bentium legerētur? Nam & ordine consulum & dierum qui gestis expressus est: si qs nunc diligenter aduertat: inueniet primo Cecilianū episcopali iudicio fuisse purgatū. Deinde non multo post Fœlicis abtungensis causa ab Heliano proconsule examina/ta est: ubi eum constitit innocētem. In qua causa ad comitatum mitti iussus est Vigen/tius: & lōge postea ipse impator causam inter partes cognouit atq; finiuit. In qua cog/nitione Cecilianum innocentē: illos autem calumniosissimos iudicauit. In quo ordine consulum & dierum satis ostenditur fallaciter eos & calumniose dixisse: q̄ imperator misso ad comitatū Vigentio: iudicium suum mutauit: & Cecilianum quē prius purga/uerat postea condemnauit. Non solum autem nihil de hac re legere potuerūt: & cō/tra seipsos tanta legerunt: sed etiam per ordinem consulum euidentius cōuincuntur post causam Fœlicis: ꝓcōsulari iudicio terminatam: in qua iussum ē: ut ad comitatum Vigētius mitteretur: nec paruo interuallo: sed lōge postea memorati imperatoris iu/dicio inter partes habito: Cecilianum fuisse purgatum. Non ergo uobis dicant: quia
T præmio corrupimus iudicem. Quid em̄ aliud solent uicti homines dicere? Aut si ali/quid dedimus iudici: ut cōtra illos pro nobis ꝓnunciaret: ipsis quid dedimus: ut con/tra se pro nobis tanta non solum dicerent: uerūetiā recitarent? An forte uolunt ut eis apud uos gratias agamus: quia cum dicant iudicem præmio a nobis esse corruptum: ipsi tamen multa quæ ꝓ nobis cōtra seipsos dixerūt & recitauerunt: gratis nobis om/nia præstiterunt? Aut certe si ꝓpterea dicant q̄ nos uicerint: quia melius egerunt cau sam Ceciliani q̄ nos: hoc plane credatis illis. Nos enim duas lectiones pro illo sufficere putaueramus: illi autem quattuor ꝓtulerunt. Sed quid uos pluribꝰ lr̄is oneremus? Si uultis nobis credere credite: & teneamus pariter unitatē quā iubet & diligit deus. Si autem nobis non uultis credere: gesta ipsa legite: aut uobis ut legātur admittite: & an uera sint quæ scripsimus ipsi uobis ꝓbate. Si autem nihil horum facere uultis: & mani/festissima ueritate cōuictam partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis: mundi erimus a pœna uestra quando uos sero postea pœnitebit. Si uero id qđ uobis præsti/tit deus non contempseritis: & post causam tam diligenter actam: & tam diligēter ma nifestatā peruersam consuetudinē relinquentes: paci christi & unitati cōsenseritis: de uestra correctione gaudebimus: & sacramenta christi quæ in sacrilegio scismatis ad iu/dicium habetis: utilia & salubria uobis erunt: cum in catholica pace habueritis caput christum: ubi charitas cooperit multitudinē peccatorum. Hæc ad uos scripsimꝰ octa/uodecimo kal. Iulias: pissimo Honorio augusto imperāte: ut quādo possunt ad quos/q; uestrū istæ litteræ peruenirent. 1. Petri. 4.

¶ Publicolæ ad beatū Augustinum: ab eo ut in lege ac diuersis causis instruat exqui/rentis: quæstionesq; singulas ad quas sibi singillatim respōdere postulat: per capitula signantis. Epla. CLIII.

Vdilecto & uenerabili patri Augustino episcopo: Publicola. Scriptum ē: Inter/roga patrem tuum & indicabit tibi: seniores tuos & dicent tibi. Vnde & mihi exquirēdā legem de ore sacerdotis iudicaui in causa tali. Quæ q̄lis sit: p lr̄as ex pono: simul etiam ut & ego instruar in diuersis causis. Singulas aūt quæstiones & di/uersas p capitula signari feci: ad quas singillatim dignare respōdere. In arçutibꝰ ut au/diui decurioni qui militi præest uel tribuno: solent iurare barbari: iurātes p dæmones suos q ad deducēdas bastagas pacti fuerint uel aliqui ad seruādas fruges ipsas: singuli Deut. 32.

possessores uel conductores solent ad custodiēdas fruges suscipere: quasi iam fideles epistolam decurione mittente: uel singuli transeuntes per ipsos transire. Mihi disceptatio in corde nata est: si ille possessor: qui suscepit barbarum: cuius fides p dæmonū iurationem firma uisa est non coinquinat: uel ipse uel illa quæ custodit: uel ille qui deducitur a deductore barbaro. Sed hoc debes scire: quia qui iurat barbar⁹ a possessore pro seruandis frugibus accipiat aurum uel a uiatore deductor: sed tamen cum hoc uelut i mercedē quæ solet dari a possessore ul'a uiatore: iuramētum etiā illud i medio est mortale datum decurioni uel tribuno: Qđ perturbat me ne polluat illum qui suscipit barbari iuramentū: uel illa quæ custodit barbarus. Quacūq; em̄ conditione etiam auro dato & obsidibus datis: ut audiui tamen iuramētū iniquum medium intercessit.

Dignare autē mihi definitiue rescribere & non suspense. Q; si ipse scribas dubitāter: ego maiores dubitationes incidere possum q̄ anteq̄ interrogassem. Hoc etiam audiui: quia ipsi homines conductores qui præsunt rei meæ: iuramētū per dæmones suos iurantibus barbaris accipiunt ꝓ reseruandis frugibus. Si ergo cum illi iurant per dæmones suos ut custodiant fruges: nō polluūt ipsas fruges: ut si inde māducauerit christian⁹ sciens: uel deprædatio ipsaꝝ rerū fuerit: coinquinet: significare dignare. Itē ab alio audiui q̄ cōductori nō iurat a barbaro: & alter dixit: qa iurat cōductori. Si etiā falsū mihi dixit ille: qa dixit iurari cōductori: si iā ꝓ hoc qđ solum audiui nō debeo uti de ipsis frugib⁹: uel de p̄cio ipsaꝝ ꝓpter auditū solū: qa dictū est. Si aūt quis dixerit hoc imolaticiū ē idolis: nolite māducare ꝓpt illū q iudicauit: si tn̄ etiā hæc causa silis ē causæ de imolaticio? Q; si ita est: qd debeo de ipsis frugibus: uel de p̄cio ipsaꝝ facere? Si debeo reqrere de utroq; q mihi dixit: qa nō iurat cōductori: aut q dixit qa iurat cōductori: & dictū uniuscuiusq; ꝓbare p testes: q ueꝝ dixit de illis duob⁹: & tādiu nō cōtingere de ipsis frugib⁹: uel de p̄cio q̄diu mihi ꝓbatū fuerit si ueꝝ dixit ille q dixit qa non iurat conductori? Si barbar⁹ qui p iuramētū suū iurat malū: fecerit illum christianum conductorē uel tribunū qui militi præest iurare sibi p fidē illis seruādā ꝓ custodiendis frugib⁹: p ipsū iuramentū mortale p qđ ipse iurat: si sol⁹ ille christian⁹ coinquinat⁹ sit an non & illa quorū causa iurat. Aut si pagan⁹ q militi præest iurauerit barbaro ꝓ fide illi seruanda per mortale iuramētū: si non coinquinat ꝓ quibus iurat? Si quē misero ad arçuges si licet ei iuramentum accipere a barbaro illud mortale: & si non coinquinatur si susceperit tale iuramentū christianus? Si de area trituratoria tritici uel cuiuscunq; leguminis: aut torculari: de qua dæmoni oblatū est: si licet inde manducare christianum scientē: Et de luco si licet ad aliquem usum suum christianū sciētem ligna tollere? Si quis uadens ad macellū ut emat carnem quæ non sit imolaticia: & cogitatiōes duas habuerit inde: q̄ imolata sit: & nō sit imolata: & illā tenuerit cogitationē qa nō immolat: & sit imolata cogitabit: si māducauerit peccat? Sic q bonā rem de q̄ dubitat an bona aut mala sit si faciat ut putat bonā: cū tn̄ putasset & malā: si peccatū ascribat ei? Si quis dixerit qđ imolaticiū est mētiēs: & postea dixerit iterum quia mētitus est: & ad fidem uere mentitus est: si licet christianū inde manducare aut uēdere: & de precio uti ex eo qđ audiuit? Si christianus aliquis ambulās passus necessitatē: uictus fame uni⁹ diei uel biduī: ul' multoꝝ dieꝝ: ut iā durare n̄ possit: ita occurrerit ut i ipsa necessitate famis in q̄ sibi uidet iam mortē ꝓximare: iuenerit cibum in idolio positū: ubi nullus sit hominū: & non possit inuenire aliū cibum: debet mori aut exinde ciba⁹? Si christianus uideat se a barbaro ul'a romano uelle iterfici: debet eos ipse christian⁹ interficere ne ab illis iterficiat: Vel si licet sine interfectiōe eos repellere uel impugnare: qa dictū
Matth.5. est: Nō resistere malo? Si murū possessioni debet christian⁹ facere ꝓpt hostē: & si ille christian⁹ q fecerit murū causa nō existit homicidij: cū inde aliq cœperint pugnare: & interficere hostes? Si licet de fōte bibere: ul' de puteo ubi de sacrificio aliqđ missū ē? Si de puteo q i tēplo ē & desertū factū ē debet xpian⁹ bibere? Si i tēplo qđ colit idoli pte⁹ ibi sit uel fons: & nihil ibi factū sit i eodē puteo ul' fōte si debet haurire aq̄s inde christian⁹ & bibere? Si christian⁹ debet i balneis lauare: uel i termis i qbus sacrificat simulacris? Si christian⁹ debet in balneis quibus in die festo suo pagani loti sūt lauare: siue

cū ipsis siue sine ipsis? Si in solio ubi descenderūt pagani ab idolis uenientes in die festo suo: & aliqd illic in solio sacrilegij sui fecerint & scierit christian⁹: si debet in eodē solio descendere? Si xp̄ianus inuitat⁹ ab aliquo appositam habuerit carnem in escam: de q̄ dictū fuerit illi qa immolaticia est & nō manducauerit eā: postea aūt ab aliquo trāslatam ipsam carnem aliquo casu inuenerit uenalem & emerit eam: aut appositā habuerit ab aliquo alio inuitat⁹ & nō cognouerit eā & māducauerit si peccat? Si de borto uel de possessiōe idolor̄ uel sacerdotū eor̄ debet xp̄ian⁹ sciens olus emere uel aliquē fructū: & inde edere? Sane de iuramēto uel de idolis ut laborē nō patiaris in reqrendo: quæ dominus donabit: inuenerimus: ante oculos tuos uolui proponere: Si quid aūt aliud aperti⁹ aut meli⁹ in scripturis inueneris: dignare mihi significare. Vnde quæ inuenim⁹: hæc sūt ubi Laban dixit ad Iacob: De⁹ Abraam & de⁹ Nachor: quē aūt deū nō significauit scriptura? Et iter̄ ad Abimelech q̄n uenit ab Isaac ubi iurauit: uel q cū illo erāt: Sed quale iuramentū nō significauit scriptura? Iter̄ de idolis ubi ad Gedeō dictū est a domino in libro Iudicū: ut de uitulo quē occiderat holocaustū faceret. Et in Iesu naue de hiericho: ut omne aur̄: argētū & æramētū inferret in thesauris domini: & sanctū uocatū est de ciuitate quæ anathema est. Et qd ē illud: qd̄ in Deuteronomio positū est: Non inferes abominationem in domū tuā: & anathema eris sicut hoc ipsū est? Domin⁹ te seruet: saluto te: ora pro me.

Genes. 31.
Genes. 26
Judicū. 6.
Iosue. 6.
Deut. 7.

Sancti Augustini ad Publicolam: singulis quæstionib⁹ illi⁹ in superiori epistola annotatis: uere ac subtiliter satisfacientis. Epla. CLIIII.

ZHonorabili & dilectissimo filio Publicolæ: Augustin⁹ in dño salutem. Aestus animi tui posteaq̄ didici litteris tuis: etiam mei cōtinuo facti sunt: non quo me b oia talia p̄mouerint q̄lib⁹ indicasti te esse p̄motum: sed quō tibi auferrentur hi æstus: fateor: æstuaui: maxime qa petis ut definitiue tibi rescribere: ne i maiores dubitatōes incideres q̄ anteq̄ interrogasses. Hoc em̄ uideo nō esse in mea ptāte. Nā quōlibet scripsero quæ mihi uidēt esse certissima: si tibi nō p̄suasero: p̄culdubio eris incertior. Nō autē sicut mihi adiacet suadere: eo mō adiacet etiā p̄suadere cuilibet. Verūtn̄ ne tuæ dilectioni negarem operulam meam: post aliq̄ntam deliberationem rescriben dū putaui. Mouet te certe: utr̄ ei⁹ fide utendū sit: q ut eā seruet p dæmonia iurauerit. Vbi te uolo pri⁹ considerare: utr̄ si q̄spiam per deos falsos iurauerit: se fidem seruauer̄: & eam non seruauerit: non tibi uideat̄ bis peccasse? Si enim tali iuratione promissā custodierit fidē: ideo tm̄ peccasse iudicaret̄: qa p tales deos iurauit: Illū aūt nemo recte reprehenderet qa fidem seruauit. Nūc uero qa & iurauit per quos non debuit: & contra pollicitam fidem fecit qd̄ non debuit: bis utiq̄ peccauit. Ac per hoc qui utiq̄ fide illi⁹ quem constat iurasse per deos falsos: & utiq̄ non ad malā sed ad licitā & bonam: non pctō eius se sociat qd̄ per dæmonia iurauit: sed bono pacto ei⁹ qd̄ fidem seruauit.

22.q.1.mouet
3.senten.dis.39 ca.post hec

Neq̄ hic eandē fidē dico seruari: q̄ fideles uocant̄ q baptiçant̄ in christo. Illa em̄ longe alia est longeq̄ discreta a fide humanorum placitor̄ atq̄ pactorum. Verūtamen sine ulla dubitatione min⁹ malū est per deū falsū iurare ueraciter: q̄ per deū uer̄ falla citer. Quanto enim per qd̄ iurat̄ magis est sanctū: tantomagis est pœnale periurium.

22.q.1.§.ſ q̄rit̄
3.senten.dis.39 ca.post hec

& Alia ergo quæstio est: utr̄ nō peccet q per falsos deos sibi iurari fecit: q̄ ille q ei iurat p deos falsos quos colit. Cui quæstiōi possūt illa testimonia fuffragari: quæ ipse cōmemorasti de Laban & Abimelech: si tamen Abimelech per deos suos iurauit: sicut Laban per deū Iacob. Hæc (ut dixi) alia quæstio est: quæ me merito fortassis mouerit: nisi illa exempla occurrisset de Isaac & Iacob: & si q̄ alia possūt inueniri. Si tamen illud non adhuc mouet qd̄ in nouo testamēto dictū est: Ne oīno iurem⁹. Qd̄ quidē mihi propterea dictū uidet̄: non qa uer̄ iurare peccatū est: sed quia peierare immane peccatū est: A quo nos longe esse uoluit qui oīno ne iurem⁹ admonuit. Sed tibi aliud uideri scio: unde nūc disputandū non est: ut illud poti⁹ agam⁹ unde me consulendum putasti. Proinde sicut non iuras: ita nec aliū si hoc placet iurare compellas: q̄uis dictū sit ne uirem⁹: Nusq̄ autē in scripturis sanctis legi meminerim ne ab alio iuratione accipiam⁹. Alia uero quæstio ē: utr̄ ea pace debeam⁹ uti: quæ inter alios inuicē iurātes fa

22.q.1.nouo
Matth. 5.
22.q.1.q̄uis

L

cta est. Qđ si noluerim⁹: ubi uiuam⁹ in terris: nescio utq; inuenire possimus. Neq; em̄ tantummodo limiti: sed uniuersis prouincijs pax conciliatur iuratiōe babarica. Vnde & illud sequetur: ut non fruges tantum quæ ab eis custodiuntur qui per deos falsos iurauerunt: sed ubiq; inquinata sunt omnia: quæ ipsa pace inuiuntur quā iuratio illa cō
26.q.2.si de area firmat. Q; si absurdissimū est dicere: nec illa te moueāt quæ mouebāt. Item si de area uel torculari tollat aliquid ad sacrificia dæmonioꝝ sciente christiano: ideo peccat si fieri permittit: ubi prohibēdi potestas est. Quod si factū nō comperit: aut prohibēdi potestatem nō habuit: utiq; mundis reliquis fructibus unde illa sublata sunt: sicut fontib⁹ utimur de quibus haurire aquā ad usum sacrificioꝝ certissime scimus: Eadem est etiā ratio lauacroꝝ. Neq; em̄ spm̄ deducere de aere dubitamus: in quē scimus ire fumū ex aris oīmbus & incensis dæmonioꝝ. Vnde apparet illud esse prohibitū: ne in honorē alienoꝝ deoꝝ aliqua re utamur: aut ut existimemur sic eam accipiēdo: ut q̄is animo contemnamus: eos tm̄ qui nostrū animū ignorāt ad hæc honorāda ædificem⁹. Et cū templa: idola: luci: & si quid huiusmodi data potestate uertunt: q̄is manifestū est cū id agimus nō ea nos honorare sed poti⁹ detestari: ideo tm̄ in usus nostros priuatos dū taxat & proprios nō debemus inde aliquid usurpare: ut appareat nos pietate ista destruere nō auaricia. Cum uero in usus cōmunes nō proprios ac priuatos uel in bonorem dei ueri cōuertat: hoc de illis fit qđ de ipsis hoīmbus cum ex sacrilegis & impijs in uerā religionē mutant. Hoc de⁹ intelligi docuisse illis testimonijs quæ ipse propo-
Judic.6. suisti: cū de luco alienoꝝ deoꝝ iussit ligna ad holocaustū adhiberi: Et de iericho ut
Josue.6. oīme auꝝ: argētum & æramentū inferret in thesauros dñi.
Deut.7. Quapropter etiā illud qđ in Deuteronomio scriptū est: Non cōcupisces argentū ul'aurū illoꝝ: nec accipies inde tibi: ne excedas propter illud qm̄ abominatio est dño deo tuo: & nō conferes execramentū in domū tuā: & eris anathema sicut & illud est: & offensiōe offēdes & coinquinatiōe inqnaberis: abominatōe illa qa anathema est: Satis apparet aut ipsos priuatos usus in talib⁹ esse ꝓhibitos: aut ne sic inde aliqd inferat in domū ut honoret. Tunc em̄ est abominatio & execratio: nō cū talib⁹ sacrilegijs honor aptissima destructiōe subuertit. De escis aūt idoloꝝ nihil amplius nos debere obseruare q̄ quod præcepit Apl's: A
certus esto. Et ideo de hac re uerba eius recole: quæ si obscura essent: pro modulo nostro exponerem⁹. Non aūt peccat qui cibum postea nesciēs māducauerit quē prius tanq̄ idolotitū respuit. Olus uel quilibet fructus in quolibet agro natus: ei⁹ est q crea
Ps.23. uit: Quia dñi est terra & plenitudo eius: Et oīmis creatura dei bona est. Sed si illud qđ
1.Timoth.4. in agris nascit cōsecrat idolo uel sacrificat: tunc inter idolotita deputandū est. Cauendum est em̄ ne si putauerimus nō uescendū olere qđ nascit in horto templi idoli: cōsequēs sit ut existimem⁹ nō debuisse apl'os apud athenas cibū sumere: qa ciuitas erat minerue eiusq; numini cōsecrata. Hoc & de puteo responderim uel fonte qui in templo est. Plus autē mouet reuera si aliquid sacrificioꝝ in fontē uel puteū proijciatur.
Sed eadē ratio est aeris qui oēm eaꝝ fumū recipit: de quo supra dixim⁹: Aut si hoc ideo putat distare: quia illud sacrificiū de quo fumus aeri cōfundit: nō fit ipsi aeri sed idolo alicui uel dæmonio. Aliq̄n aūt sic mittunt sacrificia in aquas: ut ipsis aquis sacrificet. Non ideo utiq; solis hui⁹ luce nō utimur: quia ei sacrilegi ubi possunt sacrificare nō cessant. Sacrificat etiā uentis: quibus tm̄ utimur ad tātas nostras cōmoditates: cū eorūdē sacrificioꝝ suoꝝ fumū ipsi qđāmodo haurire & uorare uideantur. Si qs dubitat de aliqua carne: utꝝ imolaticia sit & nō est imolaticia: si eā cogitationē tenuerit ꝙ imolaticia nō sit & ea uescat: non utiq; peccat: qa nec est: nec iam putat imolaticia: & si antea putabat. Neq; em̄ nō licet corrigere cogitatiōes a falsitate in ueritatē. Si quis aūt bonū putauerit esse qđ malū est: & fecerit hoc putādo: utiq; peccat: Et ea sūt
23.q.5.de occidēdis oīa peccata ignorātiæ: q̄n quisq; bene fieri putat qđ male fit. De occidēdis hoīmbus B
ne ab eis q̄sq; occidat: Nō mihi placet consiliū: nisi forte sit miles: aut publica functiōe teneat: ut nō pro se hoc faciat sed ꝓ alijs: uel ꝓ ciuitate: ubi etiā ipse est: accepta legitima potestate si eius cōgruit personæ. Qui uero repellunt aliquo terrore ne male faciant: etiā ipsis aliquid fortasse præstat. Hinc aūt dictū est: Nō resistamus malo ne nos

uindicta delectet: quæ alieno malo animū pascit: nō ut correctionē hoim negligamus. Vnde nec reus est mortis alienæ qui cum suæ possessiōi murum circūduxerit: aliquis ex ipsorum usu ꝓcussus intereat. Neq; em̄ reus est xp̄ianus si bos eius aliquē feriēdo: uel equus calcem iaciendo aliquē occidat. Aut ideo nō debēt christiani boues habere cornua: aut equus ungulas: aut dentes canis: Aut uero qm̄ apl's Paulus satis egit: ut in tribuni noticiā perferretur: insidias sibi a quibusdā perditis præparari: & obhoc deductores accepit armatos: si in illa arma scelerati homines incidissēt: Paul⁹ in effusiōe sanguinis eorum suū crimen agnosceret? Absit ut ea quæ ꝓpter bonum ac licitū facim⁹ aut habemus: si quid ꝓ hæc præter nostrā uoluntatē cuiq̄ mali acciderit: nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda: ne quis eis uel se uel alterum interimat. Nec arbor aut restis: ne quis se inde suspendat. Nec fenestra faciendа est: ne ꝓ hanc se quisq; præcipitet. Quid plura cōmemorē: cū ea cōmemorādo finire non possim? Quid em̄ est in usu hominū bono ac licito: unde non possit etiam pernities irrogari? Restat ni fallor ut dicamus aliquid de illo uiatore christiano: quē cōmemorasti uictū famis necessitate: si nihil uspiam inuenerit nisi cibū in idolio positū ubi nullus alius est hoim: utr̄ ei satius sit fame emori q̄ illud in alimētum sumere. In qua quæstiōe: qm̄ nō est consequēs: ut cibus ille idolotitum sit. Potuit em̄ uel ab eis qui ibi abitinere diuertētes corp⁹ refecerāt: obliuiōe seu uolūtate dimitti: uel illic ob aliā causam quālibet poni: Breuiter respōdeo. Aut certū est esse idolotitū: aut certum est nō esse: aut ignorat. Si ergo certum est esse: meli⁹ xp̄iana uirtute respuit: Si autē uel non esse scit uel ignorat: sine ullo conscientiæ scrupulo in usum necessitatis assumit.

Beati Augustini ad Marcianū: ex diffinitiōe amicitiæ ꝓbātis illū nūc se uer̄ habere amicū quē ante nō habuerat: rationēq; reddētis: cur ille pri⁹ amic⁹ nō fuerit: Eūdē præterea exhortātis ut ea præcepta teneat quib⁹ ipsor̄ amicitia uera ac sempiterna esse possit. Epistola. CLV.

C Domino merito suscipiēdo & in xp̄o dilectissimo ac desiderātissimo fratri Marciano: Augustin⁹ in dño salutē. Abripui uel poti⁹ obripui: & quodāmodo furat⁹ sum memetipsū mltis occupationib⁹ meis: ut tibi scriberē antiq̄ssimo amico: quē tm̄ non habebā q̄diu in christo nō tenebā. Nosti quippe ut diffinierit amicitiā romani: ut ait quidā: maxim⁹ auctor Tullius eloquij. Dixit em̄ & uerissime dixit: Amicitia est reꝝ humanarꝝ & diuinarꝝ cum beniuolētia & charitate consensio. Tu aūt mi charissime aliqn̄ mihi consentiebas in reb⁹ humanis: cū eis more uulgi frui cuperē: & mihi ad ea capessēda quor̄ me pœnitet fauēdo uelificabas: imo uero uela cupiditatū mearꝝ cū cæteris tūc dilectorib⁹ meis inter præcipuos aura laudis inflabas. Porro in rebus diuinis q̄r̄ mihi illo tpe nulla luxerat ueritas: utiq; in maiore illi⁹ diffinitōis pte nra amicitia claudicabat. Erat em̄ reꝝ tm̄modo humanarꝝ: non etiā diuinarꝝ: q̄is cum beniuolētia & charitate cōsensio. Et posteaq̄ illa cupere destiti: pseuerāte quidē beniuolentia: saluum me esse cupiebas salute mortali: & ea reꝝ prosperitate fœlicē quā mundus optare consueuit. Etiam sic itaq; aliq̄ntum tibi erat mecum rerum humanarū beniuola & chara cōsensio. Nūc ergo quātum de te gaudeo: quib⁹ explicē uerbis: quādo eum quē quoquo mō habui diu amicum: habeo iam uerum amicū. Accessit enim etiā rerum consensio diuinarꝝ: quoniā qui mecum temporalē uitā quondā iucundissima benignitate duxisti: nunc spe uitæ æternæ mecum esse cœpisti. Modo uero etiam de reb⁹ humanis inter nos nulla dissensio est: qui eas rerum diuinarꝝ cognitiōe pensamus: ne plus eis tribuamus: q̄ modus earꝝ iustissim⁹ postulat. Nec eas in aliquo cōtemptu abijciēdo: creatori earꝝ dño reꝝ cælestiū atq; terrestriū faciam⁹ iniuriā. Ita fit ut inter quos amicos nō ē reꝝ cōsensio diuinarꝝ: nec hūanarꝝ plena eē possit ac uera. Necesse ē em̄ ut alit̄ q̄ oportet hūana æstimet: q diuina cōtēnit. Nec hoiem recte diligere nouerit: q̄s eū nō diligit q hoiem fecit. Proinde nō dico nūc mihi pleni⁹ amic⁹es q̄ eras expte: sed q̄ntū ratio indicat: nec expte eras q̄n nec in rebus hūanis mecū amicitiā uerā tenebas. Reꝝ quippe diuinarꝝ ex qb⁹ recte hūana pensant: socius mihi nōdū eras: siue q̄n nec ipse in eis erā: siue posteaq̄ ego eas utcunq; sapere cœpi: a quibus tu longe

Tullius

Actſ. 21.

abhorrebas. Nolo aũt succenseas: nec tibi uideat absurdũ q̃ ullo tpe cum in uana bu D
ius mũdi æstuarẽ: quãuis me multũ amare uidereris: nõdum eras amicus meꝰ qñ nec
ipse mihi amicus erã: sed potiꝰ inimicus. Diligebã quippe iniquitatẽ: & reuera quia diui
Põs.10 na sentẽtia est: quia scriptũ est in sanctis libris: Qui diligit iniquitatẽ odit aiam suã. Cũ
ergo odissem aiam meã: ueꝝ amicum quõ habere poterã ea mihi optantẽ in quibꝰ ipse
meipsum patiebar inimicũ? Cum uero benignitas & gratia saluatoris nostri illuxit mi-
hi: non ꝑm merita mea sed ꝑm ipsius misericordiã: tu ab hac alienꝰ: quõ esse posses ami
cus meus: qui unde beatus esse possem penitus ignorabas: & nõ in hoc me amabas in
quo mihi ipse iam fuerã utcunq; amicus effectus? Grãs itaq; deo q̃ te mihi amicũ face
re tandẽ aliqñ dignat. Nunc em̃ nobis est reꝝ humanaꝝ & diuinaꝝ cum beniuolẽ-
tia & charitate consensio in xp̃o Iesu dño nostro uerissima pace nostra: Qui duobꝰ præ
Matth.22. ceptis cuncta præconia diuina cõclusit dicẽs: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo:
& ex tota aia tua: & ex tota mente tua: & diliges ꝓximũ tuũ tanq̃ teipsum. In his duo-
bus præceptis tota lex pendet & ꝓphetæ. In illo primo reꝝ diuinaꝝ: in hoc scdo reꝝ
hũanaꝝ est cũ beniuolẽtia & charitate cõsensio. Hæc duo si mecũ firmissime teneas:
amicitia nostra uera ac sempiterna erit: & nõ solum inuicẽ nos: sed etiã ipsi dño socia-
bit. Qd̃ ut fiat: exhortor grauitatẽ & prudẽtiã tuã: ut iam etiã fideliũ sacra percipias.
Decet em̃ ætatẽ & congruit quantũ credo moribꝰ tuis. Memẽto quid mihi dixeris ꝓ
fecturo: comicum quidẽ de Terentio recolẽs uersum: sed tñ aptissimũ & utilissimum.
Terentius Nunc hic dies aliã uitã affert: alios mores postulat. Q; si ueraciter dixisti: sicut de te du
bitare nõ debeo: iã profecto sic uiuis ut sis dignus baptismo salutari: remissionẽ ꝓtre
ritoꝝ accipere peccatoꝝ. Iam oino non est cui alteri præter dñm xp̃m dicat genꝰ hu
Virgilius manũ: Te duce si qua manẽt sceleris uestigia nr̃i: Irrita ꝓpetua soluẽt formidine ter-
ras. Qd̃ ex iteo: id est ex sibyllino carmine se fassus est transtulisse Virgiliꝰ: qm̃ fortas-
sis etiã illa uates aliquid de unico saluatore in spũ audierat qd̃ necesse habuit confiteri.
Hæc tibi dñe merito suscipiende & in xp̃o dilectissime ac desiderãtissime frater: siue
pauca: siue forsitã multa sint utcunq; occupatissimꝰ scripsi: tua mereri scripta desidero:
& te nomẽ dedisse inter cõpetentes uel datuꝝ esse: iã iamq; cognoscere. Dñs deꝰ no
ster in quẽ credidisti: & hic & in futuro sæculo te cõseruet dñe merito suscipiẽde & in
christo dilectissime ac desiderãssime frater.

Beati Augustini ad Probã: dicta illius approbãtis: & eã q̃ mala huius mũdi tolerabi-
liora duxerit spe futuri cõmendãtis: sibiq; a dño futuræ uitæ præmia & præsentis so-
latia poscentis. Epistola. CLVI.

Dominæ insigni & merito illustri & præstãtissimæ filiæ Probæ. Augustinꝰ. Est E
quidẽ ita ut dicis q̃ in corpe corruptibili aia constituta terræna quadam cogita
tione constringit & tali onere qd̃ammõ depressa curuat: ut in imo multa q̃ in
Sap.9. sũmo unũ facilius cõcupiscat & cogitet. Nam hoc etiã sancta scriptura ita dicit: Cor-
pus em̃ qd̃ corrumpit aggrauat aiam: & deprimit terræna inhabitatio sensũ multa co-
Luc.13. gitantẽ. Sed ideo uenit saluator noster qui mulierẽ illã in euãgelio ꝓ decẽ & octo an-
nos curuã: quæ fortasse hoc significabat uerbo salutẽ: erexit: ut aia xp̃iana nõ frustra au
diat: Sursũ cor: Nec frustra rñdeat: se habere ad dñm. Qd̃ intuẽs recte facis: mala hu
ius mũdi tolerabilia ducere spe futuri. Sic em̃ usu quodã bono cõuertunt in bonũ dũ
Ro.8. nõ augẽt nostrã cõcupiscẽtiã sed exercẽt patiam: de q̃ re Apls ait: Scimꝰ qm̃ diligẽtibꝰ
deũ oia cooperãt in bonũ. Oia inqt: Nõ solũ ergo illa quæ appetũt ut suauia: ueꝝ etiã
illa quæ ut molesta uitant: qñ alia sic sumimꝰ ne capiamur: alia sic ferimꝰ ne frãgamur:
Põs.33. Et ꝑm præcepta diuina i oibus grãs agimꝰ ei de quo dicimꝰ: Benedicã dñm in omi tpe
Põs.118. semp laus eiꝰ in ore meo: Et bonũ est mihi qm̃ hũiliasti me: ut discã iustificatiões tuas.
Neq; em̃ reuera si fallacis ꝓsperitatis semp hic trãquillitas arrideret: aia humana por
tum illũ ueræ certæq; securitatis appeteret: dña insignis & merito illustris & præstan-
tissima filia. Reddẽs itaq; debitũ præstantiæ tuæ salutatiõis: obsequiũ agensq; grãs q̃
salutis nr̃æ religiosissimã curã geris. Posco tibi a dño futuræ uitæ præmia: præsentisq;
solatia: oimq; uestꝝ in quoꝝ cordibus ꝑ fidẽ habitat xp̃s: me dilectiõi oratiõiq; cõmẽ-

do:Et alia manu. Deꝰ uerꝰ & uerax ueraciter cõsoleť cor tuũ:& ꝓtegat salutẽ tuã:dña insignis & merito illustris ac præstantissima filia.

¶ Beati Augustini ad Optatũ:de origine aiæ disserẽtis:& se de quæstiõe p eundẽ mota:utꝫ uidelicet aiæ sicut corpa ꝓpagatiõe nascanť:an creator omps sine ulla ꝓpagatiõe nouas faciat singulas:nunq̃ fuisse ausum definitã ꝓferre sententiã cõfitẽtis:Docẽtis præterea quẽadmodũ sine piculo origo aiæ possit latere:astruẽtisqꝫ neminẽ iuxta sanã fidẽ a contagiõe mortis & obligatiõe pcti liberari posse nisi p unũ mediatorẽ dei & hoim:hoiem xpm Iesum:Cur etiã creenť illi quos creator præsciuit ad dãnationẽ:nõ ad gratiã pertinere subtiliter explanãtis:Et ad quæstionẽ principalẽ redeũdo diffuse de ea disputãtis: Optatũ quoqꝫ diligẽter admonẽtis:ne minꝰ cautus nouã incurrat hæresim:ac postremo qd illũ de agitata quæstiõe diffinitũ audire uelit aperiẽtꝫ.E.CLVII.

EDomino beatissimo & sincera dilectiõe desiderabili fratri & coepõ Optato: Augustinus in dño salutẽ. Quis tuæ sanctitatis nullas ad meipsum datas accepe
d rim lras: tñ qa illæ q̃s ad Mauritaniã cæsariensẽ misisti: me apud cæsareã præsente uenerũt:quo nos iniuncta nobis a uenerabili papa Zoçimo aplicæ sedis epõ ecclesiastica necessitas traxerat:factũ est ut ea quæ scripsisti etiã ipse perlegerẽ: tradente 2.Retrac.56.
mihi eãdem epistolam tuã famulo dei sancto Renato: in xpõ nobis fratre charissimo: Quo petente & mihi licet alijs occupato uehementer instãte:ad ea sum rñdere compulsus. Accessit huc etiã alterius scti & cũ debito honore noiandi fratris nostri:& q̃n tũ ab illo comperi necessarij tui muressis cum in supradicto oppido remoraremur aduentus. Qui mihi retulit etiam sibi missas de hac re litteras uenerationis tuæ: Et me de hac ipsa quæstione consuluit ut quid inde sentirem:uel meis uel suis rescriptis ad te faceret peruenire:utrum scilicet animæ ut corpora propagatione nascantur: sintqꝫ ex illa una quæ primo homini creata est: An creator omnipotens qui utiqꝫ usqꝫ nunc operatur sine ulla propagatione nouas faciat singulas proprias. De qua re anteq̃ aliquid admoneã sinceritatẽ tuã: scire uolo in tã mltis opusculis meis nũq̃ me fuisse ausum de hac quæstiõe definitã ꝓferre sententiã: & impudẽter referre in litteras ad alios inforꝫ mãdos:qd apud me nõ fuerit explicatũ. Quaꝫ aũt reꝫ atqꝫ causaꝫ consideratiõe pmouear:ut in neutrã assertionẽ meꝰ inclineť assensus:sed adhuc inť utrãqꝫ disceptẽ: nimis longũ est hac epla exprimere: Nec tã necessariũ:ut hoc omisso non possit de hac quæstiõe qd satis est deputari:& si nõ ad auferendã cunctationẽ:certe ad cauendã temeritatem. Illud emꝫ ubi uel maxime fides christiana consistit:qꝫ per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorũ. Sicut emꝫ in Adam omnes moriunť: ita & in 1.Cor.15.
xpo oẽs uiuificabunť:Et qꝫ p unum hominẽ peccatum in hunc mũdũ intrauit: & per Ro.5.
peccatum mors: & ita in oẽs homines pertransijt in quo omnes peccauerunt: Et qꝫ iudiciũ quidẽ ex uno in condemnationẽ: Et qꝫ p unius delictũ in oẽs hoies ad condẽnationẽ: & p unius iustificationẽ in oẽs hoies in iustificationẽ uitæ:Et si q̃ alia testimonia declarãt neminẽ nasci ex Adã:nisi uinculo delicti & dãnatiõis obstrictũ: neminẽqꝫ inde liberari nisi renascẽdo p xpm:tã inconcusse tenere debemꝰ:ut sciamꝰ eũ qui hoc negauerit:nullo modo ad xpi fidẽ:& ad eã quæ p xpm datť pusillis & magnis dei grãm ptinere. Vnde si origo aiæ lateat: dũ tñ redemptio clareat:periculũ nõ est.Neqꝫ emꝫ
G in xpm credimꝰ ut nascamur:sed ut renascamur quõcunqꝫ nati fuerimus. Hactenus aũt dicimꝰ sine periculo latere aiæ originẽ:ut non tñ eã partẽ dei esse credamꝰ:sed creaturã:Nec de deo natã:sed ab illo factã: atqꝫ in eiꝰ genus adoptãdã:mirabili dignatiõe gratiæ:nõ pari dignitate naturæ:Nec eã corpus esse sed spm:Non creatorẽ utiqꝫ:sed creatũ.Nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile quo grauať: qꝫ illuc eã uitæ in cælestibꝰ uel in quibuslibet alijs ptibus mundi antea malæ gestæ merita cõpulerunt.Nõ Ro.9.
dum emꝫ natos aplꝰ:cũ de Rebeccæ geminis loquereť:nihil egisse dicit boni ulꝰ mali:ut nõ ex opibus quibus nullis alter distinguebať ab altero: sed ex uocãte diceretť minori seruituꝫ esse maiorẽ. His igiť firmissime constitutis si tã reconditũ atqꝫ abditũ est in occultis opibus dei: ut nec scripturaꝫ diuinaꝫ manifesto eloquio declareť:utꝫ ꝓptea nihil boni uel mali nondum nati egisse credẽdi sint:quia nõ ex alijs ꝓpagatas: sed

mox ex nihilo creatas aias singuli accipiũt? An quia cũ essent originaliter in parẽtibꝰ:
3.senten.diſ. 25.ca.1. adhuc ipſi nulli erãt qui suas & proprias uitas agerẽt? Illa tn̄ sit fides salua q̃ credimus nullum hominũ: siue maioris siue paruulæ quãlibet & recẽtis ætatis liberari a cõtagione mortis antiquæ & obligatiõe peccati qđ prima natiuitate contraxit: nisi per unum
1.Timoth.2. mediatorẽ dei & hoim: hoiem christum Iesum. Cuius homis eiusdẽq; dei salũberrima fide: etiã illi iusti salui facti sunt: qui priusq̃ ueniret in carnẽ: crediderũt in carnẽ uenturum. Eadem nãq; fides est & nostra & illoꝝ: qm̃ hoc illi crediderunt futurũ qđ nos
2.Cor.4. credim⁹ factũ. Vnde dicit apl's Paulus: Habẽtes aũt eundẽ spm̃ fidei: ſm qđ scriptũ
Ps.115. est: Credidi ꝓpter qđ locut⁹ sũ: & nos credim⁹ ꝓpt̃ qđ & loqmur. Si ergo eundẽ spm̃ fidei & illi habebãt qui uenturꝝ in carnẽ xp̃m prænũciarũt: quẽ etiã illi q eũ uenisse nũciarũt: sacramẽta esse potuerũt pro temporꝝ diuersitate: ad unitatẽ tn̄ eiusdẽ fidei cõ
Act.15. cordissime recurrẽtia. Scriptũ est in actib⁹ apostolorꝝ loquẽte apostolo Petro: Nunc ergo quid temptatis deũ imponere iugũ supra collum discipulorꝝ: qđ neq; patres nostri neq; nos portare potuim⁹: sed ꝑ grãm dn̄i Iesu credim⁹ nos saluos fieri quẽadmodum & illi? Si ergo & illi: id est patres portare iugum legis ueteris nõ ualẽtes: ꝑ grãm
Habacuc.2. dn̄i Iesu saluos se fieri crediderunt: manifestũ est ꝙ hæc gratia etiã antiquos iustos uiRo.5. uere fecit ex fide. Iustus em̃ ex fide uiuit. Lex aũt subintrauit ut abundaret delictũ: ut
Gal.3. superabundaret gratia per quã sanaret delicti abundãtia. Si em̃ data esset lex quæ uiuificare posset: oino ex lege esset iusticia. Cui tn̄ bono lex data sit: consequẽter adiunxit dicẽs: Sed cõclusit scriptura oĩa sub peccato: ut promissio ex fide Iesu christi daret credentibus. Danda itaq; fuerat lex quæ manifesti⁹ sibi ipsum ostenderet hoiem: ne su
Ro.10 perbus animus human⁹ a seipso se posse esse iustum putaret: Et ignorãs dei iusticiã: id est quæ homi ex deo est: & suã uolẽs cõstituere: id est quasi suis uiribus partã: iusticiæ
Ro.7. dei subiectus non fieret. Oportebat itaq; ut addito mãdato cuius uox est: Non concu
3.senten.diſ. 25.ca.1. piſces: supbo pctõri etiã præuaricatiõis crimẽ accederet: atq; ita gratiæ medicinã nõ sanata p legẽ sed cõuicta infirmitas quæreret. Proinde cũ oẽs iusti: hoc ẽ ueraces dei cultores: siue ante incarnationẽ: siue post incarnationẽ xp̃i: nec uixerint: nec uiuãt nisi
Act.4. ex fide incarnatiõis xp̃i: in quo est grãe plenitudo: ꝑfecto qđ scriptũ est: Nõ esse aliud nomẽ sub cælo: in quo oportet saluos fieri nos: ex illo tpe ualet ad saluãdũ gen⁹ humaH
1.Cor.15. nũ: ex quo in Adã uitiatũ est gen⁹ humanũ. Sicut em̃ in Adã oẽs moriũt̃: ita & in christo omnes uiuificabunt̃. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adã: ita in regno uitæ nemo sine christo. Sicut per Adã omnes iniusti: ita per christum omnes iusti. Sicut ꝑ Adã omnes mortales in pœna facti sunt filij sæculi: ita & ꝑ christum omnes imortales in gratia fiunt filij dei. Cur aũt creent̃ etiã illi quos creator præsciuit ad damnationẽ non ad grãm pertinere: Beatus Apostolus tãto succinctiore breuitate: quãto maiore
Ro.9. auctoritate cõmemorat. Deum em̃ dicit uolentẽ ostendere irã & demonstrare potentiã suã attulisse in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionẽ: Et ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ: quẽ superius dixerat tanq̃ figulũ luti ex eadem massa facere: aliud uas in honorẽ: aliud in contumeliã. Merito aũt uideret iniustum: ꝙ fiunt uasa iræ ad perditionẽ: si non esset ipsa uniuersa ex Adã massa damnata. Quod ergo fiunt inde nascendo uasa iræ: pertinet ad debitã pœnã. Qđ autem fiũt renascẽdo uasa misericordiæ: pertinet ad indebitã grãm. Ostendit ergo deus irã suã: non utiq; animi perturbationem: sicut est quæ ira homis nũcupat̃: sed iustã fixãq;
Job.14. uindictã: quæ de stirpe inobediẽtiæ ducit̃ propago peccati atq; supplicij: Et homo natus ex muliere: sicut in libro Iob scriptum est: breuis est uitæ & plenus iracundiæ. Eius em̃ rei uas est q̃ plen⁹ est: unde iræ uasa dicunt̃. Ostendit & potentiã suã qua bene etiã utit̃ malis: multa illis naturalia & tempalia bona largiens: eorũq; maliciã ad exercẽdos & comparatione admonendos bonos ac commendãs: ut in eis discãt agere grãs deo: ꝙ ab eis: non suis meritis qui in eadem massa paria fuerũt: sed illi⁹ miseratione discreti sunt. Quod maxime apparet in paruulis: de quibus cum per christi grãm renascunt̃ & istam uitam in illa tenera ætate finiẽtes: in æternã transeunt & beatam: dici non potest ꝙ libero discernunt̃ arbitrio ab alijs infantibus qui sine hac gratia in ipsius massæ

damnatione moriunt. Si autem hi soli crearent ex Adā qui essent per grām recreā/
di: & præter illos qui in dei filios adoptant: nulli alij homies nascerētur: lateret benefi/
cium quod donaretur indignis: quia nullis ex eadem damnabili stirpe uenientibus
debitum supplicium redderet. Cum uero attulit in multa patiētia uasa iræ: quæ per/
fecta sunt in perditionem: non solum ostendit iram & demonstrauit potentiam suam
redhibendo uindictam: & bene utendo bonis: sed etiam notas fecit diuitias gloriæ
suæ in uasa misericordiæ. Ita enim quid præstetur sibi discit gratis iustificatus: dum nō
suo merito sed gloria largissimæ dei misericordiæ discernitur a damnato: cum quo ea/
dem iusticia fuerat & ipse damnandus. Tam multos aūt creando nasci uoluit: quos
ad suam gratiam nō pertinere præsciuit: ut multitudine incomparabili plures sint eis
quos in sui regni gloriam filios promissionis prædestinare dignatus est: ut etiam ipsa
reiectorum multitudine ostenderetur q̄ nullius momenti sit apud deum iustum: quā/
talibet inumerositas iustissime dānatorū: Atq; ut hinc quoq; intelligāt qui ex ipsa dam
natione redimūtur: hoc fuisse debitum massæ illi uniuersæ: qđ tam magnæ parti eius
redditum cernerent. Non solum in eis qui originali peccato multa addunt malæ uo/
luntatis arbitrio: uerumetiam in tam multis paruulis: qui tātummodo uinculo pecca/
ti originalis obstricti: sine gratia mediatoris ex hac luce rapiunt. Tota qppe ista mas/
sa iustæ damnationis reciperet debitum: nisi ex ea faceret non solum iustus: sed etiam
misercors figulus: alia uasa in honorem scđm gratiam: non scđm debitum: dum & par
uulis subuenit: quorum nulla merita dici possunt: & maiores præuenit: ut habere aliq̄
Si solus: quomodo & pater: nisi quia & ipse & pater unus deus & solus deus: non separato spūsancto. Vnus ergo deus pater: & cum illo filius unus deus: quāuis non cum illo unus pater. Itēq; unus dominus Iesus christus: & cum illo unus dominus pater: quāuis nō cū illo unus Iesus christus: tanquā & pater sit Iesus christ⁹. Hoc enim nomē ex dispensatione misericordiæ susceptæq; humanitatis assumptum est. An forte qđ ait apostolus: Vnus domin⁹ noster Iesus christus per quē omnia: non uultis aduīgi qđ dictum est: unus ad id quod est dominus: sed ad id quod ait: per quē omnia: ut nō un⁹ dominus: sed unus per quem omnia intelligatur: ut nō sit pater p quem omnia: sed pater solus ex quo omnia: & filius solus p quē omnia. Si ita est: iam tandem fatemini unū dominum & deum nostrum esse patrem & filium. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut qs prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oīa: ipsi gloria. Neq; enim dixit: Ex patre omnia: & p filium omnia: sed ex ipso & per ipsum & in ipso: quo nisi domino: de quo ait: Quis em̄ cognouit sensum domini? Ex domino ergo & per dominum & in domino omnia: nō alio illo & alio isto: sed uno domino: quia non dixit: ipsis gloria: sed ipsi gloria. Quod si quisquā dicit id qđ ait apostolus: Vnus dominus Iesus christus per quē omnia: nō intelligi unus dominus: nec unus per quē omnia: sed unus Iesus christus: qui unus Iesus xp̄s etiā dn̄s dicit̄: non tamen ut unus dominus sit: sed ut unus Iesus christus: quid dicturus est cum audierit eūdem apostolum clamantem: Vnus domin⁹: una fides: unū baptisma: unus de⁹ & pater omnium? Cum enim deum patrem hic cōmemoret ubi ait: Vnus deus & pater omniū: proculdubio id quod ibi dixit: Vnus dominus: quē nisi Iesum christum uoluit intelligi? Si ergo sic placet: desinat esse domin⁹ pater: quia un⁹ est & dominus Iesus christus. Qđ si absurdum & impium est opinari: discamus intelligere unitatē patris & filij & spūsancti: ut qđ de uno solo deo dictū fuerit: nō continuo prohibeamur de filio uel de spūsancto intelligere: qa pater qdem non est filius: & filius non est pater: & spūs utriusq; nō est pater aut filius: sed tn̄ & pater & filius & spūsanct⁹ unus q solus est uerus dn̄s deus. Neq; em̄ spūssanctus si aut deus aut uerus deus non esset: templū eius essent corpora nostra. Nescitis inqt quia corpora uestra templum in uobis est spūssancti quē habetis a deo? Et ne quisq̄ ipsum spm̄ negaret deum: cōtinuo secutus ait: Et non estis uestri: Empti em̄ estis precio magno: Glorificate ergo & portate deum in corpore uestro: eum scilicet cuius templū corpora uestra esse prædixerat. Iam hoc mirabile est: si uer; est quod uos audio dicere: ita esse spm̄sanctum minorē filio: sicut patre minor est filius. Cum em̄ corpora nostra mēbra sint xp̄i: sicut dicit Apostolus: Itemq; corpora nostra templū sint spūssancti: sicut idēipse dicit Apl's: Nimiū miror: quō sint mēbra maioris: templū minoris? An forte iam placet dicere spm̄sanctum dn̄o Iesu xp̄o esse maiorē. Videt̄ em̄ suffragari huic opinioni etiā illa sentētia: Qm̄ q dixerit uerbū aduersum filiū hois: remittet̄ ei: Qui aūt dixerit aduersus spm̄sanctū: non remittet̄ ei neq; in hoc sæc'o neq; i futuro. Periculosi⁹ em̄ peccat̄ in maiorē q̄ in minorē. Nec separari fas est filiū hois a filio dei: qa ipse fili⁹ dei factus est fili⁹ hois: nō mutādo qđ erat: sed assumēdo qđ nō erat. Sed absit etiā talis impietas ut spūssanctus maior filio esse credat̄. Non ergo facile in puersum moueāt quæ ita dicunt̄: quasi ostendāt alterꝫ altero esse maiorē. Nam quædā etiā sic dicunt̄ ut hoibus paꝫ intelligētib⁹ & ipse fili⁹ maior patre uideat̄. Quis em̄ cum fuerit interrogat⁹: qd sit maius: uerꝫ aut ueritas: nō poti⁹ rn̄deat ueritatē esse maiorē. Ab illa em̄ uera sunt quæcūq; uera sunt. Non aūt ita est in deo. Nam filium maiorem patre utiq; non dicimus: & tamē filius dicit̄ esse ueritas: Ego sum inquit uia: ueritas & uita. De patre autem tantummodo uos uultis intelligi quod ait: Vt cognoscant te unum uerum deum & quē misisti Iesum christum: Vbi nos subaudimus: etiam Iesum christum uerum deum: ut hæc sit sententia: Te & quem misisti Iesum christum cognoscant unum uerum deum: Ne illa consequatur absurditas: ut si propterea nō est uerus de⁹ Iesus xp̄s: qa dictum est patri: Te unū uerꝫ deum: propterea non sit dominus pater: quia dictum est de christo: unus dn̄s. Verūtamen fm prauum intellectum ul'potius errorem: maior est deus ueritas q̄ deus uerus: quia

1. Cor. 8.
Ro. 11.
Eph. 4.
1. Cor. 6.
Matth. 12.
De verbis domini ser. 11.
Joh. 14.
Joh. 17.

uerus a ueritate est. Maior ergo patre filio: quia iste est ueritas: ille uerus. Hanc per-
uersitatē pellit ex animo: q didicerit patrē uerum deum esse gignēdo ueritatē nō par-
ticipando. Non est aūt alia substantia ueri gignētis: & alia genitæ ueritatis. Sed cum p
ad hæc contēplanda infirmus sit oculus cordis humani: accedit ut de contētione etiā
turbulētus sit: & qñ ista cōspiciet: dicit scriptura: filiū dei dñm & saluatorē nostrum le-
sum christum: uerbum dei esse & ueritatē & sapiētiam: & boies eum ante incarnationē
quam de maria uirgine accepit sine ulla oīno susceptione corporeæ creaturæ p ipsam
naturā & substantiā suam qua uerbum dei est & sapientia dei: uisibilem & corruptibilē
dicunt: dum sibi uolunt constare quod sentiunt de patre: & tm̄modo esse dictum: inui
sibili incorruptibili soli deo. Rogo te: uerbum bomis non est uisibile ne dum uerbum
Sap. 8. dei: Iam uero sapiētia illa de qua dictū est: Attingit ubiq; propter suam mūdiciā: & nihil
inquinatū in eam incurrit: & in seipsa manēs innouat oīa: & si qua similia quæ numera-
ri non pñt. Si corruptibilis est: nescio qd dicā: nisi ut doleā præsumptionē humanā: &
Sap. 7. mirer patientiā diuinā. Cum uero de illa dictū sit: Candor est em̄ lucis æternæ: nec ue-
stri ut arbitror iam dicunt lucē patris: quæ qd est nisi eius substantia fuisse aliqñ sine cā
dore a se genito: sicut ista in diuinis & spiritalib⁹ & incorporeis & incōmutabilib⁹ cre-
di & utcūq; intelligi possūt. Audio em̄ iam eos emēdasse: an forte falsum est hoc eos
aliqñ dixisse: quod fuerit aliqñ pater sine filio: tanq̄ fuerit lux æterna sine candore quē
genuit. Quid ergo dicimus? Si natus est filius dei de patre: iam pater destitit gignere:
& si destitit cœpit. Si autem cœpit gignere: fuit aliquando sine filio: sed nūquā fuit sine
filio: quia filius eius sapiētia ei⁹ est: quæ candor est lucis æternæ: Ergo semp gignit pa-
ter & semp nascit filius. Hic rursus timēdum est ne putet imperfecta generatio: si nō
dicimus natum esse sed nasci. Compatere mecum obsecro in his angustijs humanæ
Esa. 53. cogitationis & linguæ: & pariter confugiamus ad spm̄ dei per prophetā dicentē: Ge-
nerationē eius quis enarrabit? Hoc unum peto interim ut diligēter exquiras: utrū ali
cubi diuina scriptura de diuersis substantijs dixerit: q̄ unum sint. Si enim non inuenit
dictum: nisi de his rebus quas constat esse unius eiusdēq; substantiæ: qd opus est ut re-
bellem⁹ aduersus ueram & catholicam fidem? Si aūt inueneris alicubi hoc scriptum:
etiam de diuersis substantijs: tunc aliud cogat inquirere: unde ostēdam recte homou-
sion dictū patrē & filiū. Nam si illi q scripturas nras: aut nesciūt: aut nō laboriose scru-
tant: & tm̄ filiū eiusdē substātiæ & æqualē patri credūt: dicāt eis q hoc nolunt credere:
cū tm̄ deū patrē filiū habere unigēitū credāt: Noluit de⁹ habere æqualē filiū: aut nō po
tuit. Si noluit inuidus est: si non potuit: infirm⁹ est: Vtrūuis aūt horr̄ de deo sentire sa-
crilegum est. Nescio utrum possint inuenire qd dicāt si nolint res absurdissimas & stul
tissimas dicere. Ecce quantū potui exposui tibi fidē meā: & plura quidē dici possunt Q
& diligenti⁹ disputari. Sed uereor ne ista ipsa quæ dixi oneri sint occupationib⁹ tuis: ta
men ea non solum dictata conscribi uolui: sed etiam manu mea subscribēda curaui: qd
quidem & antea uolueram: si quod inter nos placuerat seruaretur. Sed modo certe
puto iam non a te debere dici timuisse me: tibi dicere fidem meam: quando non so-
lum dixi: sed scriptam subscripsi: ne me quisquam dicat aut dixisse quod non dixi: aut
nō dixisse quod dixi. Hoc fac & tu: si iudices quæris: nō qui in ore tuo reuereant per-
sonam tuam: sed q in litteris tuis exerant libertatē suam. Si em̄ calumniam times: quod
nullo modo auderem dicere nisi hoc ipse dixisses: licet tibi non subscribere. Nam &
ego propterea nolui nomē tuūm scribi in his meis litteris: ne hoc forte uoluisses. Facile
est ut quisq; Augustinum uincat: uideris utrum ueritate an clamore. Non est meū di-
cere nisi quia facile est ut quisq; Augustinum uincat: quanto magis ut uicisse uideatur.
Aut si non uideatur: uicisse dicatur facile est. Hoc nolo magnū putes: nolo pro magno
appetas. Nam cum aduerterint homines in hac re tam ingentem famam cordis tui:
multi gaudebunt se inuenisse occasionem: ut a pauco euge euge tam potentem uirum
faciant amicum. Noli dicere quia si non faueant: uel si contrariam sententiam profe-
rant: etiam formidare poterunt inimicum inepte quidem & stulte. Sed tamen plæriq; R
homines ita sunt. Noli ergo attendere quomodo uincatur Augustinus: qualiscunq;

unus homo: Sed attende potius utrum uinci possit homousion: nō ipsum uerbū græcum: quod facile est non intelligētibus irridere: sed illud quod scriptum est: Ego & pater unum sum⁹: Et pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: ut sint unū sicut & nos. Item paulopost: Non pro his autem rogo tātum inquit: sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eor̄ in me: ut omnes unum sint: sicut tu pater in me & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat quia tu me misisti: & ego claritatē quā dedisti mihi dedi illis: ut sint unū sicut & nos unum sum⁹: Ego in eis: & tu in me ut sint cōsūmati in unū. Vide quotiēs dixit: Sint unū sicut & nos unū sum⁹: nusq̄ tn̄ dixit: Ipsi & nos sim⁹ unū: sed sicut ego & tu sum⁹ unū: sic & ipsi in nobis sint unū: Quia sicut ille erāt uni⁹ eiusdēq̄ substātiæ: quos etiā uni⁹ pticipationis uitæ æternæ facere uolebat: Ita de pr̄e & filio ꝓpterea dictū est: Vnū sum⁹: quia uni⁹ sunt eiusdēq̄ substātiæ: & nō participes uitæ æternæ: sed ipsa principaliter uita æterna: Et poterat dicere scd̄m formam serui: Et ipsi unum sum⁹: aut unū sum⁹: nec tn̄ hoc dixit: quia unā substantiam patris & suam: & unam illor̄ uolebat ostendere. Si autem dixisset: Vt tu & ipsi unū sitis: sicut ego & tu unum sumus: aut ut tu & ego & ipsi unum sumus: sicut ego & tu unū sumus: nemo nostrū recusaret posse dici unum sunt: etiam diuersas substantias. Nūc autem uides q̄ nō ita sit: quia non ita dixit: & sæpe dicendo uehementer commendauit qd̄ dixit. Inuenis ergo aliquid in scripturis unum de diuersis naturis: sicut supra ostendimus: sed additur uel subauditur: quid unum: sicut ex anima & corpore dicimus unū animal & una psona & unus homo uel est ul'sūt. Sine aliqua uero adiunctione dici unū sunt: si inueneris in scripturis: nisi de his q unius substantiæ sunt iustissime flagitabis: ut aliud proferam⁹ unde homousion demonstrem⁹. Sunt em̄ & alia multa: sed interim de hoc uno cogita deposito studio contentiōis ut habeas propitium deum. Non em̄ bonum hois est hoiem uincere: sed bonum est homini ut eum ueritas uincat uolentē: quia malum est homini ut eū ueritas uincat inuitum. Nam ipsa uincat necesse est: siue negantē siue confitentē. Da uenīā si quid liberius dixi: non ad contumeliā tuam: sed ad defensionē meam. Præsumpsi em̄ de grauitate & prudentia tua: qa potes considerare: quantū mihi respōdendi necessitatē imposueris: aut si & hoc nō recte feci: & huic da uenīā: huic scripturæ a me dictatæ & relectæ. Ego Augustinus subscripsi.

Beati Augustini iterū ad Pascentiū: dicta ei⁹ falsa esse & fidem suā se dicere noluisse astruētis: & ob id ne ulteri⁹ iactet ꝓ fidē suā dixerit &c: cōmonētis. Ep'la. CLXXV.

SI dicis te mihi dixisse fidem tuam: & me tibi noluisse dicere fidem meam: quod te audio non tacere: recordare obsecro q̄ utrunq̄ sit falsum. Nam nec tu mihi uoluisti dicere fidem tuam: & ego tibi fidem meā non dicere nolui: sed ita dicere uolui ut nemo posset dicere: aut dixisse me aliud quod non dixerim: aut non dixisse quod dixerim: diceres autem mihi fidem tuam si hoc diceres unde dissentis a nobis. Si diceres: Credo in deum patrem q filium fecit primā creaturā ante omnes cæteras creaturas: & in ipsum filium: nec æqualē patri: nec simīlē nec ueꝝ deū: & in spm̄ sanctū factum per filiū post filiū. Hæc em̄ uos audio dicere. Aut si forte falsū est ꝓ ista dicatis: hoc poti⁹ abs te uolo scire. Si aūt uerum qa ista dicitis: uolo scire quēadmodū ea de scripturis sanctis defendatis. Nunc aūt dixisti: credere te in deū patrē om̄ipotentē: inuisibilē: īmortalē: non ab aliquo genitum: & ex quo sunt oia: Et filiū eius Iesum xp̄m: deū natū ante sæcula: per quē facta sunt oia: Et in spm̄ sanctum. Hæc fides nō est tua: sed utriusq̄ nostrum: quēadmodū si adiungeres ꝓ eundē filiū dei Iesum xp̄m etiā maria uirgo peperit: qd̄ pariter credimus: & si qua alia cōmuniter cōfitemur. Si uoluisses ergo tuam dicere: non istā diceres quæ cōmunis est nobis: sed illā poti⁹ in qua dissentim⁹ a uobis: hæc & præsens dicerē: si quēadmodū placuerat uerba nr̄a exciperentur. Sed quia hoc noluisti: dicēs te a nobis timere calumniā & a placito cui mane consenseras post prandiū recessisti: ut quid dicerē: quēadmodū uelles me dixisse narrares: & ego nō haberē unde ostenderem quid uel quēadmodū dixerim. Noli ergo ulterius iactare ꝓ tu fidem tuā dixeris: & ego meā nō dixerim: quia sunt homines qui considerent me potius habuisse fiducīam fidei meæ: qui eā scribi uoluerim: te aūt non

Joh. 10
Joh. 17.

6. de Trinitate ca. 3.

babuisse dum quasi calumniã pertimescis. Paratus ergo eras negare si tibi obijcerẽ quod contra fidem meam aliqd dixeris. Vide ergo qd de te ipse sentire feceris. Qđ si obiectum non eras negaturus: cur dictum scribi noluisti: præsertim cum magnopere uoluisses etiã bonoratos uiros nostro interesse sermoni? Cur ergo uolẽs calumniã deuitare notariorũ stilum timebas: & clarissimorũ testimonium non timebas? Si aũt sic uis ut etiam ego dicam fidem meã: quomodo te dicis dixisse tuam: ego etiam breuius possum dicere: Credere me in patrẽ & filium & spm̃sanctum. Si aũt proprium aliquid unde dissentis a me uis audire: Credo in patrẽ & filium & spm̃sanctum: nec filiũ dicens patrem: nec patrem filium: nec utriusq; spm̃sanctum uel patrem ul'filium: & tamen patrem deum: & filium deum: & spm̃sanctum deum solum æternum & immortalem propria sua substãtia: sicut deus solus & æternus & imortalis est: ea diuinitate qua est ante sæcula. Hoc si tibi displicet: & placet a me audire quẽadmodũ de scripturis sanctis asseraẽ. Lege etiã illud qđ ꝓplixi⁹ cõscriptũ misi benignitati tuæ. Si aũt illud tibi nõ uacat legere: nec mihi uacat frustra uerba iactare. Possum tñ q̃ntũ dñs dederit facultatis uel dictanti tibi uel scribẽti. Ego quoq; uel dictando uel scribendo ad qđ uolueris respondere huic scripturæ a me dictatæ & relectæ. Ego Augustin⁹ subscripsi.

¶ Pascentij comitis Arriani ad beatum Augustinum: sibi q̃ in errore permaneat mẽdaciter improperantis: ac conuitiosis comparationib⁹ eum mordẽtis: atq; ad rescripta ipsius perfide respondentis. Epl'a. CLXXVI.

OPtaueram te frater dilectissime pristini erroris tui consilium deponere: nũc mi ror te in ipso adhuc permanere sicut epistola quã ad me misisti clamat. Nam ita est dignatio tua: sicut sitiẽs nimio calore accensus: si inuenerit aquam cœnosam & se ingurgitauerit: postea etiam si lympidam & frigidam reperiẽs biberit: non satis proficere potest: quãdoquidem cœno semel eius cor & aia obruiẽ. Deniq; q̃ pace tua dicã: ita & consiliũ præstantiæ tuæ: sicut arbor curua & nodosa quæ nihil in se rectũ habet & aciem peruertit oculorũ. Rescribit mihi sanctitas tua: patrẽ deũ: filium deũ: spm̃sanctum deum: sed unũ deum: Quis e tribus unus deus? An forte est una persona triformis quæ hoc nomie nuncupeẽ? Tu si uoluisses & confideres de ꝓfessione tua: resideres mecum cum coep̃is tuis puro ac pacifico aio & spũ: & conferres de his quæ dei sunt: & quæ ad gloriã & grãm spiritalem pertinẽt. Vnde qd opus est scribere & rescribere quod nos non ædificat?

¶ Sancti Augustini iterũ ad Pascentiũ comitem Arrianum: superiori epistolæ illius respondentis: & ut ipse ad argumentum ex uerbis Apostoli sumptum respondeant: petentis. Epistola. CLXXVII.

LItteræ tuæ nec ad reddẽda conuitia me ꝓuocare: nec a reddendis litteris reuocare potuerũt. Ea quippe quæ scripsisti mouerẽt me: si a ueritate dei nõ a potestate homis dicerenẽ. Dixisti consilium meũ arborẽ curuã & nodosam: quæ nihil in se rectum habet & aciem peruertit oculorũ. Quid in me diceres si a placito qđ inter nos mane statueram⁹ ego recessissem: & in re facillima quæ recte placuerat curuã refragationẽ & nodos difficultatis posuissem? Neq; eñ aqua cœnosa ingurgitatũ me iudicares: sed perfidie: quod multo peius est ebrietate submersum: si nõ talis post prãdiũ redisse: q̃lis ante prãdiũ recessisse. Sed ecce nunqd nõ rescripsisti qđ uoluisti: & nullã calũniã formidasti. Sic ergo potes &c̃: ut sit qđ ul'nosipsi uel alij possint cõsiderare & iudicare. Q̃ eñ dicis triformẽ dei psonã me credere: si legere dignat⁹ fuisses qđ aliud aliq̃n ꝓlixius misi: & ad ea quæ ibi scripta sũt rñdere uoluisses: hoc fortasse nõ diceres. Sed tñ ecce: & hoc ip̃m qđ triformẽ dei psonã dicã: & dictasti & cõscriptũ misisti & nullã calũniã timuisti. Ecce oñdisti ueru esse qđ dico: nõ ideo te sicut placuerat cũ sil'essemus uerba tua dictare noluisse: qa calũniã timebas: sed qa de ueritate nõ cõfidebas modo qa iã tibi placuit dictare: an triformẽ dei psonã credã. Rñdeo nõ me ita credere: Vna qppe forma ẽ: qa una: ut ita dicã: deitas: & ideo un⁹ de⁹ pr̃ & fili⁹ & spũssanct⁹. Tu
1.Cor.6. aũt peto digneris breuiẽ respõdere: quõ accipias qđ ait apl's: Qui adhæret meretrici: unum corpus est: qui autem adhæret domino unus spũs est? Diuersi enim sexus cor-

pora sibi adhærentia: unum corpus dixit: Et cūm spūs humanus nullo modo possit dicere: Ego & dominus unum sumus: tamē cum adhæret domino unus spūs est: quanto magis ille qui uerissime dixit: Ego & pater unum sum⁹: quia inseparabiliter patri cohæret: ipse & pater unus deus est. Si tamen uel hoc uerbum admittitur in illa diuinitate: ut dicamus cohæret: quod nunquā omnino uel fuit ul'esse poterit ulla distantia separatum. Ad hoc respondē: utrum tibi placeat biformem spiritum dici: quādo q adhæret domino un⁹ spūs est. Quod si tibi non placet: nec ego triformem deū dixi patrem & filium & spm̄sanctum: sed unum deū. Si autem in præsentia uis ut colloquamur: gratiam quidem habeo dignationi & beniuolentiæ tuæ. Sed sicut iam mihi aliud quod uoluisti rescribere dignatus es: ita dignare rescribere dictaturos nos esse quæ dicturi sumus: & non deero uoluntati tuæ quantum me adiuuerit deus. Nam si scribis & scribo: non nos ædificat. Quomodo nos ædificat? Dicis: dico: ubi post uerborū stre pitum non inueniam⁹ quid legendo recenseamus. Augustinus hæc dictaui: & relictis subscripsi. Abstineam⁹ nos a couitijs ne tps inaniter impendam⁹: & ad id quod agit̄ inter nos potius aduertamus. Joh. 10.

¶ Narratio altercationis inter beatum Augustinum episcopum: & comitem Pascentium Arrianum: habitæ in domo Anicia hippone: regio præsente Laurentio uiro clarissimo iudice ab utrisq; partibus electo. CLXXVIII.

XI ¶ Laurentius uir clarissimus partibus & personis in commune positis dixit: Dei discutiendum est negocium: naturæq; eius in qua plærisq; labuntur homines: examinanda perfectio. Si post illud totum quod pars parti: persona personæ conuitij intulit pridem: iam in utrisq; maneat serenitas animorum: uenerande Augustine & Pascenti nobilissime dignamini profiteri. De domino enim disputans: animus debet serenior inueniri: quia repulsis animositatis caliginib⁹: menti se puræ ad intelligendam naturæ suæ magnitudinem facilius offeret. Fidem igit̄ uestram ex professione opinionum primit⁹ agnoscere uolo: tum demum requirere utrum liceat præterscripturarum diuinarum eloquia usurpatiue defensionis merito aliquid affirmare.

¶ Augustinus episcopus dixit: Sunt aliqua fidei necessaria a patribus posita: quæ in uerbis diuersarum linguarū aliter sonant: aliud intus continent in secreto: sicut ipsa caro christi dei & hominis pleni infirmitatem ostendebat exterius: diuinitatis uirtutem gerebat interius: Tamen fidem reipublicæ debens uir clarissim⁹ Pascentius: qua ipse extitit prouocator: fidei quoq; suæ quā christo debeat: qua etiā suam credit animam gubernari: dignetur nomē edicere: qa potestatis: ætatis etiam simulq; prouocationis ei⁹ ordo si fieri iustissime flagitat. Mihi enim placet te iudicem præsidere: quod etiam ipsi placuisse manifestissime comprobatur. Laurētius uir clarissimus dixit: Tuæ excellentiæ merito Pascenti uir nobilissime nos admodū paruisse clarum est. Tremens enim in tantæ rei negocio paru⁹ præsideo cognitor formidans: ne de tantæ omnipotentiæ natura secus aliter quid credens reatū incurram. Sacramēto em̄ me meū animum animāq; memini consciuisse: nec tuas intentiōes ulla intentione palpare: nec aliquid a iusticia longius cohibere. Tua enim dilectione iudex in cognitione fidei inter utrosq; uideor præsidere. Partis ergo e diuerso sistentis cui defensiōis uerba Augustinus uir grauissimus se impensurum ostendit postulationem qua petit: quia & ratione
Y non caret: dignare effectu anticipare nomēq; simul propriæ religiōis edicere. Pascentius uir clarissimus dixit: Nec præsens prudentissimus suæ fidei episcopus Augustinus me negare potest christianum: In patrem ingenitum: & in filium genitum & in spm̄sanctum me credere profiteor: sed nō unius æqualisq; substātiæ uel naturæ. Et qm̄ hesterna die cū laudabiliter sanctū uirū & ois scientiæ Auxentiū nominarē: & quē idē uir e duob⁹ fuisset secutus: utr̄ Arriū an Eunomiū: idem frater Augustin⁹ scrupulosi⁹ inquireret. Ego anathema memoratū continue Arrio & Eunomio dicere nō dubitaui. Flagitās ut ipse quoq; homousion anathematiçaret: eo p̄ scriptū in libris dominicis minime reperiat̄. Quod facere oino in nullo cōsensit: unde se ꝓculdubio homousianum euidēter ostendit: & q̄ pergraue sit: ipse prorsus aduertis scripturaꝝ auctoritate

calcata: illud ponere quod eadem scriptura nō dixit. Si quid em̄ præter auctoritatē di uinorum uoluminum ponitur: uacuum approbatur. Laurentiꝰ uir clarissimꝰ dixit: Aduertis ne uenerabil' Augustine: qd pro sua ꝓsecutōe designet: uel q̄ integro ꝓsecutionis modo sententiam suam uir clarissimus Pascentius firmet: Augustinus episcopꝰ dixit: Catholicum me homousion in sancta trinitate credētem hac professione respōdeo: Firmet' tantūmodo eiusdē uiri spectabilis Pascentij respōsio: si nihil præterq̄ qd' scriptū est qsq̄ nr̄m debeat uel audeat in defensiōe fidei applicans noiare. Aut em̄ licebit & nulli maxime græcis ubi fides orta est denegabit': aut nō licebit & calūnia iustissime repellet'. Postea tamē homousion uerbum græcum unitatē ostendēs: quid contineat: quid habeat: quidue maneat: exponet'. Laurentius uir clarissimus dixit. Etiam ab Augustino honorabili uiro rectissime respondet'. Aut enim ut ipse professus est: licebit aliquid quod scriptum non est defendere fidei merito ponere & ponendum est licite: Aut non licebit: & utrunq; penitus denegandum est integre: unde opus nob' est agnito iam uocabulo sonante professionem ulterius quicquā inquirere nisi ut ipsum homousion nobis uenerabilis Augustinꝰ suæ religionis episcopꝰ scriptū ostendat in lege. Augustinus episcopꝰ respondit: rectissimam iusticiæ lineam te- Z nens: O nobilissime fidei uir præsidēs: agnosce rationemq; perpendæ: qa de tuo non solum alij sapientissimi uiri iudicio iudicabūt: uerumetiam deus uerissimus qui est omnium iudex plenius iudicabit. Nō enim differentis dei spernendū est: nōnunquam & in præsenti iudex ultor assurgit. Fidei ergo nostræ iam dignare rationē inquirere: symbolūq; quo fides utcūq; constat: singulos præcipe tuis auribus coram omnibꝰ recitare.

Laurentius uir clarissimꝰ dixit: A iusticia nulla ratione discordat: ut ipse digneris qui petitor es: Pascenti uir clarissime: tuæ fidei symbolum recitare. Tūc Pascentiꝰ sono clariori: symbolū recitans: credere se in deum patrem omnipotentem: inuisibilem: ingenitum & incapabilem dixit: & in Iesum christum filiū eius deum natum ante sæcula: per quem facta sunt omnia: & in spiritūsanctum. Augustinus episcopꝰ respō & dit: Memorem esse amplitudinem uestram in dei negocio: præsidens cognitor prosecutionis nostræ non dubito: quia uir clarissimus Pascentius nihil ponendum esse in fidei ratione: præterq̄ ꝙ scripturæ continēt: asseruit: q licet fidei catholicæ homousion uerbum pro macula nominis ꝑm suos auctores nitatur opponere: ex eo ꝙ posuit uel potiꝰ uetuit: hinc magis & homousion a græcis sacerdotibus positum uerbum in assertionem fidei dici debere recte defendimus: & aliqua quæ scripta non sunt: ab ipsis potius temere posita uel dicta modo probamus. Laurentius uir clarissimꝰ dixit: Cur sum ut uideo bonorabilis Augustinus negocij præsentis calcē se obtinuisse declarat: seseq; docturū astruens aliqua quæ scripta non sunt tuæ Pascenti clarissime auctores fidei posuisse quæ sequeris. Quæ si in lege non posita: & a uobis propria usurpatione fidei merito posita esse docuerit: iam quærendum erit: quia iam licere manifestum erit: qd in intimis homousion uerbum habeat: ad quam rem pertineat: cuiq; rei recte hoc uerbum adhibitum iudicetur: iusteq; inuentum uel positum ipsa fidei perfectio roborabit. Pascentius uir clarissimus dixit: Non decet nos aliquid sine auctoritate scripturarum ponere diuinarum: quid est tamē sepositō calumniæ artificio quod dicit ul' proponit e diuerso defendēs frater Augustinus: absq; legis auctoritate nos alicui posuisse uel dicere: publicet palam: & si conuicerit: nec homousion iniuste ab ipsis positū: etiam ego iam publice conclamabo statimq; eorū communioni socꝰ fio. Laurētius uir clarissimus dixit: Nihil tam optimum tamq; libertati fideiq; & animæ congruū q̄ longa tergiuersatiōe quā potuit stoliditas enutrire ociꝰ derelicta: animositatis q̄ deo fit iniuria obstinata aliquādiu nebula repellatur: atq; quæ occulta in linguis uarijs sunt euidētiore luce pandātur. Sed ne in longum negocium iam prope uictoria pacatum oratio protrahat diuturna: quod absq; legis auctoritate a Pascentio uiro clarissimo uel ab eius auctoribus reclamas positum: dignare iam Augustine uir sanctissime publicare. Augustnus ep̄s respondit: In assertiōe fidei patrem ingenitum & incapabilē ? dixit: cum nec ingenitum nec incapabilem scriptura patrem alicubi testet'. Qui licet

ingenitus pater sit: quia hoc ipsum utriq; confitemur: tamen hoc nullius scripturæ seu ueteris seu nouæ cõtinet textus. Est enim ingenitus: qui a nullo ẽ genitus: sed hoc est q̃ ingenitus genitus: utpote de deo deus. Non enim quia Adam ingenitus approbatur idcirco est homo: & Abel quia de ipso est genitus nõ est homo: hominem genuit qđ est ingenitus homo: deus qđ est genuit eiusdem substãtiæ: eiusdem essentiæ sine tempore sibi coæternum genuit: ante quem nihil est temporis non accipit modũ. Est igitur ingenitus pater: quia ut dictum est: a nullo est genitus: sed est genito coætern⁹: quomodo ignis in substantia sua in qua est a creatore creatus: est quidẽ ingenitus: sed genitus a se splendori consubstantialis est & coæternus. Hanc dei trinitatis substantiã unam homousion uerbo græci cõplecti breuiter maluerunt. Non enim nomen ẽ: sed terribilis est in uerbo huiuscemodi sonãs. Qđ uerbum aperte ipse filius declarat cum dicit: Ego & pater unum sumus. In isto uno consistit substantia una. Nam ex eo qđ est una: & ipse fili⁹ manet in ea: unde etiam iam circũamict⁹ carnis ueræ trabea dicit: Nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Ecce & filius per seipsum inuisibilis approbatur. Quid est qđ quasi acutius i fidei ponere assertione nituntur. Incapabilem autem nec legunt nec iuste defendunt. Joh.10. Matth.11.

Quomodo enim incapabilis pater quem capit fili⁹ totum: ipso dicẽte: Ego in patre & pater in me? De quo etiam Paulus apostolus dicit: Qm̃ cum in forma dei eẽt nõ rapinam arbitratus est esse æqualis deo: qui formam implet dei nihil habet minus deo. Quomodo ergo incapabilis pater dicitur qui capitur totus a filio? Ecce enim quæ scripta nõ sunt in lege uspiam: a uobis temere ponũtur in symbolo: ubi nihil magis aliter oportet inseri præter q̃ scripturæ ueridicæ cõtinet modus. Cur uobis de homousion uerbo usum est fidei catholicæ inuidiam excitare: quæ substantiam dei unam simpliciter credẽs: hoc uerbum a græcis patribus in assertionem fidei defendẽdo accepit? In contione enim hoc est in symbolo qđ est inter animas nostras & deum: quid usum est hominibus aliquib⁹ ponere quæ scripta nõ reperiũtur in lege? Neq; em̃ alicubi ingenitus aut incapabilis pater! Laudãtes enim deum dicere solemus in precibus eius magnitudinem admirantes: Qui capit omnia: quem capit nemo scilicet hominũ. Nã totus capitur a filio: cuius formam implet filius uni⁹ incõmutabilis naturæ secreto. Ergo neq; solus inuisibilis pater: sed & filius inuisibilis. Sicut hominibus inuisibilis pater: ita inuisibilis hominibus filius scđm illud secretum qđ manet in patre. Non ergo iuste positus est inuisibilis sol⁹ pater in symbolo: sed inuisibilis tota trinitas de⁹: excepta carne suscepta a filio: de qua dicit apostolus: Inuisibili soli deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Totus ergo habitat pater in filio: cuius patris formã idem filius non exparA te: sed implet in pleno. Hanc apostoli Pauli sententiã qua dicit intimatq; dei mortalibus secreta: Qui cũ in forma dei esset: aliqui male pronunciantes: male sentiẽdo bene digesta nõ esse ausum filium dei per imparilitatem æqualem: sed p rapinam fieri deo patri prorsus affirmant: qđ inique sentitur. Si enim diceret: Qui cum de⁹ esset nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo: posset angustijs fidei suæ quilibet qualiscunq; & si debile de qua sine mora excluderetur spacium inuenire: Nunc uero: quia cum in forma dei esset: dixit: omnẽ machinatiõis iniustæ aditũ intercluſit: ubi est forma nihil habet prorsus minus omnino natura: De⁹ enim: ait idem apostol⁹: erat in christo mũdum reconcilians sibi. Quomodo enim susciperet minor maiorem: nisi se una natura cognosceret parem? Neq; enim liniamẽtis spacijsq; membroꝝ hæc dei forma distenditur: ut pater filium in se suscipiat habitantem: aut in se filius patrem ostendat manentem: Sicut ipse ait: Pater in me manens facit opera mea: aut euacuatur cum spiritũ sanctum suum pater & filius omnem creaturam suam ꝓferat illustrantem: quomodo cogitari non potest: quomodo explicari non potest: simul secum unum est qđ scđm incõmutabilẽ omnino substãtiam in trinitate deus est. Ecce quid est homousion qđ exprobratur iniuste. Nõ em̃ uerbum solum: sed res in uerbo: nec solus sermo sonãs auribus: sed substantia una est dei credenda in mentibus. Si enim in homine credente in se totus deus credendus est habitare: quomodo filium totũ in se pater: aut filius patrẽ non 1.Timoth.1. Phil.2. Phil.2. 2.Cor.5. Joh.14.

credatur excipere? Ac per hoc ipse in patre: & pater in eo manet: & ex patre & filio sanctus credendus est spiritus: non solum processisse: sed semper ad peragēda opera trinitatis omnino procedere: sicut eadem trinitas Abraam amicum suū in unitate nominis dignata est uisitare. Quid est qđ calumniāt de homousion uerbo græco: quia B
scriptum in lege minime inueniat? Cur non uidēt culpam suam? Cur sibi nō displicēt cum ponunt in symbolo uerba uel noīa quæ nō sunt ulla scriptura digesta? Qui disponit arguere non faciat unde alium nititur accusare. Inficiunt de uerbo simplici & rationē fidei pleno quasi de stipula oculum fratris: & suum sauciatū præter scripturas ponendo qđ credunt: tanq̄ de imanitate nō peruident trabis. Ecce homousion recte probamus positum: & in assertionem fidei qua trinitatis unitas a catholicis creditur a græcis patribus dictū. Quid si græcus ipse magis obijciat: non latino: non barbaro: sed ibi magis licere uerba ad fidem pertinentia diuulgare. Nam sciendum est: Amen & alleluia: qđ nec latino nec barbaro licet in suam linguam trāsferre: hebræo cunctas gētes uocabulo decantare. Non enim in Africa aut in cūcta Barbaria: sed in Syria ul' græcia ubi & ipsa caro uoluit de uirgine nasci dominica: decuit uel oportuit uerba fidei compendiose firmare. Deniq̄ non latino: nō barbaro stilo uenerandus ille Moyses: nō prophetæ: non apostoli: non ipsi euangelistæ: sed aut hebræo: aut græco scripturas eloqo dominicas firmauerunt: quas postea uiri probati ac disertissimi: in omnibus periti linguis: de hebræo primitus in græco: de græco in latino stilo edisserere cū labore nimio maturarūt. Homousion ergo exponitur: unius substātiæ pater & filius & spiritussanctus. Nemo ergo iam calumnietur uerbo: quia licet scriptum non sit qđ habet interius
o
uel sonat: ostendit: non per aliquem alium: sed per unam diuinitatis substantiā in qua
Heb.17. filius patri loquitur dicēs: Tua omnia mea sunt: & mea tua. Iam ipsi uiderint qualiter ausi fuerint nomina qtræ scripta in lege non sunt: uel uerba in symbolo cōtinuare: non aliud nisi ostendere genitum ab ingeniti q̄ sit incapabilis potentia patris filium segregare. Deus enim pater substātia sua genuit filium æqualem sibi: docet hoc ueridi- C
Joh.5. cus ille secretorum interius diuinorum Iohānes: Propterea iudæi uolebant inquit eū interficere: quia nō solum soluebat sabbatum: sed & patrem suum dicebat deū: æqualem se faciēs deo. Consubstātialē itaq̄ sibi genuit filiū pater: qa non accepit tanq̄ creatura indigens unde genuisset: tota copia qđ ipse est hoc genuit: perfectum genuit: qa sine tempore est ipse qui genuit & quem genuit. Si homo generat quod est: deus nō potuit generare quod est? Accepit homo ab ipso deo: & tamē licet acceperit hoc generat qđ accepit: a nullo accipiens pater deus quod est generare nō potuit? Hāc æq̄litatem substantiæ homousion sermo græcus ostēdit: nihil austerum: sed optimum dulceq̄: & hoc quod credendum est humanis cordibus introducit. Etsi enim uerbū ipsū in lege scriptum non inuenitur: quia æqualis est patri filius: per beatum Iohannē primitus: & per Paulum postea comprobatur. Iohannes enim æqualitatem dixit: Paulus
Deut.17. formam impleuit. In duobus inquit scriptura aut tribus testibus stabit omne uerbum.
Matth.18. Per duos enim uerissimos testes iam probauim⁹ unius substātiæ esse æqualesq̄ patrē & filium: Addamus & tertium: Thomam illum discipulum post dubitationem fortius
Joh.20 confitētem dominū & deum: quē nec resurrexisse crediderat crucifixum: Dominus meus inquit & deus meus. Approbat filius dictū: quia se cognoscit a sua creatura iustissime deum & dominum proclamatum patri utiq̄ & sanctospiritui coæternum. Homousion utiq̄ uerbum est græcum: & christus græcū est nomē. Qui accusat piniusticiam de uerbo qđ non intelligit: fidē non accipiat: & de nomine nomen. Homousion uerbum unius eiusdemq̄ substātiæ sonat in græco: nō quēq̄ infirmum: sed patrem & filium & spiritūsanctū. Iam ergo nemo improbet quasi uerbum: sed aperte separet quisquis & quod non potest: homousion patrem & filium & spiritūsanctum. Contra hoc pugnetur qđ possidet qđ habet qđ docet uerbum græcum: non cōtra ipsum uerbum qđ auribus retinuit syllabis articulatum: cōtra diuitias: contra æqualitatē naturæ quā possidet uerbum ipsum græcum: non cōtra exteriorem ueluti corticem ab eo qui se
audere dicit si prævalet repugnetur. Absit: erubescam⁹ catholici in uniuerso manētes D

nos appellari ꝓpter fidē ueram unius eiusdemq; substantiæ: a nōnullis uerbum græcum non intelligentes homousiones: qui nos appellari gaudem⁹ de christi noīe christianos: Neq; enim in parte accipiendum est uerbum græcum: & in parte alia refellendum. Nemo ergo utatur christi nomīe ex uocabulo græco. Erubescat se dici christianum: quia nomē est græcum. Non accipiatur Paulus qui dicit romanis scribēs: In quo clamamus abba pater: in uno nomīe duabus utitur linguis. Dicit enim abba græco uocabulo patrem: & latine nominat identidem patrem. Contemnatur idem apostolus Paulus & in nouissimis partib⁹ ad Corinthios epistolæ primæ: ubi plebem arguēs simul græco & syro utitur uerbo. Si quis inquit nō amat dominum: sit anathema maranatha. Anathema græco sermone dixit condemnatus: maranatha: donec domin⁹ redeat. Iā ergo nemo appellet oleum quo fideles ungūtur græco nomine chrisma: Homousion reprobatur unam trinitatem resonans eandemq; naturam. Quid est em̄ qđ dixit beatissimus Paulus: Si quis nō amat dominum: nisi si quis humiliat se deo? Non ergo recte dicitur dominum amare qui dei & domini unius audet substātiam separare: de quo dicitur in lege: Audi israel dominus deus tuus de⁹ un⁹ ē. Non corpore utiq; li- Deut.6.
niamentisq; corporeis extensus: sed una pater & filius & spiritussanctus deitate perfectus. Plura quidem græco uerbo definita reperiunt̄ in lege: Sed pro multis hæc pauca quæ dicta sunt sapientib⁹ credo sufficere. Si æqualitas non est: non auderet inferior dicere superiori: Omnia mea tua sunt: & tua mea: Nec auderet dicere: Volo ut ubi ego Joh.17.
E sum & isti sint mecum. Nō inquā diceret uolo: sed diceret supplicās rogo. Absurdum igitur non est ut in cōciliis patrum græco uerbo patris & filij & spiritussancti una substātia firmaretur: cum super apostolos primit⁹ sanctispiritus propria largitate linguarū uarietas fundaretur. Audiuimus enim eos: ait scriptura Actuū apostolorū: loquen- Act.2.
tes uariis linguis magnalia dei. Magnalia utiq; sunt non deorum: sed dei græca lingua unam substātiam credi patris & filij & spiritussancti. Hebraice igitur græce & latine super crucem domini a Pilato fuit causa ei⁹ scripta. Si licuit ut græca lingua: uel imo permisit ipse dominus ut causa mortis eius esset scripta: cur abhorret ut substantia eius qua deus ē æqualis cum patre: græco uocabulo approbetur ostensa? Si minime licet patris & filij & spiritussancti unam substantiā lingua exeri græca: ergo nec deū laudari decet & barbara. Sicut enim græca lingua qđ est homousion una dicitur uel creditur a fidelibus trinitatis omnino substantia: sic una rogatur ut misereatur a cūctis latinis & barbaris unius dei natura: ut a laudibus dei unius nec ipsa lingua barbara sit ut latinis aliena. Latine enim dicitur: domīe miserere. Sola ergo hæc misericordia ab ipso uno deo patre & filio & spiritusancto lingua debet hebræa uel græca: & ipsa ad postremū postulari latina: non autem & barbara. Si enim licet dicere: non solum barbaris lingua sua: sed etiam romanis fiboraarmē: quod interꝑtat̄: domine miserere: cur non liceret in conciliis patrum in ipsa terra græcorū: unde ubiq; destinata est fides: lingua ꝓpria homousion cōfiteri: qđ est patris & filij & spiritussancti una substantia? Nam subiectionem filij patri debitam ex carnis infirmitate susceptam: etiam nos quia iustum est uerissime confitemur: in qua eū infirmitate: non solum subditum: sed & seruum euidētissime cōfitemur: ipso dicēte in ꝓphetia ad patrem: O dn̄e qa ego seru⁹ tu⁹: ego seru⁹ Psa.115.
tuus: & filius ancillæ tuæ: id est mariæ. Patet ergo in quo sit æqualis patri filius: in quo sit non solum subditus aut inferior: sed etiam humilissimus seruus. Ipse inquā ostendit in quo sit humilis: in quo sit æqualis: unde omnipotens: unde infirmus: unde abiectus:
F unde speciosus: unde diues: unde ægestati subiect⁹. Laurenti⁹ uir clarissim⁹ dixit: Euidentissime claruit defensionē assertionis fidei suæ Augustinum uirū clarissimuum cōmunisse: multaq; magis tuos auctores uir clarissime Pascēti absq; scriptura temere posuisse: nec esse nomē fidei homousion: sed æqualitatem magis ipsius trinitatis. Sed si inueniuntur in lege uerba quæ improbata sunt: dignare uir nobilissime respondere: ut certe nobis pares ire possitis. Nam ꝓculdubio intueris a nobis præsentem uirū Augustinum suis assertionib⁹ nimiū transilire. Apud te em̄ nobilissime uir eligo quā apud deum perēnis reatus culpas incurrere. Pascenti⁹ uir clarissim⁹ respondit: Scripta

quæ proposui:non sunt quidem in lege:sed debere propter honorem patris astrui re ctę defendunt. Laurentius uir clarissim⁹ dixit:Sic ergo & homousion qđ in dubiũ ueniebat te ꝓponente:&si scriptũ nõ est:res ipsa tñ quæ latet in uerbo uera ẽ.Creda tur honorifice unitati:ne fiat iniuria trinitati.

¶ Sancti Augustini ad Probam & Iulianam de conuersione neptis Demetriadis gra tulantis:exultãtis atq; laudãtis ꝙ christo sit desponsata:& ad perseuerãtiam exhortã tis.Epistola.CLXXIX.

DOminarum honore dignissimis:merito illustrib⁹ & præstãtissimis filiab⁹ Pro G bæ & Iulianæ.Augustinus in domio salutem. Implestis gaudio cor nostrum: tanto iocundius:quãto charius:tãto gratius:quãto citius. Vestræ nãq; stirpis sanctimoniam uirginalem:quoniam quacunq; innotuistis ac per hoc ubiq; fama cele berrima prædicat uelocissimum uelatũ eius fideliore atq; certiore litterarum nũcio præuenistis:& prius nos fecistis exultare de cognito tam excellenti bono q̃ dubitare de audito.Quis uerbis explicet?quis digno præconio ꝓsequatur?Quãtum incompa rabiliter gloriosius atq; fructuosius habeat ex uestro sanguine fœminas uirgines chri stus:q̃ uiros consules mũdus. Nam uolumina temporum si magnum atq; præclarum est nominis dignitate signare:quanto est maius atq; preclarius cordis & corporis inte gritate transcẽdere? Magis itaq; gaudeat puella nobilis genere:nobilior sanctitate: ꝙ sit per diuinum consortium præcipuam in cælis consecutura sublimitatem:q̃ si eẽt per humanũ connubiũ prolem propagatura sublimẽ. Generosius quippe elegit ani ciana posteritas tam illustrem familiam beare nuptias nesciendo:q̃ multiplicare pari endo:& in carne iam imitari uitam angelo⁹:q̃ ex carne adhuc numerum augere mor talium.Hæc est uberior fœcundiorq; fœlicitas:nõ uentre grauescere:sed mente grã descere:non lactescere pectore:sed corde cãdescere:non uisceribus terram:sed cælũ orationibus parturire. Dominarũ bonore dignissimæ filiæ perfruamini in illa quod defuit uobis:perseueret usq; in finem adhærens coningio qđ nõ habet finem. Imiten tur eam multæ familiæ dominã.Ignobiles nobilem fragiliter excelsæ excelsius humi lem:uirgines quæ sibi optãt aniciorum claritatem:eligãt sanctitatem. Illud em̃ quãta libet cupiditate quãdo assequẽtur:hoc autem si plene cupierint mox habebũt. Pro tegat uos icolumes & fœliciores dextera altissimi:domiæ honore dignissimæ & præ stantissimæ filiæ:pignora sanctitatis uestræ:præcipue ipsam sanctitatem præcipuã de bito uestris meritis officio dilectione domini salutamus. Velationis apopboretũ gra tissime accepimus.

¶ Sancti Augustini ad Honoratum:quæstioni illius qua sibi consuli petit:quid in peri culis occurrentibus sit faciẽdum:amplissime respondentis:& firma ac dilucida sentẽ tia diffiniẽtis:qua rõne tẽpore iminentis psecutionis epi & clerici dei ministri fugere possint:qua etiã cõditione hoc ipsis nequaq̃ sit pmissum.Epla.CLXXX.

SAncto fratri & coepiscopo Honorato:Augustinus in domino salutem. Cha H ritati tuæ misso exẽplo epistolæ quã fratri Quoduultdeo nostro coepiscopo scripsi:putabã me hoc onere caruisse qđ mihi imposuisti quærendo consilium quid in his periculis quæ tẽpora nostra inuenerunt facere debeatis. Quis em̃ episto lam illam breuiter scripserim:nihil me tamen prætermisisse arbitror qđ & respondẽti dicere & quærenti audire sufficeret:quãdoquidem dixi:nec eos esse ꝓhibendos qui ad loca si possunt munita migrare desiderãt:& ministerij nri uincula quibus nos chri sti charitas alligauit:ne deseramus ecclesias quibus seruire debemus non esse rumpẽ da. Ista quippe uerba sunt quæ in illa epistola posui.Restat ergo inquã ut nos quorũ ministerium quãtulæcũq; plebi dei ubi sumus manenti:ita necessarium est ut sine hoc
Ps.30. eam non oporteat remanere.Dicamus domino:Esto nobis in deum protectorẽ & in locum munitum. Sed hoc consilium tibi ꝓpterea non sufficit:ut scribis:ne cõtra do mini præceptum ul'exemplũ facere nitamur:ubi fugiẽdum esse de ciuitate in ciuita
Matth.10. tem monet.Recolimus enim uerba dicentis: Cũ autem persequantur uos in ciuitate ista:fugere in aliam. Quis aũt credat ita hoc dominũ fieri uoluisse:ut necessario mi

nisterio sine quo uiuere nequeunt deserẽtur greges quos suo sanguine comparauit? Nunquid hoc fecit ipse quãdo portantibus parentibus in ægyptũ paruul⁹ fugit: q nõ dum ecclesias congregauerat: quas ab eo desertas fuisse dicamus? Nunquid quando apostolus Paulus ne illum comprehẽderet inimicus: p fenestram in sporta submissus est: & effugit manus eius: deserta est quæ ibi erat ecclesia necessario ministerio: & non ab alijs fratribus ibidem constitutis qđ oportebat impletũ est? Eis quippe uolentibus hoc apostolus fecerat: ut seipsum seruaret ecclesiæ: quẽ ꝓprie prosecutor ille quærebat. Faciant ergo serui christi: ministri uerbi & sacramenti eius qđ præcepit siue pmisit. Fugiãt omnino de ciuitate in ciuitatẽ: quando eorum quisq̃ specialiter a persecutoribus quæritur: ut ab alijs qui nõ ita requirunt̃: non deseratur ecclesia: sed præbeãt ci/
l baria conseruis suis quos aliter uiuere non posse nouerunt. Cum autem omnium: id est episcoporum & clericorum est cõmune periculum: bi qui alijs indigent non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant: aut qui habent remanẽdi necessitatem: non relinquant̃ ab eis per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas: ut aut pariter uiuãt: aut pariter sufferãt qđ eos paterfamilias uolet perpeti. Qđ si contigerit ut siue alij maius: alij minus: siue omnes æqualiter patiantur qui eorum sint qui pro alijs patiũtur apparet: illi scilicet qui cum se possint talib⁹ malis eripere fugiendo: ne aliorum necessitatẽ desererent manere maluerunt. Hinc maxime probatur illa charitas: quã Iohannes apostol⁹ cõmendat dicens: Sicut christ⁹ animã suam pro nobis posuit: sic & nos debem⁹ animas ꝓ fratribus ponere. Nam qui fugiunt: uel suis deuincti necessitatibus fugere non possunt: si comprehensi patiuntur pro seipsis: non pro fratribus utiq; patiuntur. Qui uero ꝓpterea patiũtur: quia fratres qui eis ad christianam salutem indigebant deserere noluerũt: sine dubio suas animas ꝓ fratribus ponũt. Vnde illud qm̃ episcopum quẽdam dixisse audiuimus: Si dominus nobis imperauit fugam in eis ꝓsecutionibus ubi potest fructus eẽ martyrij: quãto magis debemus fugere steriles passiones quando est barbaricus & hostilis incursus. Verum est quidẽ & acceptabile: Sed his quos ecclesiastici officij non tenent uincula. Nam qui clades hostiles ideo non fugit cum possit effugere ne deserat ministerium christi sine quo non possunt homines uel fieri uel uiuere christiani: maiorem charitatis inuenit fructum: q̃ qui non propter fratres: sed propter seipsum fugiens atq; com/
k prehensus non negat christum suscipitq; martyriũ. Quid est ergo qđ in epistola tua priore posuisti. Dicis enim si in ecclesijs persistẽdum est: quid simus nobis uel populo profuturi: non uideo nisi ut ante oculos nostros uiri cadant: fœminæ cõstuprẽtur: incendantur ecclesiæ: nos sub tormentis deficiamus: cum de nobis quæritur qđ nõ habemus. Potẽs est quidem deus audire preces familiæ suæ: & hæc quæ formidantur auertere: nec ideo tamẽ ꝓpter ista quæ incerta sunt debet nostri officij esse certa desertio sine quo est plebi certa pernicies: nõ in rebus uitæ huius: sed alterius incõparabiliter diligentius sollicitiusq; curãdæ. Nã si certa essent ista mala quæ timẽt̃ ne in locis in quibus sumus forte contingant: prius inde fugerent omnes ꝓpter quos ubi manendum est & nos manendi necessitate liberos redderent. Non enim quisq̃ est q dicat ministros manere oportere ubi iam non fuerint quibus necesse sit ministrare. Ita quidam sãcti episcopi de hispania profugerũt: prius plebibus partim fuga lapsis: partim emptis: partim obsidione consũptis: partim captiuitate dispersis. Sed multo plures illic manentibus propter quos manerent sub eorundẽ periculorum densitate mãserunt. Etsi aliqui deseruerunt plebes suas: hoc est qđ dicimus fieri non debere. Neq; enim tales docti auctoritate diuina: sed humano uel errore decepti: ul' timore sunt uicti. Cur enim sibi putant indifferenter obtemperãdum esse præcepto: ubi legũt de ci/
l uitate in ciuitatem esse fugiẽdum: & mercẽnariũ non exhorrent qui uidet lupum ueniẽtẽ & fugit: & nõ est ei cura de ouib⁹? Cur non istas duas dominicas ueraq; sentẽtias: unã scilicet ubi fuga sinitur aut iubetur: alteram ubi arguitur atq; culpatur: sic itelligere studeant: ut inter se reperiantur non esse cõtrariæ sicut non sunt: Et hoc quomodo reperitur nisi attendatur qđ iam superius disputaui: tunc de locis in quibus sumus

Matth. 2.

2. Cor. 11. Act. 9.

1. Ioh. 3.

præmente ꝓsecutione fugiendū esse christi ministris: qñ ibi aut plebs christi nō fuerit cui ministret: aut pōt impleri ꝑ alios necessariū ministeriū qbus non ē eadem causa fugiēdi: sicut in sporta submissus: qđ supra memoraui: fugit apl's cum a ꝓsecutore ꝑprie ipse quæreret: alijs utiq; necessitatē similē non habentibus: a qbus illic ministeriū absit ut desereret ecclesiæ. Sicut fugit sanct⁹ Athanasius alexandrin⁹ eps cum eū specialiē apprehendere Cōstātius cupet impator: nequaq̄ a cæteris ministris deserta plebe catholica quæ in alexandria cōmanebat. Cū aūt plebs manet & ministri fugiunt ministeriūq; subtrahit: quid erit nisi mercēnario⁹ illa fuga damnabilis qbus nō est cura de ouib⁹? Veniet em̄ lupus: nō homo: sed diabol⁹ q plærūq; fideles apostatas eē psuasit: qbus quotidianū ministeriū dominici corpis defuit & peribit infirmus in tua nō scientia sed ignorantia frater ꝑpter quē christ⁹ mortu⁹ est. Qđ aūt ad eos attinet q in bac re nō fallunt errore: sed formidine superāt: q̄re non poti⁹ contra suū timorē dño miserāte: atq; adiuuāte fortiter dimicāt: ne mala sine cōpatione grauiora quæ multoamplius sunt tremēda: contingāt. Fit hoc ubi dei charitas flagrat non mundi cupiditas fu-
2.Cor.11. mat. Charitas em̄ dicit: Quis infirmat & nō ego infirmor? Quis scādaliçat & nō ego uror? Sed charitas ex deo est. Oremus ergo ut ab illo det a quo iubet. Et ꝑ hāc magis timeamus ne oues christi spiritalis nequiciæ gladio in corde q̄ ne ferro in corpe truci-
32.q.5.magis dēt: ubi quā docūq; quocūq; mortis genere morituri sūt: Magis timeam⁹ ne sensu iteriori corrupto pereat castitas fidei: q̄ ne fœminæ uiolent cōstuprēt in carne: qa uiolē-
1.de ciuitate dei.ca.16.et.18 tia nō uiolat pudicitia si mente seruat: qm̄ nec in carne uiolatur qñ uoluntas patientis sua turpiter carne nō utitur: sed sine cōsensione tolerat quod alius opatur. Magis timeamus ne lapides uiui extinguātur deserentib⁹ nobis: q̄ ne lapides & ligna terrenorū ædificio⁹ incendant præsentib⁹ nobis. Magis timeam⁹ ne mēbra corporis christi M destituta spiritali uictu necentur: q̄ membra corporis nr̄i oppressa bostili impetu torqueant. Nō qa ista nō sunt uitāda cū possunt: sed qa potius ferēda sūt qñ uitari sine impietate nō possunt: nisi forte quisq̄ contenderit nō esse ministrū impiū q tunc subtrahit ministeriū pietati necessariū qñ magis est necessariū. An non cogitamus cum ad istos⁹ periculos⁹ puenitur extrema: nec ē potestas ulla fugiēdi: quātus in ecclesia fieri soleat ab utroq; sexu atq; ab oīi ætate cōcursus alijs baptismū flagitātib⁹: alijs recōciliationē: alijs etiā pœnitētiæ ipsius actionē: oibus cōsolationē & sacramētos⁹ cōfectionem & erogationē? Vbi si ministri desint: quantū exitiū sequat eos qui de isto sæculo uel non regenerati exeūt uel ligati? Quātus est etiam luctus fideliū suos⁹ q eos secum in uitæ æternæ requiē non habebūt? Quant⁹ deniq; genitus oium: & quorūdā quanta blaspbemia de absentia ministerios⁹ & ministrorū? Vide qd faciat malos⁹ tēporaliū timor: & quāta in eo sit acquisitio malos⁹ æternorū. Si aūt ministri assint ꝑ uiribus q̄s eis dñs submistrat: oib⁹ subuenit: Alij baptiçātur: alij recōciliātur. Nulli dñici corporis cōmunione fraudātur: oēs cōsolātur: ædificātur: exhortantur: ut deū rogēt q potens est oia quæ timētur auertere: parati ad utrūq; ut si nō pōt ab eis calix iste trāsire: fiat uoluntas eius qui mali aliqd nō potest uelle. Certe iam uides qđ te scripseras nō uidere quātū boni cōsequant populi christiani: si in præsentib⁹ malis nō eis desit præ-
Phil.2. sentia ministros⁹ christi: quos⁹ uides etiā quātum obsit absentia dum sua quærūt non quæ Iesu christi. Nec habēt illam de q̄ dictum est: nō quærit quæ sua sunt: nec imitātur
1.Cor.10 eum q dixit: Nō quæro qđ mihi utile: sed qđ multis ut salui fiāt. Qui etiam ꝓsecutoris principis illius insidias nō fugisset: nisi se alijs qbus necessarius erat: seruare uoluisset.
Phil.1. Propter qđ ait: Compellor aūt ex duobus cōcupiscentiā habens dissolui: & esse cum christo: multo magis optimum manere in carne necessarium propter uos. Hic forte N quis dicat: ideo debere dei ministros fugere a talibus iminentib⁹ malis: ut se ꝑ utilitate ecclesiæ tēporib⁹ tranquillioribꝰ seruent. Recte hoc fit a qbusdā qñ nō desunt alij ꝑ quos suppleat ecclesiasticū ministeriū: ne ab omnibus deserat: qđ fecisse Athanasiū supra diximus. Nam quātum necessariū fuerit eccliæ: quātūq; ꝑfuerit ꝙ uir ille māsit in carne: catholica fides nouit quæ aduersus arrianos hæreticos ore illi⁹ & amore defensa est. Sed qñ est cōmune periculū magisq; timēdū est ne quisq̄ id facere credat:

non consulendi uoluntate: sed timore moriendi: magisq; fugiendi obsit exemplo: q̄ uiuendi prosit officio: nulla ratione faciendum est. Denicq; sanctus Dauid ne se committeret periculis prœliorum: & fortassis extingueretur: sicut ibi dictum est: lucerna israel: a suis hoc petentibus sumpsit: non ipse præsumpsit: Alioquin multos imitatores fecisset ignauiæ: q eum crederēt hoc fecisse non consideratione utilitatis aliorum: sed suæ perturbatione formidinis. Occurrit aliq̄nto alia quæstio quam contemnere non debemus. Si enim hæc utilitas negligenda nō est: ut aliqui ministri propterea fugiant imminente aliqua uastitate: ut seruentur qui ministrent eis quos post illam cladem residuos potuerint inuenire: Quid fiet ubi omnes uidentur interituri: nisi aliq fugiant? Quid si enim hactenus sæuiat illa pernices: ut solos ministros ecclesiæ perse quatur? Quid dicam: an relinquenda est a ministris fugientib⁹ ecclesia: ne a morientibus miserabilius relinquatur? Sed si laici non queruntur ad mortem: possūt occultare quoquo modo ep̄os & clericos suos: sicut ille adiuerit in cuius potestate sunt omnia: qui potest & non fugientem per mirabilem conseruare potētiam. Sed ideo quærim⁹ quid nos facere debeamus: ne in omnib⁹ fugiendo diuina miracula temptare dn̄m iudicemur. Non quidē talis est ista tempestas: qn̄ laicor̄ & clericor̄ est cōmune periculum: sicut in naui una cōmune periculū est mercator̄ atq; nautar̄. Ver̄ absit ut tantip̄ēdenda sit hæc nauis nr̄a ut debeāt eā nautæ: & maxime gubernator pclitantē deserere: etiā si in scaphā trāsiliēdo ul' etiā natādo possit effugere. Quib⁹ em̄ metuim⁹ ne nr̄a desertōe pereāt: nō tpalē mortē quæ qn̄q; uētura ē: sed æternā quæ p̄t si nō caueatur uenire: & p̄t si caueat etiā nō uenire metuim⁹. In cōmuni aūt periculo uitæ hui⁹cur existimam⁹ ubicūq; fuerit bostilis incursus: oēs clericos & nō etiā oēs laicos esse morituros ut simul finiāt hanc uitā cui sunt clerici necessarij? Aut cur nō sperem⁹ sicut laicos aliquos sic etiā clericos remāsuros: A quib⁹ em̄ necessariū ministerium ualeat exhiberi: Quāq̄ hos inter dei ministros inde sit disceptatio qui eor̄ maneāt ne fuga omniū & q eor̄ fugiāt ne morte omniū deseratur ecclesia. Tale quippe certamē erit inter eos P ubi utriq; ferueāt charitate & utriq; placeāt charitati. Quæ disceptatio si aliter nō potuerit terminari: quātum mihi uidet: q maneāt & q fugiāt sorte legēdi sunt. Qui em̄ dixerint se pot⁹ fugere debere: aut timidi uidebunt: qa imminens malū sustinere noluerunt: aut arrogātes quia se magis q seruādi essent necessarios ecclesiæ iudicarūt. Deinde fortassis hi q meliores sunt: eligāt pro fratrib⁹ aīas ponere: & hi seruabunt fugiēdo quor̄ est min⁹ utilis uita: quia minor cōsulendi & gubernādi peritia. Qui tn̄ si pie sapiunt contradicēt eis quos uidēt & uiuere pot⁹ oportere & magis mori malle q̄ fugere: Ideo sicut scriptū est: Contradictiōes sedat sortitio: & inter potētes definit. Melius em̄ de⁹ in huiuscemodi ambagib⁹ q̄ boies iudicāt: siue dignet ad passionis fructū uocare meliores & pcere infirmis: siue istos facere ad mala pferenda fortiores: & huic uitæ subtrahere: quor̄ nō p̄t & dei eccl'ia & tm̄ q̄ntū illor̄ uita ꝓdesse. Res qdē fiet minus usitata si fiat ista sortitio. Sed si facta fuerit qs eā rep̄bēdere audebit? Quis nō eā nisi iperit⁹ aut auid⁹ cōgrua prædicatiōe laudabit? Qd' si nō placet facere: cui⁹ facti nō occurrit exēplū: nulli⁹ fuga faciat ut eccl'iæ misteriū maxie i tātis picul' necessariū ac debitū desit. Nemo excipiat psonā suā: ut si aliq̄ gr̄a uidet excellere: ideo se dicat uita & ob hoc fuga eē dignior̄. Quisq; em̄ hoc putat: nimiū sibi placet. Quisq; aūt etiā hoc dicit Q oib⁹ displicet. Sunt sane q arbitrāt ep̄os & clericos nō fugiētes in talib⁹ periculis sed manētes facere ut plebes decipiant: cum ideo nō fugiunt qa manere suos præpositos cernūt. Sed facile est hanc responsionē uel inuidiā declinare: alloquēdo easdem plebes atq; dicēdo: nō uos decipiat q̄ de loco isto non fugiem⁹. Non em̄ propter nos sed propter uos potius hic manem⁹: ne uobis nō ministremus quicquid saluti uestræ quæ in christo est nouimus necessariū. Si ergo fugere uolueritis: & nos ab istis quib⁹ tenemur uinculis soluistis. Quod tunc puto esse dicendū: quando uere uidet utile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito si ul' om̄es uel aliqui dixerint: in illius potestate sum⁹: cuius irā nullus quocūq; uadit: euadit: cui⁹ misericordiā ubicūq; sit p̄t inuenire: q nusq̄ uult ire: siue certis necessitatib⁹ impeditus: siue laborare nolēs: ad incerta suffugia

Prouer. 18.

& non ad finienda sed ad mutanda pericula: proculdubio isti deserendi non sunt ministerio christiano. Si autem hoc audito abire maluerint: nec illis manendum est q propter illos manebāt: quia ibi iam nō sunt propter quos manere adhuc debeāt. Quicūq; igit̄ isto modo fugit ut ecclesiæ necessariū ministeriū illo fugiēte nō desit: facit quod dns præcepit siue permisit. Qui aūt sic fugit ut gregi christi ea qbus spiritaliter uiuit: alimēta subtrahant̄: mercēnarius ille est q uidet lupum uenientē & fugit: qm̄ nō est ei cura de ouibus. Hæc tibi quia me consuluisti frater dilectissime: qua existimaui ueritate & certa charitate rescripsi: sed ne meliorē si inueneris sequaris sententiā non præscripsi. Melius tn̄ quod in his periculis faciam⁹: inuenire nō possum⁹: q̄ orationes ad dn̄m deum nostrū: ut misereat̄ nostri: Quod ipsum ut scilicet ecclesias nō desererent dei dono nōnulli prudētes & sancti uiri & uelle & facere meruerūt: & inter dentes obtrectantiū a sui propositi intentiōe minime defecerūt.

¶ Sancti Augustini ad Italicā: eius petitiōi ut de inuisibili deo utrū per oculos corporeos possit uideri scribat: satisfatiētis. Epla. CLXXXI.

DOminæ eximiæ & merito præstātissimæ atq; in xp̄i charitate honorādæ filiæ d Italicæ: Augustinus eps in dn̄o salutē. Cū petiuisses ut de inuisibili deo utr̄ p oculos corpeos possit uideri scriberē: negare nō potui: ne sanctū studiū tuū offenderē. Erige itaq; spm̄ mētis tuæ q renouat̄ in agnitione dei fm imaginē ei⁹ q creauit eum: ubi p fidem in te habitat christus: ubi nō est iudæus & græcus: seruus & liber: masculus & fœmina: ubi nō morieris cum solui corpore cœperis: quia nec ibi marcuisti cum sis annis grauis: hoc interiore tuo erecta: intende & uide quæ loquor. Scimus posse deum uideri: quia scriptum est: Beati mūdo corde quoniā ipsi deum uidebunt. Quā q̄ multi uolūt probare etiam impios uisuros deū: A diabolo quoq; ipsum deum uisum putant: sic accipientes quod scriptū est in libro Iob: Venisse cum angelis & diabolū in conspectu dei: ut etiā illud ueniat in quæstionē quomodo dictū est: Beati mundo corde qm̄ ipsi deū uidebunt. Et illud: Pacem sectamini cum oibus & sanctificationē sine q̄ nemo poterit uidere deū. Multū em̄ miror: si eouscq; ꝓgrediūt̄ q existimāt impios uisuros deū: & a diabolo uisū deū: ut eos & mūdos eē corde: & pacē ac sctificationē cū oibus sectari asseuerent. Ac p hoc qđ scriptū est in libro Iob: Venisse angelos in conspectu dei: & uenisse cum eis diabolum: non ideo diabolus deum uidisse credēd⁹ est. Ipsi enim dicti sunt uenisse in conspectu dei: non deus in conspectu eorum. Veniunt autem in conspectū nostrum quæ uidemus: non a quib⁹ uidemur. Nam cum in cōspectu dei sunt omia: Nunc em̄ queritur quomō uideatur deus: nō in ea specie qua & in isto sæculo qbusdā uoluit apparere: qñ non solū cū Abraā alijsq; iustis: uerumetiā cū Cain fratricida locutus est: sed quomodo uidetur in illo regno: ubi eum filij eius uidebunt sicuti est: Tunc quippe satiabit̄ in bonis desiderium eor̄. Quo desiderio flagrabat Moyses: cui loqui ad deum facie ad faciem nō sufficiebat & dicebat: Ostende mihi temetipsum manifeste ut uideam te: tanquā diceret: quod in psalmo ex eodē desiderio canit̄: Satiabor cum manifestabit̄ gloria tua. De hac uisiōe loquēs sanctus Ambrosius: Non in loco inquit deus uidet̄ sicut ad ilicem mambre: sicut in monte sina: sed mūdo corde. Nec corporalib⁹ oculis de⁹ quærit̄: quib⁹ se ostendit Abraæ: Isaac: Iacob: & alijs multis in hoc sæculo. Nec circumscribit̄ uisu: propter illud quod scriptum est: Posteriora mea uidebis. Nec tactu tenet̄: quia luctatus est cū Iacob. Nec audit̄ affatu: sicut nō solum a tot sanctis: ueꝝ etiam a diabolo auditus est. Nec sentitur incessu: sicut aliquando cum in paradiso deambularet ad uesperum. Quod autem ait Apostolus: cognoscere etiam supereminentē scientiæ charitatē christi ut impleamini in omnem plenitudinem dei: quapropter si aliquid inquiunt minus q̄ deus habebimus: & in aliquo minores erim⁹: quomodo implebimur in omnē plenitudinē dei? Sed quoniā implebimur: profecto erim⁹ æquales. Hoc illi dicunt qui putant nos hoc futuros oīno quod deus est. Sed certus sum quia auersaris istum humanæ mētis errorem: Scio & recte facis. Sed quomodo intelligenda sit ista plenitudo qua dictum est implendos nos esse in omnē plenitudinē dei: postea si deus uoluerit: pro uiribus quas dederit dis-

R

S

Col. 3.
Matth. 5.
Job. 1. et. 2.
Matth. 5.
Heb. 12.
Exo. 33.
Psa. 16.
Ambrosius sup Lucā
Exo. 33.
Gen. 32.
Gen. 3.
Eph. 3.

seremus. Nunc aũt qđ mihi proposueras: & ad explicandũ difficile uidebat: utꝫ explicatum sit diligẽter attende recolendo quæ dicta sunt. Si em̃ quæris utꝫ possit deꝰ uideri? Respondeo potest. Si quæris unde sciam? Respondeo: qa in ueracissima scriptura legit: Beati mundicordes qm̃ ipsi deum uidebunt. Si quæris quomodo dictus est inuisibilis si uideri potest? Respondeo inuisibilẽ esse natura: uideri aũt cum uult sicut uult. Plurimis enim uisus est non sicuti est: sed quali specie illi placuit apparere. Si quæris quomodo eum uidit uel Cain scelerat⁹: uel etiã ipse diabolus qñ uenit cum angelis ut corã illo assisteret: si beati mũdicordes qm̃ ipsi deũ uidebunt? Respõdeo: nõ quidem esse consequẽs ut etiã uideant deũ qui uoces ab eo factas aliqñ audiunt. Necꝫ em̃ uiderunt eum q audierunt quando dixit ad filium: Et clarificaui & clarificabo. Verũtamen nõ esse mirandũ si aliqui etiã non mundicordes uident deũ in specie quã uoluntas eiꝰ fecerit: latente inuisibili & apud se incõmutabili manente natura. Si quæris utrum etiam sicuti est aliquãdo possit uideri? Respõdeo: filijs hoc esse promissum: de quibꝰ dictum est: Scimus quia cũ apparuerit similes ei erimus: qm̃ uidebimus eũ sicuti est. Si quæris unde eum uidebimus? Respondeo: unde angeli uident qbus tunc erimus æquales. Nec in loco em̃ deus uidet sed mundo corde: nec corporalibus oculis quærit: nec circumscribit uisu: nec tactu tenet: nec audit affatu: nec sentitur incessu. Vnigenitꝰ aũt filius q est in sinu patris deitatis naturã atꝫ substantiã insonabiliter narrat: Et ideo dignis idoneisꝫ tanto conspectu oculis etiã inuisibiliter monstrat. Ipsi em̃ sunt mũdi oculi: de quibꝰ Apls dicit: Illuminatos oculos cordis uestri: Et de qbꝰ dicit: Illumina oculos meos ne unq̃ obdormiam in morte. Dominus em̃ spũs est. Vnde q adhæret domino: unus spũs est. Proinde q potest deum inuisibiliter uidere: ipse eum potest incorporaliter uidere. Ipse deo potest incorporaliter adhærere. Certe charitas: pax: longanimitas: benignitas: gaudiũ: bonitas: fides: mansuetudo: continentia: uirtutes sunt: & tñ corporalibus oculis nõ uidentẽ: quãtomagis deꝰ ipse cuiꝰ hæc participia sunt: inuisibilis esse credendus est? Nam si interior homo noster quãtulacũꝫ imago eius nõ de illo genita sed ab illo creata: q̃is adhuc renouet de die in diẽ: iam tñ in tali luce habitat quo nullus oculoꝝ corpaliũ sensus accedit: si ea quæ in illa luce cordis oculis intuemur: & discernunt inter se & nullis locoꝝ spaciis separant: quãtomagis deus lucem habitat inaccessibilẽ corporis sensibꝰ: quo nec ipsius nisi mũdi potest esse cordis accessus? Nam si pacẽ istam quã inter nos habemꝰ corporeis oculis nõ uidemus: illam pacem quæ præcellit omnẽ intellectum quod est deus qbus oculis possumus intueri? Similiter & charitatẽ quã teneamꝰ si eam uidere nõ possumus istis oculis qbus corpa contẽplamur: deũ qui uera charitas est quomõ nos usuros credimꝰ nisi oculis cordis? Ac p̃ hoc cum sit aliquid nostrũ inuisibile sicut homo interior: & cum optimũ nostrũ: hoc est mẽs atꝫ intelligẽtia inuisibile sit oculi corpis: quõ id qđ est melius optimo nr̃o: uisibile erit inferiori nr̃o? Sunt em̃ qdã q deũ ipsũ oino corpꝰ esse præsumũt: putãtes qcqd corpus nõ est: nullã prorsus esse substantiã. Istos oino cauere debemus.

Sunt aũt alij deũ quidẽ ipsum corpus esse minime deputantes: sed ideo eos q ad uitam æternã resurgẽt etiam deũ p̃ corpus uisuros putant: qm̃ talem sperãt spiritalis corporis qualitatem ut etiam ipsa quæ caro fuerat spiritus fiat. Quod si ita est: quantum distet a superiori opinione: & q̃ hoc sit tolerabilius etiam si uerũm non sit: puto facillime iudicari. Primo quia multum interest: utrum de creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur: q̃ ueritas habet. Deinde quia conatus mentis utcũꝫ ferendus est: uolentis corpus conuertere in spiritũ: non in corpus deum. Postremo quia id quod ego in illa mea epistola dixi: de istis nostræ carnis oculis: quia necꝫ nunc possunt: necꝫ tunc poterunt deum uidere: etiam sic uerum est. Non enim dictum est: nisi de oculis corporalibus qđ tunc non erunt si corpus ipsum spiritus erit: ac per hoc corporei oculi nunquam deum uidebunt: quia cum uidebitur: spiritus eum non corpus uidebit. Sed ad hæc iam satis dicta sint: quæ ab initio huius opusculi mei diligenter lecta & relecta considerãs: sine ulla fortasse dubitatõe perspicies ad uidendũ deũ p̃ eius auxiliũ cor mun-

Matth. 5. Joh. 12. 1. Joh. 3. Joh. 1. Eph. 1. Psa. 12. Joh. 4. 1. Cor. 6. Gal. 5.

dum te debere præpare. De corpore uero ſpiritali:ſi dominus iuuerit:opere alio ex periemur quid diſputare ualeamus. 4

¶ Sancti Auguſtini ad Bonifaciū:illū ut mores ſuos ornet pudicitia cōiugalis: ſobrietas atq; frugalitas:admonentis. Epiſtola. CLXXXII.

Domino ſublimi ſemp magnifico filio Bonifacio: Auguſtinus eps. Ornet mores tuos pudicitia coniugalis:ornet ſobrietas & frugalitas. Bene em̄ agere & illicita nō prohibere:cōſenſus erroris eſt. Quædā dum de eccleſia egreditur chriſti uirgo ſacrata:ebriā Gothiberpe mentem & corpus incurrit. Habeat quæſo miles ſub comite poſitus diſciplinā. Graue eſt em̄ ut quem non uincit homo:uincat libido: Aut uoluter uino:qui non uincitur ferro. X

¶ Bonifacij ad Auguſtinū:ſupiori epiſtolæ ipſius rn̄dentis. Epiſtola. CLXXXIII.

Domino merito bonorabili patri Auguſtino epo & ſummo:Bonifacius. Tuæ ſanctitatis epiſtolā admonitu me terrificanti ſuſcepi. Etem̄ uenerabilis papa ſi thorus ille legitimus pauidos habet acceſſus:quo debet puniri ſupplicio diuinas qui temerat ratiões? Argueť ergo profecto qui diuina atq; humana neglexit:& quē libido præuenit gladius ultor abſumet:eūq; quem inſobriū in tantis anguſtijs fama ueridica publicauit:carceris perituq; quocūq; ſupplicio cuſtodia retinebit. Y

¶ Sancti Auguſtini iterum ad Bonifacium:aſtruentis ſolam admonitionem ſufficere: & ei qui templū domini uiolare auſus fuerit poſſe condonari:ſi tempus pœnitentiæ diuinitus concedatur. Epiſtola. CLXXXIIII.

Ego quos diligo arguo & caſtigo:nō occidi deſidero:nec carcere pleno ſqualore retrudi. Sola ſufficit admonitio. Poterit em̄ ſi ei diuinit⁹ cōcedať tps pœnitētiæ condonari:qui domini templum auſus eſt uiolare. Sit ergo ipſe q fecit: ſui arbiter uoti. Fas enim non eſt:ut reus epiſcopi ſuggeſtionibus occidatur: qui uenię ſi pœnituerit reſeruatur. Nam ſi in barbarorum erroribus uelimus cum decet exercere uindictam:paucos reperiemus:nec ipſos animoſos ad pugnam fore. Z

¶ Sancti Auguſtini iteq; ad Bonifaciū:ei militē trāſmarinū Africæ litus attigiſſe: & ab Italia boſtē publicū eſſe nunciatū referētis:ipſumq; p directionē intentionis cordis ad dn̄m conſolātis. Epla. CLXXXV.

Domino ſublimi ſemperq; magnifico filio Bonifacio: Auguſtinus eps. Africæ litus ut audio miles attigit trālmarin⁹: Sed huius meriti dux a catholica uerita/te diſſentit. Quid orem ſicut oportet ignoro: Ab italia boſtis eſt publicus nunciatus: cōtra uictricia ſigna ſuperbas erigens haſtas. Pacē inter nos fieri uellē ſi ſcirē plenius quod ignoro. Adeſt quidē Africæ olim paratum in italia bellū: ſed tamē non inuideo fili chariſſime Romaniæ: Sed dico quod ſentio. Nō dabit diuinitate iuuāte catholicus hæretico terga. Tui cordis intentio dirigatur ad dominum:non militem timebis:non Gothum & humum. &

¶ Bonifacij ad beatū Auguſtinū: præcedenti epiſtolæ illius reſpondentis:& ut deum pro ſe precet petentis. Epla. CLXXXVI.

Domino ſancto patri Auguſtino epo: Bonifacius. Scio q ſit tua ſanctitas pro mea uita ſollicita:& quæ aduerſus me tyrann⁹ ille ordinauerit ac diſponat: anteq; tuū ſacerdotiū ſcriberet: noui. Obuiam⁹ ad mortē ultro tendētib⁹:quos noſtræ uictoriæ ut credim⁹ faciet xps addictos. Sed ſi erga me meoſq; oēs aliud uoluerit ordinare diuinitas:precare ut aiam liberet deus: & dabiť competēs aduerſario ſecunda uice reſponſio. In pugna em̄ utriuſq; deſæuit furor: ſed deus inſpicit cauſam. Igiť ora ut dixi:& uincit una trinitas nobis. ?

¶ Sancti Auguſtini iteq; ad Bonifaciū:eū ut pro cōmiſſis auſib⁹ debitā agat pœnitētiā admonētis:& oblationē interim atq; coīonem ipſi interdicētis. Epla. CLXXXVII.

17.q.4.miroz Dilectiſſimo & ſpectabili uiro filio Bonifacio: Auguſtinus epus. Miror quomodo tā ſubito fidei murū aries ruperit inimici. Noui em̄ q religiōe ſemp ſis eccleſiā dei uenerat⁹. Quo inſtigāte facere auſus es:boiem de ecclia rapuiſti. Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret fugitiu⁹:poſſet ꝓculdubio interceſſoris cauſa uenią A

ꝓmereri. Ergo si amic⁹ intēdit: cur de⁹ offendit? Sed si de potestate præsumit: Na- Daniel. 4.
buchodonosor regē intēde q causa superbiæ in bouem ē ex hoie cōmutat⁹. Nō ut cō-
fundā te hæc scribo: sed ut filiū meū charissimū moneo. Ecclīæ igit illæsū reuoca: quē
ut irreligiosissim⁹ rapuisti. Oblatio uero dom⁹ tuæ a clericis ne suscipiat indixi: Cōmu
nionēq; tibi iterdico: donec pacta ꝓ ausib⁹ uel errore a me definito: tibimet pœnitētia
& tpe cōdonato ꝓ hoc facto corde cōtrito & humiliato dignū offeras sacrificiū deo.

¶ Bonifacij ad beatū Augustinū: admonitionib⁹ illi⁹ se uelle obtēperare affirmātis: de-
lictūq; suū cōfitētis: & uirū de foris⁹ ecclīæ abstractū: illæsū ei offerentis: atq; ut eccle-
siæ introitus sibi non negetur: oblatio quoq; ei⁹ non respuatur: humiliter deprecātis.
Epla. CLXXXVIII.

B Humilis saluto: qđ primū ē. Suscepi aūt tremēs sāctitatis tuæ uerba uerberib⁹
plena. Scio q; ueniæ præparāt: q ab Augustino pfectissimo sacerdote corripi-
tur: nec debet ep̄o denegare qđ uoluntas facit aut casus. Ipse em̄ sibi denegat
curā q suā medico nō publicat causā. Hoiem ergo pissime pater e liminib⁹ ecclīæ ra-
ptū tuis sāctis aspectib⁹ iussio mea furorq; subduxit. Alieno nō sūt ista facta cōsilio: dei
& sanctor⁹ ei⁹ regimine uiuo. Illū itaq; uirū morte dignissimū: quē ut dixi me⁹ de eccle-
siæ foris⁹ furor abstraxit: uitæ tuis iussionib⁹ donam⁹ illæsū. Agnosco culpas. Indigne
meæ lachrymæ iungāt tuis fletibus iustis: quo possit hæc nota nigro scriptatione de-
leri: Ecclesiæ mihi introitus nō negeť. Illic spero ueniā ubi admisi culpā. Oblatio uero
dom⁹ meæ ut tua sanctitas iussit: ad cælestis regis mēsam eius manib⁹ offereť.

¶ Sancti Augustini iterū ad Bonifaciū: ea quæ uidit illi cū cōmendatiōe narrātis: & ꝓ
Gudila fidelissimo ipsi⁹ seruo ueniā dep̄cantis. Epla. CLXXXIX.

C Domino sublimi: semperq; magnifico filio Bonifacio: Augustinus ep̄s. Dū quo-
d dam in loco posit⁹ tuæ eximietatis transit⁹ intuerer: placuit meis aspectib⁹ tuæ
sublimitatis mitis ille ac terribilis gressus. Sed postq̄ illud leuigatū sacro chris-
mate caput portā cum paucis ciuitatis exiuit: subito uomūt equites dom⁹: ciuitas fun-
dit exercitū: strepūt arma: cōcrepāt tubæ cūctis crispatæ uentis: stuppæ depēdēt: fer-
reæ tunicæ uiroꝝ fortiū mēbra cōstringūt: sessorq; & equi renib⁹ setigera uestiť: itēsus
geriť arc⁹: pulchra cūcta cōspexi: nihil meli⁹ Bonifacio comite uidi. Sed postq̄ ad pal-
mas ut cōperi tua sublimitas uenit: ad illū breuis qdem: sed plenū piculis maris trāsitū
qđ uix aliqñ naue trāsiť: præceperis matutino tpe trāsmeare ne noctis obscuritas ma-
li aliqd ꝓcuraret: Gudila eximietatis tuæ fidelissimus seruus equo ipsi⁹ maris dū natat
i brachio inť dicti litoris tetigit oras: nec statim licuit reuerti: Profecto maris em̄ tumor
increscens reuersuro transitū denegauit. Hoc illos tuos uigilantissimos sensus latere
nō potuit. Irā ratio ꝓuocauit: culpa ueniā suasit ad fugā: sed fœlix fuga ē quæ currit ad
uitā. Memorat⁹ Gudila ad patronū tuū sāctū Stephanū primū martyrē cōfugit. Ipse
mihi & impauit ut ꝓ eodē apud religionē tuam postulator accedā. Habeat igit quæ-
so ueniam: qm̄ nec turbat⁹ undis equus caruit: nec gurges altus absorbuit quem deus
eruit & aqua seruauit. Valeat apud te epl'aris ista rogo suggestio. Eris em̄ ut depre-
cor ab ira dñi alien⁹: quotiens petitus a te offensus nō fuerit Augustin⁹.

¶ Bonifacij ad beatū Augustinū: supiori ipsius epl'æ respondentis: & ueniam Gudilæ
condonantis. Epla. CXC.

D Domino beatissimo & uenerabili sancto patri Augustino ep̄o Bonifaci⁹. Furēs
d paratoq; q obuio bello sāctitatis tuæ frangor impio. Gudilā fortissimū semp
quē uolo uiuere uirum metuo ne eum aliqñ in uirtute sua leuitas faciat interi-
re. Potest qdem præcinct⁹ armis quātos inimicos repiret trucidare. Sed apud belliger-
os uiros uictus diciť uictor occisus. Nā equo uectus maris brachiū qđ natando prexit
luxuriæ nō fuerat: sed uirtutis. Arbitror em̄ q; nocte cogitarit aliqd hostib⁹ facere cui
sole ingresso finis diei cōsilia parata subduxit. Hoc uero dolui q; natatiōe lōgissima ab
equo posset & aquis occidi. Vt iubes ergo sancti beati Stephani impata iussa uīa re-
fero. Spōdeo em̄ ipsi quæ tibi: q; Gudila uobis est iubentib⁹ ueniæ condonatus.

¶ Bonifacij iterum ad beatum Augustinū significātis ei Castinū olim inimicum: & p-

secutorem suis se nunc defensionibus cōmisisse:& honorem de hoc diuinæ potentiæ tribuentis:de puritate tamen nihilominus Castini adhuc dubitātis: & ut Augustinus ab ipso integrū de suis sensibus accipiat sacramentum postulātis.Epl'a.CXCI.

D Omino uenerabili sancto patri Augustino episcopo Bonifacius. Castin⁹ ille E priuatus ex consule uitæ meæ ac nominis omnibus ut notum est persecutor: petores cōmittens ac furens:factiones quasi mearū a me gestaꝝ imemor:edatium italia fugiens:meis se in Africam defensionibus tradidit cōmittēdum. Omitto beatissime pater olim mihi ab eodem ingestas miserias:ostensa pericula:fugiens eum nūc usq; uiuo:thrax natus uix scythas euasi:duraui inuido sub cōsule miles. Sed diuina potentia quæ nouit planare sublimia:& alti⁹ eleuare ꝓstrata:fecit de superbo qđ uoluit:& hostem meum me quieto uictoriam mihi quā nouit adduxit. Sufficit ꝓ funere uicti tāta deiectio:adorauit sarathan clauus: timuit senator barbarū caput: tremuit militem dux doloris. Dicūtur ista pater sācte Coturno.Nam ueneror illustrissimum consulem & primum conspicio senatorem:sed ne consueta fallacia mali erga me ut solet aliquid moliatur:putetq; se suis fraudibus romanis ducibus ꝓfuturum:& in eo uersetur exitio.Integrum de suis sensibus det tuæ beatitudini sacramētum si nullus in eū conuertitur dolus. Ego autem per oīa quæ sancta sunt iuro :quoniam si apud eum aiæ reperero puritatē:eū incolumē ac sublimē italiæ reddā:frustratq; inimicis ei⁹ & domitis. Hostis aūt erit suæ aiæ si aliquid in eo sinistræ partis inuenero.

Sancti Augustini ad Bonifaciū:antecedēti epl'æ illius respondētis:& Castinū sacramento se ꝓdidisse:q; ab omni culpa & erroriḃ⁹ alienus sit:asserētis:Exemplis quoq; q; inimicis parcendū sit:cōprobātis.Epl'a.CXCII.

D Omino insigni meritoq; sublimi filio Bonifacio:Augustinus episcopus. Vir il F lustrissimus Castinus sacramento se prodidit q; sit ab omni culpa & erroribus alien⁹: Quē tibi ut dicit fœderat⁹ illesonia adhuc te in palacio positū falsis suggestionibus concitabat. Sed ne totum qđ tūc agebatur mittatur in medium:detur ꝓlixitati compendium. Dauid ille opilio regnū parcendo inimicis obtinuit. Christus ꝓ iudæis qui eum crucis patibulo confixerūt:patrem ne iraſceretur rogauit: & indignis hominibus ueniam misericors condonauit. Credo igitur homini qui mihi fidele tradidit sacramentum:& quærit me pollicēte tua defensione uitæ subsidium.Scio enim qđ eius salutis mihi ꝓmissa cōplebis.

Bonifacij ad beatum Augustinū:graue sibi bellum iminere cōquerentis :& ut p̄ces ꝓ se dño fundat precantis.Epl'a.CXCIII.

D Omino uenerabili sācto patri Augustino episcopo Bonifacius. Graue nobis G est bellū inimici:mucro nostra pectora pulsat.Deo funde preces ut soles : tua sit nobis comes oratio : rauca buccina : terrifica tuba puto q; & sidera terreat: hostium clamor imanis adest:sed his non terremur.Nouimus em̄ ista non bodie. Ergo uenerāde christi sacerdos: pete deū ut iacula in hostes dirigat nostra :ac seipsi trucident mutua cæde.

Sancti Augustini ad Bonifaciū:præmissæ epl'æ illius respōdētis :& ut manibus arripiat arma:& oratione aures pulset auctoris:cōsulētis.Epl'a.CXCIIII.

D Ilectissimo & spectabili uiro Bonifacio:Augustin⁹ episcopus. Graui de pugna H conquereris: dubites nolo:utile tibi tuisq; dabo cōsiliū: arripe manibus arma: Oratio aures pulset auctoris:quia qñ pugnatur: deus apertis oculis spectat: & partem quā inspicit iustam sibi dat palmam.

Bonifacij ad beatū Augustinū:Multos ex aduersarijs cecidisse: de suis autē nullos uulneratos esse narrantis: & q; oret ut talis de inimicis ultio sæpe procedat petentis. Epistola.CXCV.

D Omino uenerabili sancto patri Augustino epō:Bonifaci⁹. Manus supba deo I iuuante cecidit: quæ ante paululū audax gladiū erecta portabat. Multi ex aduersis ceciderūt:de nr̄is aūt christo iuuante nullus est uulnerat⁹. Ora igit̄ uenerabilis papa ut talis de inimicis ultio sæpe ꝓcedat.

¶ Sancti Augustini ad Bonifacium: Lecto se uacare & aducẽtum ultimæ diei exopta/re scribẽtis: Victoriæq; illius gaudẽtis: & ipsum quemadmodũ se in regimine habere debeat instruentis. Epla. CXCVI.

Domino insigni meritoq; sublimi filio Bonifacio: Augustinus episcopus. Lecto me uacare: nobilitatem tuam latere non credo: ultimumq; diem mihi exopto uenire. Gaudeo tuæ uictoriæ. Ciuitatẽ quæso serua romanã: Tuos ut bon⁹ re/ge comes. Nihil de uiribus ꝓprijs præsumas: de auctore gloriare uirtutũ: & nullũ cura bis penitus inimicum. Vale.

¶ Bonifacij ad beatum Augustinũ: superiori eius epistolæ respondentis: & mansionẽ ipsius in hac uita adhuc necessariam esse sibi cõfitentis: utq; & ipse oret ut sal⁹ aliquã/tulũ temporis condonet' exhortantis. Epla. CXCVII.

Vnq̃ diuinitas preces ac lachrymas despicit peccatorum. Cupis ipse quidẽ de hac uita securus ad cæli regna migrare: Sed nobis opus es fessis in tãtis ad/huc periculis constitutis. Itaq; ora nobiscum ut tua nobis salus aliquãtulum tẽ/poris condonetur.

¶ Sancti Augustini ad Fortunatianũ: cõmonentis ut fratrem eorum de quo collocuti fuerant rogare dignetur: ut sibi ignoscat si quid in ipsum durius & asperius dictũ acce/perit in epistola ad eundem scripta: In qua dixit istius corporis oculos nec uidere deũ nec esse uisuros: Se quoq; modo ꝙ scripserit non pœnitere cõtestantis. Et causam cur hoc dixerit: dilucide & subtiliter explicantis: sanctorũq; doctor̃ auctoritatib⁹ ac diui/nar̃ scriptur̃ testimonijs dicta sua corroborantis. Epla. CXCVIII.

Commonitoriũ sancto fratri Fortunatiano. Sicut præsens rogauí: & nũc com/ 2. Retrac. 41
moneo: ut fratrem nostrum de quo collocuti sum⁹: uidere & rogare digneris ut ignoscat mihi si qd duri⁹ & asperi⁹ in se dictũ accepit in epistola: quã me illo modo scripsisse nõ pœnitet: qa dixi istí⁹ corpis oculos nec uidere deũ nec eẽ uisuros. Causam quippe adiũxi cur hoc dixerim: ne scilicet deus ipse corporeus esse credat': & in loci spacio interualloq; uisibilis: Nihil enim uidere aliter istius corporis ocul⁹ põt. Et ne illud quod dictũ est: Facie ad faciem: sic accipiatur: tanq̃ membris corporis ter/ 1. Cor. 13.
minatus sit deus. Ideo me ergo dixisse illud nõ pœnitet: ne de ipso deo tã impie sen/tiamus: ut eum non ubiq; totum: sed per localia spacia diuisibilem existimemus. Talia quippe bis oculis nouimus. Cæterum nihil tale de deo sentiẽs: sed eũm incõmutabi/lem & incorporalem spiritum ubiq; totum esse credens. Si tãtam quisq; mutationem huius corporis futuram putat: cum ex animali fuerit spiritale: ut etiam substãtiam in/corporalem: non locorum interuallis uel spacijs diuisibilem uel etiam membrorum li niamentis ac finibus terminatam: sed ubiq; totam per tale corpus uidere possum⁹: uo lo & me doceat si uerũ sapit. Si autem in hoc falsum sentit: longe tolerabilius ẽ cor/pori aliquid arrogare q̃ deo derogare. Etsi uera est ista sententia: non erit contraria uerbis meis quæ in illa epistola posui. Istius nãq; corporis oculos dixi nõ uisuros deũ: hoc intuens: ꝙ istius corporis oculi omnino non possunt cernere nisi corpora quæ ab eis aliquo loci interuallo separata sunt. Nam si nullum interuallum sit: nec ipsa corpo/ra per eos uidemus. Porro autem si in tantã sui dissimilitudinem nostra corpora mu/tabunt': ut oculos habeãt per quos uideat' illa substãtia quæ nõ ꝓ locor̃ spacia uel dif/fũdit' uel finit': alibi habẽs aliam partem alibi aliam: in minore loco minorem: in maio/re maiorẽ: sed ubiq; incorporaliter tota est: longe aliud erunt hæc corpora: & nõ erũt ipsa: nec sola detracta mortalitate atq; corruptione & põderis grauitate aliud erunt: sed in uirtutẽ ipsius mẽtis quodãmodo cõuertent': si uidere potuerũt quõ tunc mẽti: nunc aũt nec ipsi mẽti uidere cõcessum est. Si eñ mutatis morib⁹ dicim⁹ boiem non esse q fuit: si deniq; mutatis ætatib⁹ ipsũ corpus non dicimus esse qd' fuit: quãtomagis ipsũ non erit tanta cõuersione mutatũ: ut nõ solũ imortaliter uiuat: uerũetiã inuisibilẽ uideat. Quapropter si uidebũt deũ: nõ istí⁹ corpis oculi uidebũt: quia & in hoc nõ erit ipsum corpus usq; in illam uim potentiamq; mutatum: & non est contraria ista opinio illis uerbis epistolæ meæ. Si autem hactenus non erit ipsum: quia nunc mortale tunc

immortale: nunc aggrauans animam tūc nullo pondere ad omnem motum erit facil/limum: ad uidenda uero ea quæ locorum ſpaciis intertalliſq; cernuntur: ſi non aliud q̄ ipſum erit: ſubſtantiam incorporalem & ubiq; totam nullo modo uidebit. Siue ergo hoc ſiue illud uerum ſit: ſc̄m utrūq; uerum ē: q̄ iſtius corporis oculi deum non uide/bunt. Aut em̄ iſtius erunt & non uidebunt: aut non erunt iſtius ſi uidebunt: quoniam tanta commutatione: longe alterius corporis erunt. Sed paratus ſum ſi quid de N hac re melius nouit hic frater: ul' ab ipſo uel ab alio a quo didicit: diſcere. Q̄ ſi irrīdē/ter dicerem: etiam illud de deo corporali membriſq; per loca diuiſibili: dicerem para/tum me eſſe diſcere: qđ nō dico: quia non irrīdenter loquor: & talē deum nō eē omni/no non ambigo: & ne talis eſſe crederet: illam epiſtolam ſcripſi: In q̄ dum eſſem admo nendo ſollicitus q̄ nominib⁹ tacitis in corripiendo nimius atq; improuidus fui: nec fra ternam & epiſcopalem pſonam ſicut frater & epiſcopus quemadmodū fuerat dignū cogitaui. Hoc nō defendo: ſed reꝓbendo. Hoc nō excuſo: ſed accuſo. Ignoſcat peto: recordetur noſtram dilectionem priſtinā: & obliuiſcat offenſionem nouam. Faciat cer te qđ non me feciſſe ſuccenſuit. Habeat lenitatē in danda uenia quā ego non habui in illa epiſtola conſcribenda. Hoc p tuam charitatē rogo: qđ præſens præſentem roga/re uolueram ſi ei⁹ haberem copiam. Qđ cum conatus eſſem: ſcribente ad eum: Viro uenerabili: nobiſq; omnibus honore præferendo: uenire noluit: dolū forſitan mecum ſicut plæraq; humana ſunt: quātum exiſtimo ſuſpicatus: a quo me longe abeſſe: tu illi fac fidem quātum potes qui præſens facilius potes. Indica ei cum quāto & q̄ uero do/lore de offenſione animi eius tecum fuerim colloc̄utus. Nouerit q̄ non eū contemnā: & quātum in illo deum timeam: & cogitem caput noſtrum in cui⁹ corpore fratres ſu/mus. Ad locum in quo habitat: ideo mihi putaui non eſſe ueniendū: ne ſpectaculum faceremus: ridēdū alienis: noſtris dolendum: nobis pudendum: p tuam ſanctitatem & charitatem totum recte agi poteſt. Ab illo quippe agitur qui per fidē ſuam habitat in corde tuo: quem credo q̄ nō ſpernit in te cum agnoſcit in ſe. Ego certe in hac cau ſa quid melius facerem nō inueni: q̄ ut ueniam peterem a fratre qui læſum ſe litterarū mearum aſperitate cōqueſtus eſt. Faciet & ipſe ut ſpero qđ ſibi imperari nouit ab eo q

Col.3. per apoſtolum loquens ait: Donātes uobiſmetipſis: ſi quis aduerſus aliquē habet que/

Eph.5. relam: ſicut & deus in chriſto donauit uobis. Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij dile/ctiſſimi: & ambulate in charitate ſicut & chriſtus dilexit uos. In hac charitate ambulan tes: ſi qd diligēti⁹ poſſumus de ſpiritali corpore qđ in reſurrectione habebimus cōcor/

Phil.3. diter inquiram⁹. Quia & ſi qd aliter ſapim⁹: hoc quoq; nobis deus reuelauit ſi in illo ma

1.Joh.4. meam⁹. Qui aūt manet in charitate in deo manet: & deus in illo manēt: qa deus chari tas eſt: ſiue tanq̄ eius fons ineffabiliter exiſtēdo: ſiue illā nobis p ſuū ſpiritū largiendo. Si ergo doceri poteſt: quia charitas corporalib⁹ oculis aliqñ uidebit: poterit fortaſſis & deus. Si autem iſta nūq̄ poterit: multominus ipſe fons ei⁹: uel ſi quid dici excellēti⁹ & cōueniētius de tāta re pōt. Magni qdem uiri & in ſcripturis ſanctis doctiſſimi: qui O plurimum eccleſiam & bona ſtudia fidelium ſuis litteris adiuuerūt: ubi eis occaſio da ta eſt: dixerūt inuiſibilem deū inuiſibiliter uideri: hoc eſt p eam naturam quæ in nobis

Ambroſius quoq; inuiſibilis eſt: mūda ſcilicet mēte ul' corde. Beat⁹ Ambroſi⁹ de chriſto cū age/ret ſc̄m id qđ uerbū eſt: Non enim corporalibus inquit: ſed ſpiritalibus oculis leſus uidetur. Et paulopoſt: Non eum uiderūt inqt iudæi: obcæcatum em̄ erat inſipiēs cor eoꝝ. Hinc oſtendēs: unde uideat. Itē cū de ſāctoſpiritu loqueret interpoſuit uerba

Joh.14. dñi dicētis: Rogabo patrē & aliū paclitū dabit uobis q uobiſcū ſit i æt̄nū: ſpiritū uerita tis: quem hic mūdus non pōt accipe: qa nō uidet eum: nec cognoſcit eum. Merito er/go ſe inquit in corpore demonſtrauit: qm̄ in diuinitatis ſubſtantia non uidetur. Vidi/mus ſpiritū: ſed i ſpecie corporali. Videam⁹ & patrem: ſed quia uidere non poſſum⁹: audiamus. Et paulopoſt: Audiam⁹ ergo inquit patrē: Inuiſibilis em̄ pater: ſed & filius

Joh.1. inuiſibilis ſc̄m diuinitatē. Deū em̄ nemo uidit unq̄. Cum ergo filius deus: i eo utiq; q

Hieronymus deus eſt filius: non uidetur. Sāctus aūt Hieronymus ait: Videre deum ſicuti ē in na/ p tura ſua oculus homis non poteſt. Nō ſolū homo: nec angeli: nec throni: nec poteſta/

tes:nec dominationes:nec omne nomẽ qđ nominatur: Neq; enim creatura pōt aspi/
cere creatorem suum. His uerbis uir doctissimus satis ostendit:quid de futuro sæcu/
lo:qđ ad hāc rem attinet. Quātūlibet enim oculi corporis nostri mutentur in melius:
angelorum oculis æquabuntur. Hic autem & ipsis & uniuersæ omnino cælesti creatu
ræ inuisibilem naturā dixit eẽ creatoris. Aut si & hinc sit quæstio: & infertur ulla du/
bitatio: utrū nō simus futuri angelis potiores? Ipsius domini ẽ hinc apta sententia ubi
ait de resurrecturis i regnū:Erūt æq̃les angelis dei. Vñ idẽ ipse sāct⁹ Hieronym⁹ alibi Hieronymus Luc.i.20.
sic dicit:Homo ergo dei faciem uidere nō potest:Angeli autẽ etiā minimoꝝ i ecclesia Matth.18.
semper uident faciem dei:Et nūc in speculo uidemus: & in ænigmate: tūc autem facie 1.Cor.13.
ad faciem:quando de hominibus in angelos ꝓfecerimus:& potuerimus cum aposto/
lo dicere: Nos aūt oēs reuelata facie gloriam domini speculātes:in eandem imaginē 2.Cor.3.
transformamur a gloria in gloriam tāq̃ a domini spiritu: licet faciem dei iuxta naturæ
suæ ꝓprietatem nulla uideat creatura: & tūc mẽte cernatur quādo inuisibilis credit̃.

In his uerbis hominis dei multa cōsideranda sunt. Primum: quia scđm apertissimam
domini sententiam:etiam ipse sentit tūc nos uisuros faciem dei cum in angelos ꝓfece/
rimus:id est æquales angelis facti fuerimus: qđ erit utiq; in resurrectiōe mortuorum.

Deinde apostolico testimonio satis apparuit:nō exterioris: sed interioris hois faciẽ
intelligẽdā cū uidebim⁹ facie ad faciẽ. De facie qppe cordis loq̃bat̃ apl's cū diceret
qđ hinc cōmemorauit: Nos aūt reuelata facie gloriā dñi speculātes in eandẽ imaginẽ
trāsformamur. Qđ si quis dubitat:recenseat eundem locum:& attendat unde apl's
loquebatur:de uelamine scilicet qđ manet in lectione ueteris testamēti:donec quisq;
transeat ad christum ut auferatur uelamẽ. Ibi quippe dicit: Nos autem reuelata facie
gloriam dñi speculātes:quæ facies in iudæis non erat reuelata:de quibus dicit: Vela/
men super cor eorum positum est: ut ostẽdat cordis faciem nobis esse reuelatam ue/
lamine ablato. Postremo ne quis q̃ ista min⁹ intuens minusq; discernēs:uisibilem deū
uel angelis uel hominibus cum æquales angelis facti fuerimus: siue nunc esse: siue fu/
turum esse crederet:euidentissime quid sentiret expressit dicēs: Q̃ faciẽ dei iuxta na
turæ suæ proprietatem nulla uideat creatura:& tunc mente cernatur quando inuisibi
lis creditur. Vnde sufficienter significauit:quādo uisus est ab hominib⁹ per oculos cor
poris:tanq̃ ipse corpereus nō eum scđm naturæ suæ ꝓprietatem fuisse uisum: In q̃ tūc
mẽte cernit̃ qñ inuisibilis credit̃:qb⁹ inuisibilis nisi aspectib⁹ corporalib⁹ etiā cælestib⁹:
sicut supra de angelis & potestatib⁹ & dominationib⁹ dixit:quātomagis terrestribus?

Vnde alio loco euidētius dicit: Nō solum patris diuinitatem:sed nec filij quidem &
spiritussancti: quæ una i trinitate natura ẽ posse oculos carnis aspicere:sed oculos mẽ/
tis. De quibus ipse saluator ait:Beati mundo corde quoniā ipsi deum uidebūt. Quid Matth.5.
hac manifestatiōe lucidius? Si enim tantūmodo dixisset: Nec patris:nec filij:nec spūs
sāncti diuinitatẽ posse oc'os carnis aspicere:nec deinceps addidisset: Sed oc'os mẽtis:
forte diceretur carnem iam non esse appellandam cum corpus fuerit spiritale. Addẽ/
do ergo & dicendo:Sed oculos mẽtis:ab omni genere corpis alienauit hmōi uisionẽ.
Ne qs aūt putaret eum de præsenti tpe locutum:subiecit etiā a dñi testimonio uolens
ostẽdere quos dixerat oculos mẽtis: quo testimonio nō præsentis: sed futuræ uisiōis
Q ꝓmissio declarat̃:Beati mūdo corde:qm̃ ipsi deū uidebūt. Beatissim⁹ quoq; Athana/ Athanasius
sius alexandrin⁹ eps: cum ageret aduersus Arrianos:q tātūmodo deum patrẽ inuisi/
bilem dicunt:filium uero & spiritūsanctum uisibiles putāt: æqualem trinitatis inuisibi
litatem scripturarum sanctarum testimonijs & diligentia suæ disputatiōis asseruit:in/
stantissime suadens deum non esse uisum nisi assumptione creaturæ:scđm deitatis au
tem suæ ꝓprietatem oino deū esse inuisibilẽ:id est deū patrem & filiū & spiritūsanctū:
nisi inquātū mente ac spiritu nosci pōt. Gregorius etiam sanctus eps orientalis aptis/ Gregorius nazanzen⁹
sime dicit deū a natura inuisibilem quādo patribus uisus est: sicut Moysi cū quo facie
ad faciem loquebat̃:alicuius cōspicabilis materiæ dispositione assumpta: salua sua in/
uisibilitate uidere potuisse. Hoc est qđ etiā noster dicit Ambrosi⁹: & pr̃em & filiū & Ambrosius
spiritūsanctū ea specie uideri quā uoluntas elegerit:nō natura formauerit: Vt & illud

Joh.1. uerum sit: ꝙ deum nemo uidit unq̄:quæ uox ipsius domini christi ē: Et quē nemo bo
1.Timoth.6. minū uidit nec uidere potest:quæ uox apostoli: immo eius per apostolum christi est:
Et illa non repudiētur testimonia scripturarū quibus deus uisus esse narratur: quia &
inuisibilis est per ꝓpriam deitatis naturam:Et cum uult uideri potest per assumptam
sicut placuerit creaturam. Porro si natura eius est inuisibilis sicut incorruptibilis: non
mutabitur utiq; in futuro sæculo illa natura ut de inuisibili uisibilis fiat:quia neq; pote/
rit de incorruptibili corruptibilis fieri. Simul em̄ & incōmutabilis est. Et utiq; naturā
1.Timoth.1. eius cōmēdauit apostolus cum duo ista simul poneret dicēs: Regi aūt sæculorum in/
uisibili incorruptibili soli deo honor & gl'ia i sæcula sæculoꝝ. Vn̄ nō audeo ego ita di/
stinguere ut dicā: Incorruptibili qdem in sæcula sæculorum: Inuisibili autem non in sæ/
cula sæculorum:sed tm̄ in hoc sæculo. Verum quia nec ista testimonia falsa esse pos- R
Matth.5. sunt:Beati mundo corde quoniā ipsi deum uidebunt:Et scimus quia cū apparuerit:si
1.Joh.3. miles ei erimus:quoniam uidebimus eum sicut est:negare non possumus filios dei ui/
suros deum:sed sicut uidētur inuisibilia: sicut seipsum ostensurum ꝓmittebat qui ho/
Joh.14. minibus apparebat in carne uisibilis quādo dicebat: Et ego diligam eum & ostendam
meipsum illi: cum ante oculos hominum cōspicuus loqueretur. Vnde autem inuisibi
lia uidētur: nisi oculis cordis: de quibus pauloante dixi: quid Hieronymus senserit ad
Ambrosius uidendum deum. Hinc est etiam qd̄ memoratus Mediolanēsis episcopus in ipsa re/
surrectione dixit: Nō facile esse uidere deum nisi bis qui mundo corde sunt: ideo scri/
ptum esse: Beati mūdo corde quoniā ipsi deum uidebūt. Quātos beatos inqt iam nu/
merauerat: & tamen eis uidendi deū nō ꝓmiserat facultatē. Deinde adiungit & dicit:
Si ergo bi qui mūdo sunt corde deū uidebūt: utiq; alij nō uidebunt. Et ne alios illos ac/
ciperemus de quibus dictum est: Beati pauperes: beati mites &c̄. continuo subiungit:
Neq; enim indigni deum uidebunt. Indignos utiq; illos uolens intelligi qui licet resur
gant: deum uidere non poterūt: quoniam ad damnationē resurgent: quia per fidem
ueram quæ per dilectionem opatur cor mundare noluerūt. Et ideo sequitur & dicit:
Neq; is qui deum uidere noluerit potest deum uidere. Deinde quia occurrebat etiā
impios omnes uelle uidere deum: statim ut ostēderet quæ dixit: qui deum uidere no
luerit: quia utiq; ullo modo non uult deum uidere impius: quia cor mundare nō uult:
ꝙ ille uideri poterit: secutus adiūxit: & ait: Nec in loco de⁹ uidetur sed mundo corde:
nec corporalibus oculis deus quæritur: nec circūscribit' uisu: nec tactu tenetur: nec au
ditur affatu: nec sentitur incessu. Quibus uerbis beatus Ambrosi⁹ uoluit admonere
quid debeant homines præparare qui uolūt deum uidere: boc ē cor mūdare ꝑ fidem
quæ per dilectionem opatur dono spūssancti: unde pignus accepimus: quo illam uisi/
onem desiderare nouerimus. Nam de membris dei quæ assidue scriptura cōmemo/
rat: ne quisq̄ scd̄m carnis huius formam & figuram nos esse crederet similes deo: pro/
pterea & eadem scriptura: & alas habere deum dixit: quas nos utiq; non habem⁹. Si S
cut ergo cum alas audimus: ꝓtectionem intelligim⁹: sic & cum audimus manus: ope/
rationem intelligere debemus: Et cum audimus pedes: præsentationē: & cū audim⁹
oculos: uisionem qua cognoscit': & cum audim⁹ faciem: iusticiam qua innotescit: Et si
quid aliud eadem scriptura tale cōmemorat: puto spiritualiter intelligendum. Neq;
ego boc tm̄ aut ego prior: sed oēs q q̄licūq; spiritali intelligētia resistunt eis: qui ob boc
anthropomorphi noiant'. Ex quoꝝ litteris ne multa cōmemorādo maiores moras fa
Hieronymus ciam: boc unum sancti Hieronymi interpono: ut nouerit iste frater meus ne se de bac
re mecū magis q̄ cum prioribus agere deberet: si quid eum cōtra permouet. Cum er/
Ps.93. go ille uir in scripturis doctissim⁹: psalmum exponeret ubi dictum est: Intelligite ergo
qui insipientes estis in populo & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non au/
diet: aut q finxit oculū non cōsiderat: Inter cætera iste loc⁹ inqt aduersus eos maxie fa
cit: q anthropomorphi sunt: q dicunt deū habere mēbra quæ etiā nos habem⁹. Verbi
causa: Dicit' habere oculos: Oculi domini aspiciunt omnia: manus domini facit omia.
Gen.3. Et audiuit inquit Adam sonum pedum domini ambulātis in paradiso: Nec simpliciter
audiuit: & humanas imbecillitates ad dei magnificentiā referunt: Ego autē dico ꝙ de⁹

totus oculus ē: totus manꝰ est: totꝰ pes est. Totus oculus est: qa oīa uidet. Totus manus est: qa omnia opatur. Totus pes est: quia ubiq; est. Ergo uidete qd dicat: Qui plantauit aurem nō audiet: aut q finxit oculos non cōsiderat: Et nō dixit q plantauit aurē: ergo ipse aurē nō habet: Nō dixit: ergo ipse oculos nō habet: sed quid dixit: Qui plātauit aurem non audiet: qui finxit oculos nō cōsiderat: membra tulit: efficiētias dedit.

